



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

*43. T. 45.
Vol. 1. 2.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT




K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

*43. T. 45.
2 Vol.

HISTORIA
SOCIETATIS
IESV,
AVTHORE
NICOLAO ORLAN-
DINO, SOCIETATIS EIVS-
DEM SACERDOTE.

Nunc primum in Germania in lucem edita.

Accessit Index Rerum memorabilium locupletissimus.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Antonij Hierat,
Anno M. DC. XV.

Permissu Superior. & cum grat. & privileg. S. Caesar. Maiest.





PATRIBVS, FRATRIBVSQVE
SOCIETATIS IESV.



N tandem, Patres, Fratresque, Historiarum Societatis no-
stræ pars prima à P. Nicolao Orlandino conscripta: quæ De Auctore huius Historiæ.
cùm vobis à me ipsius nomine offeratur, libèter, opinor,
pauca de illo, deq; ipso opere cognoscetis. Ortus Florentiæ stirpe nobili, & indole bona, inque Societatem Romę
coopratus adolescens humanæ ~~Statis~~ Anno millesimo
quingentesimo septuagesimo secundo, multum in literis,
ac pietate profecit; vt in vtroq; postea magisterium cum
laude gesserit. Moribus suauibus, ingenio candido, com-
positus ad modestiam, religiosæ disciplinæ custos per diligentis fuit. Er, vt fere ad ha-
bitum animi oratio fingitur, sicut in vita, sic erat accuratus in stylo. Itaque in litera-
rum laude apprimè floruit cultu latinæ, limatæque orationis. Quo genere polito, ac
nitido communes Societatis annorum triu literas ab eo scriptas habetis. Inde, cum
exigua valetudo studiorum labores non ferret, regendo Collegio Nolano, tum
Neapoli Nouitiorum institutioni præficitur. Ex eo munere post annum septimum
ad scribendam Societatis Historiam euocatus in Urbem anno seculi proximi octa-
uo, & nonagesimo, quamuis valetudini diffideret, & longa styli intercapedo terre-
ret, arduam tamen prouinciam libens accepit. Tantum ex obediendi studio sume-
bat animi ad conandum. Et scribendi quidem intermissionem demum viri singula-
re iudicium, laborque suppleuit. At virium firmitas haud perinde fuit in potestate,
egregiæque voluntati suffecit. Medio in cursu grauissimo implicitus morbo succu-
bit. Iamque vitam eius ferme omnes desperauerat præter ipsum: qui cùm tantum
vsuræ lucis expeteret, dum Generalatum B. Ignatij, quem singulari pietate ob pri-
morum memoriam Patrum scribebat, excqueretur, visus est voti compos effectus.
Valetudinem enim recuperauit, opus intermissum repetijt, proximè ad metam
perduxit, tum rursus languore prostratus necessitati religiosè concessit anno mil-
lesimo sexcentesimo sexto. Opus ergò reliquit, cui pendentem illum, ambitiosum-
que Pictorum titulum, Faciebat, ex vero subscribere est. Quod est tamen eiusino-
di, facilius vt sit intelligere, quò fuerit perfectionis ipse perducitur, si per otium
recognoscere, ac supremam quasi manum licuisset apponere, quam quicquam
desiderare perfectius. Porro Ordini nostro eo debet commendatius esse, quod

in moliendo grauissimas inter ærumnas prope abfuit à morte, & in peragendo est mortuus.

*De autori-
tate huius
Historiæ.*

Iam quanta fide digna sint Historiarum hæc monumenta, non modo è Scriptoris religione, prudentia, curaque potest existimari, sed & auxilijs, quibus est vsus. Habuit enim adiutores ad rerum æstimationem, atque delectum viros accuratos, ac sedulos: tum pleraque rerum ex Ioannis Polanci Commentarijs excerptis. Quibus Commentarijs, si quicquam est inter homines incorruptum, ac fide dignum, haud equidem scio quid firmitus, ac sincerius esse possit. Quippe Polancus sententia omnium, quicumque nouere, vir grauissimus, ac religiosissimus fuit: tribusque deinceps Præpositis Generalibus, Beato Ignatio primum (cui vni placuisse omnium loco testimoniorum est) tum Iacobo Lainio, posteaque Francisco Borgiae continuam operam in negotijs æquè priuatis, ac publicis, & conscribendis epistolis, & cuncta Societate administranda nauauit. Itaque nec de incorrupta viri fide, nec de peritiâ potest vlla esse suspicio. Cœpit enim ab ipsis prope Societatis incubulis res eius omnes, & intima quæque pertractare, ac nosse; atque etiam literis ad memoriam commendare eo consilio, vt Historia olim conficeretur. Quam ad rem sub Euerardo solutus functione muneris publici totus incubuit; totumque B. Ignatij tempus, quod Historiarum hac parte continetur, tribus magnis voluminibus explicauit, cum vita ipsa B. Patris. Eamque sylvam ex ipsis confecit literis, quæ cum res gererentur, vel ab ijs ipsis qui gerebant; vel à comitibus, ac plurimum à Præpositis Prouinciarum viris grauissimis scriptæ erant. Vt earum quoque autoritatem necesse sit maximam esse: cum nulla ex parte, nec animi vitio fraus immitti; nec error ab incertitia, aut memoria, aut incuria posset irrepere. Accedit ad hæc, quod ex literis scribebantur ad Præpositum; atque Parentem totius Societatis Ignatium: deinde per Societatis domicilia spargebantur. Quæ autem fallacia, vel impunè admisceretur, dum ad sanctum virum scribitur, vel in luce deinde Ordinis totius occultaretur? Quæ quidem literæ, cum etiamnum in nostro tabulario conseruentur, in varia à nobis digestæ volumina, non modo ad Commentaria Polanci, sed ad eas ipsas, quanta potuit cura, fideque opus hoc post Autoris excessum relatum, exactumque est. Denique fecit Deus, vt ad hæc vsque tempora superessent viri summæ autoritatis, quorum etiam posset iudicijs res tota perpendi, Petrus Ribadeneira in Hispania, in Societate à primo eius exortu versatus, & in Belgio Oliuerius Manaræus, Franciscus Costerus, & Eleutherius Pontanus, vetustissimi, & grauissimi Patres, ad quos omnes missa exempla sunt Historiæ huius, & ab ijs, alijsque permultis diligenter expensa. Considerata sunt etiam ad hanc diem edita opera, & Historiæ propriæ, quas quædam prouinciæ suis de rebus concinnarunt: à quibus non nisi in rebus certis, planeque compertis hæc scriptio dissidebit. Illud enim constare debet, memoriam hominum longo tempore sensim sine sensu multa accipere detrimenta, & multas sæpè accessiones, præsertim vbi res multorum per ora traduntur: cum sapientissimè dictum sit, famam eundo crescere. At literarum fidelis, ac permanens custodia est. Deinde certū videtur præter commoditates alias vniuersalis Historiæ, quas apprime sapiens apud veteres Scriptor, & Historicorum quasi Philosophus exponit Polybius, multo esse procliuius in ea labi, quæ solum partem, aut prouinciam complectatur. Quippe vniuersalem ille ipse complexus rerum omnium, &

Prouin-

Prouinciãrum; notatio temporum, circumsp̄ctus locorum; collatio, & comparatio inter se molis totius vñdique communit, & ab errore defendit. Cum vero suas ambæ vtilitates separatim habeant, necesse est absolutum quiddam, ac perfectum existat, cum (quod in hoc opere fit) in vnum corpus miscentur. Tot igitur, atq; tanta narratio hæc, vt quam certissima euaderet, nacta est adiumenta.

Porro quid à nobis requirant prolatae in lucem res, virtutesque Patrum nostrorum, admonendi non estis. Scribantur hæc (inquit Regius Psaltes) in generatione altera, & populus, qui creabitur, laudabit Dominum. Voluit semper Deus nota facere filiis suis Parentes, quæ in eorum maiores beneficia contulisset: quibus eos honoribus decorasset, quo patrocinio muniuisset, quibus prodigijs tutatus esset, quam etiam seuerè, si delinquerent, puniuisset. vt rerum talium contemplatione filij ponerent in Deo spem suam, & non obliuiscerentur operum Dei, & mandata

Quid officij hæc. forsia nobis imponas. Psal. 102.

Psal. 77.

eius exquirerent. Nostis quam acres sæpe aculeos habuerint apud cœcas superstitione gentes alienæ virtutis monumenta. Neque commemorare hoc loco attinet, siue trophæa Marathonia, quibus Themistocles excitabatur è somno; siue statuam Magni Alexandri, qua inspecta Gadibus Iulius Cæsar ingemuit, nihil à se memorabile gestum in ea ætate, qua ille totum pene terrarum orbem subegerat,

Plut. & Valer. Max. Suet. in Jul.

subitoque Romam ad rerum magnarum captandas occasiones reuertit; nec denique Q. Maximi, P. Scipionis, aliorumque præterea Ciuium Romanorum voces, qui cum Maiorum imagines intuerentur, soliti erant dicere, vehementissime animum sibi ad virtutem accendi. Quid enim admiremur exteros, cum in omni præclara re tam plena exemplorum sit Christiana Religio? Nobilissimorum Martyrum produci agmina possent, quos priorum exempla ad gloriosam pugnam, immortalesque triumphos incitarunt. Consignata literis à Magno Athanasio Antonij Magni vita quid in alijs, quid in maximo postea Doctore Augustino effecerit, nemo ignorat; qui etiam his verbis Deum affatur: Exempla Seruorum tuorum congesta in sinum cogitationis nostræ vrebant, & absument grauem torporem. At S. Nazianzenus de B. Basilij lucubrationibus disputans, Ego quidem (inquit) cum Martyrum encomia lego, corpus asp̄nor, & cum ijs, qui laudibus efferuntur, animo verfor, atque ad certamen excitor. Sed quorsum tam multa, cum ipsum nos Familiæ nostræ Conditorem sacrarum Historiarum lectioni debeamus? Quod si omnibus tanta vis inest exemplis, multo certe maior debet ijs inesse, quæ Patres filijs, & plurima, & pulcherrima reliquere. Tanquam enim Magnes dum è circulis ferreis quasi cathenam arcana rapacitate struit, vt quisq; est proximus, ita primum, ac vehementissime rapit; sic virtutis illecebra, atq; pellacia coniunctissimū quemq; maxime debet afficere, ac deuincire, ad se seque deducere. Eo fit, vt etiam vulgo foedissimum habeatur, Maiorum non respondisse virtuti. Quippe eadem virtus, & regula posteris est, ad quam vitam dirigere suam iubentur, & quædam clara lux, quæ sicubi aberrant, atque degenerent, prauitatem in obscuro esse non sinit. Quo loco Augusti pulcherrimum factum mem̄nisse iuuat, qui cum Ducum Romanorū statuas triumphali specie in vtraq; fori sui porticu dedicasset, professus edicto est, commentū id se, vt ad illorū velut exemplar, & ipse dum viueret, & insequentium ætatū Principes exigeretur. Modo n. persimili nos Historiarū hac editione palā pponimus, populisq; porrigimus exēplaria, ad quæ nos, nostrosq; posteros exigant. Extet igitur

Salust in proœ. Ing.


Conf. li. 9. cap. 21.

Sueton. in Aug.

publicè nouum hoc nostræ & obligationis pignus, & voluntatis. Amemus necessitatem hanc saluberrimam, quæ nos ad præcipuos in omni laude conatus, ac profectus extimulet: demusque operam, quod B. Franciscus Xauerius frequens admonere socios consueuerat, vt, qui de Societate IESV dicimur, nunquam tali capite, tali que corpore extitisse videamur indigni. Romæ, Kalendis Nouembris. Anno Domini M. DC. XIV.

Omniū indignus in Christo seruus,

Franciscus Sacchimus.



CLAVDIVS AQVAVIVA
SOCIETATIS IESV
PRÆPOSITVS GENERALIS.



VM primam partem Historiæ Societatis nostræ à P. Nicolao Orlandino, eiusdem Societatis Sacerdote scriptam, tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id commisimus, recognouerint, ac in lucem edi posse probauerint, facultatem concedimus, vt Typi mandetur, si Reuerendissimo Domino Vicegerenti, & Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij videbitur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Romæ, Kalendis Octobris. 1614.

Claudius Aquaviva.

*Imprimatur, si videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sacri Palatii
Apoſtolici.*

Cæſar Fidelis Viceſg.

Imprimatur,

**Fr. Thomas Pallauicinus Bononien. Magiſter, &
Reuerendiſſimi P. Fr. Ludouici Yſtella Sacri
Palatii Apoſtolici Mag. Socius, Ordinis Prædi-
catorum.**

HISTORIÆ SOCIETATIS IESV, PARTIS PRIMÆ

LIBER PRIMVS.



SOCIETAS Iesu singulari Dei beneficio toto iam terrarum orbe dispersa, atq; diffusa, quotidianis suis conatibus, ac laboribus ita se prodit; vt ad se indicandam commendationem styli, vel lucem historici non desideret. Sed quoniam historici partes sunt, non tam oculis presentis seculi, quam futurorum seruire memoriæ, nec progressiones, & incrementa modo, sed primos etiam rerum ortus, & initia narrare; nec tam ipsarum pulchritudinem rerum, atq; præstantiam, quam Sapientiam Auctoris, & earum Opificis commendare: idcirco q; prudenti consilio, nec sine peculiari, vt ego interpretor, æternæ mentis instinctu, ab alijs fieri Disciplinis, & Religiosorum ordinibus cernim; vt sua primordia, atq; incrementa, omnemq; suum posteritati cursum diligenti literarum commendatione tradant; id nunc pro nostra, nostrarumq; rerum tenuitate faciendum nobis est: vt huius Societatis res, nostris posteris commendemus: nec ab ea consuetudine discedamus, quæ cum salutaris ex sese est, atq; sancta tum minimè dubiam diuinæ voluntatis significationem habet. Nam q; ad me attinet, vt fatear, quod res est, nulla mea voluntate adductus, sed eorum duntaxat impulsu, qui vim apud me Dei, numenq; tenent, hoc quicquid est operis, ac laboris aggredior. Iubet enim illa Maiestas Sanctorum suorum vitas, ac præclara facinora, in quibus ipsa mirabiliter elucet, & ad testimonium suæ gloriæ, & ad documentum posterorum, accuratis literis consignari. Quod cum in alijs Viris sanctis animaduertimus, tum in sanctissimo Constantiensis Ecclesiæ Præsule, quæ in Cypro est, Epiphanio: cuius admiranda prodigia, præstantesq; virtutes, diuino se impulsu instituisse conscribere, discipulus eius eximia sanctitate Ioannes, locuples auctor est. Qui cum instituta pertexere præpropera morte non posset, Polybium Episcopum eiusdem disciplinæ alumnum, operæ suæ vicarium supposuit moriens, graui oratione contestans, hanc esse Dei mentem, vt quæ diuina eius virtus per Epiphanium admiranda patraret, suis ipse literis commendaret, nec sineret ea silentio inuolui, & obliuione posteritatis extingui, adiunxit prædictionem mandatis; accessuram scribenti vitæ, dum ea, quæ ordiretur, absolueret. Res, vt prædicta est, ita cecidit; & verum vatem fuisse Ioannem, Polybij, quam manu terimus, testatur historia. Quod si de vnus hominis vita cum virtute acta, ne qua posteros inobscuraret obliuio, tam sollicita diuina mens fuit; quid putamus in frequentissima ab se instituta familia, vbi non vnus, aut alterius viri res gestæ, sed tot clarissimorum, exempla virtutum, tot testes diuinæ gloriæ, tanta in obscuritate posterorum, multos iam annos latent, à nobis exiget? Sed Patribus danda venia, qui rebus gerendis intenti non vacabant scribendis. Mecum autem quis neget actum esse præclare, cui diuina, vt diximus, voluntate, hæc reseruatæ sunt partes, vt gloriosos Patrum labores, sua quodammodo reticentia sepultos, apud Deum tamè exquisitè descriptos, diligenti inuestigatione conquirerem, & quicquid ex eis ad nos manauit, è diuturnis quasi tenebris in apertum proferrem? Arduum opus, & operosum, fateor. Sed tanta styli mercede proposita, Dei primum, quam dixi, gloria; deinde communi vtilitate fratrum, quid non tentandum? Ille digito ad scribendum impellet, qui vt stylum prehenderem, auctor fuit. Quoniam autem nouæ Religionis origo describenda proponitur, iure quærere in hac ipsa velut operis prolusione quis possit, Cur in tanta Religiosorum ordinum copia, varietate, nobilitate, quibus & tanquam adminiculis sustentatur, & tanquam luminibus decoratur Ecclesia: Maiestas tamen illa, cuius spiritu totum Ecclesiæ corpus administratur, & regitur, nouas in ea familias, novos ordines suscitet; & tanquam non con-

2.
Placet Deo
pius histo-
riæ scribi.

A

111

3. tenta veteribus, alia ei præsidia comparet, alios denuò splendores accersat. Ac mihi quidem præter arcana eius sapientiæ consilia, quæ rationum omnium momentis longè præponderant, causæ omninò quatuor in mentem veniunt, indicandæ perpaucis. Quarum ea princeps est, vt nouæ Satanæ machinationes, ac technæ nouis item suæ Maiestatis inuentis, nouis artibus eludantur. Excogitarat inuidissimus hostis ad extinguendum omnem cultum sacre religionis, perendamque innumerabilem vim animorum, vt vnum aliquem è Monachorum numero blandè seduceret, teterrimumq; ei suum spiritum inhalaret, per quem toto terrarum orbe sua venena diffundens, tantò certiora suæ nequitiz iacula figeret, quantò nequiores satellitem nactus esset: tantò exploratius de religione, de cærimonijs, de Cœnobitica, ac Religiosa vita actum iri confideret, quantò venenata eius proles, & longo vsu Cœnobij, & singulari ostentatione doctrinæ ad perniciem inferendam videbatur instructor. Nec deerant, vt modò significauimus, pernobiles in Orbe Christiano familiæ, seu Catholicæ doctrinæ præsidij, seu sanctitatis splendore coruscæ, quæ ad eam pestem auertendam magno vsui, vt sunt, Ecclesiæ Catholicæ esse possent. Sed, ne versutissimi Draconis astutia, Dei sapientia videretur inferior, opponendæ fuere vicissim nouis impiorum cateruis, nouæ piorum hominum acies, nouis Diaboli satellitibus, noui Christi Iesu ministri. Quorum ex societate, tam præter opinionem; tamq; opportune conflata religio, satis indicat & vnde & quorsum ea edita, ac procreata sit. Proxima verò nouas condendi familias causa est, vt veterum familiarum studia, quæ interdum aliquid de primis initiis ardoribus ipsa temporis diurnitate remittunt, nouarum acuantur exemplis. Sæpè enim, quæ latebat in clausa virtus, æmulationibus lacessita, se prodit; & quæ nullos nacta est æmulos, obsolescit. Vt enim, cum ex quatuor rerum initijs pugna, & certamen exarsit, tum maxime ad diurnitatem viget incolumitas mundi; sic inter dicatas D E O familias, vbi pia exarserit æmulatio, purissimus Dei cultus, & vera sanctitas efflorescit. Quantam iam inde ab ortu suo Societas hæc, vt de alijs taceam, nullis dum vetustatis commendata suffragijs, nullis illustrioribus nobilitata factis, vbiq; vestigium posuit æmulationis flammam iniecit? Quam multi Ordines sese ad industriam, & pristinas contentiones, nouo inspecto Ordine reuocauerunt? Quam multi suas curas, atq; vigiliis, cum in excolendis perpoliendisq; se ipsis, tum in fouendis, tuendisq; proximis intenderunt? Testatissima res est hæc, vel ex ipso temporum, ætatumque discrimine, si quis ætatem hanc, cum ætate Patrum, & hæc tempora, cum illis temporibus comparare velit. Accedit, qd ex ijs, q̄ oriuntur familijs, aliæ alias ad excolendam Domini vineâ facultates, & vires afferunt: nec recens oritur disciplina, q̄ non singulari aliquo officij munere Apostolicæ famuletur ecclesiæ: vt nullam temerè, ac fortuito, sed summa oēs prouidentia, ac consilio institutas, ac procreatas intelligas, si cuiusq; vires atq; functiones, & quibus quæque sit instructa & ornata muneribus animaduertas. Consentanea quippe destinatis vsibus Deus, velut sua dote singulas locupletat, & ornat: singularumq; operam, ad suæ vineæ cultarum pro tributis cuiq; muneribus, & donis adhibet, ideoq; certis ætatibus ac temporibus nouas creat. Societatem vero nostram, ipsam quoq; habere præcipui aliquid, quo ei, quam dixi, vineæ peculiarem operam locare possit, qd cunctandum est confiteri, cum id omne diuini sit muneris, atq; doni? Proprium est illi suas perpetuo operas, & quasi colonos sponcione voti addita, habere promptos, & expeditos ad obsequium Romani Pontificis, vt quocunq; ille iusserit Euangelij causa, sine reculatione contendant. Proprium est, nullo certo loco consistere, perscrutari plagas omnes, vt ingentia vndique Christo Dominò animarum lucra conquirant. Proprium item, toto orbe terrarum exposita gratis habere gymnasia ad instituendam, non modo liberalibus disciplinis, verum etiam Christianis moribus iuuentutem. Proprium deniq; eius (tametsi in hoc æmulas habere iam cœpit) Christianæ legis elementa, puerorum ætatulis, & imperitæ multitudini passim tradere. Quæ quidem omnia, & si q̄ sunt alia, si secum ipse quis reputet, & quanto Ecclesiæ bono ista gerantur, expendat; facile lentiet, cur in tanta disciplinarum copia, alias atq; alias diuina prouidentia non obatur, ac struat. Verum ad id ipsum docendum, ne illa quidem minus efficax ratio est, quod augendis Religionum Ordinibus, ipsa quoque in Ecclesiâ varietas, quæ fons est pulchritudinis omnis, amplificatur, & crescit. Nam vt in condendo Mundo Fabricator tanti operis, vt suæ in eo vestigia pulchritudinis adumbr-

ret, & de thesauris suis ex illo immensitatis Oceano suppeditaret aliquid, infinitarum eum rerum varietate distinxit: vt ea de causa Græci propter insignem speciem *κόσμον*, Latini lucentem, seu mundum nominarint: sic in Ecclesiæ corpore, quam quotidie sibi velut vnicam sponsam exquisitius adornat, & nouis quodammodo splendoribus ad elegantiam expolit, spectabilem quandam ex omni Ordinum, ac familiarum genere varietatem admiscet. Quæ tanta tamq; admiranda in omni statu, ac natura varietas, non tam quia spectabilis, ac decora, q̄ quia peropportuna, & sæpè necessaria probatur, ab summo illo, ac sapienti Opifice videtur inuenta. Quorsum enim ad capiendos humani corporis sensus tam multiplex est reperta varietas? cur pascendis singulis, singula rerum inuenta sunt genera, colorum, sonorum, saporum, odorationum atq; tactionum? Quorsum tot animantium species? tot locorum ac regionum, tot oppidorum tanta descriptio? Quorsum tanta in his notis, vsitatisq; naturis formarum, generumq; dissimilitudo? Num ad vniuersi duntaxat ornatum, ac voluptatem, an etiam ad multiplicem hominum vsus, atq; opportunitatem, quorum gratia, eã, quam dixi, varietatem excogitauit diuina solertia? Nimirum naturæ hominum variæ, voluntatesque tam multa, tamq; inter se distantia, ac dissimilia rerum genera requirebant, vt qui re aliqua minus capitur & afficitur, ei nunquam in tanta varietate deesset, quod eius mulceret sensum, & velue arrideret palato. Par in disciplinarum multitudine varietatis est ratio, q̄ idcirco prouidentia Dei sua in ecclesia tam est machinata solerter, vt varijs hominum voluntatibus & ingenijs, moribus ac naturis, constitutionibus corporum, atq; viribus indulgeret; nec in tanta familiarum copia deesset vnquam, quæ cuiq; p̄ cæteris probari posset, & quod suus quemq; nutus ac voluntas impelleret. Argumento est, quod multi, qui se ad certam aliquam disciplinam appulerunt, nunquam se ad aliam forsitan inclinarent, nisi congruentem illam cum suis moribus inuenirent. Quàm multi autem in hac noua, minimaq; Familia societatem inière nobiscum, qui nisi ea edita in lucem esset, in suis adhuc tenebris permanerent, nec vllum de religione consilium, mentemq; susciperent? Nouarū igitur familiarum ortus, in fructu diuinæ ponendus est sapientiæ, quæ & cuiusq; priuati moribus, sensibusq; & vniuersæ ecclesiæ decori ac pulchritudini, & cæterarum disciplinarum bono atque comodo, & presenti temporum necessitati, opportunitatiq; voluit esse prospectum. Quibus de causis, vt cæteræ sileantur, sodalitatem hanc nostram potissimam excitatam, in lucemq; vocatam, cum p̄ me loquatur euentus, malo in hominum cogitatione relinquere, quam in oratione mea ponere.

Iam verò ad huius tanti operis molitionem Architectus ille diuinus, qui stulta mundi eligit, vt confundat sapientes, IGNATIVM de Loyola nullis instructum humanæ sapientiæ præsidijs, & ex seculi castris nuper abreptum auctorem ac ministrum sibi delegit: vt, quod olim in vniuerso ecclesiæ corpore, & amplissima filij sui societate fecerat, id in hac minima eidem filio suo addicta, & deuota Societate fecisse nostris temporibus sentiamus. Quamquam apparebant in Ignatio, vt in electis plerumq; Dei, documenta non leuia, vnde prudens rerum existimator, etiamsi quid præstans ille ordiretur Opifex, ignoraret; intelligeret tamen quantus is esset aliquando futurus ad meliora conuersus. Nam & in Apostolo Paulo etiam tum cum Dei persequeretur Ecclesiam, & in Discipulos Domini minas spirabat, & cædes, non erat difficile conijci, quantus & ipse futurus esset traductus ad Christum. Quippe idem, ac semper sui similis animus est, & eandem vim suam vbiq; prodit, siue in tutela versetur erroris, siue in patrocinio veritatis. Nam post acceptam gratiam, vt scriptum reliquit B. Macarius, natura manet eadem; & sicut membrana, in qua suo quisq; scribit arbitrio, quacunq; scripturam recipit; ita gratia quamcunq; naturam. Ac profecto si quis in ipsis, seculi tenebris, tanquam ex quadam specula contempletur Ignatium, nã ille vel ex generosis eius inceptis, conatibusq; conijciat ad maiora quædam eum genuisse, & conformasse naturam: eiusq; vitæ cursum iam inde à principio ita à Deo fuisse directum, vt humanis postea ad diuina traductis, nihil non in eo summa sapientia permissum, nihil non peculiari prouidentia relictum, & constitutum animaduertat. Natus est anno post partum Virginis millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, cum octo circiter ante annis portentum illud Orbis terrarum (vt à Sapientibus obseruatum est) & funesta Catholicæ Ecclesiæ pestis, Martinus Lutherus editus esset in lucem: vt tum DEVS futuri conscius ad discutienda venena videretur excitare præsidia, quemadmodum

7.
Societatis
fundator
Ignatius, &
ad id opus
facilem
habere.

Rom. 25.

8.
Ortus Ig-
natij.

9.
Summa vi-
ta Ignatij
ante con-
uersionem.

supra dicebamus, cum ad ea spargenda Satellites novos Satanas educabat. Ortus est nobili, & claro in primis genere in ea Cantabriæ regione, quæ Guipuzcoa dicitur. Habuit enim vtrumq; Paren- tem ex familijs in eo tractu principibus, Beltrammum Loyolæ, & Oignes Dominum; & Mariã Saz de Balda, vt nouæ deinde in Ecclesia Dei familiæ Magister ac Parens, talibus eam institutis, ac legib⁹ temperaret; vt earum vim ac seueritatem, plurima, quæ in eam se dicaret ex toto terrarū orbe no- bilitas, non refugeret. Rem militarem iam tum ab adolescentia maiorum exemplo perdidit: diu- turnoq; vsu Castrorum bellica laude floruit: vt suæ mox sodalitatibus alumnos siue in obtemperandi celeritate, siue in laborum tolerantia, siue in salutaribus excursionibus, subitissq; missionibus exer- ceret ad similitudinem bellicæ disciplinæ. Fuit in adolescente incredibilis mentis ardor ad gloriam, sitis ingens humanæ laudis; vt commutato vitæ genere, in eius, qui omnia condidit gloria, laudeq; sitienda, eundem animi impetum, eundem retineret ardorem. Elegãtiam cum in omni vita, tum in cultu corporis affectarat, vt hæc eius esset elegantiz prænuntia, quam mox in rebus sacris, cultuque interioris hominis præferret. Eminebat altitudo animi in condonandis offensis, in liberali grati- ficandi voluntate, in detestandis auaritiæ sordibus, & malorum omnium seminario, cupiditate; vt neglectis suis aliquando commodis, & emolumentis, magnifico, excessuq; animo totum se ad ani- marum salutem, & pximorum explicaret. Cernebatur in capeffendis reb⁹ arduis animi magnitudo, in gerendis acre consilium, in exequendis ad extremum vsq; constantia; vt pro Dei deinde gloria, saluteq; omnium gentium, & hac vel tuenda, vel propaganda famila, nihil non aut alto quodã ag- grediretur animo, aut cautiſsimis cõsilijs administraret, aut strenuo deniq; constantiq; labore per- ficeret. Erat senilis quædam in adolescentiæ flore maturitas, pari comitate coniuncta, siue in ptra- ctandis hominum animis, siue in eorum captandis voluntatibus, vt olim esset in robusto iam Viro, seu in deducendis ab errore mortalibus, seu in alliciendis, & adiungendis ad Christum comitas gra- uis. Quid? quod emicabant etiam in eo haud obscuri pietatis igniculi, qui progrediente tempore, cum se ex hominibus transfuisset ad Deum, magnam videbantur in eius pectore vim excitaturi flā- marum? Annus agebatur 1521. cum Pompeiopoli ex æneo globo scædum in crure vulnus accepit.

10.
Occasio
Ignatij An-
no 1521.

Vt quo die glande ictus ab hoste, & vulneratus est in corpore, (is dies fuit feria altera Pentecostes xij. Kal. Iunij, vt certis auctoribus compertum est) eo videretur ab almo spiritu amore ictus, & fau- ciatus in animo. Apostolorum Principem præcipua quadam veneratione colebat, cuius laudum p- conia versu olim celebrarat Hispano: cui & Apostolus ipse ex accepto vulnere grauiter ægrotanti, per quietem mederi visus est, & in præfenti opitulari discrimine. Consulebat quippe tum nobis o- niium pastor B. Petrus, cum suum gregi Pastorem referuabat, quo diuturniore memoria tam singu- lare beneficium grex ipse coleret, & peculiarem sibi illã patronum, ac defensorẽ inter huius vitæ la- bores, ærumnaq; depoleret. Cæterum quanquam non id quidem nos agimus, vt Ignatij vitã ve- lut ab incunabulis describamus: sed ab eo tempore potius sit iustum nostri operis, & laboris exor- dium, quo Architectus ille summus, veluti primas huius ædificij columnas posuit, q̄ fuit ann⁹ salutis humanæ millesimus quingentesimus trigessimus quartus; tamen eam omninò tacitam pterire non licet. Inde enim pendent, q̄ deinceps toto opere explicantur. Nam quemadmodum ipsem et B. Pa- ter Iacobo Laimo, qui ei in Generalatu successit, narrabat, ferè Deus consuevit, quos Duces Reli- giosarum familiarum adfciscit, eos ita regere, ac deducere; vt ab ijs vult postea disciplinæ suæ secta- tores institui. Itaq; & commodum erit, ante operis ipsius explicationem, lineamenta, & quasi for- mam aspiceret; & iucundum animaduertere, q̄ lenibus principijs ea, q̄ in ecclesia Dei geruntur acer- certimè, diuina Sapientia præterat. Igitur secundum illud Apostolicum visum fecit summa boni- tas, vt decumbenti Ignatio, & mali mitigaretur acerbitas, ac depulso periculo dum per longam qui- etem tibia solidatur, occasionem persanando animo aperiret. Ad leuandam enim molestiam tem- poris, codicem quempiam petenti ex ijs, quibus insuauerat, p armorum, amorumq; ludibria hora- rû bonarum raptoribus; euenit sanè diuinitus (exemplum memorabile quanti interfit, q̄ libri in æ- dibus habeantur) nullo vt eius generis domi reperto offerretur, alter Christi Domini vitam conti- nens, alter verò Sanctorum. Quibus lectitandis, vt est virtus blandissima mentis humanæ concilia- trix, vbi præsertim suam ei speciem in illustribus proponit exemplis, hoc acrius commouebatur

11.
Occasio con-
uersionis:
Ignatij ex
lectiſsime pio-
rum libro-
rum.

Ignatij

Ignatius, quo tanquam ad fomitem, præparatamque materiam ad eius generosam indolem sanctus ille ardor adhærescebat. Subibat animum præstantissimos quosque ex ijs, quos legebat æmularius ausus, in diuexando potissimum, marerandoque corpore. Quæ prima virtutis facies sua illa tristitia, & horrore blanditur animis magnis. Recurrebat tamen identidem bellicæ laudis dulcedo, & cogitationem rapiens, varijs depingendis inceptorum fortium imaginibus per quæ vel benevolentiam sibi cuius vellet, vel nomen inter bellatores grande colligeret, longo spatio deludebat. Sed, vt erat harum cogitationum tam diuersa natura; ita in abscessu vestigia sui dissimillima relinquebant. Ab ijs, vt solidis, ac succi plenis quietus manebat animus, vegetusque & quasi passus: ab his nempe inanibus ac falsis, aridus, sibi que displicens, ac magis naufragabundus, quam satur. Nec discrimen id nisi multis post diebus obseruauit miles noster, quam exteriorum certaminum ad id temporis prudens, tam interiorum ignarus. At vbi primum diuino clarius illapso radio, in contrarios illos exitus, mentem intendit: relegensque superiorum alternationes dierum, plane talium discrepantiam commotionum perspexit, ac veluti accensa face in suæ mentis tenebricoso specu dispicere lucem, quidque ageretur cœpit videre, immenso cumulatus est gaudio, & liquidissima perfusus è cœlo dulcedine. Ex sane fortunata illuxit hora illa Christi Tyroni. Radius ille cœlestis fuit ei totius vitæ Magister, eaque præstans interioris Philosophiæ intelligentia, quæ sanctum Virum compleuit, gradum hunc primum, hoc primum habuit rudimentum. Namque ex eo tempore erectus ad sui custodiam, suarumque cogitationum, & affectionum, non exitus modo, sed initia, & progressionem vigil obseruans, discernendorum spirituum peritiam singularem adeptus est: regulasque cœpit statim colligere, quæ in libello exercitiorum de ea re plenæ sapientia extant. Hac igitur luce peruolutandis sanctorum Vitis insistentis, & præclarissima etiam quæque dicta, ac facta excerpens, & accurate variis depicta coloribus in volumen referens, dum ex eorum contentione se ipse velut in speculo contemplatur, induxit constanter in animum ætatis superioris errores, noua instituenda vita, corrigere, totumque penitus se reducere. Quæ cum secum deliberaret attentus, repente studio precepcionis accensus, intempesta nocte desilit è cubili, totoque animo, corporeque prostratus anteclementissimæ Dei Matris effigiem, dum ab ea poscit opem, vt per eam sibi liceat non inuisum, ingratumue eius filio famulum esse, ingenti motu concussum est terræ solum, & cubiculum, in quo orabat, intremuit. Siue id exorati numinis indicium fuerit, vt olim vsu Paulo, Syllæque venit nocturnos carceris inter horrores, cum Deo laudes, hymnosque canerent, seu fugati Dæmonis argumentum; qui ab eo viro, cuius in anima Thronum sibi Deus, sedemque iam fixerat, ingenti rabie efferatus, velut amplius non rediturus abscederet. Vix induerat hominem nouum, cum ipsa quoque Dei Mater paruulum Iesum in vlnis gestans, eximia specie, ac fulgore nitens suam illi dum vigilat, præsentiam longo spatio declarauit, tanto exultantis animi gaudio, & commutatione voluntatis, vt à cunctis huius vitæ iucunditatibus incredibili repente fastidio cœperit abhorre- re, ac nominatim insignem perfectæ castimoniam cupiditatem conceperit. Quo tam eximio in Du- cem nostrum beneficio Clementissima Dei Mater tanto ante præmonere nos voluit huius se mini- mæ Societatis patronam apud Filium suum carissimum semper fore: sibi que, secundum Deum oportere admirabilem eius ortum, secundosque progressus adscribi: nec aliunde cœlestia nobis speranda præsidia, nisi ex ipsa, cuius nos Deus tutelæ voluerit esse commissos.

Ignatius vero confirmatis iam fatis viribus, descripta sibi in varias asperitatum formas vitæ in- eundæ ratione; consilio in primis peregrinorum ritu Hierosolymæ ad eundæ suscepto, festinans ad sanctæ militiæ tyrocinium, iter in montem Serratum intendit: nihil tum cogitans vltra, nisi vt (quo- miam rudis eo tempore meliorum, virtutis summam in corporis afflictatione ponebat) quam acer- bissime sese discrucians, per id quam maxime diuinæ Maiestati placeret. Vitæ etiam antea cœtæ com- missa existimabat grauiter vindicanda: ob eamque rem ab ipso statim paternæ domus egressu, cœpit se noctibus singulis acri verberatione contundere: & quidem non tam vt meritas à se Numinis pœ- nas auerteret, quam vt eius voluntati sanctissimæ gratam, acceptamque rem faceret. Adeo iam inde ab Euangelicæ perfectionis lumine cœlestis gratiæ ope, ductuque prouchebatur ad optimum, & ad gloriæ Dei quam maximam (quod vnicum tota deinceps vita desti- natum spectauit) quasi nesciens collimabat. Ibat plenus animi, & magna secum voluens, vtque

12.
Obseruare
bonarum
cogitationis
& inanium
diuersos
exitus.

13-
Apparet Ig-
nacia B.
Virgo cum
puero Iesū.

14-
In Monsen-
Serratum
expatria.
discedit.

cam partem, quam maxime rebatur infirmam, aduersus hostiles impetus communiret, in eodem itinere voto se, quod Deiparæ pro suo in eam peculiari studio nominatum obtulit, perpetuæ castitatis obstrinxit. Ac Reginæ Virginum, & nato eius acceptam sponfionem fuisse probauit satis ex eo die deuoto Clienti ad vltimum vsque spiritum excellentis pudicitia, intaminataque mentis, & corporis donum cœlesti benignitate concessum. Nec dubia (vt licet interpretari) Clementissimæ Matris tutela subinde capitis, animique discrimen euasit: ex quo potuit intelligi, quam necessarius sit pietatis iter ingredientibus dux certus, & custos, Adiunxerat eunti se comitem Maurus homo (non dum enim ea fex è Tarraconensi Hispania prorfus excefferat) qui cum illato sermone de semper intemerata Dei Genitrite, diu nefarie pernegasset eam à partu Virginem, subditis repente iumento calcaribus, paulumque progressus, in pagum proximum flexit. Recaluerit scilicet in excelso statim Ignatii pectore militares spiritus: vtque etiamnum in quodam quasi Regnorum Christi, ac Mundi confinio versabatur, seculi trutina diuinas res ponderans; statuebat Virginis Matris iniuriam ferro protinus abolendam. Ex altera parte conscientia iam fidelior scrupulum suggerebat, ne forte id genus vltionis æterna vetitum lege, nequaquam Dei, ac Virginis refarciret honorem, sed geminaret offensam. In hoc ancipiti curarum tumultu, eo capto consilio, quod sola excuset piæ mentis simplicitas, vt, si Mula, cui infidebat, in viâ diuortia iter, quod tenuerat Maurus, iniret, intelligeret sibi impium illum haud dubie pugione confodiendum, vbi ad biuium ventum est, continuo bestia, quamuis proximus in conspectu pagus, magisque tritus inuitaret callis; tamen in alteram se partem, quæ ad montem Serratum ferebat, immisit. Ad sacrum Montem peruectus, religiose Deo, ac Deipara salutatis, eo curam in primis adiecit, vt vitam exorsurus nouam, veterem ab exordio primo retexeret: quod cum per triduum sedulo peregisset, è scripto repetita ab memoria vltima noxarum confessione cunctarum apud Cœnobij eius Virum virtute inclytum Ioannem Clanonium nomine, natione Gallum; eidem pariter sua de vitæ ineundæ ratione consilia ex ordine patefecit. Deducebat nimirum Iustum suum Dominus per vias rectas, Magistrumque plurimorum vno erudiendo fingebat. Is scilicet consilium illud geminum pietatis palæstram ineuntibus apprime necessarium, menti eius iniicit, vt & generalem institueret Confessionem, cuius ea tempestate vsus non perinde, vt postea eiusmet opera introductus est, increbuerat: & cum viro bono, atq; prudenti quicquid meditaretur, communicaret. His enim necesse est oriatu ab initijs disciplina virtutis, his ædificium spirituale statuatur in fundamentis. Nam expiatio vitæ totius anteaetæ in primo lumine, ardorque ille conuersionis purgat magno opere animum; præparatque vberioribus è cœlo donis excipiendis. Et omnino immensum quiddam refert ad perseuerantiam, ad progressum, ad omnia primordio semel contendi, quantum cum diuina ope fas est, vt animus in amicitiam Dei, & statum gratiæ reponatur. Ductus autem periti Institutoris aduersus fallacias tenebrarum Patris Angelum lucis eminentis, cum semper, tum inchoanti præsertim est necessarius, quod & rudior discipulus est, & error vel paruus initio, fit longe maximus in progressu. Hæc Ignatius præcipua quadam Magistri summi doctrina non solum peragebat, sed etiã obseruabat, conferens in corde suo, & intentis vbique oculis per iustitiæ semitas incedens, ac notans singula, vt eodem tempore, quos faciebat in discipulatu processus, eosdem haberet in Magisterio. Vbi Clanonius cōsilia eius probauit, quia legerat nobiles olim Equites cum initiarentur profanæ militiæ, totam noctem in armis excubare solitos; militiam & ipse sacram auspicaturus ritu persimili, Iumentum, quo erat aduectus, Cœnobio donat: quod superfuerat pecuniæ pauperibus diuidit, gladium, ac pugionem ante Deiparæ aram suspendit; densisq; iam tenebris vni pauperum etiam nobiles vestes, quibus induebatur ad intimam vsque subuculam tradit: seque ipse habitu induit, quem prope Montem Serratum nuper ex itinere comparauerat. Is erat talaris tunica è rudi sacco, funis pro cingulo, calcei è sparto, sed alterum tantum pedem ex veteri plaga imbecilliore texit: alterum prorfus nudum; nudum item reliquit verticem; suspendit ab latere cucurbitam in vsu aquæ, & viatorium baculum, peregrinorum gestamen, manu prehendit. Hoc ornatu noctem, quæ lucem concepto à Virgine æterno Verbo sacram præcessit, ante ipsius Aram Virginis totam exegit, modo stans, modo genibus nixus, descens superioris ætatis piacula, totumq; se toto pectore Deo deuouens, atq; ei vni statuens in posterum

15.
*Vouet casti-
moniam.*

16.
*Zelus Igna-
tii pro per-
petua Dei-
para Virgi-
nitate.*

17.
*Quid gesse-
rit in monte
Serrato.*

18.

19.
*Manusum
sercipit.*

rum bonam militare militiam. Primo diluculo, ne per lucem agnitus in eo habitu admirationem sibi, & nomen sanctitatis conciret, Manresam versus discessit. oppidum à Monte Serrato tribus distans leucis; in eius Oppidi hospitali domo ante Hierosolymitanam peregrinationem, rudimenta susceptæ militiæ positurus, & quasdam in inchoato Loyolæ volumine, quod magna cura secum gestabat, vitæ spiritualis obseruationes adnotaturus. Euntem festinus Viator assequitur, sciscitaturque; num vestes Menticulo, magni pretij, vt ille asseuerabat, donarit: qui cum intellexisset miscellum eas ob vestes, furti suspitione vexari, fassus id, quod res erat, vt innocenti succurreret; nec addito verbo, quamuis multum de suo nomine, & itinere interrogaretur, commiseratione partim Mendici, partem suimet, lacrymas fudit, adeo se nequam existimans, qui ne benigne quidem alteri posset facere, nisi infamiam eidem, & damnum crearet. Manresæ Nosocomio Sanctæ Lucæ receptus, velut in quaesita diu palestra pedem posuisset, continuo laxat ardori animi habenas, & in dura, & aspera, quæ mente destinarat, sese effundit. Cæsariem, quam pro frequenti eius temporis more studiose nutrierat, confundi sinit, & inhorrescere: barbam temere promitti, vngues exrescere, totum os squalore turpari. Vestis erat, quem dixi, saccus asper, ac vilis; caput dies, ac noctes in lectum, humus pro lecto, somnus perexiguus, ac media nocte orationis causa interpellatus: ter quotidie acriter repetebat flagellum: septenas attentione magna prouolutus in genua, recitandis varijs precibus ponebat horas, præter id tempus, quod singulis item diebus audiendo sacro, vespertinisque, & completorijs precibus dabat. Tota ieiunans hebdomada, nec quicquam omnino præter exiguum panis emendicati, & aquæ semel in die degustans, Dominicis tantum diebus, quibus ad pœnitentiæ Sacramentum, & vitæ panem summa religione accedebat, de ieiunij seueritate aliquantum, si facultas afforet, remittebat. Ab his curis, si quid vacuum supererat spatij, vel ministrabat ægrotis, vel stipem, quam in alios pauperes dispertiret, emendicabat; vel sermonibus pijs homines, qui se offerrent, studebat facere meliores, semper intentus, ne quid corpori blandum admitteret. Itaque non multo tempore in tanta vitæ durtia, corporisque neglectu viuidæ robur illud iuuentæ elanguit, concidère vires, & nobilem bellatoris speciem pallor, & macies deformauit. Animus interim tranquillus, ac lætus erat. Etenim cum dulcedo cœlestis sensum prope omnem asperitatis, qua macerabatur corpus, extingueret: primi quoque ardores quadam sua præcipua dote aditum Satanæ quasi vallo intercludebant: vt bis omnino oppugnatus principio sit, eoque leuius, quo apertius. Nam cum paulo post donatas pauperi vestes succurrisset, Nonne melius nunc vestitu, qui te deceret, amictus, versare cum paribus tuis, quam in sacco isto seminudus inter mendiculorum volutarere quisquillas? hanc ille cogitationem, in pauperum se protinus gregem inferens, comiterque cum ijs agens, miscellæque sermonem, leui negotio repulit. Iterum autem defatigato, & languido, Te miserum, cū oppugnator insufurasset, quinquaginta adhuc tibi anni restant, isto pacto trahendi; respondit, Diem ne mihi, vel vnum præstare tu queas? & confestim molestia omnis euauit. nec postea quamdiu inter mortales egit, cogitatio Viro Dei vlla subrepsit, quæ constantiam in susceptæ vitæ ratione tentaret. Ceterum, quia gentis humanæ callidissimus hostis, vbi aperta vi nihil aduersus pias mentes assequitur, dolis, cuniculisque grassatur. atque, vt se dabant exordia, grandem sibi aliquam temporis progressu ab indole eius Viri cladem pertimescebat: altera vero ex parte etiam Deus Magistrum experientissimum formans, vicissitudine motuum ac temporum perpoliri eum, docerique volebat, vt ipsi edoctus experimentis, omni hominum, ac temporum generi opportuna præcepta colligeret; cœpit nobilis Tyro simul gradibus magnis prouchi ad arcem virtutis, simul varijs versari modis, multisque, & grauissimis cōmotionibus agitari, & artibus subtilissimis peti. Quatuor igitur mensibus in æquabili animi pace traductis, peruenusta ei se imago obiectat in aere, cuius figuram dispicere non plane posset. Longior erat tractus in colubri modum, lucidus, idemque multicolor, & compluribus quasi oculis stellatus, qui intuentem iucundissime oblectabat: euanescebat autem relinquebat subtristem. Nec multo post quoniam adhuc in oratione, quæ voce fit, Ignatius ferme constiterat, descendere in se salutis cœpit, & penitus intrare diuina admirabili è cœlo luce perdoctus. Inuisurus enim sacram adem mille fere passus Manresa procul, in Rubricati amnis ripa confedit, ore conuersus in aquas, meditabundus. Ita sedenti diuina lux repente oborta, nouam quandam rerum scenam aperuit.

Myte

Myſteria fidei tanquam ſubducto velo oculis quodammodo intuetur : rerum creaturarum æſtimationem iuſtam, ac precium intelligit: quem ad finem genita hæc vniuerſitas ſit; quamobrem, & quatenus rebus creatis vtendum ſit, cognoscit: in quo virtutis ſita vis : qua prius in re, poſteriorue, plus aut minus elaborandum : tota denique Euangelicæ ſanctitatis perfectio, ac diſciplinæ interioris ſubtilitas eodem in lumine menti eius oſtenditur, adeo clare, vt inde alter plane recederet, aliſque iam luminibus ſequere, & res ceteras contemplaretur; aliis lancibus boni, & malique præſtantiam ponderaret. Exurgens igitur nouus Vir, ac plane iam vir perfectus in Chriſto, ad Crucem in proximo ſitam euolat, humi prouoluitur: dumque gratias de tam incomparabili dono ex intimis agit ſenſibus, illud ipſum quod ſupra dixi, picturatum coloribus ſpectrum, & oculis interpunctum apparuit. Sed animaduertens Ignatius, prope Crucem non ita colorum fulgere blanditias, & alia vanitatis argumenta obſeruans, plane intellexit venenati eius ſerpentis, qui mortale genus totum infecit, ſpecioſum eſſe ludibrium. Ex eoque tempore cum multis deinceps annis, quanquam non ita collucens, ac bellum ſefe frequens obijceret, generoſo ſaſtidio, & baculo abigebat. Hinc iam interiora Philoſophiæ cœleſtis ingreſſus, & ab oratione vocis ad mentis progreſſus actiones, exercere cœpit meditationibus ijs, quas in exercitiorum ſpiritualium libello digeſſit. Nam partim ex eo, quod ſuo ipſe uſu, & quotidiana obſervatione notarat, partim ex eo, quod à diuino illo Inſtitutore didicerat, ſalutarem quandam orandi ſcientiam, & meditandi velut artem effecit: quam in dies magis, ac magis auctam, locupletatamque ad ſimilitudinem exercendorum corporum, exercitia ſpiritus appellauit: vt quemadmodum ſuis exercitationibus corpus, ita ſuis ſe ſpiritus aleret, ac ſuſtentaret. Has ille magno ſuo bono primus expertus, ratus id quod erat, eandem quoque vim in ceteris habitaturas, ſubinde ad aliorum adhibere ſalutem, & vitæ diſciplinam inſtituit, tam illuſtri commutatione morum, tam vberi multorum fructu, vt nihil illis videretur, ſiue ad eligendum vitæ genus, ſiue ad conformandos mores, appetitioneſque; ſedandas, ſiue ad retinendâ in præclaris animi noſtri decretis, inſtitutiſque; conſtantiam, excogitari potuiſſe præſtantius. Neque omnino, ſiue tempus, quo conditæ ſunt ab homine literarum prorsus experte, ſiue illa fructus ad pietatem ſpectetur vbertas, ſiue infeſtationes per quas conante Satana opprimere proſecerunt, autoritate demum Apoſtolica comprobata, dubitare fas ſit quin opus fuerit humano maius: & plane æternæ mentis inuentum. Inter has meditationes in amorem præcipue Chriſti Domini immenſum exardeſcens, quidque ille egiſſet cauſa noſtra, quid æquum eſſet conari nos in eius obſequium animo verſans, cum aueret ei ſe totum, ac penitus mancipare; & inuenire quemadmodum & vbi rem poſſet quam gratiſſimam facere, & cuncta circumſpiciens, intelligeret, non poſſe Saluatori acceptius impendi vquam obſequium, quam in diuina gloria procuranda per ſalutem animarum, pro qua ſcilicet ad terras ille veniſſet; ad quam quicquid egerat, quicquid dixerat, quicquid ad necem vſque duriffimam tulerat, retuliſſet; ad eam protinus curam toto peſtore ferebatur. Et quia proponebat ſibi Chriſtum Ieſum veluti Regem iuſto præditum imperio, fortem, ac generoſum, & moribus ſuauiſſimis, qui ad pium bellum non alia inuitaret conditione populares ſuos, quâ vt commodis iſſdem, & incommodis vterentur menſæ, lecti, laborum, periculorum, quibus ipſum vt Regem viderent, optime hinc argumentans ex vna parte non poſſe hac militibus conditionem optabiliorem, honeſtiorẽue proponi; nec ſane dignum, aut militum, aut hominum numero, qui Rege eiufmodi, piam ad expeditionem ſic inuitante, non euolare ad ſigna; ex altera vero parte pauperẽ, eumque Cruce præeunte Chriſtum Ducem intuens, & audiens vocem. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me, totus in ſanctam id genus belli, totus in ſtadium animarum, totus in ærumnarum, paupertatis, & cruciatuum omnium cupiditatem exardeſcebat, vt ſtrenue, ac legitime ſub tali Duce militaret: erubefcens non ſequi præeuntem, & meliorem quam ſibi Dux aſſumeret, conditionem pati. Ex hoc fonte, quæ geſſit tota vita pro cauſis animarum, quæque perpeſſus eſt, & multo plura, quæ cupiſſe perpeti; ex eodem ſociorum adlectio, & ipſius Societatis conſtitutio, & vniuerſa deſcriptio emanauit. Dum vero ſanctis hiſce curis exercetur, mira viciffitudine, nunc cauſa nulla antegreſſa, imenſo quodam perfundebatur ſenſu dulcedinis: nunc vero cuncta illa lætitia ex animo euaneſcente momento temporis quaſi pallio ab humeris ſine ſenſu raptò, & gritudo ſuccedebat, ac tardium, ac ſtupor: cum grauiter etiam incipit torqueri angore conſcientiæ. Nam vt ex diuina luce ſefe

acrius

23.
Exercitiorum ſpiritualium libellum componit.

24.

25.
Angitur ſerupuſis conſcientiæ.

acrius incitauerat charitas, & dolor etiam peccatorum, & voluntas, quantum fieri posset lesum Dei honorem redintegrandi, inde oculos ad antea actam vitam retorquenti succurrebant, non pauca, quae verebatur ne memoriam in generali confessione fugissent. Quae Confessio diligenter cum explicasset, itemque addidisset alia, quae postea dubitationem mouerant, & alia rursus; nouae semper aliae ex alijs dubitationes oriebantur: nullusque fiebat scrupulorum finis, nullus angorum. In assiduo gemitu, & omnibus precibus ad Deum perseuerabat clamans: infixus tamen haerebat pectori vermis, carpebatque medullas; ac vorabat succum omnem pietatis; & reliquias etiam virium corporis depalcebat. Denique remedia alia incassum expertus, memoria repetens quendam esse sanctis Patribus perpetuam sibi ab omni cibo abstinentiam indixisse, dum quod optabat, Deus miseratione tactus concederet, idem faciendum sibi putauit. Id cum Dominico die stetit, hebdomadam quam longa est, nulla penitus gustata re, nec de septenis cuiusque diei precationum horis, nec de ternis verberationibus, nec de caetera seueritate intermittens, aut remittens quicquam, ieiunus exegit. Et quia fluctus conscientiae non confederant, & vires etiamnum sustinendae inediae sufficiebant corpori, longius erat progressurus, nisi Confessarius, cui nihil habebat abditum, altero Dominico die, re cognita, seuerè prohibuisset. Nec distulit suam indulgentiam Deus consolationis. Respexit benignè famulum suum, abundeque reddita pristina mentis tranquillitate, ad eò simul admirabilem addidit scrupulos eximendi peritiam; ut nulla ferè deinde offerretur Ignatio tam deplorata conscientia, cui non faceret medicinam. Accessere praeter claris hisce donis alia, atque alia cursu perenni, praesertim caelestium visionum. In gradibus templi Dominicanorum, quod Manresæ est, horarias Martis Virginis preces aliquando percurrens, mente in sublimem sensim contemplationem ad augustissimum adorandae Trinitatis mysterium, quadam sub rerum corporearum imagine contuendum abreptus, incomprehensi eius mysterij notitias in narrabiles percepit, tanto cum gaudio, ut modum lacrymis eo die adhibere, ne in publica quidem supplicatione, & conspectu multitudinis posset; tanta vero vbertate lucis diuinæ mente recepta, ut homo literarum rudis, de sacrosanctis illis, & inaccessis Dei Vnius, ac Trinitatis splendoribus volumen scribere ordiretur. Et quanquam ante hanc illustrationem praecipuo studio singulas per se diuinas personas propria prece salutabat quotidie: tamen ex eo tempore multò fuit propensior ad sanctissimae Trinitatis cultum, & in Missa, quae postea Sacerdos de ea frequens recitabat, caeterisque religiosis obsequijs, peculiari sensu, & pietate commouebatur. Ipse Christus Dominus per id tempus frequens menti eius spectandum se praebuit: nec raro Mater sanctissima. Eodem interiore mentis obtutu aliquando dum ad Sancti Dominici sacrificio interest, in hostia sacrosancta Christi Domini praesentiam; alio tempore rationem, & viam, qua sempiternus ille Architectus, & Opifex vniuersam mundi molem procreauit, admirabili modo perspexit. Quibus luminibus ad eò praeclearum consequutus est donum intellectus, ac fortitudinis; ut quis nulla extarent, sacrarum monumenta, ac testimonia literarum, tamen fidei dogmata, & rectè tenere posset, ac tradere: nec dubitaret obiecta neci vita defendere. Verum inter Ecclitases vna ante omnes octidui spatio memorabilis fuit. In Completorio enim Sabbati auocatus à sensibus, cum octo ipsos dies, ita quasi exanimis iacuisset, ut homines pij condituri sepulchro fuerint, nisi latentis vitae reliquias ex tenui cordis palpitationeprehendissent; in Completorio item Sabbati proximi quasi è somno euigilans; &, Ah IESV, suauiter ingeminans, surgensque, omnes, qui intererant, admiratione compleuit. Quo tempore, pia est, ac probabilis coniectura, uti olim Gentium Doctor triduo illo, quo nec manducauit, nec bibit, ac multorum sententia, raptus est in tertium caelum, audiuit arcana verba, Evangelijque sacrosancta mysteria, & formam Ecclesiarum diuinitus accepit: ita Ignatio huius minimae Societatis, quasi fabricam, & exemplar ostensum. Caeterum quanquam ab initio venerationi populo esse coeperat, tum propter constantia virtutis exempla, tum etiam quod consecuta celeriter eum è Monte Serrato, etiam vero amplior fama, de nobilitate generis, mutatis vestibus, relictis fortunis, admirabilem faciebant; tamen hac, & hisce similibus diuinis significationibus usque eo creuit obseruantia, & sanctitatis opinio, ut cum demum ex vitae asperitate morbum grauissimum contraxisset, publica magistratus cura, & honestissimarum ministerio Matronarum curatus sit. Inualuerat eius morbi vis usque in supremum discrimen, quae cum primum paululum remisit, & vocis aegro potestas

26.

Totam hebdomadam ab omni cibo abstinet.

Scientia mira Ignatij scrupulos eximendi.

27.

Diuina visiones.

Donum intellectus, ac fortitudinis.

28.

Ecstasis per octo dies continua.

29.

Grauisimè agrotans inanis gloriam expulsi.

B

redijt,

redijt, repente ad astantes sublato clamore, ne cessate per Deum, inquit, si rursus mors ingruat, ne cessate mea mihi scelera ingerere, & peccatorem ingeminare. Quippe ad nouissimum se agonem paranti cogitatio pertinax occurarat, iustum esse ipsum blandiens, quam propulsare conantem, grauius ea luctatio, quam atrocitas mali defatigarat. Sed ille tumidum Cœnodoxiæ spiritum in præsens egregie debilitatum, ita mox deleuit, ac prope extinxit; vt suis de rebus quicquid Dei gloria posceret, sine vlla blandæ eius pestis titillatione depromeret. Quin adeo ipsemet tam rigidus sui censor, quiue vel minutissimas labeculas, nec nisi perfectorum acie spectabiles, Pœnitentiæ sacramento subijceret, professus tamen sit, viginti fere postremis suæ ætatis annis nunquam habuisse de gloria inani, quod Confessario aperiret. Nondum confirmauerat vires, cum repetito pristinx cursu seueritatis, semel, iteruq; reuolutus in morbum, experimento didicit, nequaquam detractum pietatis studio, quod necessitati naturæ concederetur: idq; (quod, vt alia, errando, se memorabat edoctu) solebat postea suæ disciplinx Alumnis paterna benignitate proponere, admonens, vt in mala valetudine, quicquid de valentium remitterent studijs, id obedientia, æquitate animi, patientia, compensare contenti, de cætero laborans corpusculum ne vrgerent. Geminum est illud præceptum, qd item in hac Manresana schola ex obseruatione suimet vsus didicit, nihil somno immòdice detrahendum. Nam cum ea potissimum hora, quam quieti necessariæ destinarat, pij sensus, ac gustus affluerent, animaduertens intempestiuum laborem, plus nimio corporis vires, ac mentis affligerestaurit prorsus normam rationis sequi, quodq; sibi ad maiorem Dei laudem, consultatione diligenti spatium præstituerat quiescendi, de eo nihil voluntarij studij causa, quanquam alioqui recti, decerpere: iam tum singulare suum illud institutum tenens, non modo, vt nihil temere, sed fere ne pro quidem impetu aggrediretur, nisi præmeditatione matura circumspectans, ad certas bene eligendi regulas, quas inter alia hic obseruarat, exigeret, vt planius in postremo hoc opere differetur.

30.
*Experimento
discipuli parit-
dum valetu-
tudini.*

Vtebatur iam valetudine certiore, sed quia grauis languor refederat stomachi, & hyems perfrigida sæuiebat, duplex amiculum è crasso panno, coloris cinerei rufescentis amicorum impulsu corpori admouit, & ex eodẽ confectum pilcolum capiti opimentum imposuit. Tum Barcinonã discessit, iter in Palæstinam; qd à principio destinarat, primo quoq; tempore initurus, Manresam decimo fere postquam venerat mensẽ, valde & sanctitate, & claritate auctam relinquens. Nam cum priuatis congressibus, tum meditationibus exercitiorum, post eam obseruatam viam, complures ad studia inxima pietatis prouexerat, & suæ sanctitatis ea relinquebat impressa vestigia, vt quæ potissimum incoluerat loca, subinde veluti sacra populi pietas celebrare inceperit: quorum nonnullis progrediente die, præclara addita sunt monumenta cum titulo. Deniq; Oppidi nomen angustis ante finibus notum, toto iam pene orbe terrarum inclaruit. Nec dubitare fas est, quin præcipua quadam indulgentia, eam Ignatius plagam è cœlo respiciat, vt incunabulum suæ in Christo infantiz, altricem primæ mendicitatis, Tyrocinium sacræ militiz, Euangelicæ scholam sapientiæ, vt quæ ipse appellabat, suæ primitiæ Ecclesiæ sedem, tot etiam tamque excellentium donorum consciam, atque testem; certante præsertim in Manresanis cum Maiorum charitate erga eum clientem, Posteriorum pietate erga Patronum. Hierosolymitanum ad iter multi se comites obtulere, officioseq;

31.
*Manresam
mouit atq;
relinquit.*

32.
*Prædicit fu-
tura.*

*Hierosoly-
mitana pe-
regrinatio-
nis, nec co-
mitum, nec
vitiaticum
voluit.*

in primis Ioannes Paschalis duodeuiginti annorum adolescens, cuius Mater Agnes Paschalis religiosissima scemina iam inde in initio Manresani secessus venerari Ignatium cœperat. Huic adolescenti, quod ipse post euentum sancte testificatus est, Vir Dei totam vitæ agendæ seriem, & impendentes ærumnas, atq; calamitates in discessu ita prædixit, quasi non futura caneret, sed præterita enarraret. Verum neq; ipsum, neq; omninò quemquam mortalium comitem voluit: nec pecuniæ subsidia, quæ benigne obtrudebantur, admisit, vt quæ admodum secum ipse differebat, nullos haberet comites, nullum subsidium, nisi fidem, spem, & charitatem in Deum; & nihil fiduciam, vel amorẽ suum à summa bonitate distraheret. Quod propositum tenuit ita constanter, vt cum nequaquam reciperetur in nauim, nisi quod ipsi sat foret nautici panis, inferret, diuque reluctatus, de Confessarij demum consilio intulisset nummulos aliquot, quos in littore sibi reliquos animaduernerit, quod nulla adigebat necessitas ferre, ibidem in saxo reliquerit. Cæterum diuino plane consilio ingens discrimen euasit. Nam cum perhonestã Matrona Isabella Rosella forte in concione hu-

miliær

militèr eum intèr pueros confidentem intuita, ore vidisset supra modum splendido ac fulgen-
 ti: & vocem interiorem audiens, qua iubebatur accersere, accersisset, colereque, vt sanctum Vi-
 rum cœpisset; eadem operam dedit, ne phaselum, vt ille decreuerat, sed vt onerariam grandè con-
 scenderet, quod cum fecisset, phaselus in conspectu Barcinonis naufragio periit: onerariam vero
 vehemens à puppi ventus impellens Caietam quinto die peruexit. Annus tum agebatur 1523. qui
 pleriq; Italiz grassante pestilentia infestus optatam ærumnarum Ignatio segetem obtulit, dum Ca-
 ieta Romam, ab Adriano Sexto Pontifice benedictionem, ac potestatem Palæstinæ adeundæ ac-
 cepturus, ac Venetias inde, contendit. Amici Romæ coegerunt, septem circiter ad Naulum olim
 soluendum, aureorum nummum summam accipere: sed mox ijs tanquam paupertati propositæ
 minus consentaneis, in obuios pauperes distributis, lætior inde perrexit ærumnis, & medicitate di-
 cissimus. Excludebatur ab Urbium, & Oppidorum ingressu: non recipiebatur hospitij; stipe non
 iuuabatur, ip[s]is quoque Viatoribus pallore, ac macie tanquam pestilens erat horrore. Verum ince-
 debat suo Ductor, & Socius peregrino Christus Iesus, tanto præsentior, quanto longius aberant
 humana solatia. Qui prope Patauium etiam videndum se illi, vt solebat Manresæ, obtulit: conso-
 lans, & ad asperiora toleranda confirmans. Idem in Vrbes ipsas Patauium, ac Venetias, quæ ob eod-
 dem pestilentiz metus peragere patebant externis, aditus ei facillimos dedit. Vtq; appareret, certate
 quodammodo Famulifidem, & indulgentiam Domini, dum Venetijs Ignatius, nè legato quidem
 Cæsaris salutato, quo minus in hominibus spei locaret, emendicato victitat, inque sancti Marci fo-
 ro pernoctat, è prima nobilitate Senator Marcus Antonius Triuifanus vocem audit increpantem.
 Ergo ne, tu in lecto molli quiescas, & Famulus meus noctem sub dio traducat? Quam continuo
 ad vocem Vir Clarissimus surgens, eo, qui vocarat, regente vestigia, in Ignatium incidit: & hunc
 interpretans esse, quem audita vox commendasset, domum deductum hospitaliter habet Sed is po-
 stero die, vbi minus honorifice haberetur, hospitium poptauit. Solebat ille, proximorum mentibus
 Verbo diuino pascendis imminens, honestas interdum inuitationes nequiquam recusare. Atq; in-
 ter cibum modesto fere in silentio ad ea, quæ dicerentur attentus, studiose obseruabat è conuiua-
 rum colloquijs, q̄ opportuna suo negotio forent: ex ijsq; deinde extremam sub mensam captato
 ingressu, sermones de rebus inducebat diuinis, tam apposite, tanta dexteritate, ita ex animo, vt ma-
 gnos in omnium animis motus efficeret. Quod cum Venetijs, à Nobili Mercatore Cantabro inui-
 tatus fecisset, tam sancta ille captus consuetudine, apud se voluit, donec conscenderet, diuersari. Per
 hunc ad Ducem Andream Gritum admissus, suam per se nulla adhibita commendatione causam
 exponens, facile impetrauit, vt quoniã Peregrinorum Triremis iam soluerat, Cypru vsq; Naui, qua
 nouus Prator eius insulæ mittebatur, gratuito veheretur. Multis sane modis eminebat sancti huius
 Peregrini in Deum fiducia, & Christiani pectoris altitudo. Nam cum totus ab aliena benignita-
 te penderet, nihil tamen, vbi Deilausageretur, eius retardabatur libera charitas, quo minus omni
 ope scelera prohiberet. In hospitio prope Caietam, cuius in stabulum fuerat receptus, nocte intem-
 pesta clamoribus magnis excitus, cum perditos homines vim molientes famine inferre, deprehen-
 disse, orationis grauitate, vultus ardore, oculisq; p̄ zelo Dei, micantibus conterrui ita, & obstupe-
 fecit, vt nec vltra quicquam tentare ausi, nec verbum aduersus hominem ignotum, alienigenam,
 deniq; mendicum mittere; exemplo velut oppressi facerent. In hoc Cyprio cursu dum pari li-
 bertate conatur manifestam certorum hominum intemperantiam coercere, admonitus ab amicis,
 vt sibi parceret (agi enim de eo in desertam insulam eijciendo) ne inde quidem formidolosior fa-
 ctus est. Ac Christus Iesus, qui se toto hoc itinere illi frequenter monstrabat, ita cursum à deserta, q̄
 destinarant, Insula auertit, vt volentes, nolentes, si non iucundum, certe vilem obiurgatorẽ, mul-
 tis phibitis criminibus, deportarent in Cyprum. Hic Peregrinorum, q̄ p̄gressam diximus, nauì
 gratuito item recipitur: lætiq; omnes ineunte Septembri Ioppem Palestinæ portum appellunt.
 Sensere ilico terræ altricis sanctitatis contactum; & quædam animos quasi salubritas pietatis affia-
 nit: quoque propius ad sanctam Urbem ferebant pedem, hoc acrius inardescabant cupidine pri-
 mo quoque tempore, augusta illa monumenta oculis vsurpandi, ore lambendi mente tota, & cor-
 pore venerandi. Prope eum locum, vnde primum Hierosolymæ conspectus aperitur, singuli

33.

*Diuina lux
 in eius ore
 cernitur: Et
 ingenti dis-
 crimini p̄-
 cipitur.*

34.

*Exempla
 in Italia p̄
 occasionem
 pestilentia.*

*Christus
 Dominus
 ei se ostendit.*

35.

*Diuino
 monitu ex-
 cipitur ho-
 spitio Vene-
 tijs.*

36.

*Nauigat in
 Cyprum.*

*Ignatij li-
 bertas in-
 phibendo
 sceleribus.*

37. seorsim colligunt curas, & conuocant ad primam illam speciem, quam religiosissimè hauriendam. Iamq; animi impetum temperare non valentes, etiam gressu festinant. Ibat præter omnes ardens Ignatius altissima consideratione defixus. Vbi verò sacra ipsa attigit loca, præcipuis nobilitata salutis nostræ mysterijs, solo illo, illis specubus, montibus illis, tectorumq; reliquijs antiqua representantibus tempora, ipsa q; res ante oculos ponentibus, totus in lacrymas abire, pietatis sensu colliquefcere, nec os, nisi ad reliqua raperetur, posse à primis auellere. Planè hoc consilio venerat, vt eam sibi reliquæ vitæ sedem, eam requiem haberet. Quippe Christi Saluatoris amore immensum, flagrans, vt est amor impatiens, nec vnquam sua flamma, suoq; incremento contentus, è Sacrosanctis illis pignoribus solatium quærebat, & fomitem: vt, quando nondum licebat intueri Dominum vbi est, intueretur vbi fuit: terram premeret, quam pressit: in antro fletet, vbi vagiuit; tumulo prouolueretur, in quo iacuit; & si fas esset, sanguinem funderet, & mortem obiret, vbi ille occubuit. Statuerat simul ad fideles iuandos, & barbaros quoq; pelliciendos ad fidem, conatum omnem, operamque conferre. Nam hoc inter cætera (vt dixi) Manresæ, alte in pectus demiserat suum, considerans, qd optatissimum esset Deo, quam obrem Christus vitam profudisset, ad omnium, quantum conniti posset, animarum salutem elaborare. Sed cum Prouincialis Franciscanorum Minister, aliorum, qui idem expetiuerant, experimentis edoctus, nullo modo sineret permanere; potestatem quoque sibi affirmans esse, qui suo iniussu subsisteret, eum anathemate coercendi, obsequij perstudiosus Ignatius, suum illud consilium in aliud tempus reiecit potius, quam abiicit. Interim, quia postera dicta erat reuersioni dies, cupidus relicta à Christo in cælum subeunte vestigia regustandi, raptim in Oliuetum montem euolat solus, & sine ductore Turca, quod est valde periculosum. Et quia non admittebatur, cultum, è grapharia theca custodibus donat: inde ad Bethphagem prope- rat. Hic verò cum subiisset, nequaquam se obseruasse, qua nam ex parte dexterum, qua sinistrum Domini vestigium hæsisset, in Oliuetum recurrit: donatisq; forficulis, rursus emit ingressum. Reuertebatur iam domum gaudio plenus, cum obuium habuit Cœnobij famulam ex ijs hominem, quos Christianos cingulo tenus vocant, missum à Patribus Franciscanis, quibus Ignatij absentia cognita, grauem iniecerat curam, ne suus illum feruor sæuitiæ Turcarum, & auaritiæ proderet. Accedebat homo toruo vultu, fuste armatus, & Ignatius perferre quiduis paratus. Sed interfuit simul clementissimus Iesus, qui Iacobitæ pectus ita molliuit, vt Peregrinum nil nisi brachio paulo ferocius præhensum, de cætero humaniter duceret: ipse vero met Dominus toto illo itinere famulo suo diuinam suam præsentiam commodans, & lætitiâ infundens vberrimas anteiret. Nec minus in Cypro mox adfuit. Nam cum tria starent in portu nauigia mox in Italiam solutura, Turcicum vnam, alterum Venetum firmum, ac magnum prædiuitis Mercatoris, Tertium pusillum vetustate, caricq; fatiscens; quidamq; peregrinorum instarent apud robusti illius Nauarchum, vt Ignatium suscipere, Sanctum esse hominem memorantes, is, cognito pauperem esse, sanctis nauigio opus non esse respondit. Sed breui didicit cauillator ineptus, re ipsa non ita; Sanctos viros nauigijs, q̄ nauigia sanctis opus habere. Nam cum tres illæ onerariæ pariter vela secundo vento fecissent, sub vesperâ grauissima tempestate coorta, Turcica omnino periit; Veneta prope Cyprum allisa in scopulos naufragium fecit, hominibus duntaxat saluis: Paruula, & malè cohærens, in q̄ gratis Ignatio, facileque ascensus patuerat, quamuis multum iactata, cursum tamen incolumis tenuit. Tanti interest, in Hominum Deo acceptorum comitatu versari. Tantum habet scœnus in Minimos Christi deprompta benignitas. Quoniam vero hyems erat asperrima, & nulla Dei Famulo arcendo frigori munimenta, (femoralia duntaxat è simplici linteo, itemq; linteus thorax multiplici in humeris scissura patulus, hisq; superiecta perbreuis, attritaq; tunicula, præterea nihil: calceati pedes, sed crura penitus nuda) affecta pessimè valetudine, stomachoq; pessundato, sub anni exortum Venetias attigit.
38. Vbi, dum deliberat, quando consilium commorationis Hierosolymitanæ non successerat, quâ vitæ posthac viam iniret, nihil mediocre moliens; dudumq; certus id sequi, in quo rem Deo, Christoq; Domino, quam gratissimam faceret, quia id fore persuasum habebat, si totum se ad iuandas animas conferret, consilio planè admirabili, vt in ea procuratione instructor versari, maioreque cum fructu posset, homo trium, ac triginta añorum ætatis, statuit curam adijcere ad studia literarū
39. *Rediit solus in Montem Oliuetum.*
40. *Rursus ei Christus Dominus apparuit.*
41. *Firmissima manus, quam non recipiunt naufragium facit: infirma, quam recipitur, perit potius.*
42. *Rediit in Hispaniam daturus operâ literis.*

Eius

Eius rei causa repetiturus Hispaniam, panni frusto à veteri hospite in stomachi fomentum, & aliquot argenteis nummis donatus, Ferrariam venit. Hic dum preces in templo facit, petenti forte mendico stipem largitur: Moxque alijs, qui conspicati, atque alijs deinceps, qui exciti priorum susurris accesserant; quoad suam illam pecuniolam ad obolum erogauit: cumque iam ingens circumstaret caterua, tum eorum, qui quippiam acceperant, tum aliorum petentium, magna charitate, ac misericordia, parcite, inquit, reliquum nihil est: & cunctis obstupescentibus ad emendicandum sibi, quo presentem sustentaret necessitatem, egreditur. Inde progressum Hispani, qui bellum in Cisalpina Gallia graue cum Gallis per id tempus gerebant, pro exploratore capiunt: perentandoque fastidiosissime, etiam calcæis excussis, & inspecto nudo corpore diu vexatum, tandem sine tunica sua ducunt ad Præfectum, vt is exprimat vi, quæ celari putabant. Magnus hic Christi Domini amator iam pridem, vt supra significatum est, vitam eius pro norma proposuerat, formaque; ad quam fingeret, atque exigeret suam; atque adeo existimans in familiari sermone ingenua Christum, & Apostolos simplicitate vsos, hanc etiam vt imitaretur consueuerat modeste omnes promiscue numero multitudinis, absque ambitiosis Dominationis, & id genus præfationibus appellare. Subiit igitur dum ita captus ducitur, id tempus esse, quo aliquid de ea simplicitate remitteret, & præfectum affari vrbanius expediret. Quam cogitationem vir, mentis suæ custos accerrimus, dum, vti solebat semper, ad rationis iudicium vocat, diligenterque vnde oriretur, quo ferret, explorat, animaduertit sensum esse imbecillitatis humanæ vexationem, ac tormenta reformidantis. Tum secum ipse, Ita ne sumus ad iniurias, ita ad imitationem Christi parati? Castigabo te ego peruerse terror. Et Continuo tanquam per Hierosolymæ vias Christum Dominum vinctum agi videret (quanquam nulla hic visio extraordinaria, sed solum vehemens cogitatio interuenit) lætissimus per Oppidum longissimo tractu vadit; coramque Præfecto ne pileolum quidem à vertice summouet, nec nisi per pauca verba insigni cum interuallo, ac tarditate respondet; vt Præfectus continuo mitti iusserit, mente captum pronuncians, forte grauius vexaturus, si vexationis fugitandæ causa, de simplicitate ille sua decessisset. Dimissum, vnus militum misericordia commotus exceperit; cumque serum dici iam esset, aliquid quo ieiunium solueret, & vbi sub tecto noctem traduceret, dedit. Ita milites suos Imperator cœlestis exercet, non deserit: ærumæque, quæ segnes animos, vnde fugiuntur, opprimunt; magnos ac fortes vnde accersuntur, fugiunt. At Ignatius, vt noua cœlestis doctrinæ præcepta experiendo perdisceret, vix ab Hispanis dimissus, comprehenditur à Gallis, Sed interrogantibus de patria hoc tantum effatus, è Prouincia se Guipuzcoa esse, perbenigne à Duce, qui patriam habere se in proximo memorabat, est habitus. Nimirum vt intelligeret, quam parum humanis fidendum, quam nunquam diffidendum Diuinis præsidijs sit, dum plus apud alienos, & hostes benignitatis, & fidei, quam apud amicos & populares inueniebat. Genuam tandem peregre, inde veteris amici opera conscensa naui, non minima per maris discrimina Barcinonem attigit, peregrinationem vnde inchoauerat, ibi concludens. Protinus hic nouum curriculum intrat longum, intempestiuum, quod sola id ætatis charitas velauderet ingredi, vel speraret posse conficere. Sub ludi magistro repuerascere incipit; & prima rudimenta latini sermonis, & spinosas Grammaticorum præceptiunculas auide haurire, ac principio quidem, quanquam co-

43.
Pecuniam
sibi donatâ
omnibus pau-
peribus dist-
ribuit.

44.
Pro explo-
ratore cap-
tus vexa-
tur.

45.

46.
Barcinonæ
Gramma-
tica inter
pueros stu-
det.

47. *Ardor admirabilis, constantia Ignatii in studio literarum.*

poribus, uti tum, cum ad Grammaticæ studium sese conferret. Hoc diligenter observato, statuens abnormes illas delicias sub pietatis specie, laboris rectissima mente suscepti interpellatrices, nequam à probabili spiritu esse, rogato multum Deo, Præceptorem Hieronymum Ardebalum nomine, pium virum, à quo gratuita opera edocebatur, in ædem Sanctæ Mariæ à Mari euocat: totum animi sui statum aperit, fideliterq; quid hæcenus in causa fuerit perexigui profectus, exponit. Tum flexis genibus spondet, se, dum panis, & aqua Barcinone ad vitam trahendam suppetat, totum biennium, operam ei nauaturum. Recipiat per Deum sponsonem, exigatque pensum; verbisq; ac verberibus ad officium adigat, non secus atque puerorum postremum. Qua sponsonem magno animo facta (ut sunt feræ animi inductiones cum Diuina gratia mire potentes) Dæmonium illud meridianum prorsus abegit. Ceterum uti temperauit intempestiuas animi illecebras: ita quod de pristina afflictatione corporis, propter ærumnas peregrinationis, & inualetudinem mitigarat, validiore iam stomacho reuocauit. Quanquam calceos, ne sermonum causam daret, in præsens non posuit; sed ita perforauit eorum solum, ut toto paulatim collapsa, superficies dumtaxat in hiberno rigore reliqua fieret, quæ non tam pedes, quam patientiam tegeret. In statis vero precibus & contemplationibus, tanta vi rapiebatur in cælum, ut sæpe à Ioanne Paschali, de quo supra memini, (cuius in domus parte diuersabatur) inter noctis tenebras, aliquot cubitis sublimis in aere conspectus sit, totum Diuina luce collustrante cubiculum. Deriuabat simul in proximorum adiumenta partem laboris. Interque cetera quasdam è sanctimonialibus Cœnobij Angelorum, extra urbem tum siti, adhortationibus perpulit, ut certorum hominum consuetudinem, propter quam varij sermones ferebantur, abruperent. Multa eam obrem fidelis cohortator indignissime pertulit ab Satanæ ministris: vnusque præ cæteris furens, audax in eum, ac valens mancipium immisit, à quo super nefarias contumelias, calcibus, pugnis, fuste, ita contusus est, ut pro mortuo derelictus, prostratus in via, & incidente noto, ac pio viro, in suum diuersorium deportatus, duos prope menses iacuerit in fummis doloribus, semper Dominum collaudans, nec facti autorem (quanquam aliunde innotuit) vnquã adductus, ut proderet. Plerosque Barcinonensium rei atrocitas, pro opinione sanctitatis Viri, vehementer commouit: sed præcipue magnum numerum pauperum, quibus cum solitus esset quæritare in opiaz leuamenta, videbatur patronus, ac Pater abreptus. Crebro itaque adibant domicilium decumbentis, deq; salute interrogabant: ac pro ea Vota faciebant, non secus atque de sua solliciti.

48. *Afflictio vna.*

49. *Conspectus inter orandum sublimis in aere, in luce missifica.*

50. *Studio inuandis proximis famulissimo ca. ditur.*

1525.

51. *Spacium penitentia homini, qui se suspendens à Deo impetrat.*

52. *Primi socii Ignatii, qui non perseverant.*

Creuit autem Beato Viro, Christi degustato calice, & suppliciorum sitis, & animarum: creuit & apud populum veneratio ex nouare. Nam cum aliquando ab eodem Angelorum Cœnobio rediēs, ex vicinorum trepido concursu, cognouisset hominem præ desperatione inserto in laqueum collo, ab cubiculi tigno se suspendisse, ingressus & ipse domum, iussa recidi reste, cū omnium iudicio plane miser esset extinctus, coniecit se in preces Ignatius, cunctisq; admirantibus, redijt homini vita, mansitq; dum penitentia se ad obitum compararet. Dum vero deuorandis pariter primis literarum molestijs insisit, & tradendis populo Christianis rudimentis, & serendis de pietate sermonibus, & ad vitam quoque perfectam, quosdam spiritualibus exercitationibus expolit: Nec solum id agit, ut singulos virtuti conciliat; sed ut in his studium idem propagandæ pietatis ingeneret; fuere nonnulli, qui totos se in eam procurationem traderent; ipsum tanquam discipuli, ac socij sectantes, & adiuuantes, quem tamen postea profectum in Galliam cuncti paulatim, alij alio versi deferuere. Horum primus Callistus quidam nominatur; qui de Ignatii consilio Hierosolymitana peregrinatione suscepta, eiusdem benemerendi de animis institutum tenere post reditum decreuit: sed progrediēte die, nobilissimo negotiationis genere cum abiectissima mercatura; & animarum thesauris, cum sordidissimo pecuniarum quæstu commutatis, in Indiam, ad augendas opes enauigauit; ex qua tam locuples viro, quam inops apud Deum meritis redijt. Alter fuit quidam cognomento Arthago, qui postea Indorum in Occidente factus Episcopus, dum per imprudentiam venenum haurit, extremum ibi diem infelici morte confecit. Tertius è Gothofanæ Proregis aula nomine Cazeres, qui Segouiam repetens Patriam, domesticis blanditijs, ac commodis delinuitus, instituta sanctioris vitæ cursum, ut parum pie, ita abiecte nimium, ignaueque deseruit. Accessit nouissimus omnium Ioannes quidam adolescens, natione Gallus, qui ut ætate iunior, ita sapien-

sapientia, ac mente prouectior, ne post agnitam iustitiam, cum explorato salutis discrimine retrorsum conuerteretur, in Monachorum claustra se abdidit. Sociorum hisce primitijs auctus Ignatius, quamquam nec conuictu, nec foedere dum villo iungerentur, confecto, Barcinone biennio, de Ardeali, aliorumque sententia altioribus iam disciplinis idoneus, Complutum se anno seculi eius sexto, ac vigesimo transfert.

Complutum ingresso, deque more mendicanti Martinus Olaius, qui (vt in loco exponetur) Doctor iam celebris, Societati nomen dedit, ea vero tempestate adolescens nauabat Dialecticæ operam, primus dedisse stipem narratur. Non raro tamen fiebat, vt inter mendicandum pretiosiora, quam petebat, ac magis optata dona, reciperet, probra & contumelias. Nam qui vel Euangelicæ vim sapientiæ, vel voluntariam huiusce mendici inopiam ignorabant, cum hominem intuebantur honesta specie, & corpore satis valido manum porrigentem ad stipem, sic incescebant pro-caciter, vt vnum eorum de turba, qui per pudendam ignauiam rogitant, quod quærere manu, & honesto labore possent. Quam indignitatem cum aliquando vidisset recentis tum Nisocomij Ludouici de Antezana Præfectus, miseratus Deifamulum, ad seque receptum domicilio, & necessario victu curauit. Is vero necessitate liber sibimet mendicandi, consuetudinem succurrendi alienæ inopiæ neuitquam intermisit. Erat Compluti Iacobus Eguia, qui item postea ad Societatem accessit, apud quem Sodales, qui iam se Ignatio aggregarant, diuersabantur. Idem cum præfens cuiuspiam calamitas vrgeret, certum erat Beato Patri per fugium. Et aliquando non suppetente pecunia, arcam aperuit, vt inde Ignatius è supellectile, quod videretur, assumeret: qui vt plurimum diligebat Iacobum, intelligebatque se non minus ipsi, quam pauperibus benigne facturum, si liberaliter sumeret: è stragulis, ornamentisque lectorum, & alijs huiusmodi vestibus luculentum fascem confectum, humeris tollit, cumque & candelabra quædam baiuli instar, per Vrbs vias asportat. Inter hæc multo Impensius leuandis defudabat difficultatibus animarum. Magno ille quidem animo, sequutus consilia auide magis, quam prudenter festinantium amicorum, eodem tempore Dialecticæ, Physicæ, & Theologicæ studijs occupabatur, magnos tamen toto Oppido motus, opera quam animis impendebat, vt erat insitata res, & successus præclarus, exciuit. Concurreretur ad eius enarrationes Christianæ doctrinæ: conueniebatur ipse priuatim à multis, consilij causa, & institutionis: nec pauci exercitia spiritus vsurpabant, cum vitæ morumque commutatione insigni. Eadem sodales quoque eius, quamquam diuersorio discreti, tamen cultu corporis similes, agendi ratione concordēs, pro suis quisque viribus munera pertractabant. Itaque sermo multus erat, & multiplex. Quo sacri Quæritores excitati, Toletum Complutum aduolant, causaque Archiepiscopi Vicario Ioanni Figueroæ commissa, quia nulla erat digna ipsorum mora, breui vnde venerant, reuertuntur. Accersit subinde Vicarius cum suis Ignatium. Inquisitum in eos diligenter demonstrat: nec vitium siue in moribus, siue in doctrina repertum. Proinde licere eis, vt instituerant, pergere. Verum quod Religiosi non essent, habitu eodem ne vterentur. Nulla fuit ad parendum cunctatio, tunicarum alijs aliter tinctis, cum subrufo colore, qui Hispanorum rusticanis est vsitatus, omnes ante constarent. Iussus post paulo vt calceis, Ignatius, qui nullis iam utebatur, ne hac quidem in re mori fecit; metiri virtutem iam tum doctus ex obedientia, & habitu animi magis, quam corporis. Crescente motu in populo, ac fructu Satanaque magis, ac magis sibi timente, nouæ quæstiones habentur: sed tum quoque in commendationem cessere innocentia, non (id quod fraudulentus hostis agebat) in publicæ moram pietatis.

Interim nuncio accepto, Ignatius Callistum è Sodasibus vnum, Segouiz moribundum decumbere, pro charitate, quam habuit semper erga suos inenarrabilem, sed quæ possit tamen æstimari ex ea, qua promiscue omnes complectebatur, nec dies, nec noctes quiescit, vt in tempore sodali succurrat. Et quidem protinus vbi peruenit, Callisto melius factum est. Quo citius ipse Complutum reuertit. Tum vero ingentem toto Oppido rerum perturbationem offendit, nobiliū causa sceminarū Matris, & filiarū vtriusque; Viduarum, quæ pietatis ergo, peregrinationem in Boeticam, mendicantium pene ritu susceperant ad Oppidum Giennium, vbi sacrum Domini sudarium; magna religione seruatur. Hæc improuisa, & inconsulta profectio, cum filiam præsertim neque per ætatem, neque per

1526.

53.

Martinus
Olaius
primus: Cō-
pluti dat
stipem Ig-
natio.

Compluti
B. Pater
muli: a pa-
uitur.

54.

Isacobi Eg-
uia per fu-
gium Igna-
tio, ad leuā-
das misero-
rum calam-
mitates.

55.

Inquiritur
in Ignatium,
& Socios.

per speciem vagari deceret, & constaret Ignatij solitas, institutionem sequi: & humana iudicia facillime se ad deteriorem partem acclinent, omnium fere animos contra innocentem Magistrum accendit. Denique in custodiam ducitur, multosque habetur dies, causæ prorsus ignarus; nec ipse eam requirebat, nec patrocinium, quod vltro obtulere Viri graues, accepit; satis fore Christum sibi patronum dicens, atq; ipsum propter quem esset in eum locum inclusus, si de gloria sua duceret, facile vt emitteretur, facturum. Sed simul detentis, & multis præterea accedentibus Ciuium liberorum Christianæ capita legis sedulo explicabat, & quosdam etiam exercebat meditationibus suis. Non enim alligatur Verbum Dei, nec vsquam languescit charitatis industria: solēneq; est Sanctorum vinculis animas liberare multorū. Adfuit mox Segouia valetudine recuperata Callistus, ac feruore incitante, in eandem se cum suo Institutore custodiam sponte coniecit. Sed cū paulo post ne valetudo etiānum tenera læderetur, educendum curauit Ignatius: quia charitas, quæ patiensest, cadē benigna est. Duodeuiginti ferme diebus exactis, accedit in Carcerē Figueroa Vicarius: postq; alia quærīt, autor ne prædictis sceminis peregrinandi fuerit: qui cum sancte pernegasset. Atqui scito, inquit Vicarius, ea te causa teneri. Tum Ignatius, Quando ita res habet, inquit, & illud scias velim, cum hæc se dicerent incitari animo ad vitam per Nosocomia in pauperum obsequijs traducendam, me plurimum dissuasisse. quod minime probabam (quamuis pietas in ipsis appareret) in ea ætate, ac forma causam offensionis cuiquam dari. Verum si pauperum, & ægrotorum teneret charitas, dixi non deesse Compluti materiam: posse etiam, cum ad ægrotos defertur, sanctissimum sacramentum pie deducere. Lætatus est, vt videbatur; hac ratione Figueroa; tamen non ante alterum, & quadragesimum diem, cum ex reuersis peregre mulieribus veritas comprobata est, Ignatium e custodia misit. Tum pronunciata sententia est, capita tria completēs. Primo declarabatur Ignatius omnino innocens. Altero de dogmatibus fidei quatuor annorum spatio dum Theologica interius nosset, disputare prohibebatur. Postremo ceterorum more scho!asticorum indui ipse, & Socij iuebantur. Ad id postremum cum respondisset Ignatius, vti facile nuper obtemperatum erat, vbi color dumtaxat fuerat mutandus, ita neq; in præsentia vllam fore tergiversationem, si modo facultas præberetur, pio Sacerdoti Ioanni Lucenæ nomine, qui similibus operibus delectabatur, negotium dedit Vicarius stirpem in eam rem corrogādi. Quod is dum comite Ignatio præstat, res memorabilis proditur cecidisse. Homo nobilis vtroque conspecto, & cognito ex Lucena, quem in vsum elemosyna cogere tur; reprehendens eum, quod id hominum genus foueret; graui cum stomacho elata voce, & multis audientibus, Male ego incendio peream, inquit, nisi iste, (Ignatium demonstrabat) meretur incendium. Dicitur, factum. Nuncius eodem die perfertur, natum Carolo Quinto Cæsari filium (is fuit Philippus postea Rex Hispaniarum, appellatione ea Secundus.) Cuius natalem dum tota Hispania, pro seque priuatim, ac publice Complutenfes de more festis ignibus gratulantur; ille; quæ dixi, nobilis, ædium suarum Turri conscensa, ibique illapsa forte scintilla in pyræum puluerem, quæ ad illam celebritatem multum subuexerat, miserrimo incendio cōflagrauit, conditionem fideliter implens, quam sibi tulerat, si mentiretur: eodemque se, & mentitum igne demonstrans, & temerarij mendacij pœnas exoluens. Illachymauit ad funestum casum Ignatius. Et certe, inquit, me enim uero perinuito, hunc sibi exitum ipse optauit, ac cecinit. Ceterum altero illo præcepto, ne de fidei dogmatibus verba faceret, quanquam à quaestionibus sua sponte abstinebat, tamen in angustum se videns redactum, & innumeris expositum calumnijs, & prope omnino ab proximis iuuandis exclusum migrare Salmanticam statuit, si Toletanus Archiepiscopus Alfonso Fonseca, cuius volebat stare sententiæ, id consilium cōprobaret. Archiepiscopus multum gauisus Ignatij cōspectu, non modo Salmanticensem profectiōnem probauit; sed etiam benigna cuncta pollicitus pecuniam in viaticum dedit. Verum nec Salmanticæ quies. Habent hoc rara bona, & communem supergressa modum, vt non facile primum apparentia fidem inueniant, siue quod ex se se plerique alios metuntur: siue quod ipsæ res, vt communem modum, ita etiam æstimationem superant: siue etiam quod extra ordinem ire, magnis est virtutibus commune cum vitijs, præaltisque verticibus sunt præcipitia proxima: ac nimium sæpe euenit, vt veneranda primo miracula, demum euaderent in luctuosa prodigia.

Tum

96.
Includitur
in custodia.

57.

58.
Declaratur
innocens, &
e custodia
emittitur.

59.
Obiector
Ignatij in
malū, quod
sibi impræ-
catus erat,
mire incidit

60.
Salmantica
quoque B.
Pater ve-
ratur.

Tum certè erant tempora maximè periculosa, quæq; ad custodiam intèntissimam excitarent, cum Lutherus, & aliz Furiz, diuinas, humanasq; res in Germania permiscerent. Igitur vix inchoauerat, Ignatius Salmanticæ, consueta sibi pietatis officia, cum Subprioris (vt ipsi vocant) Dominicanorum, pro eo studio, quo Sanctus hic Ordo in Religionis integritate tuenda eminet, delatione magis pia, quam necessaria, datur in carcerem cum Callisto. Teter erat locus: addita est catena biceps, altero alterius pedi capite innexo. Itaq; ærumnis excitantibus, primam noctem in perpetuis Deilaudibus totam traduxere peruigilem. Captis dein reliquis Socijs, dum libellus exercitiorum à Doctis viris excutitur, Ignatius subtilissimis de religione quæstionibus, quibusdam etiam de Pontificio iure, præfatus se doctum non esse, & vbiq; paratum Sanctæ Ecclesiæ sequi responsa, tam aptè, verè, proprièq; respondit: iussusq; demum eo modo, quo ad populum solebat, primum Decalogi explicare præceptum, tanta sapientia, & grauitate differuit; vt licentiatus Frias Vicarius, alijq; qui aderant in consilio non modo nihil haberent, quod reprehenderent; sed vehementer cuncta suspicerent. Auxit commendationem Virtutis Magistri, virtus discipulorum. Nam cum fracto carcere quicunq; tenebantur cæteri fugissent, Ignatij socij, qui, in communem illum coniecti carcerem nullo compede vinciebantur, soli subsistere; quippe quos, non parietum septa, sed amoris Diuini vincula, coercebant. Ignatius verò prorsus triumphabat in catena, adeo vt miserantibus eius ærumnas amicis, ingenue diceret, non tot esse in Hispania, aut in terrarum orbe custodias, catenasq; vt non multo ipse plures in Christi gratiam concupisceret. Honestissima denique de eius & sociorum doctrina, vitaq; laudabili lata sententia, altero, & vigesimo die dimittuntur. Sed Deus, qui delectum ad magna Virum, ad propositi sui finem per gradus sensim, & vias admirabiles, quasi manu ducebat, tacito instinctu impulit, vt omninò ex Hispania excedendum, & Parisios abeundum putaret. Causæ profectiois offerebantur potissimæ duæ, altera quod intelligens maiore otio sibi aliquandiu in Sapientiz studijs immorandum, facilius ab agendo cum populo sibi erat temperaturus in Gallia, vbi ipsa sermonis popularis cohiberetur inciticia: altera, vt interim in illo Christiani orbis totius celeberrimo literarum Emporio, & flore copiosissimo iuuentutis, ad consilij sui societate, aliquot eximios aggregaret. Ad hanc sententiam, vbi longa consultatione, ac precibus animû appulit, quamuis difficultates maximæ obijcerentur, siue ex aduersa itineris tempestate, siue ex bellis Hispanos inter, & Gallos ardentibus, tamen suam admirabilem constantiam addidit.

Socijs igitur relictis Salmanticæ, quos ad se postea, si status rerum pateretur, accerseret, anno seculi eius octauo, & vigesimo, Lutetiam Februario mense peruenit. Hic animaduertens adhuc in studijs se non recta via deductum, sed p̄propere ad altiora subuectum, perq; compendia magis vagatum, quam progressum; & multa tum simul complectitur, tetigisse plura, quam tenuisse; cum is esset, qui rerum, vellet absolutionem, & corpus, non initia, & vmbas; statuit de integro tum, cum proximè videbatur ad laboris metas accessisse, ad carceres sese referre. Igitur, vt latinam linguam perpoliret, inter pueros in Montis Acuti Collegio sedebat auditor, nec initio magnò incommodo, cum contubernio vteretur aliquot Hispanorum: sed mox, cum ex piorum liberalitate missam sibi Barcinone pecuniam contubernalium vnus apud quem deposuerat, suos in vsus vertisset, nec soluendo esset; coactus in sancti Iacobi Xenodochium migrare, tum p̄pter viz longinquitatem, tum quia hospitium nec ad exitum ante solis ortum, nec post occasum patebat ad reditum, & victus erat ostiatim quotidie queritandus, magnos labores exhaustit. Doctorum alicui cogitabat se famulum tradere, vt interim quod videbat multis iuuenum belle succedere, quicquid superesset ab famulatu otij, in literas conferens, temporisq; angustias curæ intentione compensans; demum quantum sat esset, proficeret. Id vitæ genus eo maxime arridebat, quod proponebat Doctorem sibi loco Christi futuram, contubernales, reliquosq; domesticos Apostolorum: eosque non aliter contemplatarum, & auditurum, quam si vel Christus, vel Apostoli in conspectu essent, vel q̄dpiam imperarent. Eiusmodi tamen conditionem, per homines in tali vsu cognitos, diligenter quæsitam inuenire non potuit. Sed consilium religiosi viri cecidit è sententia, qui cum suassisset, vt in Belgium excurrens ad Mercatorum Hispaniensium liberalitatem, modica temporis iactura ocium totius anni redimeret, id exequutus tribus deinceps annis, semel etiam progressus in Angliam, non suæ

pauper-

61.

Datur in
custodiam
cum suis.

62.

Laudatus è
custodia cæ-
sus libera-
tur.

63.

Causa ado-
undi Pari-
sior.

64.

Ex ordine
literarum
suetudinè
repe-
rit.

65.

Constitua-
tur inopia.

66.
Prædicitur
Mercatori
Collegium
Societatis
ab eo fun-
dandum.

paupertatis modo incommoda leuius tolerauit; sed multorum etiam subleuauit inopiam: annif- que posterioribus ipsimet conciliati sanctitate viri Mercatores, vltro annuam benedictionem mit- tebant. In his excursibus Antuerpiam cum aliquando venisset, in Mercatorum corona, fertur præcipue in iuuenem è Methymna campi, Petrum Quadratum nomine, obtutum fixisse; & seuo- catum monuisse, grates vt ageret Deo, à quo lectus esset, qui olim in sua Patria Societatis IESV Collegium conderet. Quam prædictionem multis post annis comprobauit euentus. Ex ea ve- ro manifestum fit, iam tum fuisse certum Ignatio, & scilicet reuelatum Diuinitus, fore, vt religio- sum cœtum ipse fundaret. Et sane tot annorum, tamque graues studiorum labores non videntur ei ætati, & rerum gustui Diuinarum, futuri fuisse tolerabiles, nisi Diuinus quispiam monitus, qui de exitu dubitare non sineret, præiuisset; quem tamen ille, donorum huiusmodi sagacissimus oc- cultator, planius explicare noluerit.

67.
Alicui socij
Ignatij, qui
is em cum
eo non per-
sauerant.

Subsidij Belgici ope, ab Sancti Iacobi Xenodochio in opportunius domicilium transgressus, la- tinitati impensius excolendæ, ac simul prouehendis ad perfectionem ex Academicis, quos nancif- ceretur idoneos per pia colloquia, & exercitationes spiritus institit. Tres præcipue insignem fecere vitæ comutationem Baccalaureus Castrius, Peralta, & iuuenis quidam, Amator nomine. Duo prio- res Viri erant maximè clari, magniq; nominis. Amator in Collegio S. Barbaræ versabatur sub Iaco- bi Gouæ Lusitani disciplina, eiq; percarus. Hi cum pauperibus quicquid habebant supellectilis, etiam libros dedissent, & in obsoleto cultu ad elationem animi conterendam, & humana omnia premenda, quotidianum pactum inter notos emendicare cœpissent: ac demum in S. Iacobi Xeno- dochium, vbi manserat prius Ignatius, se recepissent, magnus in Academia extitit motus. Furebant vulgò omnes in Ignatium. Ab eo Gouea querebatur ad insaniam Amatorem compulsus: ab eo cæteri, præsertim Hispani, par nobile ingeniorum de cursu rerum magnarum deiectum, & in ani- mi vilitatem, segnitieq; præcipitatum. Itaq; vbi blanda nõ succedunt consilia, pene armata manu ad Xenodochium vaditur, & inde vi, tres Tyrones abstrahuntur: qui temporè cedentes, quam diu studijs finem imponerent, perfectionis Euangelicæ propositum distulere. Is fuit velut alter partus sociorum Ignatij præmaturus, nec vitalis. Nam tametsi vitam cuncti laudabiliter, pieq; peregerunt: nemo tamen in eius disciplina, ac societate permanfit. Dum strepitus ex horum conuersione Lute- tiæ gliscit; vetus ille contubernalis Ignatij, fraudatorq; pecuniæ, iter in Hispaniam moliens Rho- tomagi morbo, inopiaque oppressus, tantum sibi de Viri cognita charitate promisit, vt ad quem potius confugeret, suam nunciens calamitatem, & opem postulans, nullum inueniret. Nec scripsit is fidentius, quam fecit ille benignus. Continuo hominem consolaturus, & ad amorem si pos- set, vitæ optimæ pellecturus, statuit ad eum pergere, & quidem ad auxilium ei Diuinum impetran- dum, totum iter duodetriginta leucarum, quibus Rhotomagum Lutetia distat, sine vlllo cibo, ac po- tione, plane ieiunus, pedibusque nudis conficere. Quod vbi consiliura stetit, cum anxia primum cogitatione, ne id temerarium esset, dein cum graui membrorum torpore, ac stupore luctatus, fufis ad Deum precibus, & constantia, ita ex vtroque victor euasit, vt post tertiam itineris leucam in pla- nitiam superato iugo, progressus; repente illapfa Diuinitus vi, corde, & gressibus dilatatis præ cla- ritaris ardore, Diuinæque affluentia dulcedinis, nec tenere clamores, quibus Deum alloquebatur, posset; nec ingredi, sed rapi, & volare videretur. His quasi cœlestibus cûsjs vectus, Rhotoma- gum, vt i statuerat, ieiunus, ac vegetus, tertio die peruenit. Nec solatium modo attulit amico, sed admirationem quoque charitatis; & valetudinem breui sua sedulitate restituit: postremo etiam traiciendi in Hispaniam facultatem quæsiuit. Hanc ingens illud pectus patientia, cura, constan- tia in animis ad perfectæ virtutis laudem promouendis enitens, multo minus curis, ærumisq; parcebat, vbi præhibenda esset sempiternæ Maieftatis iniuria. Itaque cum alium Parisijs amicum ab turpi mulierculæ consuetudine, multis tentatis vijs, nequisset abstrahere, ingeniosa pariter, fortiq; consilio, non dubitauit, aduersus ignea inimici tela propudicitia aliena aggredi rem, cui parem Sanctissimos viros ausos miramur pro sua. In stagnum prægelidum, tempestate perfrigi- da, collo tenus sese immerfit, propter quod iter erat impudico ad flagitium properanti, cumque is prope fuit, repente seuera, ac lamentabili voce erumpens, deterrensque, seque dum in suo ille cœ-

68.
Charitas
Ignatij mi-
ra in præ-
sentia.

69.

no volutaretur, futurum eo loco denunciatis, iustam, vt à misero Numinis iram auerteret; ea specie improvisa, & charitatis admirabilitate percudit, commouit, ab tenaci illo veneno profus auulsi. Quod, vt hoc loco narrarem, quia certum tempus non constat, admonuit me Rhotomagensis charitas professionis. Ex ea, vbi primum Parisios redijt, quia excitati ante sermones increuerant, adeo, vt facer *Quæsit*or è Dominicana Familia Vir pius, ac doctus Matthæus Ori, nonnullorū vobis, & in primis Petri Ortizij Doctoris clarissimi autoritate compulsus, citaret absentem; ad hūc vltro cucurrit Ignatius, paratus recta in custodiam pergere, nec supplicium recusaturus, si quid in se alienum à religione, castisq; moribus deprehensum esset; solum rogans breue iudicium, quod Philosophiæ curriculum ad Kalendas Octobris, si permitteretur, ingredi destinasset. *Quæsit*or cū delatum ad se nescio quid, sed plane inane diceret, & accitutum si oporteret, magnopere admiratus illam iudicij vltro subeundi fiduciam, beneuole, comiterq; dimisit. Ad destinatum diem in Collegio Sanctæ Barbaræ Philosophiam exorsus, in tempestiuas rerum piarum imagines inter audiendum, vti olim Barcinone, obturbantes, ea ratione, quam tum efficacem scenserat, totum se Preceptori tradendo, ac spondendo nunquam ab eius scholis ipso triennio abfuturum in ordinem normamq; rationabilis obsequij redegit: colloquutiones quoq; pias, quibus dulcissimè cum Petro Fabro condiscipulo longa spatia trahebat, in certum tempus concordia pactione temperauit. Denique in conseruandis modo sodalibus quæ sitis, non aggregandis nouis, statuit sibi inter Philosophicas curas elaborandum; quod dum facit, mirabantur amici, prioribus sedatis procellis negotium ei neminem iam faceffere. Quibus ille, nil mirum aiebat, cum & ipse quiesceret: protinus autem vt ad Diuina tractanda se ipse retulisset, cooriturus & turbas. Nec tamen illa pax tanta fuit, quin Virgarum periculum graue subiret. Solenne est in Academia Parisiensi supplicium, quod de loci nomine, Aulam vulgus appellat, probrosum ad dedecus, & peracerbum ad sensum: quod & in aula frequentissima comprehensus subito reus, cunctis spectantibus nudetur ad flagra; seditioforum potissimum, & improborum Academicorum dedecus: & à primario Collegij, cunctisque Magistris, certo à singulis plagarum numero imposito, verberetur. Hoc innocenti supplicium Ioannes Penna Magister nondum plane hominis perfecta virtute parauerat, eo duntaxat nomine, quod auditores per pietatis speciem (vt ipse interpretabatur) ab sese abduceret, & sursum deorsum miseret omnia. Ignatij quippe condiscipuli, quamuis ipse (vt dixi) ab inflammandis ad Evangelicæ pfectionis laudē abstineret; tñ cum ex eius vltu, exēploq; cepissent suauitatem. Domini degustare, festo quoq; die pro ludorum oblectamentis, & gregalium liberiore conuictu, sacras eedes, & Oratoria religiose terebant, animosq; tum suauissimo mysteriorum vltu, tum ornandi iucunditate pascebant. Iamq; Collegij primarius Iacobus Gouea vir ille quidem prudens, ac ceteroqui bonus, sed in hac re nimis omnino credulus, Amatoris forsitan Familiaris sui recordatione commotus, quem ab Ignatio sibi raptum indoluisset, narrauimus, sententiam tulerat iniquissimā. Sed quoniam nō tam Ignatij, quam Dei causa petebatur, tota illa iniquissimi iudicij calumnia momento cōcidit, & supplicij turpitudō, quam ad obscurandum Ignatij nomen, & eius eleuandam autoritatem inuidus hostis excogitarat, in illustriorem eius laudem, decusq; conuersa est. Cum enim ad inferenda plagarum pbra Magistri vniuersi peracerbis instructi virgis cōuenissent, Ignati^o Goueam adiit, eumq; magno animo, ac forti perdocuit, quantis in delitijs ipse quidem haberet vltima quæq; pro Christi perpeti, & cunctis esse ludibrio: cæterum eorum se iacturam, quos iam ad frugem reduxisset, ex eo dedecore pertimescere. Quæ oratione, & scilicet impulsu cœlesti, Gouea repente mutatus, prehensa per amice dextera, hominem deducit in Aulam, & qui plectendi inuitam facere debuit, præter omnium expectationem palam de eius laudibus dicere instituit, viriq; sanctitate, constantia, & charitate in proximos collaudata, peccati se insinulat, & suæ sententiæ, iniquitate damnata, Ignatij pedibus se aduoluit, veniam cum lachrymis petiturus. Quo ex factō plura ad Ignatium, eiusq; Familiam commoda redierunt. Primum, omnis illius, erga se academiæ, præsertim Goueæ, & Pennæ præcipuus semper amor, & reuerentia. Deinde amicorum copia, grauium præsertim Virorum, atq; Doctorum, apud quos cum suis in rebus, tū in alienis, & autoritate valebat, & gratia: ex quibus tres fuere præcipui, & inter Doctores facile

70.
Parisios
quosq; accu-
satur, &
laudatur.

71.
Paras
Virgarum
supplicio
prope diui-
nitatis libe-
ratur.

72.
Aut
Ignatij in-
ter Docto-
res Parisi-
enses.

principes, Martialis, Vaglius, & Moschofus: quorum primus cum in Diuini Ignatij commentationibus supra se luce perfundi, & simul quæ se scite scelestibus de rebus pijs edoceret, attenderet, in eam mentem venit, vt vellet eum publicè Theologiæ creari Doctorem, ne dum quidem laurea Philosophiæ donatum: æquum videri negans, vt qui talia & tanta ab eo quotidie disceret, vulgo Doctor haberetur; ille verò, qui doceret, non eisdem decoraretur insignibus: quæ tamen ille decus, cuius nec in se meritum agnoscebat, nec speciem plerisque admirabilem admirabatur constantissime recusauit. Hinc etiam propter initam cum Gouea amicitiam primi in Lusitanæ Regnum, atque in extremas Indias aditus Ignatij socijs patefacti sunt; quam salutariter, & opportune, testata est tot populorum, atque nationum vix ante cognitaram ad Christi sacra conuersio. Denique Societas ipsa, si verum quærimus, ad sua statuenda primordia, plurimum ex eo tempore nata est adiumentum. Quid enim mirum, si iam Ignatij fama longe, lateque manante, postea Faber & Xauerius, & alij deinceps Socij, in eius se perpetuam disciplinam, curamque tradiderint? Namque vbi curriculum Philosophiæ permensus, ne Magistri quidem repudiatis insignibus, quo plus ad animarum causas autoritatis afferret, ad Theologiam se transtulit, in primum illud consilium aggregandorum sibi aliquot sociorum intentus, tertium quasi partum, vti fecundiorum, ita longè prioribus feliciorum edidit: vnde omnis est profeminata Societas. Multos ille quidem eo tempore, vel ex hæresum scopulis, vel vitiorum probris eripuit, multos ab humanis ad Diuina traduxit: quorum plerique, non vulgari aliqua probitatis laude contenti, perpetuis se includere Cœnobijs, reliquo vitæ spatio cum virtutis admiratione exacto: vt etiamnum Carthusiensium, & Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordines, testes sunt. Verum ex tanta discipulorum, Sociorumque Ignatij varietate, nouem ei duntaxat veros, germanosque eius alumnos disciplinæ, iam inde ab æternitate parauerat Deus: quorum hæc nomina fuerunt, & patria, Petrus Faber Allobrox, Franciscus Xauerius Nauarrus, Iacobus Lainius Seguntinus, Alfonso Salmeron Toletanus, Nicolaus Bobadilla Palentinus, Simon Rodericus Lusitanus, Claudius Iaius Gebennensis, Ioannes Codurius Allobrox, Paschasius Broetus Picardus; Quanquam non omnes simul adiuncti. Cæterum omnes fere, vt locis, atque nationibus, ita & naturis erant, ac linguis, consilijsque dissimiles. Nulla inter eos coniunctio sanguinis, nulla nisi inter paucos familiaritatis, amicitia ve necessitudo, ac ne alibi quidem nisi Parisijs, sese antea de facie norant: quo nec eodem omnes tempore se contulerant, nec idem omnibus studiorum scopus, ac propositum fuit, tamen si idem erat cursus, atque contentio. Verum pro sua quisque sententia, ac voluntate suas sibi vitæ rationes animo describerebat, ac designabat, spectans alia omnia præter id, quod ex eorum studijs, & vitæ cursibus, immutabili sui definitione decreti, Diuina constituerat Sapiencia: liquido, vt appareat, cum alia nulla conglutinatio necessitudinis fuerit, tantam subito inter eos societatem, & coniunctionem, sine superiore aliqua vi, nutuque cœlesti, non potuisse constari, præsertim quod & Ignatius, homo erat ijs adhuc ignotus; idemque sua voluntate propter Christum factus egenus, nihil amplitudinis in hac vita, nihil splendoris affectans: Sociorumque non modo vitæ genere, verum etiam natura ipsa dissimilis. Declarabat quippe tum omnibus æterna illa Maiestas celsissimæ suæ fuisse dexteræ, non imbecillitatis humanæ, tanti opis molitione. Cuius, ne quæ sibi partem humana arrogaret industria, Diuina prorsus comparatum est voluntate, vt Religionis condendæ consilium, sicut in æternæ mentis delitescerebat arcanis, ita nemini ex Socijs præter Ignatium, cui, vt supra demonstrari, reuelatum Diuinitus non obscuris constat indicijs, veniret in mentem. Quanquam silentio dissimulandum non est, quibus tandem artibus, atque vijs, ex his humanis vilitatisque rationibus ad eos conglutinandos inter se decem, eadem Diuina sapientia sit vfa: quo magis & primorum Patrum, quibus hæc Fabrica, quasi quibusdam fundamentis nititur, notitia maior; & egregia posteris, cum mutua inter se concordia, tum alienæ tuendæ salutis disciplina tradatur. Nam reliquas inter Ignatij laudes, atque virtutes, quibus velut hamo capiebat homines, tres fere præcipuas. Prima quidem insignis quædam rerum humanarum, & eorum, quæ vulgus hominum admiratur & suspicit, despicientia: cuius vsu, exercitationeque nihil tam ardentè optabat, nec tam studebat ex animo, quam vt Dei charitate, infimo sese cuique submitteret. Altera, pia, quædam in omnia homines, vel tenuissimos, cum liberalitate coniuncta voluntas, qua nec

73.
Aggregas
sibi socios
ex quibus
nata Societas.

74.
Novem pri-
mi Ignatij
socij.

75.
Virtutes
quibus præ-
cipue Ignatius
hominibus
sibi con-
ciliabat.

nec sumptui, ubi opus erat, nec labori parcebat. Tertia, singularis patientiæ laus, incredibili quadam ingenii lenitate permixta, qua non modo alienis imbecillitatibus condolebat, verum etiam iniurias, & offensiones æquorum pariter, & iniquorum, aut prudenter, sciteque dissimulabat, aut comiter facileque donabat; semper bonum pro malo reddens, & ad eos sese maxime applicans, à quibus esset teterrime violatus. Ita tamen, ut æqui simul, & iniqui sentirent, non ex ignauro, inertique animo, sed ex nobili, ac generoso pectore tantæ lenitatis exempla prodire. His Ignatius instructus præsidij, hac tantarum commendatione virtutum, cum sæpe alibi alios, tum ad extremum Parisijs eos, quos sibi Deus huius fundandæ familiæ reseruauerat adiutores, conciliandos curauit. Itaque simul ac in Collegio Montis Acuti, humanitatis se litteris expoliuit, uti narratum est in eaque Academia prima aduersariorum tempestate iactatus, illustra edidit suæ documenta virtutis, coeptus est à viris primarijs in pretio haberi, & obseruari in dies magis à bonis. Quæ res illi ad Philosophiæ studia gradienti, non minus honestos, quam faciles aditus in Collegium Sanctæ Barbaræ patefecit: ubi tandem ex animi sententia cum præcipuis, & ingenio præstantibus Academicis agere licuit, ex ipsoque flore seligere, quos ad suæ vitæ rationes sensisset idoneos. Hic ille totum se ad cuiusque ritum, ac voluntatem, quoad licebat, accommodabat, ut cum in animos hominum, sensusque intimos irrepressisset, tum eos nullo negotio penitus pietati, Deoque subijceret. Hic vigil obseruabat dignos, quibus salutares plagas tenderet, & dulces pararet insidias, admonitaque superiorum iactura sodalium, statuit in adlegendis nouis ad eorum pernoctandas naturas, & cautiora afferre consilia, & maturitatem temporis expectare. Hos omni officiorum genere sibi maxime obstringebat, obstrictoque pedetentim ad pietatem inflammabat, & excolebat, dum ad omne Christiani officij deus charitatisque proueheret; satis certus eos, cum ad hunc gradatim apicem aspirassent, illuc etiam sua sponte cursuros, ut in eligendo vitæ genere id potissimum sequerentur, quod è re diuina maxime, gloriaque videretur. Sed illud cecidit prope Diuinitus, ut admissus in id, quod dixi, Collegium, tales contubernales inuenerit, quales fortasse iam pridem, si rerum spectetur euentus, nec multo antecedens, nec longe insequens tulit ætas. Fabrum, inquam, & Xauerium: qui ut natura probi, candidique, ita se comes facilesque in eo contubernali recipiendo, cuius non modicam artea opinionem imbiberant, præbuerunt. Erat Faber ex Oppido Allobrogum Villareto Gebennensis Diœcesis, Parentibus ortus pietate magis, quam generis claritate nobilibus: & ab ijs sic educatus, ut iam inde à puero conscientiæ sentire clamores, & quasi morsus inciperet: quodque Diuinæ in eum indulgentiæ peculiare indicium est, septimo circiter ætatis anno, quosdam etiam pietatis igniculos, & peculiare, ut ipse de se scripsit, instinctus ad deuotionis affectum. Quo ex tempore videtur omnem eius voluisse animam possidere, & quasi quodam sibi Diuino coniugio cælestis sponsum adiungere. Ad educationem porro domesticam accedebat optimi institutio Magistri Petri Veliardi, vita, moribusque tam Sanctis; ut eum postquam decesserat, Faber non dubitaret tamquam vnum aliquem de cælestibus inuocare. Is non tam sui alendi gratia, paupertate cogente, quam ut alimenta pietatis suis auditoribus suppeditaret, ludi magister fuit. Omnes quippe Poetas, Scriptoresque profanos, Evangelicos, ut Faber loquitur, faciebat: omnia ad exadificandam in timore Domini iuuentutem accommodabat: & vnde Magistrorum plerique perniciem, periculumque suis discipulis struunt, inde ille salutem, & morum disciplinam comparabat. Vir plane dignus, quem ceteri maximeque ætatis imbecillæ Doctores, ad imitandum sibi proponant. Itaque adolefcebat in animis teneris, eo docente cum ætatibus flos pietatis, & Fabri semina sic excreuerant, ut duodecimo ætatis anno, solito vehementius accensus, in agrum solus, Deo inspirante prodicrit; & libero, patientique cœlo, vniuersorum Domino, sese totum vouenda, & consecranda castitate dicarit. Cuius voti soluendi vim, facultatemque suppeditatam à Deo, adiuuabat etiam & augebat ingens, & pene immoderatus ardor ad studia, quem multis affirmat frænum delictis fuisse. Et vero ea fuit veluti esca, qua pellectum Diuina sapientia, cum ipsummet ad culmen celsissimæ sanctitatis, tum per ipsum animas quam plurimas ad æternæ felicitatis portum deduxit. Pastoritia enim ab arte nobilitate animi, & ingenio quodam pudore, ac verius occulta Diuinæ prouidentia vi refugiens, ad literarum nobiliora studia inuito etiam parente, transgressus, ubi maturum fuit grauiore aggredi

76.

Patrus Faber primus Ignatij socius; eiusque primus alius.

77.

Duodecimæ uoluntatis portum consecratiem.

78.

A pastoritia ad literarum studia transgressus.

*Proficitur
eiusdem in
studii.*

79.

*Cōciliatur
Ignatio
maxime le-
uanda ino-
pia subsidii*

80.

*Prudentia
Ignatii in
regenda Fa-
bri anima.*

81.

*Insignis Fa-
bri pietas in
spirituali-
bus exerci-
tiis.*

disciplinas, Parisios migravit, è patria. Hic vero tanta usus est, ac tam celeri progressionē discendi; ut Magistro prope esset, condiscipulisque miraculo: Nec in abstrusioribus Aristotelis locis, è Græco præsertim sermone enucleandis, siue peritiore, siue acutiore interpretem, ipse Magister Penna reperiret. Sensit id mature contubernalis Ignatius, in eoque morum maiore, quam Xauerio facilitate perspecta, hoc se facilius cum illo coniunxit. Cumque ambo in eadem domo varijs discreti cubicalis noctu cubarent, cœpit Ignatius officiorum frequentia, sibi hominem obligare. Faber autem grati animi causa, sicut ex Ignatij societate, non commodi parum ad suam leuandam inopiam, ita ipse vicissim iam Philosophus, Ignatio discendi cupido, suam in reddendis, conferendisq; quotidianis scholis nauabat operam. Quare paulatim, vsu ipso crescente, qui pectus hominis in dies aperit, & intimos cuiusque prodit affectus, adeo etiam crescere animorum cœpit ipsa coniunctio, mutuaq; inter sese fiducia; vt admirabili concordiz bono, & tranquillissimæ vitæ fructu, perbeatus sibi videretur vterque, dum alter in altero se vicissim ipsum quodammodo contempletur. Verum Deus, qui maiora quædam spectabat in Fabro, auxit illi, & opinionem de Ignatij virtute, & in eundem benevolentiam. Cuius candorem, integritatem, alienæ salutis amorem, tenoremq; vitæ omnīs admirans, studio sanctæ æmulationis accensus, induxit in animum, eo laudabilius instituere vitæ cursum, quo acriora sub aspectum versabantur exempla, simulque Ignatij ope solitudinum aculeos, scrupulosq; qui dies, ac noctes animum exedebant, euellere. Fractis igitur vitiosæ verecundiz repagulis, non dubitauit ex humanæ Sapientiz Magistro, fieri Ignatio in Diuina discipulus. Nihil tum Ignatij ex voluntate magis. Nec abnuuit pius Pater Magisterij Prouinciam, quem talis discipuli incitabat alacritas; verum tamen dissimulatis suis de Fabro consilijs, docuit illum, primum cor suum ponere super vias suas, & quotidiana sui pectoris discussione, in sua dicta, facta, & cogitata diligenter inquirere, deinde semel vniuersæ quam accuratissime, deinceps autem octauo quoque die, quotidianæ vitæ confiteri peccata, & Christi corporis renouare mysterium. Sic edoctum, in hisque per diu exercitum, docuit aduersus eas animi prauitates, procliuitateque vitiorum excubare potissimum, quæ maxime viderentur infestæ, in ito certamine, non cum vniuersis, aut multis, sed cum singulis, aut paucis, & cum ea præcipue (id quod etiam in collationibus Patrum admonet Abbas Serapion) quæ principatum sibi in eius animo vendicaret; eademque vigilantia præcepit, vt totus esset in alicuius propriæ ac singularis persecutione virtutis cuius vsu, exercitationeque frequenti, eius sibi tandem habitum compararet. Hoc ille posito fundamento; turrim Euâgelicæ perfectionis in eam videlicet altitudinem, quam tantopere suspicimus, excitauit. Quippe vix paululum demonstrata procefferat via, cum vergere toto cœpit animi nutu ad instituta Magistri. Quæ cum denique constanter decreuisset amplecti, geminum ex ea deliberatione commodum nactus est: alterum quod elanguere solitudines illæ, quæ consistere sine iactatione animum non sinebant, & suos excutere cœperunt aculeos; alterum quod cum Philosophiz decurso curriculo, penderet animo, quænam sibi persequenda via esset, quæ capessenda doctrina; postea omni dubitationis discussa caligine, totum se Theologiz dicauit; actionemque vitæ cum mentis cogitatione coniungens, non modo sanctitatis, doctrinæque famam, quod non agebat, verum etiam maiorem & Dei, & sui ipsius notitiam, id quod agebat, adeptus est. Confectis Theologiz spatijs, menteque de Sacerdotio inuendo suscepta, non prius ausus est verendis illis initiari mysterijs, quam sui Magistri consilium; per quem significatio sibi aliqua Diuinæ mentis ederetur, exquireret. quæ tum demum edita est, cum ad Diuinas Ignatij commentationes, & exercitia spiritus animum appulit. Hoc quippe Deus, & primas illas Societatis columnas, & posteros, qui Maiorum erant secuturi vestigia, promptum voluit habere præfidium. Qua impulsus occasione B. Pater ea, quæ iam pridem studiorum causa posuerat, arma respumpsit, vt ea tantisper ad optatissimi contubernalis salutem adhiberet. Altitudine animi, & liberalitate erga Deum plane mirabili Faber ei se culturæ subiecit. Tempestas frigoribus horrida sauebat, ac Sequana fluuius Aquilonibus ita duruerat, vt altissima glacies tutum plaustris, & quadrigarum cursibus præberet iter. Sed cum rigerent omnia, vnus ipse flagrans spiritu Dei, paratus sibi ad commentandum locis, in apertum prodibat atrium, alta niue contractum, vbi in Diuinarum rerum contemplatione, dum destinatas explet horas, rigidus permanebat.

Reuer-

Reuersus in cubiculum, nullis ignium fomentis algens corpusculum refouebat, nec vnquam apud inclusum, candens carbo resplenduit. erat ille quidem sepositus in angulo carbonum aceruus, quos foculo imponderet, sed co sternebat humum ad capiendum somnum, & id erat illi cubile, in eoque nocturno frigore, solo se versabat indusio. Vt autem ex intervallo enim reuisit Ignatius, argumentatus ex ore, labijsque, vt ci mos erat, enorme ieiunium (quod nec diffiteri Faber ipse potuit: ^{82.} *Sex ipsos dies ieiunium conti-* ^{nuat.} *num conti-*) Non crediderim, inquit, aliquid in hoc peccatum; quin etiam sic existimo plurimum te, hoc ieiunio commeruiffe apud Deum; verum tracturus ne sis longius, an hic terminaturus in ediam, tantisper expecta, dum hinc digressus post horam ad te recurro. Quippe optasset Ignatius, vt eam quoq; ieiunij metam, quam ipse quondam attingerat, cum iam prope abesset, Faber attingeret. Idcirco ad consulendum Deum, proximam discessit in ædem, & post horam reuersus ad Fabrum, progredi in ieiunio longius vetuit. Tum & cibum, & ignem afferri iussit, vt hominem reficeret, ac recrearet; longius etiam producturum in ediam si permisisset Ignatius. At Fabri inter has contemplationes adeo strenue versantis, ita dilatatus est animus, tantisque subito cœpit suauitatibus, ac splendoribus circumfluere; vt non modo in sua illa de accipiendo consecrationis honore, sententia permaneret; sed eodem consecratus anno Sacerdos, ^{83.} *Fit Sacerdos.* qui seculi fuit trigessimus quartus, ætatis vero ipsius duodevigintus, Diuino se Famulaturus, & animarum saluti deuouerit; factus iam tanti Patris quodammodo primogenitus, & dignus habitus, cui non modo antiquitatis, & dignitatis facile primas, verum etiam virtutis, & probitatis, alij deinceps sodales octo, deferrent. Hoc edito foetu minus artis, operæque fuit in reliquorum partu ponendum. Tanti est in omni re consentaneum, ac stabile dedisse principium. Xauerius quippe, cum amicum suum, & condiscipulum Fabrum, ingenij, doctrinæque fama præclarum, sat tutum cerneret salutis iter ingressum; in eoq; fere quadriennium non pressio leuiter, sed fixo firmiter hæsisse vestigio, miro cursu, ac progressionem virtutis; non potuit ingenuus homo diutius, quamuis natura feruidior, seu perpetuis Diuinæ gratiæ stimulis, seu vtriusque contubernalis exemplis, tanquam calcarijs oblectari. Ipsa quippe sociorum quotidiana congressio, & qua implicatus erat consuetudo, paulatim eum ad meliora perduxit. Qui, vt familia natus erat amplissima, & Pompeiopoli Regia Vrbe Nauarræ in primis clara, ita spiritus gerebat ingentes, & alta quædam versabat in animo, splendida magis, ac speciosa, quam frugifera, ac salutaria. quippe incensus perenni quædam, & contestata suæ familiæ virtute, quæ ab anno prope millesimo vsque ad id tempus, bellica gloria continuata permanfit; in spem venerat aliquando, quemadmodum maiores armis quæsierant, sic ipse doctrinæ gloria, ac sapientia, domesticum posse decus adaugere, Patris præsertim inflâmatum exemplo, qui literis, ac prudentia cû generis nobilitate coniunctis, gratiosus etiam tum apud Ioannem Nauarræ Regem in primis erat, consilijque Regij facile princeps. Fouebant tam sublimes cogitationes, rara in doles animi ingenij magnitudo, præclara corporis constitutio, affluentia denique rerum tanta, vt quocumque placeret ingredi, splendide vivere, ac magnifice posset. Hoc se animo Lutetiam contulerat, hoc consilio, nullis disciplinæ vigilijs, nullis laboribus temperabat. Verum cum ad eius contubernium, non sine Dei nutu, tertium se adiunxisset Ignatius, colebat hunc ille quidem, & verebatur admodum, seu quod ^{84.} *Vocatio in Societatem B. Francisci Xauerii,* ac rem & perspicacem, omnibusque expletum numeris esset expertus, seu fama ipsa atque opinione virtutis. Ceterum quod ad animi salutem spectat, iacebat in vltimis; & veluti huius seculi filius, qui non exiguas inanium spes honorum ac dignitatum alebat in pectore, ad maiorem aliquam sanctitatis laudem non se tollebat. Multo minus adhæc infima atque humilia, quo itentidem monitor vocabat Ignatius, se despicienda flecebat. Quin suum initio monitorem procacius irridebat, & saluberrima præcepta non modo ab animo, verum etiam ab auribus excludebat. Nec tamen idcirco Magister commouebatur experiens, sed iuueniliter exultantem patientia sua, obsequioque moliebatur, mira dissimulatione contestans, bonam in partem se rapere omnia. Et quia videbat, quæ re maxime posset altus, & ingenuus animus deuinciri, ei & ipse multum pro merito, ac dignitate habebatur honoris, & vt à ceteris haberetur, cum se facultas dabat, non omittebat. quod tum præsertim declaratum est, cum ei in Beluacensi Collegio Philosophiæ tradendæ præposito, Auditores vndique conquisiuit, & conquisitos domum vsque deduxit. Quibus ille beneuolentiæ significatio-

nibus

nibus obligatus, qua erit generis, animique nobilitate se flexit, sincerumque Patris agnouit amorem. Tantum in obsequiorum opportunitate momenti, ac virium est. Hoc nimirum hominem impulit, vt ad eius vitæ genus vehementer animum applicaret: cuius in vita toto fere quadriennio nihil, nisi admiratione, ac laude dignum, nihil nisi simplex, atque sincerum animaduertat. Ergo post salutaris illas Fabri, quas supra commemorauimus exercitationes, cum annum fere septimum & vigesimum ageret, egregieque docendi munere functus esset, ingenti quodam metu suæ salutis admonitus, se ipse collegit, & pugnis interioribus, quibus ad dies aliquot anceps, ac nutabundus hæserat, superatis; illucescente Deo, reputare cum animo suo cœpit rerum humanarum inconstantiam: & varietatem cum veritate, momentum cum æternitate conferre: dum denique sui victor in sinum D. Patris tanto prolixiore, & fidentiore animo se proiecit, quanto antea angustiore, atque obstinatore refugerat. vt eiusdem propositi, eiusdemque factus particeps mentis, consimilis etiam fundamenta poneret sanctitatis. Quam vero fuerit Diuinæ Maiestati gratum, inimicum vero Sata-

86.
*Periclitatur
B.P. ob ad-
iudicium si-
bi Xauerij.*

næ hoc Xauerij consilium, intellectum est ex summo Ignatij periculo; quod & improbissimi hostis calliditate subiit, & Clementissimi Dei miseratione vitauit. Michael quidam Hispanus studiosissimus Xauerij cliens, vt qui in eo forsitan spes suas conditas, & locatas habebat, cum patronum suum, in secreta se loca frequenter abdere, & solito crebrius cum Ignatio, raro cum alijs communicare sensisset; suspicatus id quod erat, Xauerium medijs ex honoribus, ad humile vitæ genus Ignatij consilio fuisse traductum, inusitata rabie efferatus, eius consilij autorem tollere decreuit è medio. strictoque gladio furens, eius in hospitium irrupit, negotium utique confecturus, nisi huiusmodi ex occulto, missa voce perterritus, Quo miser raperis? quo festinas insanus? illico destitisset. Quod ipsemet Michael conscientia deinde conuictus, & reuersus ad mentem, agnoscere, & confiteri palam non dubitauit. Vt mirari iam desinas, si in illa turbulentiſſima tempeſtate nascentis Societatis, quam Romæ excitatam in loco dicemus, hic ipse Michael criminationis iniquæ minister, inclusum tandem virus acerbitalis suæ, tanta ad extremum iniquitate vomuerit. Iam ex Hispania non ita multo ante

87.
*Jacobus Lainius & Al-
fonſus Salmeron ad
Societatem
admitti.*

Parisijs Jacobus Lainius & Alfonso Salmeron, primæ iuuentutis vterque, hic annorum ferme nouemdecim, illè duorum circiter, & viginti, transierant. Ac Salmeron quidem tenuioris fortunæ parentibus Toleti ex Olia, & Magan Toletanis Villis, ceterum probis & honestis est natus. qui cum filij præstans ingenium, & ad bonitatem flexibile, multisque alijs naturæ donis ornatum animaduertent, aluerunt illum in literis pro sua tenuitate Toleti, deinde Compluti, dum Græce, Latineque haud mediocriter eruditus, etiam Philosophiæ operam dedit. Iacobus autem ex Almacano Diocesis Seguntinæ Oppido, locupletibus honestisque parentibus nec minus pijs, ac sapientibus natus, eandem retulit, qua institutus, & educatus est, sapientiam. Is, cum in eadem Academia Complutensi quotidie magis haud ingenio minus, quam morum suauitate floreret, Magisterij Lauream adeptus, Theologiæ quoque disciplinas, attingere in Gymnasio nobiliore decreuit. Cumque Parisiorum Lutetiam cogitaret, quo & Ignatij visendi cupiditas incitabat, cuius recens adhuc Compluti memoria, & admirabilis fama vigeat, rem cum Salmerone communicat, amico indiuiduo, & cui non minimum ad Philosophiam attulerat adiumenti. Sed vt per hominem homini opitulari, plerumque Diuina bonitas solet; ita etiam comparauerat, vt eandem mentem, ac voluntatem in Salmerone Lainius inueniret; imo præcipuum quoddam studium, veterum Philosophorum more, longinquas peragrandi Terras, & varia lustrandi Gymnasia, quo disciplinarum eruditione nobilior, instructiorque rediret. Itaque Parisios ambo se conferunt, quos cum attigissent, prouisum prope diuinitus, vt eo ipso die Iacobus in diuersorio, quod sibi delegerat, ex equo desiliens, in eum ipsum primo quem quærebat, incurreret, soloque aspectu, nunquam tamen sibi antea de facie notum, Ignatium esse conijceret; eius videlicet simulacri consimilem, quod sibi ipse crebris sermonibus iam in animo fixerat. Cum eo igitur sine mora congressus, dum sese indicat, & sua causas exponit aduentus, amicitiam momento contrahit. Ignatius autem cum illius Academiæ vsu, tum rerum humanarum in primis prudens, peropportunis illum consilijs iuuat, & quod potuit, etiam opera: vt vel hac ipsa benignitate, Iacobus, & opinionem de eius probitate conceptam, & in itæ beneuolentiæ studium vehementius auxerit. Ac ne solus, thesauro potiretur inuento, sodalem ad eum suam

suam hebdomada prope elapsa perducit, Ignatioq; se regendos, ac moderandos ambo pmittunt, & eodem ferme tempore quo Faber, & Xauerius, post aliquot dierum curriculum in orationis exercitatione consumptum, pfacile inducti sunt, vt ipso cum Ignatio Societatem inirent. Non multis interiectis diebus Nicolaus Bobadilla Palentinus ad hos, qntus accessit. Is confectis item Philosophiæ spatijs, q̄ & Valisoleti publice docerat, eadem incensus cupiditate sua Lutetiæ persequendi studia, cum aduersaretur egestas, conuenit ad Ignatium, q̄ & opinione & autoritate, & gratia iā parta, multis putabatur adolescentibus in ea academia, re domestica destitutis, honeste posse, & cum dignitate consulere. Quo ex numero Bobadilla cū esset, pter sumptus in studia necessarios pia Patris opera suppeditatas, illud insuper est assecutus, vt cuius tempestiuam expertus erat benignitatem, eius instituta non dubitaret ampliēcti. Vacabat in eadem Academia tum quoq; Philosophiæ, Lusitani Regis impensa, Simon Rodericius Lusitanus, ætate florens indoleq; præclara. Is multo ante quā proximi tres, vsu aliquo coniunctus Ignatio, cum ad mutandam in obsequium Dei uerioris vitæ rationem, Diuino raperetur instinctu, cogitationes de caelo acceptas tacito ille quidem fouebat in pectore, & cœlestium rerum desiderio, studioq; tenebatur: cæterum nulla respondebat optatis actio, nisi tum, cum in intimam Ignatij Societatem penitus, & ipse se dedit. Cui cum sensa omnia, petitiq; aperuisset, tum demum nouo quodam splendore perfusus Hierosolymam statuit petere, reliquiamq; ætatem in animorum tutela contere; nondum doctus, vt testatum literis ipse reliquit, quid ea de re superiores socij tacitis animis agitent. Hos sex focios (nam Claudius Iaius aliquanto post; Ioannes autem Codurius, & Paschalius post Ignatij Lutetia discessum cæteris aggregati) sic animatos, sibiq; agglutinatos Ignatius (quamuis de alio alius nemo nosset, vt oportuna uisum est, anno 1534. simul conuocat, & ijs tandem arcana sui pectoris, susceptamq; iam pridem repetendę Palestinæ sententiam apit, siue vt sacra illa loca Christi nobilitata uestigijs religionis conuiseret, siue vt finitimos populos uera quondam religione florentes, sed postea sensim ad impurissima Mahometis sacra delapsos, ad eundem Christi cultum uel cum sanguinis effusione reduceret. Simul & illud addidit, si quis eorum in eandem mentem, sententiamq; discederet, ei comitem se futurum, obsequentem scil. vsq; ad mortem. Vix ita se indicauerat, cum pia mens hominis mira omnium consensione probata est, & tanquam diuturnis experita uotis (inaudita quidem adhuc, & vni Deo tribuenda res) sine cunctatione suscepta; nempe ab ijs, qui & varij essent permixti nationibus, nec quanta res ageretur, ignari. Facile ut appareat, immortalem Deum, qui cuiusq; intima ptractabat, iam tum eos uoluisse monere, qui ad hanc Societatem uocarentur, non magis ad priuatæ contemplationis otium atq; dulcedinem, q̄ ad insuaues actuosæ vitæ labores, paratamq; iam aciem conuocari. Annuerunt ergo sanctissimis Ignatij uotis ad vnum oēs, polliciti se illū vltro quocunq; pergeret, sequuturos: & qui se prodere, atq; indicare vicissim non audebāt, hac excitati occasione se pandunt, positamq; persona non ut ignoti, externiq; amplius, sed ut familiares, ac fratres, ex eadem disciplina, ex eodemq; nat̄ parente, mutuis sese officijs, & amoris significationibus complectūtur. Auebant illi quidem iam tum ab humanis expedire se curis, palamq; inimicitijs huic nequam seculo denuntiatis, destituito se itineri Hierosolymitano committere: cæterum, q̄ moderatur omnia Deus, rem aliter gubernabat, pergebatq; arcano suo consilio Sociorum numerum, iam inde ab æternitate præfixum, alijs tribus aggregandis explere. Quo circa hanc eis rursus mentem inijcit, vt dū Theologiæ finem meditantur imponere, nondum enim à multis erat impositus, quotidieque magis ad ea, quæ molirentur, idonei, & paratiores euadunt; biennium insup expectarent. Interim verò ne, aut conceptus animorum remitteret ardor, aut uersutissimus Satanas, qui tanto ante hunc prospererat apparatus, ab institutis aliquem deterreret, tum etiam vt immortalī Deo gratior hæc ipso sum voluntas accideret; post longam accuratamq; disputationem, de communi sententia decernunt, vt ad eam peregrinationem religione Voti singuli se obstringant. Ieiunijs igitur, & uoluntarijs pœnis corporis antegressis, expiatisq; rite peccatis in ædem Beatissimæ Dei Matris, in Monte Martyrum vacuo, remotoq; ab interuentoribus loco, procul ab vrbe circiter mille passus, vnà se cōferunt. Hic sacris operans Faber, cum ad eos conuersus incruentam hostiam manu teneret, suum quisq; votum clara uoce, conceptaq; uerborum forma suscepit: ac subinde singuli eiusdem manu

88.

Accessit &
Nicolaus
Bobadilla.Et Simon
Rodericius.

89.

Prima So-
cietatis ex-
ordia.

90.

Prima pri-
morum pa-
trium uota
1534. in
Assumptio-
ne B. Virg.

D

Cœlesti

91.
Vatorum
summa.

Coelesti Epulo recreantur. Tum reuersus ad aram Sacerdos priusq̄ Domini sacramenta susciperet; suum ipse quoq; votum vltimus nuncupauit. Ab eodie, qui Assumptæ Deiparæ facer erat, omnes eam sibi Patronam apud Deum p̄cipuam adoptarunt, & post Societatem conditam eum diē, quasi primum eius natalem singulari religione, ac memoria coluerunt: eandemq; ob causam ex hoc potissimum aſio, ratio à nobis ducetur aſiorum. Habebit enim delectationem non exiguam p̄ eadem vestigia temporum, q̄ bus gestæ sunt res, lectorem narrando docere, modo tamen ne nobis hanc legem putemus impositam, vt tenuissima q̄q; religiosius, putidiusq; suos in annos includamus: sed ita temporis erit habenda ratio, vt, & quid quotannis gestum sit ex ipsomet. narrationis genere, non oscitans lector animaduertat, & tamen in. narrandis, quæ iam institutæ sunt rebus, non necesse habeamus earum semper exitus expectare. Multa quippe sunt, q̄ alio inchoata, alio absoluta sunt aſio, q̄ si p̄petuo, vt tempore, ita narratione seiungas, festinantem ad rerum euentus lectorem sua voluptate defraudes. Votorum porro ea summa fuit. Primum, vt iam tum nuntia rebus humanis, pompisq; remitterent, & exinde illibatam castimoniam p̄petuo colerent. Deinde, vt ad certam diem suis se fortunis, ac facultatibus spoliarent; ita tamen, vt se Paupertatis voto, q̄ diu Lutetiæ studiorum cura detinerentur; intelligerent non teneri, nec eius impediri religione, quominus sibi liceret ad ineundum Palæstinæ iter, pecuniarū adhibere subsidia. Vouerunt p̄terea nihil se vnquam in Missæ sacrificium accepturos, tametsi id honeste, & suo iure possent. obstruenda videl. iam tum erat cupiditati ianua, quo & paupertas Euangelica custoditur arctius, & calumniantibus occurreretur hæreticis; q̄b' videri possent pietatis specie, q̄stus & lucra facere. Quoniã vero ex ijs aliquot, Euangelij prædicandi studio apud infideles, & barbaros tenebantur; hoc quoq; discuti, & agitari cceptū est. cumq; iam apud oēs mira quadã animorum alacritate statutum esset, vitam ipsam, si op' esset, in quavis Dei causa constanter effundere; cuncti in eam venere sententiam, vt facta à Pontifice Max. potestate, religionis p̄pagandæ gratia, Hierosolymam peterent: ibi neglectis vitæ, capitifque piculis, seu in iuuandis confirmandiq; Christianis, seu in alliciendis vocandisque Saracenis ad Christum, ad mortem vsq; manerent. q̄ tamen votum ita omnium consensione temperatum est, vt cuncti quidem Hierosolymam nauigarent, ibiq; rem Diuinæ Maiestatis nouis precibus commendarent. Cæterum si hæc tum de Hierosolymis permanendo sententia pluribus arrideret, oblata diuinitus arriperetur occasio. nam q̄ melior, q̄ ue p̄prior offerri posset? sin autem in contrariam sententiam plures irent, cum Romam oēs ilico se referrent; & ad Pontificis strati genua, suam vltra operam ad animarum causas eius arbitrato, nutuq; deferrent, nulla interposita loci, temporisq; pactione. Deniq; si Venetias appulsis nullis in Palæstinam aditus patefieret; tamen nauigationis oportunitatem, adhuc anni curriculum expectarent, qua desperata, tum demum peregrinationis se voto liberos intelligerent, & ad Rom. Pont. in eius futuri potestate, redirent. His concordissime, & inusitato quodam ardore animi susceptis votis, gratijsq; vt par est, actis Diuinæ Maiestati, cum ciborum aliquid, vnde se reficerent, attulissent, reliquam diei partem læti exultantesq; p̄ pia exegere colloquia, p̄pter fontem sancti Martyris Dionysij, vbi suis ipse manibus præferens caput stillantem fertur cruorem absterxisse. Et iam cadente Sole Lutetiam, in sua q̄sq; tecta laudantes, & benedicentes Dominum discefferunt, non minus illius diei felicitate iucundi, quo multas sibi videbantur vno quasi plio peperisse victorias, q̄ admiratione suæ mutationis attoniti. Plurimum autem admirationis, & gaudij in Ignatij pectore residebat; q̄ tam suauis suæ fructus industriæ, pietatisq; iam cernebat, & pijs suis cogitationibus, Deus tanto ante conceptis adeo secunda largiretur initia. Tamen humanæ inconstantia imbecillitatem reueritus, nec prospero elatus euentu, vt quem non fugeret in his quæ ad spiritum, & mores pertinent, satius esse tueri parta, quam quærere, nihil tam enixe cum omni alia adhibita cura, tum supplicationis ardore contendit; quam vt sibi suisque à Deo impetraret in instituto constantiam: præsertim quod iam tum animo prospiciebat, eò maiores Satanam huic Arci machinas admoxturum, quò maioribus munitionibus cingeretur: nec erat nescius si per iucuriam, atque desidiã extorqueri sibi de manibus pateretur tot laboribus partam prædam, agi Diuinæ gloriæ causam, agi discrimen salutis æternæ. Nec frustra suas preces. Nam qui dat spiritum bonum petentibus se, is præter occultam quandam vim, interiusque subsidium, quo continenter in sociorum animos influebat, eos in sententia corroborans, atq; confirmans, Ignatio insuper tam.

92.
Industria
B. Ignatij
in socijs cõ-
speruandis.

apras ad eos custodiendos vias, rationesq; suggestit, vt non miretur tales prodijisse, quos genuit qui quo spiritu genuerit, inuestiget. Primum eis precandi, & comendandi studium, quo se quotidiana velut esca reticerent, p'suasit. Deinde frequentem animorum expiationem, p' salutare cuiusq; hebdomadae confessionem, q̄ sacra mox synaxis exciperet. Tum anniuersariam votorum renouatione eadem in xde, eodemq; quo illa nuncupata sunt, die. Deniq; mutuam inter eos familiaritate, communicationemq; sermonis; vt frequentem modo in huius, modo in illius hospitio, nondum enim eadem erat omnibus comunitas tecti, aut de pijs inter se rebus, aut de literis, doctrinisq; conferrere; & cum mutua sibi praberent obsequia, tum res ad victum, & cultum necessarias, p' cuiusq; fortunis benigna sibi vicissitudine ministrarent. Nec deerant frequentes prandiorum inuitationes, omni charitate refertae, multo tñ q̄ inter amicos simpliciores, ac liberiores. Quibus sanè p'fidijs, non solum inter eos perennis, ac constans charitas dum in literarum exercitatione, se continent, alebatur, sed eo vsq; crescebat, & vndiq; se p'debat, vt in ore Academicorum omnium esset. Cuius tantae constantiae causa nulla verior afferri, nec magis efficax potest, q̄ aeternum Diuinæ sapientiae decretum, q̄ illos & cum Ignatio quasi quodam religionis foedere copulauit, & Ignatio ipso deinceps non modo sup'stite; verum etiam extincto, seruaui, ac ppagauit. Nam si rationem consulas, qui fieri potest, vt hoies è media hominum vita nu p' egressi in iplo ætatis robore, acri, erectoque ingenio, doctrina singulari, nec dum satis firmis sanctitatis nixi radicibus, toto tñ biennio, & eo amplius (tantundem enim post nuncupatum Votum effluxerat temporis) adeo firmi constantesq; reperti sint, nihil vt in suscepto proposito fluctuarint, nihil animo vacillarint? Quamquam enim Diuino semel cultui votorum religione dicatos necesse erat in fide constare, habet nihilominus admirationem non exiguam; q̄, cum integrum adhuc ijs esset, suae vitæ cursum alio conuertere (vt qui nondum certo vitæ genere se implicarant) nullam tamen ad disciplinam, atq; familiam, ex tanta disciplinarum in ecclesia Dei varietate, mentem suam appulerunt. Ac ne nouæ quidem, vt ante diximus, eis inchoandæ, condendæq; in mentem venit, prorsus vt fateri sine cunctatione cogamur præpotentem Deum, ad declarandam suæ sapientiae vim, eludendamq; summi veteratoris astutiam, dum ad hominum se naturas, ac voluntates accommodat, eorum detinere animos voluisse sola spe, atque expectatione suspensos, Hierosolymitanæ prouinciæ, per quos potissimum aeterna sua de constituenda Societate consilia, definitis temporum spatijs, momentisq; perficeret. Interim vero Deus eum Ecclesiae parabat Antistitem, qui suæ prouidentiae foueret, & promoueret orfus.

PAVLVS iserat huius nominis Tertius, proximus eius sapientiae minister in hac fundanda, & constituenda familia, qui Clementis Pontificis obitu ad fastigium Apostolatus euentus hoc anno, ita se erga nascentem, & postea etiam adultam Societatem gessit, vt ex his quæ tradituri sumus, per facile possit intelligi, non minus eum à Deo Societati ipsi, quam ecclesiae vniuersae fuisse donatum. Illud rerum obseruatores Diuinarum haud sine causa notarunt hoc ipso anno, idem sub tempus, quo Anglicanam ab Henrico Octauo inuectum est schisma, eius Ordinis iacta semina, qui non solum præcipua se religione voti Pontificijs dedicaret obsequijs, sed etiam pars esset maxima inter vim impiorum, & fraudes fidei Catholicae in Anglia sustinendæ.

Porro qui consequutus est anno, toti erant Ignatij socij vna cum ipso Ignatio persequendis literarum studijs intenti: quæ eo celeriores, maioresque progressus habebant, quo nobiliorem ad exitum, scopumque referebantur. Fluctuabat miserandum in modum toto ferme Septentrione religio, & iam serpebat ad Oceanum è sepultis excitata cineribus pestilens, & exitiosa doctrina. Iam ab vno Saxone temulento, velut ab vno capite multarum hæresum diuortia fiebant, & ex eius Excetra nouæ sectæ propagabantur in dies. Iam Berengarij vetus insania, tot seculorum interuallo reuocata bacchabatur impune; & Sacramentarium rediuuiua sementis ingens animis minitabatur exitum. Iam fidelissima quondam Anglia, vt nuper significauimus, omni lababat ex parte, & flagitiosi Regis amentia fidem mutare compulsâ, nouo perfidiae genere, noua hæresi contumacem malebat adulterum, quam verum Christi vicarium, Ecclesiae suæ caput agnoscere. Ergo ad fabricanda sibi arma Ignatius, & eius Socij tanto accedebantur ardentius multiplici ornatu, instructuq; doctrine, quanto vndiq; periculosius, apertiusq; religionis Catholicæ iugulum pete-

D 2 barur.

93.
Eodem an-
no iacta
fundamen-
ta societatis,
et creatus
Pontifex
Paulus III.
qui eam con-
firmavit.
Est coeptum
Anglicana-
rum schis-
ma.
1535.
94.
Miser sta-
tus rerum
Christia-
narum hoc
tempore.

95.
*Constantia
 Ignatij in
 studijs lite-
 rarum octo
 annis Lute-
 tia perse-
 quendus.*

batur. Vbi subit rursus Ignatium admirari, qui quanquam, vt ante significauimus, & ætate, & institutione durior videbatur ad studia doctrinæ; tamen eo discendi contentione puenit, vt non modo post exquisitissimum doctrinæ periculum, atq; vilitata certamina perhonorificā Magistrī laureā de perceptis artibus reportarit; verum etiam multa cum laude ipsam Theologiæ metam quò tantopere festinabat, attigerit. Neq; hic ego illius memoriam repetierim temporis, cum in Hispania cōpendiario quasi itinere studia sua partim Barcinone, partim Compluti, Salmanticæq; pcurrit, vbi dum nimium multa vno quasi capessit complexu, sensit ad extremum se aut nihil, aut exiguum tenuisse discendo. De ea contentione loqui malim, q̄ in literis aŕnos octo Parisijs continenter adhibuit; Tū cum ad corrigendum Superioris festinationis erratum, & præcriti iacturam temporis sarcindam, nequaquam aut rei difficultate, aut cursus diuturnitate perterritus, septimo, & trigésimo ætatis anno, nouum ex ordine curriculum iniit; & à primis inchoans disciplinis, ad extremam vsq; Theologiam assidua exercitatione contendit: & quidem in summa rerum omnium inopia, & egestate; cuius leuandæ causa compulsus diximus Belgium vsq; seu etiam Britanniam magno cum labore contēdere. Nec deerant maleuolorum inuidiæ, motus, concitatio nesq; si non adeo vehementes, ac crebra, vt olim in Hispania, nō minoris certè ponderis, ac momēti, huc Satana incubente, p viribꝰ, ne tot victorijs inclytus, ac triumphis Parisina ex Vrbe discederet. Accedebat valetudinis imbecillitas, tentationesq; morborū pene quotidianæ, quibus si studia caritatis in proximis, si frequentes preces, si voluntarias corporis vexationes adiungas, non erit sane, q̄ magis sociorum lætos in hauriendis doctrinis euentus, quam pium animum admireris Ignatij quem cum ad perdiscendas literas nō curiosa inuestigandi cupiditas, non præteruolans delectatio, non splendor diuitiarum, aut speciosa ambitionis insignia, quæ iam pridem, omnia valere iusserat, inuitarent; tamen solo animo gratificandi Deo, & spe sola potiundæ diuinæ gratiæ tot, tantasq; studiorum difficultates exforbuit. Nec minus experiens, ac prudens euasit in sacrorum tractatione librorum ad defensionem diuini nominis, & amicorū, q̄ antea fuerat gnarus, ac strenuus in tractandis bellicis armis ad propugnationē corporum, ac murorum. Satis ergo, & à doctrina præsidij, & ab idoneis Socijs adminiculi, id q̄ spectabat, adeptus; habebat ille quidem in animo ad præstituti bicnij curriculum hærere Lutetię, tū ne à Societate nouella, q̄ consertatam cuperet, deijceret oculos; tum ne spem, facultatemq; eius amplificandæ, ac propagandæ dimitteret. Verum cum peracerbi stomachi dolores ex diuturna incommodorum, laborumq; patientia, & Parisini cœli affectio eius constitutionis corporis aduerfaria; socij præterea ipsi de Medicorum sententia suaderent, vt peregrinum cœlum cum patrio commutaret, parendum sibi esse, & præsentī necessitati putauit, & amatissimis moribus filiorum, non tam suo utiq; q̄ ipsorum bono: quorum tres, quatuorve cum ad negotia domestica in Hispaniam præfens necessitas reuocaret; Ignatius haud ignarus quantum insidiarum, ac fraudis inlit in illecebris patriæ, ac propinquorum, quantum in cætera vitæ inanitate periculi, maluit vnus pro omnibus, omnium negotia curaturus, exiguum ad tempꝰ illuc ipse transmittere, q̄ socios suos & ætate, & doctrina florentes, & adhuc in virtutis cursu tyrones, tam dubiæ incertæq; pegrinationi committere. His consilijs, ac cogitatis alia intercurrunt aduerfa. Veritus humani generis hostis, ne Parisijs de se triumphaturus Ignatius, atq; exultabundus excederet, excitatis in eum æmulis, inuidisq; de integro illū adoritur, vt, si res apte caderet, vna cademq; opera omnia eius consilia, & instituta peruerteret. Exoriri dudum cœperat Gallico in regno vniuerso, Lutetiæq; præsertim, vt supra significauimus, Sacramentariorum hæresis Zuinglio duce, teterrima ecclesiæ Catholicæ peste, q̄ Rex Franciscus hoc nomine primus, ne latius, longiusq; maneret, omni ope conabatur opprimere: compluresq; publico iudicio damnatos incendio deltinarat. Tanta autem iudiciorum seueritate res agebatur, vt maleuolorum calumnijs, quorum plena sunt omnia, vel integerrimus qsq; catholicus sibi ipse diffideret. Præerat sacre religionis causis inquisitor etiam tum Matthæus Ori, de quo supra facta est mentio: cuius ad Tribunal complures Ignatius suo erga rem Catholicam studio ab infanis opinionibus reuocatos, vt cum ecclesia redirent in gratiam, adducere conseruerat. Verum tam pium hominis erga homines studium longe dissimili munere à perditis hominibus compensatum est, qui temporum occasione captata, libellum Exercitiorum, vna cum Autore in suspacionem hæresis vocant.

96.
*Et valetu-
 dinis sua
 causa, & ob
 negotia So-
 ciorum in
 Hispaniam
 rediit.*

97.
*Cura sum-
 mo bono
 Societatis
 nominis pro-
 spicit.*

Quod

Quod ubi ex amicis rescivit Ignatius, ipse vltro ad sacros Iudices sui rationem redditurus, accurrit; Quæstorique instat, vt causam omnem accurate cognoscat, & sententiam pro veritate pronuntiet. Aiebat quippe, Numquam se cum solus esset, aduersariorum extimuisse calumnias, imo eas sibi appoluisse lucro: ubi autem eiusdem vitæ Socios habere cœpisset, non posse non & sociorum famam, & suam; quam cum Dei causa coniunctam cerneret, omni ratione defendere. Nihil tamen hæc prudentem Inquisitorem, vt lege ageret, permouebant, qui nihil ex accusatorum criminationibus iudicio dignum, nihil solidum deprehendebat, sed omnia niti fraudibus, ac calumnijs, intelligebat. Ergo exercitorum dumtaxat librum postulat, quem ubi perlegit, ac diligenter inspexit, non modo quod in eis reprehenderet, nihil habuit, sed tanquam prudens, & æquissimus æstimator, intellecto operis pretio, poposcit exemplum, & suos iussit in vsus exscribi. Obmutuerat, & conscientia testimonio, & sacri Inquisitoris conuicta iudicio, calumniatorum impudentia: sed non obmutuit, nec instandi finem fecit sancta, & ingenua Ignatij libertas, qui cum propediem in Hispaniam iter haberet, ne vnde publica doctrinæ decora deportaret, inde cū aliqua sua, suorumue nota discederet, iterum, ac tertio ab Inquisitore contendit, vt cognitioni causæ operam daret. Ille vero, cum ne tū quidem adduci posset, vt quæstionem de rebus vanissimis exerceret, Ignatius, suspecta tempora reformidans, & quasi prælagiens, futuras in Vrbe procellas, cum Scriba, Doctoribusq; nonnullis hominem adit, & præsentibus rogat arbitris, vt quid de se, suaq; doctrina sentiat, ne grauetur exponere, vsurum, se tam luculento testimonio, si quando opus sit ad reuincendos aduersarios, & maleuolorum calumnias confutandas. Quibus rationibus Quæstor impulsus, Ignatij studio satisfecit, & eius æque postulationi, multa eius cum dignitate concessit. Hæc in Ignatium ipsum coorta tempestas, Quarta ad superiores illas Complutensem, Salmaticensem, & Parisiensem accessit. quibus ille, tanquam inter Oceani fluctus immobilis scopulus, constantior in dies, & in Domino firmior euadebat. Conscientiis ergo Socijs, diem statuit, quæadmodum inter eos iam conuenerat, quo cuncti Hierosolymam profecturi, relictis suis ex voto fortunis, Italiam petant, se seque præcurrentem, & Venetijs opperientem, subsequantur. Dicta dies est ad Octauum Kal. Febr. anni huius seculi septimi ac trigesimi. Fabro autem, cuius fidei, virtutisque longe plurimum tribuebat, socios reliquos commendat, hortatus eos, vt hominem pro Sacerdotij dignitate, & Vocationis antiquitate, loco Patris agnoscat: teneantque cum mutuam inter se concordiam, tum in inchoata vitæ forma, constantiam. Ad extremum bona cum venia sese ab ijs vergente ad exitum huius seculi anno quinto ac trigesimo, non sine teneriore complexu, lacrymisque diuellit.

Digressio Ignatio Faber, qui studiorum curriculum illo prior absoluerat, magna cum doctrinæ, tum sanctitatis opinione collecta, eodē & ipse incensus ardore, dabat operam continenter, vt & commissos sibi socios partim prudentiæ subsidijs, partim morū suauitate tueretur, & instar optimi negotiatoris, talenta Dei multiplicans, pereuntes passim animas cunctis opibus subleuaret; his, à peccandi consuetudine reuocandis; illis excitandis ad virtutis amorē; multis et ad res despiciendas humanas, & querendas intra Religionis claustra, diuinas alliciendis. Deniq; ita se tractabat vbique, vt qualis, & quantus ex Ignatij sinu, ac disciplina prodiret; palā omnibus declararet, cuius vt in vitæ genere socijs ita in Sociorum primorum congregatione particeps esse voluit. Eius monitis & exemplis, duo iam Theologiæ Magisterio nobiles, Ioannes Codurius Allobrox, & Paschasius Broctus Picardus, iam Sacerdotio præditus, anno decurrentis seculi sexto, ac trigesimo, ad alios septem aggregauere sese. Nam Claudius Iaius Gebennensis Theologus item, ac Sacerdos, quanquam certum tempus non plane constat, ante hos accesserat. Hi Votorum renouationi Parisiis in Monte Martyrum 18. Kalen. Septembris cum reliquis interfuerunt, & salutaribus Ignatij meditationibus, ad certum dierum numerum, ceterorum more vacarunt. in quo cum ad placandum cœleste numen, tum ad eius voluntatem explorandam, præter alia suppliciorum genera sua sponte suscepta, triduum sine cibo, potuque, vt item ceteri, transfegerunt. quanquam quadriduum egisse Xauerium, sex autem dies Fabrum, vt supra narrauimus, qui longius etiam producturus ieiunium erat, nisi vetuisset Ignatius, memoriæ proditum est. Sic videlicet instituebantur annuente Deo primi illi, vt quorum admiranda magis, quam imitanda viderentur exempla, eorum pio ardore posteritas, vel ad mediocritatem

98.
Accusator
liber exerci-
torum, &
commenda-
tur.

99.
Discidens
in Hispani-
am Ignati-
um socios Fa-
bro commē-
dat.

100.
Vita Fabri
absente Ig-
natio.

101.
Per omnes so-
cietati ag-
gregantur
Io. Coduri-
us, & Pa-
schasius
Broctus.

Ante hos
accesserat
Claudius
Iaius.

102.
Omnes pri-
mi Patres
subminis-
tros suos
dies, ieiunij
egerunt.

officiorum, atque virtutum, si summum illud tenere non posset, exercitaretur. Theologorum autem, quam dixi, accessio, & eorum in arripienda Societate præstans ardor, plurimum habuit, cum ad eam amplificandam, tum ad reliquos Socios incitandos, & acuendos virium. Ea de causa serio sibi quisque persuadere cœpit, quæ molirentur, & inchoassent ea Deo impulsore suscepta; eique fore pergrata. Ideo vel ipso absente Magistro, cœpta ipsi constanter vrgere, diemque profectio- nis avidius expectare, nec vllis à proposito vel illecebris resilire, vel difficultatibus deterreri. Ut enim prius quam quisquam de alterius mente, voluntateque cognosceret, ad eandem omnes So- cietatem sua sponte, nutuque ferebantur, ita suum quisque induxit in animum, sic ad aratrum manum vertere, vt quamuis ceterorum quispiam à tergo respectaret, ipse retro nullo modo re- spiceret. Sed æterna Dei providentia, eorum numero, per quos propagare Societatem decreuerat, iam expleto, noluit eos diutius cunctari Lutetiæ. Ingens tum inter Hispanos, Gallosque de Medio- lanensi Principatu post obitum Francisci Stortiz bellum exarserat: iamque in Prouinciam maximo cum exercitu Carolus Imperator irruperat. Ea socijs Ignatij causa fuit, quo bellicis tumultibus ce- derent, dictam profectio- nis diem anteuertendi. Ac dum plerique ea, quæ Lutetiæ supererant ex bonis suis, in pauperes erogant. aliqui de Socijs diebus aliquot ante, Meldis expectaturi, præcurrunt. Abest Parisijs id Oppidum milliaria circiter quatuor & viginti. Ceteri autem discessere Lutetia de- cimo Kal. Decembris tanta animorum conspiratione, atque alacritate, vt nec Xauerius Theologicis ab studijs, quorum iam calcem spectabat, auelli se moleste ferret, nec Lainius grauissimi morbi re- liquias, quo proxime laborauerat, pertimesceret. Quippe & ille Theologiæ iter iam prope confe- ctum, Christi causa deserere, non minori sibi ducebat gloriæ, quam ad extremum vsque persequi. Et hic nescius sui corpusculi misereri, quod afflictum, & extenuatum consentaneis fouendum erat obsequijs, id quotidiana asperitate cilicij magis atterere, toto illo itinere, non dubitauit. Cumque ad Xauerium Pompeiopolis nuncius ex insperato venisset, eum Pompeiopolitanæ Ecclesiæ crea- tum esse Canonicum, risit ista Vir sapiens, melioribus iam promissis delinitus à Deo, nec quicquã de cogitatæ peregrinationis ardore, ac voluntate remisit. Faber etiam sui discessus, consilijque gra- uem habuit dissuasorem, Doctorem pium, & literarum opinione nobilem, qui capitalem affirma- bat ab eo suscipi fraudem, si Parisijs, vbi tam multis minime dubiam salutis opem afferret, eo so- lum verteret, vbi in incerta aliorum salute suam operã collocaret. Ac ne temere videretur id ab se di- ci, producturum se pollicebatur ex Gymnasio Parisiensi Theologos omnes, suæ sententiæ graui- simos autores. Verum alia hominum, alia Dei cuncta regentis mens, ac propositum fuit, quod Diui- no instinctu, vt euentus quoque affirmavit, sequuti Patres, duci errore omnino non poterant. Ergo alacres omnes, & cœlesti quadam voluptate perfusi, quoniam in Italiam consueto per Prouinciam itinere, aditus Cæsaris arma præcluserant, Venetias per Lotharingiam, quæ & Hispanis, & Gallis amicitiaæ fœdere iuncta erat, inde per Germaniam iter instituunt. Iter porro ipsum, & peregrinan- di ratio erat huiusmodi. Paupere, plebcioque cultu, sed tamen oblongo, vt inter Parisienses mos est Academicos, sua quisque librorum onusti sarcina, viam pedites capessabant, vno nixi baculo, eo- rum denique ritu, qui votiuas peregrinationes, religionis ergo, suscipiunt. Sed tantis pede confici- endis itineribus, quanquam suauem, & sine defatigatione cursum, ipsa animorum reddebat alacri- tas, tamen inter prima peregrinationis initia, morbos contraxere nonnulli. Ac Meldis quidem ex antegressis sodalibus, ingens quidam, & sanguine atratus humor, Simonis in humeris extitit, adeo teter aspectu, vt horrorem incuteret socijs; ille autem tota nocte ingemiscens, & fessos artus nuda in humo, quæ ei pro cubili erat, modo in hanc, modo in illam conuersans partem, non magis an- gebatur ipso doloris morsu, quam metu, curaque mœroris, ne cœptum iter cogretur abrumperet. Sed Deus, qui eos Parisijs eduxerat, & suum per Angelum deducebat, medicinam recenti morbo subito fecit. Illucescente die, in ipso discessus articulo, tumor ille, qui fœdum in vlcus videbatur e- rupturus, sua sponte refedit, vt ne vestigium quidem, vel curiose inuentibus appareret. Interim, qui Parisijs expectabantur, dedere se viæ, primoque itineris die iam Meldas appropinquabant, cum prætereuntium incessum, ornatumque Galli milites admirati, rogant vnde veniant, & quo se conferant. tacentibus Hispanis, Galli socij, (sic enim conuenerant, ne Nationis Hispanæ no- men

103.

*Constans
propositum
primorum,
Patrum per-
seuerandi
in Societa-
te.*

104.

*Discedunt
Parisii.*

105.

*Lainius a-
ger cum ci-
licio.*

*Xauerius
Canonica-
re viciis.*

106.

*Faber gra-
ui dissua-
re non au-
dit.*

107.

*Itineris ra-
tio plana
sanctitate
describitur.*

108.

*Simon gra-
uis morbo
repente li-
ber apparet.*

men, iniuriam prouocaret) respondere, Parisienses se Academicos esse. Cum illi importune insisterent, & de Patrijs perseverarent inquirere, conuersus ad milites rusticanus homo, nescio quo afflatus spiritu; Mittite, inquit, istos, qui ad Prouinciam aliquam reformaturi contendunt; vt videatur iam tum nostros voluisse Deus, quas ad causas admouendi mox essent, vel illa vaticinatione monere. Meldis prius quam recederent, consultare inter se cœperunt, vtrum corrogando passim zre peregrinandum videretur, an reseruato sibi, quod satis esset argenti, Venetias vsque perueniendum. Inde simul ne vniuersis, quasi facto agmine, an bipartitis in duas velut acies, iter illud conficerent. consultoque Deo, post omologesim, sanctamque synaxim, visum omnibus, quoniam inter hæreticos; plurimaque pericula, inter glacies, niuesque præaltas ambulandum esset. subsidium itineris Venetias vsque perferre. & vna omnes nullo facto ab sese diuortio pergere. His ita constitutis, actis Deo de more gratijs, Meldis vna omnes excedunt. Tres, qui Sacerdotes erant, Faber, Claudius, & Paschasius quotidie vel Missarum sacra curabant, vel si non possent, vna cum ijs, qui sacris initiati nondum erant, Sacrosancta Eucharistiæ mysteria, noxis confessione detergis, accipiebant. hoc se viatico, contra omnes difficultates, ac pericula muniebant. Nocturnis, matutinisq; temporibus, in diuersorij ad præfinitum spatium, Diuinarum rerum contemplationi vacabant. In ipso itinere vel ex psalmis decantabant aliquid, vel de Deo agitabant inter sese dulcia, & salutaria colloquia: atq; hac perenni vicissitudine, tædia leuabant itineris. Diuersorij introeuntibus prima erat precandi cura, eadem exeuntibus. Introitus plenus erat gratulationis, & laudis, quod eo incolumes appulissent: Exitus implorationis, & precis: vt prosperum iter eis faceret Deus. Fundebant precationem suam, ad propositam aliquam seu Christi, seu Sanctorum effigiem, nec nisi de genu, hospitibus inspectantibus; suspensisque de ceruice coronis, Orthodoxæ religionis indicijs, ad sancendam Catholicorum rituum inter hæreticos disciplinam. Sobria erat in primis mensa, qualis tenuiorum, ac pauperum. Incessus grauis, & ad modestiam compositus. Inter eos si quid constituendum, ac sancendum esset, adhibita precatione, in eam quisque partem, quo plurimi incubuerant, inclinabat. Quod institutum tam diu tenuere, dum inter eos, aliquis constitutus est Rector. Quanquam in decernendo, mira erat omnium concordia, & sententiarum summa consensus. Ac ne se putarent à domesticis tutos insidijs, vix Meldis biduo, triduo ve processerant, cum duo iuuenes sedentes in equis, effusus consequuntur habenis. Hi socioꝝum discessu cognito, aduolant eo consilio Parisijs, vt Simonem à suscepta sententia, & instituto itinere, reuocarent. Erat eorum alter germanus frater, alter eius popularis, ac municeps, perueteri necessitudinis vinculo ei in primis obstrictus. Abstertere igitur pro viribus à sententia fratrem frater, reuocare amicus amicus: monere vterq; concitatum de se spem, temere ne prodigat, certis viarum periculis ne se committat, nec, manifestus indigentia, dedecoris, & ignominia telis obijciat. Contra Simon adiuotas ad emolliendum animum machinas, constanter repellere, caliginem mentis, qua ipsi offunderentur, ostendere conarique simul ambos, si quomodo posset ad suum vitæ genus adducere. Sed vt hic deijci de sententia non potuit, ne ita illi quidē, ab instituto vitæ cursu diuelli. Lutetiam igitur mœrentes illi, ac re infecta discedunt; hic autem cum melioribus fratribus, & amicis cœptum iter, alacer tenet. Hanc priuatam victoriam, aliz subinde communes ceterorum Patrum ex pertinacibus hæreticorum concertationibus, qui passim ad certamen religionis prouocabant, excipiunt. Nec enim dubitabant ardentes Viri suum vbique caput, pro religione tuenda, in apertum discrimen offerre. Cum vero Regni Gallia fines egrederentur, quasi vltimam ei dæcturi salutem, repurgatos rite animos Confessione. Cœlesti Pabulo refecerunt. Lotharingiam ingressi, nouis periculis exponuntur. Nam ea quoque Regio Gallis tum militibus, qui per hunc Lotharingia tractum in Belgium furēter irruerant, redundabat, tam multis abactis prædis, vt itinori se committere ne ipsi quidem audent indigentia. Mirabatur vbiq; populi, qui potuissent è militum manib. peregrini homines elabi, nondum edocti, quantum sit in Dei tutela præsidij. Quippe milites illi, nulla intima religione tacti, nullo metu Dei, sine discrimine, quocunque eos agebat libido, & effrenata audacia, rapiebantur. Inciderunt aliquando Socii in copias totius Exercitus ad Urbem Metas. Huc cunctis adiutibus communis, zgre tandem Parisiensium Academicorum nomine, qui recta ad B. Nicolai re-

109:
Dicitur
rusticanus
hominis, si-
mile vatic-
inio.

110:
Quotidie
communio-
cant.

111:
Precatio-
nes, ac præ-
colloquia.

112:
Tentatur
Simonis cō-
stantia.

113:
Dimissio-
nes cum hae-
reticis.

ligionis:

ligionis causa contenderent, admittuntur; vbi triduo, dum alio copiz se traiciunt, obducto, mox ad eum, quem dixi Sanctum, non sine eius præsidio, ductuque perueniunt. Templum in extremis fere Lotharingiz finibus, qua Germanos attingit, collocatum est; prorsus vt eo nostros, non terra peruenisse, incolæ, sed cœlo dicerent deuolasse. Adeo obstructa, atque interclusa periculis erant omnia. Procedebant inter Germaniz glacies, feruentibus animis, pedibusque cum increbescantibus niuibus, & saeuente cœlo, conquiescendum in diem tertium Basileæ fuit. Est hæc Germaniz vt celebris, sic infelix admodum Vrbs, in qua prauorum dogmatum contagione feruente, nullum penè vestigium Diuini cultus extabat. Ventitabant ad peregrinos Theologos alteri gratia, non veritatis indagandæ cupidi; bono utiq; succincti Magistro Carolo studio, qui nulli disciplinæ impiæ Magistrorum obstinata fatuitate concederet. Peregrini tamen suis partibus nunquam deerant, siue tepestiuis monitis, ac doctrinis, siue probitatis, ac virtutis exemplis. Itaq; cum ex alijs regionibus, qua transeundum erat, tum ex Germania aduersus hæreticos, non continendos consecuti sunt fructus: vt etiam concionator hæreticus, cum de suis dogmatibus contulisset, ad extremum manus dedit. Tale edebant vbiq; modestiæ, ac sinceræ bonitatis specimen, excellentisq; in loco doctrinæ, vt non ab Catholicis modo, sed ab ipsis etiam Lutheranis hospitibus, populisque deprauatis exciperentur humaniter. Ex quibus nonnulli viarum etiam duces, sese comites adiungebant. Tametsi pericula intercurrerebant identidem, vt cœlestis tutelæ noui milites continenter admoniti, plus adhuc in Deum fiduciæ, animique conciperent. Sexdecim fere passuum millia ante Constantiam, Oppidum est, cuius Pastor, Curioque vxorem duxerat, & filiorum copiosum alebat gregem, pestiferæ, atque hæreticæ sectæ gnarus satis, nec literarum, quantum conijci poterat, prorsus ignarus. Is vespertino hospitum aduentu percepto, sex septemue stipatus incolis de Principibus ad eos venit, de itinere bene fessos, disputationis gratia: commissaq; pugna, tantum in ea temporis consumptum est, vt horis aliquot iam transactis, Curio dixerit (placet autem ipsamet verba reddere) En iam nox humida cœlo præcipitat, suadentque cadetia sidera cœnam. nam crastina die, volo prorsus domum meam veniatis, & libros, liberosque meos inspiciatis. Cœnemus igitur, & cœnati rursus in certamen veniemus. Placuit consilium: ita tamen, vt cum in eadem ille mensa admisceri se vellet, repugnarent Catholici hospites; quod negarent, licere sibi mensa cum ijs vti communi, qui se Ecclesiæ communionem priuassent. Subrisit ad hæc Parochus, & alia ipse cum suis, alia Patres vsi sunt mensa. Qua sublata, rursus instaurata disputatio est, tanta contentione ceterorum, tanta Lainij efficacitate irreticentis hæreticum, vt in summas ille redactus angustias, adhuc temulentus, & ebrius exclamarit inuitus, Includor vndiq; & vbi verser ignoro. Cui vnus è Socijs, Cur igitur, inquit, eam sectam sequeris, quâ tutari tu ipse non potes? qua ille voce, & oratione perstrictus, surgit furibundus, & Patribus minitans vincula, Cras, inquit, in Custodiam dabo vos, vt doceam, tutari nec ne valeam sectam meam. Deinde nescio quid Germanice cum iurgio effutens, alio se repente præcipuit; perniciem haud dubie aliquam Patribus moliturus; vt ex his, qui aderant, intellectum est. Erant enim genus hominis tale, vt non minacius dixisse putaretur, quam esset re vera factururus, proinde cauendum monebant omnes, matureque sibi à Patribus consulendum. Hi vero recenti occasione læti, vitas suas iam tum periculis pro defensione Catholici nominis offerebant, vno illo dumtaxat anxij, atque solliciti, ne quid inter se dissidij, mutuaue disunctionis existeret. Verum ad precessionem nocte illa conuersi, in omnem animos firmarunt euentum. Mane albente cœlo, ingreditur ad eos Vir procerro corpore, furentis Parochi præuertens aduentum, eximia quadam conformatione membrorum, annorum, vt ex ore conijci poterat, plus minus triginta. Is hilariore fronte Patres intuitus, Germanice loqui cœpit, nutuque significare, illinc ocyus facerent, & se quo duceret, sequerentur. Patres sine mora sequutos, nemine prorsus abnuente, nec quo se duceret percunctante, extra id Oppidum, haud vsitato tritoque itinere, sed cœco, atque transverso, octo circiter milliaribus in viam regiam, ac militarem educit. Inter ambulandum autem Patres sæpe respectans, suauiterq; subridens, ipso oris gestu, ne quid fraudis periculi que metuerent, bono animo iubebat esse. Pars porro huius viz quædam difficilior intuentibus videbatur, quæ ramen ipsa nullis constrata niuibus perfacilis est inuenta. Quidam autem è Socijs, collustrans oculos terræ solum, obseruare curio se cœpit, an ibi

114.
Periculo liberantur
ducti, vs
creditur,
Angeli.

an ibi tritum, & vstratum iter esset; & circumspēctis omnibus accurate, ne vestigium quidem viæ regiz, aut transuersi limitis animaduertit. attonitus ergo rei nouitate, quod semita illa magis ardua nec vllis calcata vestigijs, sine vlla niue, reliquum vero viæ totum esset niue respersum; repetebat subinde secum, Qualis hic tandem vir, cui adeo notæ tam ignotæ sunt semitæ? Denique in militarem, ac Regiam, vbi iam præeuntium videbantur impressa vestigia, deductis Patribus gratus ille, & peramicus ductor, digito, qua tenendum esset iter, ostentans, alio repente discessit. Quid hac illustrijs prouidentia? Creditum à Patribus, sanctum Dei Angelum, præsens in periculum missum, ne quos ad maiora Dei bonitas reseruabat, eos in eo Oppido immaturus interitus occuparet. Id quod Patres argumentabantur ex eo, primum quod dux ille de itinere non rogatus, verum eis monstrasset iter. deinde, quod vnusquisque affirmabat è Socijs, quandam se in præcordijs concepisse fiduciam, tanquam filiorum in Patrem; denique quod ab ipsis repente digressus euolauerat è conspectu. Nec sane mirum, vt quem occultum suorum discriminum comitem quotidie precabantur à Deo, eius tam illustri præsidio, tam euident tantumque discrimen euaserint. Eiusdem tutelæ fuit, plagam comitis insanabilem, quæ socios vehementer angebat, eorumque; tardabat iter, diuinitus perlanasse. Res est multorum celebrata literis, nec pluribus retractanda, cum sui cruciandi corporis studio Xauerius arcto sibi lacertos, & coxendices funiculo colligatos foedo vulnere lacerasset, vt longius progredi iam non posset; reliquos carissimos socios, quoniam vinculis altius impressis Medicorum ars desperauerat, in preces, vnâ conuersos repentinam exorauisse comiti sanitatem; vt postridie ille de cubili surgens, fractos fenserit excidisse funiculos, & se morbo liberum, & expeditum ad iter.

Inter hæc Ignatius, quem supra narrauimus, in Hispaniam Lutetia discessisse, vix prima impresserat patrio solo vestigia, cum spectanda Ciuium oculis præsens obtulit, quæ iam ad aures præuolans fama de absentæ pertulerat. Reclamantibus consanguineis, paterna domo posthabita, Pauperum hospitium Oppidi Aspetiz, cui domus Loyolæ proxima est, ad diuersandum subijt: & cui paratæ iam erant domesticæ mensæ, is ostiatim in vniuersæ propinquitatis oculis quotidiana pabula mendicabat. Hic elementa Christianæ legis multitudini, puerisq; tradebat: cum dehortante fratre, quod infrequens futurus esset auditor, vnico se audiente puero fore contentû dixisset. sed numerus ingens & ipse frater intererat. illic hærentes in cœno vitiorum ad virtutum pulchritudinem excitabat, vt vbi per iuuenilem quondam ardorem suo hominibus congressu forte nocuerat, ibi iam ætate maturior consuetudinis sanctitate prodesset. Sacris diebus, & interdum frequentius, conciones habebat, & quidem, cum multitudinem ab multis passuum millibus confluentem templa non caperent, in patentibus campis. Vbi obseruatum est tanquam opus humano maius, trecentorum amplius intervallo passuum, quamuis vocem contendere obimbecillitatem nequiret, singula concionantis verba ab omnibus exaudita percommode. Alijs quoque; admirabilibus signis orationi eius pondus accessit. Namque; valetudinem viro iam diu Epileptico, & mulieri contabescenti restituit. adductam quoque; Energumenam, vt consuetis Ecclesiæ adiurationibus curaret, edito permodeste responso, se iniatum non esse, tamen oraturam pro ea, precibus fuis, ab iniquo obsessore penitus liberauit. Verum ab vniuerso populo multas vitiorum pestes eiecit, multas sustulit consuetudines prauas, & pijs induxit, omnibus carus, & virtutis nomine venerandus. His in studijs menstrua ferme momentum satis iam virium noti cœli clementia sibi videretur adeptus, ad breue spatium se deduci ab suis passus, ne pertinacius altercaretur, suauissimum virtutum egrègiarum odorem relinquens, Pompeopolim, & Almaianum, Toletumque ad sociorum conficienda negotia pedes, inopsque contendit. Quibus confectis, cum ex antiquioribus in Hispania socijs, qui sequi se vellet, neminem inuenisset, Valentiz Naui conscensa in magno prædonum periculo, quod Ænobardus Archipirata mare Tyrrenum valida classe infestum habebat, grauius tamē à tempestate periclitatus est. Laceris armamentis, fracto demum gubernaculo, eo ventum est, vt omnes abiecta penitus vitæ spe, mortem timidi expectarent, cum tamen Ignatius conscientiz bono perfruens, nullo posset pauore tangi. Solum inde non modice angeretur, quod gratia donisque Diuinis non perinde vsus esset, vt debuisset. Gaudebat nimirum Dominus exercere suum militem iam robustum, & sancta plenum fiducia quasi in aciem prodeuntem. Itaque Genuam perlatus vix è maris lospes periculis, dū per Apen-

115.
Xauerius
mirabiliter
sanatur.

116.
Res ab Ig-
natio gesta
in patria.

117.
Miraculū
quoddam
Ignatij in
Patria.

118.
Per ingenti
sin pericula
in Italiam
redit.

numm

ninum in Æmiliam tendit, à recta deerrans semita, longiusque sensim sine sensu progressus in eas se induit angustias, vt per abruptas cautes, subiecto torrenti horrida specie imminentes, genibus, ac manibus reptans; in præceps iam iam ruiturus, ægre demum labore omnium maximo, quos ad eam diem tulisset, euaserit. Ex alijs inde difficultatibus, quæ hibernum tempus niuibus, cænoque altissimo in solo cretoso vias eius plagæ pene insuperabiles reddit, cum Bononiam emerisset, ipsoque in ingressu fallente vestigio lapsus de Ponticulo in fossam totus luto contaminatus præbuisse spectantibus risum, etiam factum est, vt emendicando lustrata tantæ, tamque benignæ Urbis magna parte, ne obulum quidem à quopiam reportaret. Hispanorum tamen receptus hospitio, & paululum recreatus, repetito itinere, Venetias attigit. Hic dum ex conuento sodales expectat, no-

119.

Venetijs e-
gregie labo-
rat, & Ia-
cobum Ho-
ziium socie-
tari adiun-
git.

uis in Domino quæstibus augetur. Ac præter illustres viros, quos Diuinis suis institutionibus imbuit, & in æternæ vitæ semitas ex errore longo reduxit, alios insuper ad suæ vitæ rationes prope factos, & sibi natos adiunxit. In his Iacobum Hoziium Hispanum Malacæ oriundum, Baccalaureum, & sacra scientiæ eruditione florentem, & par nobile Fratrum Iacobum, Stephanumque de Eguia, Pompeiopolitanos apprime pios Compluti olim Ignatio cognitos, qui nunc forte ex Hierosolymitana peregrinatione redierant. Hozius quoque satis erat sua sponte ad Diuina propensus; tamē, vt sunt plerumque suspecti, quorum de fama, moribusque detrahitur, non prius B. Patri se committere, eiusque commentationes attingere ausus est, quam ad eius scripta pendenda, quæ à maleuolis carpebantur, nonnullis que in suspicionem prauis dogmatis venerant, magnam secum librorum supellectilem comportaret. Verum, vt eas cœpit intimo vsurpare mentis recessu, in eisq; cœlestes haurire dulcedines, è vestigio remisso rebus mortalibus nuncio, vltro se ad Ignatij ductum, ad disciplinam applicuit. Ignatius vero dum ardentius in dies animas sitit, & totis incipit celebrari Venetijs, en alia exoritur, Satana aspirante, tempestas. Spargitur in vulgus rumor, errare eum profugum toto orbe terrarum: statuum eius veluti infamis, ac pestilentis hæretici in Hispanijs, & Gallijs: publice incrematam. Ea res ad Apostolicum delata nuncium (is erat Hieronymus Veralkus, qui postea Romanæ Ecclesiæ renunciatus est Cardinalis) Beatum Virum impulit, vt ad eum nec appellatus accederet, causæq; cognitionem prior posceret: minime dissimulandam silentio ratus tam ini-

120.

Accusatur,
et honori-
ficum inno-
centia testi-
monium
reporrac.

quam, inchoata iam Societate calurniam. Extorsit quod petebat, & post accuratam disceptationem lata est pro æquitate sententia. Ea ad hodiernum vsq; diem Romæ in publicis tabulis asseruatur, testimonium innocentis Ignatij, monumentum virtutis. Quo ex tempore Gaspar Doctus is, qui apud eundem Nuntium Auditoris partes agebat, impense fauere cœpit Ignatij rebus, eiusque ad instituta sic affici, vt ea complecti quarto à confirmata Societate anno decerneret. Sed cum ali-

121.

Consilium
Societatis
Gasparum
Doctorem.

denique mens esset Dei, Lauretano Deiparæ Templo præpositus, eundem in Societatem animum, & amorem, quem initio susceperat, conseruauit, quam quanti faceret, plurimis, quoad vixit, officijs & ijs non vulgaribus declarauit. Hac tempestate functus Ignatius, nihil de suo erga homines studio prestantique erga animas charitate remisit, sed velut ignis flagrantissimus modicis iniectis aquis exarsit acrius. Egit inter alios familiariter cum Io. Petro Carassa, cui postea Ecclesiæ Catholice gubernacula Diuina deuulit prouidentia, & Paulus Quartus est appellatus. Is & nobilitate generis, & literarum eruditione, & alijs Dei muneribus spectatissimus, Theatino Archiepiscopatu relicto, cum alijs tribus æque pijs, ac nobilibus Viris Clericorum Regularium Ordinem, quos ab Archiepisco-

122.

Agit fami-
liariter cū
Io. Petro
Carassa,
qui dein
sunt Paulus
IV.

po cæteris clariore, Theatinos nominant, recens eondiderat. Vnde factum est, vt Societati quoque nostræ, quæ item Clericorum ordo est, idemque sub tempus apparuit: nec vestium magno discrimine distinguitur, nomen idem Theatinorum multis locis adhæserit. Cæterum Io. Petrus priusq; vsu aliquo, consuetudineque mores calleret Ignatij, falsis criminationibus adductus, vt erat in his, quæ ad Orthodoxam fidem pertinent seuerus, & acer in primis censor, minus eius fauere causæ, in ea quam diximus, suspicionis procella visus est. At Ignatius non præsentibus modo coram salutarē nauabat operam; sed absentibus quoque per literas consulebat, quarum vnus caput, vnde appareat de Exeritationibus spiritus quid Beatus Pater sentiret, non inuidendum est posteris. Ad Emmanuelen enim Missionem Sacrosanctam grauisimum, quo vsus ipse quondam Compluti Confessario erat, Paulus complicitus verbis: *Magnopere aucto cognoscere quem admodum res tibi processerit: neq; id*

123.

Quanti e-
st in re B.
1 Exeriti
Quamalia.

sanæ

*Itaque miram, cum tantum cibi in re pietatis, nempe vt Parenti filius, debeam. Cuius etiam egregio amori, tanq̃
 prolixa voluntati, quam in me habuisti semper, ac re ipsa comprobasti, vt responderem: atq̃ in hac vita aliquam
 gratia partem referrem, rogavi te, vt ad mensum Exercitia susciperes sub eo, quem nominavi: atq̃ adeo ipse fa-
 cturum te recepisti. Precor igitur id si expertus es, ac probasti, ad me perscribas ad Dei obsequium. Sim autem ex-
 pertus nondum es, per eiusdem amorem, ac reuerentiam, & acerbissimam necem, quam causa nostra obiit, peto,
 quasq̃, vt in ea te des. Tum vero, si te facti penituerit, preterquam quod penam nullam recuso, putato me
 planum, & irrisorem, & irrisorem quidem personarum, quibus tantum debeo. Iterum, atq̃ iterum, & quoties
 valeo, ob Dei obsequium id ipsum flagito: ne ad vltimum Diuina Maiestas requirat ex me, quod non vrserim,
 neq̃ cunctis meis viribus postularim, id quod in hac vita equidem possum sentire, & excogitare optimum, tum
 vt homo sibi ipsi proficiat, tum vt fructus ferat, prositq̃, & proficiat alijs multis. Quod si priorem ob causam ne-
 cessarium tibi non sentias, praclara cum estimatione comperies, quantum ad posteriorem conducatur. Venetijs*

Kal. Nou. 1536. Hanc Beati Patris cohortationem, commendationemque Exercitiorum,

*haud frustra fuisse docuit eiusdem Mionæ tandem ad Societatem ipsam accessus,
 magnoque cum exemplo præstantis virtutis in ea
 peracta vita.*



HISTORIA SOCIETATIS IESV, HISTORIAE SOCIETATIS IESV,

LIBER SECVNDVS.

1.
*Primi Pa-
tres Venetijs
in valetu-
dinario a-
gris mini-
strant.*



ICerat Venetijs Ignatij cursus, cum ei sexto Idus Ianuarias anni 1537. ad victoriam structæ calumniz, veluti gaudij cumulus accessit saluus Sociorum aduentus non eorum modo, quos Parisijs in digressu reliquerat, sed insuper aliorum, quos eo absente, pepererat Faber. Ergo hi demum omnes in vnum pariter cocuentes, post dulces amplexus, & mutuam inter sese gratulatione, & plurimas Deo gratias actas, primum Hierosolymitanæ profectiois consilia renouant; deinde ad summam Pontificem iter destinant: à quo & eius ad sacros Ordines voluntariæ Paupertatis nomine, & potestatem prædicandi Hierosolymis Euangelij, supplices petant. Verum quoniam per anni tempus, acerrima sæuiente hyeme, hand ita commodum iter erat in Urbem,

interea ne cessarent, suoque vt postero docerent exemplo, quibus tandem experientia, in hanc Societatem sibi aditum aperirent, duobus publicis valetudinarijs tota Vrbe florentissimis, in quibus, & corporum pariter, & animorum periculis occurrerent, bipertiti, in eo quod continet insanabiles, & in eo, cui à Beatis Martyribus Ioanne, & Paulo nomen est, partim misericordiz distinebantur officijs, partim purgandis rite pectoribus opram dabant, Quæ quidem omnia tanto ab eis gerebantur ardore, quantum postea relicta tot annos in ea Vrbe vestigia declararunt. Sane id spectaculum Ciuium in se oculos conuer tebat, admirantium, & eximiam externorum hominum in alieno solo pietatem & modestiam animi tantam, vt munia, vel contemptissima inter curandos Christi pauperes, non modo non refugerent, aut exhorrerent, verum etiam vltro sibi deposcerent, ac mira quadam alacritate præstarent. Cernebant perforata vlcerebus corpora, non minus ad aspectum foeda, quam ad olfactum grauiâ, nudis ab eis manibus contrectari, suorum complexu corporum, dum lectos sternerent, excitari iacencia, & in stratis eadem reclinari. Imo à quibusdam ad horrorem naturæ vincendum ipsam ex fugi stillantem saniem, & foeda lepra resperfos, recto que Valetudinariorum exclusos in suo lectulo collocari, nulla contagionis suspitione sollicitis, nullo metu perterritis, eminente in primis Francisci Xauerij magnanima charitate. Quid memorem orationis solatia mœstis ægris adhibita? nocturnas actas apud egentissimum quem que vigilias? mortuorum corpora ad sepulturam rite cohonestata, eademque humo, quam suis manibus effoderant, pie obducta? Non poterat diutius in tanta humilitate delitescere Virum virtus, vt etiam Satanas eam prodere, Deo sit cogente, compulsus. Inter foeminas, quæ tum cibos parabant ægrotis, Energumena erat. Hæc toruo oculorum obtutu, & conuitiis verberans Patres, ministerij graria culinam ingressos, versa ad eos, qui præsentés aderant, Vos, inquit, quod genus hominum istud sit penitus ignoratis. Hi magni sunt Viri, & multa doctrina præditi, qui ne huc aspirarent, valde equidem, sed frustra contendit. Paulo post, cum iterum vnus è Patribus culinam intrans immensis foemina vociferationibus exciperetur, blande eam lenire, ac permulcere cœpit. Illa verò corripuit gradum, & vt in ignem se iniiceret comparabat, sed ne cogitata perficeret, alia foemina præfens inhiuit. Illa veno corpus à tergo, totum conglomerauit in vertebram, vt suo semper hærens vestigio, subiectas prope flammâs capite retorto, contingeret. Eadem subito in suum erecta statum vociferationibus terruit omnia. Patres autem tanto acrius munera illa misericordiz, & humilitatis vrgeret, quanto ea molestiora Satanz, iucundiora Deo, & gratiora sensere. Quibus dum ad admir. tionem vique trimetr.

2.
Energumena Patrum virtutem aperit.

3.
Ceteri Patres Romæ discunt: Ignatius Venetijs, a. substituit.

mœstri fere spatio se continent, postea cohortante Vere, Romam iter intendunt, vno excepto
 Ignatio: qui satius duxit, siue ad ea, quæ pariter erant custodienda, siue ad ea, quæ ad nauig-
 ationem spectabant, expedienda, continere se Venetijs. præsertim quod in Pontificia aula
 versabatur Ioannes Petrus Carrassa, in exitu superioris anni, in Cardinalium numerum coop-
 tatus, qui vt dixi, Venetijs ei non fauerat, & Petrus Ortizius Caroli Cæsaris in causa Matrimo-
 nij Catharinæ eius materteræ, quam Henricus Octauus repudiarat, apud Pontificem procura-
 tor; quem Parisiis autorem fuisse docuimus, vt acerrime in Ignatij ipsius mœres, atque doctri-
 nam, id quod etiam discedens commendarat amicis, inquireretur. His igitur ne quam sua
 præsentia aduersandi initijs rerum communiis, antequam veritas corroboraretur, ansam
 præberet, confedit Beatus Pater Venetijs. Reliqui vero, vt è Gallijs in Italiam, ita Venetijs
 Romam suis se pedibus contulerunt. terni faciebant iter, cum Hispanis permixti Galli, cum
 Laicis Sacerdotes, omni subsidio itineris spoliati, emendicatioque parce cibo, nec tamen inter-
 missis, seu anniuersarijs, dierum quadraginta ieiunijs, seu quotidiana Synaxi. Somnum in
 imparatis pauperum Xenodochijs modo inter paleas, modo inter præsepia, sæpeque toti imbribus
 madidi, fessique captabant. Paupertas adeo eis suavis erat, vt eam sine multis, & mag-
 nis incommodis nullam ducerent. Tantum autem cogebant cibi, de crastino nihil solliciti,
 quantum præsens necessitas compellebat. In hospitio mendicos, in itinere Viatores instituebant.
 Iter ipsum, soli cum essent, magnam partem in sanctorum rite precibus implorandis, psalmo-
 rumque canticis comerebant. Ergo qui tam durum vitæ genus, tamque humile contempla-
 bantur, ignari, quid in humanis pectoribus possit Deus, suspicabantur eos in proxima Urbis di-
 reptione, quæ Clemente Septimo Pontifice Maximo antecesserat, fuisse versatos; ac proinde du-
 rissimis supplicijs piaculum suum luere; & absolutionis gratia ad pedes properare Pontificis. Ven-
 etijs Anconam versus egressi, ad Adriatici maris oram biduam, triduumque sine vlllo fere cibo
 (neque enim locus vllus, vbi corrogare stipem possent, Rauennam vsque se obtulit) exege-
 runt, deficientibus præ labore vitæ, cibique desiderio corporibus: cum tamen aliorum quili-
 que magis, quam suis incommodis angeretur. tanta in eos flagrabat charitas, tantus amor. Vbi
 paululum conquiescent, & Diuina potius ope, quam humana (per exigua enim inuenta est es-
 ca) virium aliquid, aut potius anhelitum recepissent, ad coepta peregrinationis reuertuntur
 incommoda. Vix itinere repetito, fluium offendunt maximis, ac perpetuis imbribus, mille
 circiter extra alueum passibus exundantem. Cumque numerorum nihil esset, vix importunis
 precibus à portitoribus extorsent, vt in alteram se fluij partem, ripamque transfuckerent. Is
 cum plana camporum longe lateque stagnasset, diu nudis pedibus fuit per altas aquas ingre-
 diendum. Noctu igitur Rauennam madidi, fameque eneati perueniunt, nullo per eum diem,
 præter panis frustulum, sumpto cibo, cum tamen pridie nihilo lautius accubuissent. Illud tam-
 en commodi in tantis incommodis haustum est, quod Ioannes Codarius, qui laborabat è pe-
 dibus, valetudinem ipsa ærumnarum perpeffione recuperauit. Rauennæ publico in hospicio
 cum pauperibus diuersati, & pauperum passi more, congruis etiam cenæ cubilibus sunt ex-
 cepti, squallore, pedoreque obfatis, quæque fatigatos artus non ad quietem allicerent, sed qui-
 etiam traditos nouis laboribus exercerent. Sordibus scatebant omnia, & mordacissimæ be-
 stiolæ notis vndique excitatæ pabulis fodiebant artus soporitam deditos, ne quietem defatiga-
 ti conciperent. Quarum ego rerum commemorationem, quanquam ad commendationem
 præclaræ virtutis, valet illa quidem plurimum, tamen ne quid habeat iniucunditatis Oratio,
 non inuitus omitto. Rauenna posttridie relicta, celo adhuc nubibus tetro continuabant iter.
 cumque intumescens passim fluijs, transitum negaret inopia, cogebantur æris loco, ca-
 lamariam modo thecam cum atramento, modo linteos thoraces portitoribus elargiri. sed crebris
 intercurfantibus Anconam vsque fluminibus, imbribusque, actuariolum sine vlllo cibo, po-
 tuque, ac sine vlllo ære conscendunt. Anconam vero ipsam intra lucem, noctemque dela-
 ti, portorium exigenti Nabarcho, cum soluendo non essent, vix ab iracundo homine im-

4.
Rauennæ
notis.5.
Rauennæ
gracissimæ.

petratum est, ut vnus è socijs è Nauigio lapsus, debitam emendicaret in vrbe pecuniam. Ac breuiore mora oppigneratum Bibliopœz Breuiarium est; acceptoque pretio, reddita sua Nauarcho merces; tum recta omnes in Xenodochium, deinde tota Vrbe dispersi, ad hominum captandam misericordiam. Qua in humilitate, charitateque se vicissim acuebant, & inflammabant, materiamque sibi mutuo Deo gratulandi, & benedicendi præbebant. Ex ijs vnus, dum stipem in foro corrogat, & Socium alium non procul aspicit, tunica alte succinctum, nudisque pedibus in emporio, modo ab hoc raphanum, modo ab illo olera mendicantem, tali spectaculo repente commotus, reputare secum ipse cœpit eximiam sui Socij in tanta humilitate doctrinam, excellentis acumen ingenij, rara munera, ac dona naturæ, quibus ille magnam sibi gloriam per facile posset apud homines, si inter eos versaretur, ac degeret comparare; tacitulusque in eacogitatione defixus incredibiliter affici cœpit, & se prorsus indignum tam sancta hominum societate sentire. quæ res postea quo frequentius ad animum recurrebat, eo se acrius sentiebat incendi, talique hominum societate capi. tanti est, propositam ante oculos disciplinam fraternæ virtutis, non oscitanter aspiceret. Ergo ex humili illa conquisitione nummorum, tantum pecuniæ comportatum est, ut non solum hilari, frugali- que mensa famem suam vniuersi depulerint, verum etiam vnde breuiarium repignerent, habuerint. Tandem ad angustam Laurentæ Virginis ædem peruentum; in qua biduo, tri- duoue in piarum rerum, commentatione consumpto, Romam eodem patientiæ proposito, eadem constantiæ alacritate discedunt. Nihil enim hoc antecedentibus mitius iter. Rur- sus alto cum cœno fuit, crebrisque cum imbribus colluctandum. Acciditque nonnunquam, ut Socij tres, cum iam bini, terniue seorsim, quo facilius necessariam tuendæ vitæ stipem emendicando colligerent, ambularent, inani ventre, pleno autem imbribus dorso, & cœ- no oblitum, totum traducerent diem. Iam Tolentinum cœcis tenebris introierant, cum spe quærendi de more cibi sublata, Simoni Rodericio gradienti per cœnum, fit obuiam quidam obuoluto capite, qui prehensam eius explicat manum, impositisque silentio nummis, ite- rum complicat, & abscedit. Simon adaperita in Xenodochio manu, reperit quantum ad pauperem cœnam, satis esset argenti: & vna cum Socijs collaudat Domini prouidentiam, Cœnatum est panem, vino, caricis, & sua quoque portio CHRISTI pauperibus reseruata; adeo erat in amoribus paupertas. Aperiat ad hæc exempla posteritas oculos. Nam idcirco in his commemorandis muki sumus, ut quibus itineribus Maiores nostri ad sanctitatem niteren- tur, inspiciat: nec ab eorum ardore, virtuteque degeneret, quorum in labores sine labori- bus introiuit. Iam qui supererant ad Vrbe usque diebus pari traductis inopia, ut in eius ve- nere conspectum omnium oculis forte retentis, eam eminus venerabundi salutant, tellu- remque Deo quodammodo sacram; quæque tot sanctorum corporum acervis, tot Mar- tyrum sanguine redundaret, cum eximio omnes pietatis sensu, tum etiam Lainius nudo pe- de succedunt. Mox ad limina sanctorum Principum Apostolorum, totis animis, corpori- busque prostrati, cum pro re bene gerenda Dei clementiam prece sollicita fatigassent, ad suæ quisque nationis diuertit hospitium. Cum vero frequentantibus religiose Templis, seren- dis inter homines, de pietate sermonibus, frugalitate, modestia, summx denique innocen- tiæ, & sanctitatis edendis exemplis in hominum venissent ora; Exciti fama curiales Hispani aliquot opulenti, Patres confestim omnes in hospitium sancti Iacobi recipiendos curant; ne- gantes suæ esse dignitatis, nationisque committere, ut tales, tantique Viri tota Vrbe preca- rio cibum quotidie quærerent: simulque eos, quotidianis submittendis epulis, omni victus procuratione leuant. Petrum etiam Ortizium, quem aduersarium suspicabantur in primis, valde sibi præter opinionem propitium; placatumque, Deo cor hominis immutante, repe- riunt. qui Patrum aduentum cognito, Pontifici Maximo statim nunciat (is erat, ut dixi, Pau- lus Tertius è gente Farnesia) nouem Parisienses adesse Theologos, qui paupertatis obser- uantissimi, magna que sui expectatione inter homines concitata, Hierosolymam cogitant.

Ponti-

8.
Lainius
Romam
pietatis
causa nudis
pedibus in-
graditur.

9.
Petrum
Ortizium
præter spem
habere fau-
orem.

Pontifex cum hæc placidis auribus excepisset, iussit eos in posterum diem cum alijs aliquot euocari Theologis, qui super mensam de religione differerent. Is enim erat ei Pontifici mos, vtaudientis inter epula Sapientibus, vna cum corpore simul animum pasceret. Iam qui circumstabant Vrbanus Theologi modo ex hoc, modo ex illo multa rogabant, rogantibusque satis à Patribus cumulateque factum est, ipso quoque applaudente, & gaudente Pontifice. Sublata mensa ad pedis osculum deuoluuntur: quos Pontifex passis brachijs, quasi cunctos pariter amplexurus, Magnam, inquit, capio animo voluptatem, cum istam literarum eruditionem, in tanta animi demissione contemplor, si quid vobis opus fuerit, quod quidem ad me spectet, libens dabo. At illi, Benedictionem, inquirunt, Beatissime Pater, potestatemque nauigandi Hierosolymam, supplices postulamus. Et hæc, inquit, Pontifex libens largior. Hierosolymam tamen vos, non arbitror profecturos. Quæ sanè sunt à Pontifice dicta, vel quia Venetos non ignorabat arma contra Turcas parare (nam & is postea vna cum Cæsare, Venetisque contra eos foedus iniit) vel cælesti aliquo instinctu, nauigationis impedimenta præsentit. Socijs etiam nondum sacris initiatis, suscipiendi sacros ordines potestatem quocunque ab Episcopo, vel Antistite fecit, tribus proximis diebus festis continenter Ab eodemque Pontifice, rogante nemine, pecuniam semel atque iterum acceperunt. Ea postea cum alia Hispanicæ Nationis liberalitate coniuncta, summam aureorum ferme decem supra ducentos expleuit: qua Venetias in vsum votiæ peregrinationis traiecta, ipsi Romæ quotidianum sibi victum, mendicorum instar, non sine eorum, qui disputationibus interfuerant, admiratione, quærebant: pauloque post inanes; egentisque Venetias, quemadmodum antea venerant, reuertuntur. Hic singularibus officijs, & paterna charitate ab Ignatio excepti, quos acrius in virtutis exercitatione probarent, & qui sacris initiandi erant, ad sacros ordines compararent, denuo se se ad vilitata Nosocomiorum munera ad exeuntem vsque Iunium, non mediocritum suo, tum Ciuitatis commodo retulerunt. Quo tempore, cum ad Apostolici Nuntij pedes, is erat quem dixi, Verallus perpetuæ paupertatis, & castimoniz vota, vna omnes vndecim nuncupassent, qui consecrandi Sacerdotes erant, per omnes ordinum gradus ad Sacerdotij fastigium prouehuntur; Mense Iunio, ipsis præcursoris Domini Natalitjs, tanta Arbenfis Episcopi inuitantis animi voluptate (is erat Vincentius Negosantius Fanensis, Vir & virtute clarus, & genere) vt ritus inter eiusmodi, qui tamen erant illi pro suo munere satis crebri, nihil vnquam simile se testatur expertum. Quod ille merito Diuinæ gratiæ, quæ cum solito vberior, pleniorque descenderet, acceptum retulit. Verum tantarum apparatu rerum, ornatuque munitis, nulla tamen in Palæstinam transmittendi facultas offerebatur; cum iam graui inter Solymanum Turcam, Venetamque Rempublicam orto bello omnis peregrinorum, atque institorum nauigatio conqueuisset. Res fuit hominum obseruatione digna: vt tum peregrinorum in ea loca traiectione, nec multis annis ante, nec multis item post ad annum huius seculi septuagesimum intermissa memoretur; eo tamen anno omnis fit in Palæstinam aditus interclusus. Nimirum declarabat etiam tum suam Dei bonitas prouidentiam; quæ cum occultissime suorum peregrinorum gressus ad altiora quædam, quam ipsi spectarent, putarentue, dirigeret; eorum & fixa consilia, & institutum prope iter abruptit, ad aliaque longe præclariora, consilio meliore conuertit. Ergo spe destinatæ nauigationis abscessa, & si voti religione soluti videri iam poterant, tamen ne qua prorsus religio sollicitaret animos, placuit post acceptum Sacerdotij decus, non continuo commouere Venetjs, sed illic terendis Nosocomiorum liminibus, vsque ad anni ventis extrema, quemadmodum Parisijs conuenerat, expectare. Id consilium satis ex se pium, prudensque in aliud postea commodius, salubriusque commutatam est. Nam charitatis apud ægrotos, & humilitatis crescente palæstra, cum animaduertent extremo Iulio modicum temporis superesse, siue ad primitias Sacerdotalis ordinis Diuinæ Maiestati libandas, siue ad colligendam quodammodo mentem, valetudinariorum occupatione distractam salutare admodum visum Ciuitatis vitæ frequentiam, & in finitima Venetorum Oppida alios alio dispergi, ubi & pæ precationis studio sibi iam vacarent attentius, & quotidiani mendicitate

10.

Aduent
Pontificum.

11.

Impetrant,
qua volunt.

12.

Venetiarum
narsi sacris
initiantur
ordinibus.

13.

Intercludi-
tur nauiga-
tio in Palæ-
stinam.

14.

Distribui-
tur Patres
in loca circa
Venetias.

pastus,

passus, subitilque in foro concionibus, cum interiori, & domestica sanctitati, tum externorum utilitati consulerent. Interimque si quis forte restinctis bellorum incendijs, Hierosolimam pateret aditus, Venetias è propinquo, vna omnes accederent. Ignatius igitur cum Fabro, Lainioque Vicentiam: Xanorius, ac Salmeron in Montem Celsum, Oppidum Patavio distans milliaribus non plus quindecim: Codurius, Hoziusque Tarvisium: Claudius, & Simon Bassanum: Paschasius, & Bobadilla Veronam distributi sunt. & quo se arctius secessu ipso locorum, diuina cum mente coniungerent, humiles ad habitandum casas proximis in suburbijs, ruinosas ple-

15.
*Genus vite
Patrum in
hoc secessu.*

16.
*Adiuncti
Pratini.*

rasque, & coeli patentes iniurijs, ab interuentoribus tamen vacuas, consulto deligunt. Hic dum emendicato, tenuique cibo victitant; dum mutua obedientia, facta vicissim alterius in alterum per hebdomadam potestate, vere student humilitati, dum diurnis, nocturnisque precibus operam dant, dura breues somnos abiecto in stramine de solo carpunt, tandemque corpus suum verberum acerbitate castigant; quadraginta dierum spatio simillimam Angelorum vitam inter mortales egerunt. Quo dierum elapso numero, tanquam caelestibus grauidati muneribus, cum iam iamque quod breui parerent, parturirent (nec enim ad vnius contemplationis otium, sed ad sua bona communicanda cum proximis vocabantur) ex caecis illis antris, latibulisque suis in lucem Urbium repente conuolant, & celebritatem, quam tantisper oderant consecrati, populum ex editiore loco voce, gestu, pileo conuocant. Maximus vndique omnium hominum fit concursus, sed tanquam ad ioculatores, non concionatores; & oblectandi sui gratia, risusque captandi, non compungendi animi, & commutandi inuitante praesertim ipso oris habitu neglecto, atque inculto, & peregrini maxime insolentia sermonis. Verum vt animaduersum est feure, serioque agi, nec iam locum esse factijs, ac iocis, sed lachrymis, atque singultibus; tum demum petulans turba, & quod genus esset hominum, quod deridebat, agnouit; & nihil offensa squalore vestium, barbaroque sermone ad grauitatem se ipsa composuit, eos denique veros Christi admirata praecones, quorum praecipis saluberrimis, sobrias cogitationes momento susciperet. Magna omnino commutatio fiebat in vulgus, cum ad orationis ardorem accederet hospitem continentia, qui nouo quasi miraculo non modo nihil ab auditore poscebant, sed respuebant oblatum. Hinc nimirum laudabilis illa, & retinenda vbique Societatis consuetudo, vt in medijs foris, atque plateis desides hominum mentes, diuinis ex improuiso sermonibus quodammodo circumuectas erudias, & ad pietatem informet: & qui perraro ad sacras aedes accedunt, eo verbo Dei, nec opinantes inuadat, & à flagitijs, ac sceleribus ad sobrietatem, ac recte facta traducat. Enituit in sua cuiusque Prouincia pietas, & singularis virtus, vt etiam incitatore ad eam cursu, quorumdam periclitata sit salus. Ignatium, Lainium, & Simonem in

17.
*Nonnulli
Patrum a
gratiam.*

18.
*Charitas
Ignatii a
groti dum
preparat ad
Simonem
gratum a
groti autem,
quem &
pradixit sa
mandum.*

affidua suorum corporum vexatione, ac contentione laborum, flagrantissima aestate praesertim, graues corripuere febres. Ignatioque insuper permolesta erat ex crebris lachrymis lippitudo; Simonem autem Bassani apud Antonium quemdam Anachoretam, pium admodum senem (nam illuc se cum laio receperat) adeo vehemens exagitabat morbus, vt eius Medici saluti diffident. eandem quippe vitam, ac diu ille exercitatus athleta, austeram scilicet ambo ducebant. victu arido, duroque, & robore pro cubili contenti, laboribus pro more hospitis frangebant corpus, cum vicinos quoque interdum fundos circumducto senis asello ad emendicanda alimenta obirent: & si quid aliud operis, munerisque suscipiendum erat, obuia charitate praeriperent. Ergo attritis ad vltimum vsque discrimen Simoni viribus, nihil prius Ignatio fuit, quam vt ad aegrotantem Socium, vna cum Fabro se consolandi causa conferret. Cura igitur aegrotantis Lainij longe minore cum periculo decumbentis, Vicentinorum quorumdam pietati commissa; ipse febribus adhuc implicitus, Bassanum pedibus, vna cum Fabro passuum millibus ferme triginta contendit tanta celeritate, vt Faber admiraretur. Simonem; vt suis excepit amplexibus, bono animo esse iussit, haud obscure significans eo morbo nequaquam ipsi moriendum esse. Et quoniam sua toga vestitum, & super asseres iacentem reperit, dedit operam, vt per Anachoretam illum conquireretur lectulus, in eoque detracta veste collocaretur aegrotus. Exinde melius fr-

ctum

Etum est ægro, & mox etiam salus ipsa penitus restituta, vt vim eximie charitatis agnoscas, quæ vt velox tanto intervallo aduolauit ad ægrum, ita & præsens liberationem morbi attulit. Cuius exitum rei, ne de miraculo possit ambigi, Ignatius ipse cum se ad orandum in itinere contulisset, comiti suo Fabro ex oratione prædixerat. cui & tum Faber Socij, & Simon ipse quamdiu vixit vitam suam acceptam retulit. Hoc signum atque prodigium sequutum est aliud, ad continendos in susceptæ religionis sententia posteros haud minus efficax. Cum enim è tribus Ignatij socijs Fabro, Claudio, Simone, vnus in arrepto proposito vacillaret, spectro inusitato perterritus, confirmare animû cepit. cuius nomen ne quid forsitan in illa Sociorum paucitate offensionis haberet, silentio inuolendum, nostris Maioribus visum est. sed licuit postero die eo, quem proximè nominauimus suspicari, vt eidem sit salus animi per Ignatium reddita, cui fuerat corporis. ferunt cum quatuor isti ab hospitio Anachoretæ digressi, Bassani confedissent. hæsitantem fratrem solitudinis amœnitate pellectum, huius actiuosæ vitæ labores cum illius otiosæ quiete; & huius pericula cum illius, vt ei videbatur, tuto perfugio cepisse conferte, ancipitique distractum animo, instituti sui magnitudinem expauescere. ita maritimo velut æstu iactatum ad Anachoretam consilij causa voluisse reuerti: sed vix pedem extulisse domo, cum ei semel atque Vir occurrit armatus, qui truci aspectu, striatoque gladio minitans exeunti, pedem referre coegerit, nec prius insequendi finem fecerit, quam ille præcipiti cursu in Ignatij refugit amplexum. Obstupescens ubique incolis, qui cum pauore fugientem cernerent; eum tamen; quem fugeret, non videbant. Ne illud quidem ad confirmandas Sociorum mentes miraculo caruit. quod cum ad solitarium illum, quem modo dixi, Simonis videndi causa, vnà cum Fabro se contulisset Ignatius, senex dum curiosus hunc obseruat, exterior Fortassis specie, suæque vitæ norma animi eius metiens sanctitatem, statuit nihil in eo singulare inesse, nisi quod admiratione admodum dignum videretur. Sed bonæ, ac simplici hominis menti nequaquam permisit Deus errorem diutius insidere. Solito vehementius illuxi oranti, plane vt intelligeret, quem parui ipse faceret, cum Apostolico plenum spiritu virum esse, & ad multorum salutem Vas electionis electum, puderetque iam senem leuitatis suæ, quod & euulgare postea non erubuit. Documento insigni, quam non sit temere de Dei famulis ferenda sententia. Idem narrabat, cum in domum suam neminem prius admitteret, multorum iam exemplis, qui suis votis minime respondissent, edoctus; in admittendis tamen illis, quos dixi, Patribus, tam se facilem pronumque sensisse, vt eos sine scelere non auderet excludere. Porro amœnus ille secessus Anachoretæ, post annos aliquot ad nos translatus, velut nostris vsibus minus aptus, Capuccinis Patribus est relictus. Non dum destinatum à Patribus expectandæ nauigationi tempus abierat, cum omnes ad Ignatium veluti ad Parentum Vicentiam prima apud eum facturi sacra, deque communi re acturi conueniunt. Sacrificatum est ab omnibus præterquam ab Ignatio, & Rodericio; quorum hic paulo post Ferrariæ; alter autem tanti mysterij reuerentia pauidus, laxiorem ad apparatus animi sumpsit diem: multoque post Romæ in æde Sanctæ Mariæ ad Niues, ad ipsa vagientis Christi cunabula, eius natali nocte, suas quoque Deo primitias vltimus obtulit. Habitabant Vicentiæ, vna simul in Cœnobio suburbano, quo se antea B. Pater cum Fabro, Lainioque receperat, bellorum olim euerso turbine, & reuulsis foribus, ostijsque ventorum flatibus vndique peruiuo. Palea lectum præbebat, pabulum mendicatio. Ergo ex eo numero duo, quod necesse erat in morbum lapsi, publicum in Noscomium, vastum illud quidem, & satis amplum sed patens vndiq; transportantur. Hic per angustû nacti lectulum, vix vtriusque capacem, præclaram eodem tempore patientia, paupertatisque materiam nacti sunt, auctis sibi inuicem inter angustias, & morbi difficultates, incommodis. Suadebat tamen vtrique virtus, & mutuas tolerare molestias importuni frigoris, seu caloris, & sibi quoad poterant vicissim parcere, nec suæ magis necessitati seruire, quam fratris. sed ab humana desertis ope, & rebus pene omnibus destitutis, affuit, vt fere fit, repentinum de cœlo solatium. Nocte intempesta alteri eorum (is erat Franciscus Xauerius) qui se vigilem putabat esse, inclytus Ecclesiæ Doctor Hieronymus, cuius ille studiosus in primis erat, spectandum specie graui, ac veneranda se obtulit, eumque per amice consolans, Tu, inquit, hyemem insequentem Bononiæ perages, & multis ibi laborum procellis, incommodis-

19.

Vnus Sociorum terribili viso confirmatur in uocatione.

20.

Anachoretæ uirum præstantem B. Ignatij diuinitus cognoscit.

21.

22.

B. Xauerio egrotanti S. Hieronymus apparet & quaedam prædicat.

F

que

que iactaberis. Deque tuis Socijs alij Patauium, alij se Romam transferent: alij item Ferrariam, Senasque concedent. fidem visi fecit mire ad verbum expleta prædictio. Nam & ipse Xauerius, cui obtigit cum Bobadilla Bononia, in magna rerum omnium inopia quartana iactatus, vehementissimos in eo morbo labores tulit: quibus adeo deformatus est, eamque subito contraxit maciem, ut effigies quædam videretur spirantis mortui; & distributis per Italiam Patribus, ea ipsa, quam Beatus Hieronymus indicauerat, sociorum, cunctis adhuc vaticinationis ignaris, distributio facta est. Cum enim in vnum omnes coacti locum de Palæstina rursus peregrinatione quæssissent (nam adhuc classibus æquor infestam spem profæctionis ademerat) de communitententia decernunt, ut id spatij, quod ex votis conceptis reliquum erat, ne incensi semel animi cessatione torperent, fructu etiam vberiore traducerent. Itaque præcipuis Italix Urbibus, inter se descriptis, præsertim ijs, quæ studiorum fedes essent, & frequentissima iuuentute florerent, alij alio discedunt; in id interim totis animis excubantes, an alios aliquos ad eadem instituta Deus acciret. Bononiam igitur Xauerius, & Bobadilla, Senas Salmeron, & Paschasius; Ferrariam Iaius, & Rodericius: Codurius, Hoziusque Patauium destinantur. Ignatius minus iam impedimenta formidans, vnaque Faber, ac Lainius Romam iter intendunt, ut sese Romano Pontifici cæterorum nomine ad Catholicæ fidei propagationem, & animorum lucra, quemadmodum Lutetia vouerant, consecrarent. Verum priusquam se ipsi disringerent, mutuoque distraherent, quod paratior ad animorum causas accederent, legibus se quibusdam adstringunt, quibus sancte, constanterque parerent. Ac primum quidem, ut suum illud perpetuo teneant, ne quid nisi ostiatim emendicatum ad vsus vitæ necessarios vel exigant, vel accipiant: ac ne alias quidem ad diuersandum ædes præter publicas hospitalis domos perquirant. Deinde, ut ad tuendam concordiam, tum etiam ad Christianæ humilitatis, & obedientia palæstram, mutua sibi officiorum vicissitudine alternis famulentur hebdomadis: idque seu publicæ, vbi habenda sit concio, & tale aliquid cæteris inspectantibus peragendum; seu priuatim, vbi ad se vicissim regendos temperatione sit opus. Ad hæc in concionibus illud antiquissimum semper ducant, ut in auditorum peccatoribus studium virtutis ingenerent, & odium acre vitiorum. Decalogi, Ecclesiæ que præcepta per diligentem enucleent, & ad ea seruanda sempiternis, aut superum præmijs obijciendis impellat; aut Inferorum supplicijs, omninoque intelligant sibi magis agendum ad populum ardore animi atque oculorum, quam oratione composita delectuque verborum. Postea etiam imbecillam ætatem, rudemque plebem Christianis moribus ac præceptis informet: cupientesque sua enuntiare peccata, faciles auscultent, & in omni pietate confirmet. Inter hæc vbi satis, superque publicis muneribus factum sit, curarum aliquid ad ægrotorum deriuent hospitium; nullo seu in animos, seu in corpora misericordiz munere prætermisso. Denique nihil intentatum relinquunt, quod vel ad maximam Diuini Nominis gloriam, vel ad animorum salutem senserint expedire; nullis ante oculos propositis præmijs, nisi vna Dei gloria, pro qua suas animas, interposita religione Voti tradiderint. Cum in his rebus decernendis vna omnium mens, vna sententia fuisset, venit in mentem illud etiam in conuentu referre, quid ijs respondendum videretur, qui rogarent, quos se homines, & cuius disciplinæ esse dicerent. Adhibitisque ad eam deliberationem precibus accuratis, cum secum ipsi reputarent neminem inter ipsos dignitatem capitis obtinere, nisi eum, cuius se addixissent obsequiis, Christum IESVM, nostræ salutis autorem, omnes in eam haud dubie, ut infra demonstrabitur, autorem Ignatio, iere sententiam, ut quem sibi ducem in hominum quærenda salute, suarumque actionum omnium statuisent exemplar, eius sibi potissimum nomen assumerent; & ab eo, qui vera esset hominum salus, hæc instituta Sodalitas, IESV Societas vocaretur. His munitis legibus, atque decretis Vicentiam, non sine ingenti Ciuium mœrore, ac desiderio relinquunt, & alias florētissimas sparsit per Vrbes, priuatis, publicisque colloquijs cum hominibus agere instituunt, tanta orationis copia, agendique prudentia, tanto animi ardore, motuque, ut cum omnium oculos in se conuerterent, animos etiam raperent, & immutarent. Atque, ut satis parcerent decretis, toti erant inciensis animis, & omni ratione flectendis. stipem vicatim obsecrabant ad victum, debebant inter egenos egeni, nihil in concione, nihil post concionem à circumfusa multitudine postulabant,

23.
Distributio
votum Pa-
trium in Vr-
bes aliquos
Italia.

24.
Prima vi-
uendi leges,
quas sibi p-
scripserunt.

25.
Prima im-
positio no-
minis socie-
tatis IESV.

26.
Labores pri-
morum Pa-
trium in in-
uendis pro-
uincijs.

æne oblatum quidem accipiebant, tantæ abſtinentiæ populis admiratione ſuſpenſis: plebem ianuam, puerosque patienter inſtituebant, eademque æquitate annuntiantibus actus ſuos ſedulam præbebant aurem. Nec in templis modo, ſacrisque locis, verum etiam in ipſo foro, publicisq; placitis ad deteſtanda flagitia Mœtiales, maxime vero ad renouanda Eucharitiæ, Confeſſionisque myſteria, quæ iam pene conſenuerant, inflammabant, eo efficacius, quo præſentius aderat è cœlo Deus admirandis quoque prodigijs. Narrabant enim paulo ante in pago agri Taruiſini, cui Salzanum nomen, Laurentium quendam Sacerdotem cum cœleſtem Eucharitiæ Panem ad ægrotum ſine pompa, comitatuque deferret, a ſellos quosdam extra Oppidum offendiſſe, qui cum Presbytero occuſſent, veluti ſentirent, quod ille deferret, ex vitroq; viz latere repente diſcreti procubuerunt in genua. Sacerdotem vero ipſum vno puero comitatum, rei nouitate attonitum, medium inter mites ambulante quadrupedes, eas vero quaſi pompam ducerent, præeuntem fuiſſe ſecutas, & Presbytero in ædes ingreſſo, conſtititæ præ foribus; nec inde prius abiſſe, quæ ab ægro reuerſus, eas ad ſua paſcua cum benediſſione dimitteret. Id multis teſtibus diligenter interrogatis, in publicas relatum eſt tabulas, & inde ortam in honorem tanti myſterij ſodalitatem ferunt. Quoniam autem Simon Rodericius, qui fuit vnus è decem, in eo ſe Pago fuiſſe teſtatur, & pro indaganda veritate, quam ſuis literis traderet, non mediocriter fuiſſe ſolicitum, placuit & nobis rem noſtris literis eo mandare libentius, quod grauiore ab autore, teſteque manauit. Nec nouum Diuinæ ſapientię videri debet, voluiſſe Deum per animantes rationis expertes, ipſos interdum homines erudire, cum his affinia non ignoremus per Antonium Olyſſipponenſem, & alios inſigni ſanctitate viros fuiſſe patrata, vt quam recuſant homines ab hominibus diſciplinam, eam accipere cogantur à beſtijs: & qui fidei Magiſterio nolunt eſſe ſubieſti, ſubijciantur in diſcendo iumentis. Iam vt vnde aberrauit, reuocetur Oratio, toti in formandis ad luſſitiam animis Patres erant. Et, ſi quid ex his muneribus reſtabat ocij, id in Valetudinaria publica conferebant ingenti ægrotorum, afflictorumq; ſolatio. Quibus ſane rebus Chriſti bonus odor longe, lateque diſfuſus, lætas vbiq; præſerebat fruges, vt ex tenui ſilo, exiguoq; principio paucis diebus non modo per Italiam ſerme totam Societatis nomen, ac fama peruaſerit, verum etiam ad cæteras inde nationes populosq; manarit. nihil vt mirum videri debeat, ſi præcipue illæ, quas nominauimus Italix partes præſcæ Societatis irrigatæ laboribus, ſuam perpetuo in eam beneuolentiam conſeruarint; eique Collegia, Domoſque ab Apoſtolica vix ſede receptæ conſtruxerint, ac locarint. Ac Bononiæ quidem euenit, non modo vt Collegium poneretur, ſed vt in ea ipſa æde, quam Xauerius incoluerat. Namque is vbi primam Bononiam attingit, cum ad Noſocomium diuertit, pro inſigni ſua aduerſus Diuum Dominicum pietate, primum ſacrum ad ſancti illius Patriarchæ corpus fecit, eaque ſanctitatis ſpecie, vt ex ijs, qui interſuere, religioſa Virgo Eliſabeta ad propinquum ſuum Hieronymum Caſalinum Sancti Petronij Canonicum, Parœciæq; Sanctæ Lucie Rectorem, de Peregrini Sacerdotis virtute multa narrauit. Vnde ad conſuetudinem iacitatus Hieronymus, cum multo plura vſu comperiſſet, adeo conciliatus eſt, vt ipſum ad ſemigrare Xauerium voluerit. Neque id Pater abnuuit ob ædis ſacræ opportunitatem. Sed diuerſorio, temploq; contentus, cætera emendicandi morem non prætermiſit. Inde in Canonico manſit mira in Societatem beneuolentia, inde ſemen ortum collegij, & tandem ex ipſo, quod Xauerius incoluerat domicilio, ad eius memoriam concinnatum ſacellum eſt. Eiuſdem inſtitutione ad inſignem pietatem profecit Matrōna nobilis Eliſabeta Gozadina, quæ poſtea Collegio loco matris eſt habitata. Atque hæc Xauerius cæterique per Italiam Socij. Ignatius vero cum Fabro, & Lainio (vt demonſtratum eſt) Romam properans toto itinere præſertim dum quotidie Cœleſti Pane reficitur, frequentia ſupra naturam diuinitus lumina recepit. Illud maxime, quod diu in optatis habuerat, animo verſabat; quemadmodum poſſet quaſi in familiam CHRISTI IEſV ſamulus cooptari, affidue ſanctiſſimam rogans Matrem, vt apud filium ſibi conditionem inueniret: id ipſum ab æterno etiam Patre flagitans, vt cum filio collocaret. Itaque ſanctis hiſce cogitationibus plenus, quo die propius accedebat ad Urbem, cum Templum ex itinere ſalutandi auminis gratia ſolus eſſet ingreſſus, mente exceſſit à ſenſibus, & in ipſo contèplationis æſtu Maieſtatem Dei Patris, qui Filio IEſV Crucem baiulanti, ſe, ſuosque amiciffime commendabat,

27.
Miraculum
diuiniſſimi
Sacramen-
ti.

28.

29.

B. Ignatius
in Romano
itinere mi-
ſta diuini-
tate cogno-
ſcit.

30. *Pollicetur Christus Dominus ei se, & societati Roma propitium fore.* clarissima luce perspexit. quos cum in suum Iesus patrociniū fidemque reciperet, ad Ignatium placido ore conuersus, Ego vobis, inquit, Romæ propitius ero Quo ille tam mirifico viso dulcissime recreatus, Fabrum, Lainiumque compellans, quid nobis, inquit, futurum sit Romæ, in crucem ne Deus, an in Rotam agi nos velit, haud mihi quidem satis est exploratum: illud certe valde persuasum est, IESVM nobis quocumque in euentu nunquam defuturum. & simul vt eorum in sententia pectora magis roboret, visum indicat. Hinc præcepta iam in sententia animum confirmauit, tanquam penitus in familiam Christi IESV receptus, eiusque patrociniū tutus, ac benignitate eius in recipienda clientela inuitatus, vt cætus, quem subinde instituit, Societas IESV nominaretur. Porro huius promissi fidem, nostra tempestate iam cernimus, cum adeo creuit in Vrbe Roma Societas, non modo numero, verum etiam fama, existimatione, necessarijs etiam vitæ subsidijs, vt nequaquam ambigat de fide promissi, qui promissi intueatur euentum. Ex Vrbe vero ipsa in omnem terram, & in fines Orbis terræ est propagata, vt quod in Apostolorum Principe Petro B. Leo Pontifex obseruauit, idcirco cum ad Arcem Romani Imperij fuisse diuinitus destinatum, vt lux veritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet; id etiam liceat in huius pusillæ Societatis ducibus obseruari. ideo eius Romæ voluisse Deum se præbere propitium, vt recens hæc, quam ad multarum gentium parabat salutem, instituta Sodalitas, inde caperet suæ dona clementiæ, vnde ipsa facilius in vniuersam Orbem duceret propagationis initia. Tantis igitur Patres exhilarati promissis Urbem intrant Octobri Mense, & vt prima sese opportunitas obtulit, Pontificem adeunt. Huic & suam, & reliquorum operam, vt inter se conuenerat, ad Apostolicas præcipuæ functiones, citra speciosa tamen honorum vocabula, & dignitates offerunt. Haud ingrata bono fuere Pastori pia Patrum studia, & dum alia se præbet occasio, Fabrum iubeo, Lainiumque in publico Sapientiæ Gymnasio literas profiteri. Ignatius vero cum in alijs pietatis muneribus studium suum, tum in spiritalibus exercitationibus proximo cuique nauabat: quibus in exercitijs præter alios complures, Viris quibusdam Illustribus operam dedit. In ijs Cardinali Contareno excellenti eruditione, pietate, ac grauitate Viro, qui propositas sibi ab eo commentationes expertus, adeo magnificè, vt sua etiam manu descripserit, Gemino igitur ex Societate præsidio instrumentoque, proximorum commodis seruebatur, literis ac pietate, formandis moribus, & acueudis ingenijs, vt tanto vehementius in his parandis insudandum posteritati sit, quanto in cæteros hæc ipsa transfusa, commutationes fecisse maiores toto in Orbe terrarum, magna nostra cum voluptate sentimus.
31. *Occasio obfermandi nomen Societatis IESV.* Septimo ac trigésimo decurso iam anno, brumali que ferme tempore ab vndecim per Italiam Patribus distributis in animarum causa consumpto: qui ex eis ab Vrbe aberant, vt ad extremam circiter Quadragesimam insequentis anni consilij capiendi causa conuenirent, per literas admonentur. Interea Petrus Ortizius, cuius non semel est facta mentio, Ignatij consuetudine degustata, animum ad Diuinas eius exercitationes adiecit, facturus & ipse salutaris illius institutionis periculum, quam multorum & vltus commendabat, & fama, qui quo liberius salubriusque animum excerneret, neve aut Casaræ procurationis munus, aut amicorum salutationes obstreperent, per exiguo famulorum numero in Cassinatem Montem secessit, olim Sancti Benedicti, ac magnifico hodieque Cœnobio, & insignium pietate Monachorum familia nobilem secedit. Ibi Magistro Ignatio, continenter ei contemplationi ad dies quadraginta operam dat: & pio studio par exitus fuit. quem, nisi Ignatius autor fuisset de vitæ summa nihil mutandi, nec decursa iam prope ætas, nec corporis constitutio minus apta retardassent, quo minus repudiatis ilico rebus humanis ad laboriosam vtique Ignatij vitam, disciplinamque descenderet. Tamen ex eo tempore mire ei deditus, obstrictusque fuit, & eius vbique familiam omni ope, studioque defendit. Is postea gloriari solitus est, noxum se Theologiæ genus apud Ignatium addidicisse, quam tanto cæteris præferret artibus, atque doctrinis, quanto præstantius est discere vt agas, quam vt cæteros doceas. quippe in hac, intelligendi vim duntaxat, in illa, voluntatem insuper excoliri, & ad splendorem summi boni, & æternitatis amorem, totum hominem excitari. Per id tempus cum in hoc se essu Ortizio adesset Ignatius, Patavij Ba. calaureus Hozius, cui Prouinciam illam cum Codurio obtigisse
32. *Ignatius, & Socij operam suam Pontifici Maximo dicant.*
33. *Faber, & Lainius publice docent in Romano Gymnasio.*
34. *Ignatius multos & in his Cardinalem Contarenū excollit.*
1535. *Et Petrum Ortizium in Cassinate monte.*
36. *Moritur Hozius Patavij priuatus mortuorum societatis.*

diximus, dum in suo munere intenta cura versatur, breui morbo solutus corpore, ad Deum abiit. Elatus est Vir egregius paulo ante, quam de constituenda religione deliberari cœptum est, Vnus ex ijs, quos Venetijs ab Ignatio dicebamus spiritualibus exercitationibus ab humanis ad Diuina conuersos. Aggregatus ad decem, studuit moribus, ac factis exprimere, quorum imitabatur ardorem, in animorum præsertim lucris, & sanctæ Crucis amore. Qui dum Patauij, vna cum Codurio versatur, totamque Ciuitatem suis ambo concionibus, sermonibusque permiscent, rei nouitate in suspicionem adducti, ab Antistitis suffraganeo abripiuntur in vincula. Hic ferro, manicisque constricti noctem exigunt tanta exultantis Hozij lætitia, vt temperare ab risu non posset. quanquã ea diuturna non fuit. Postero namque die rebus accuratius inspectis, non modo liberi de custodia, verum etiam omni ad animarum defensionem instructi fauore, cum honore mittuntur. Hozius autem cum iam multas ad Patauinum populum conciones hahuisset, ardentiore aliquando spiritu concitatus, in forum ipsum concionaturus egreditur, propositaque hac ex Euangelio sententia, Vigilate, & Orate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit, Multa de suprema illa hora acri oratione differuit. Quis crederet sibi ipsum vaticinari? & idcirco de hora illa tanto animi sensu fecisse verba, quod appropinquantem forte suum prælagiret occasum? Breui delapsus in morbũ, in communi pauperum diuersorio occurrit Christo Domino; non vt plerique pavidus angore, & solitudine conscientię, sed tranquillus, vt pauci, conformatione morum, & vitæ recentis exordio. Cuius Viri sanctitatem haud obscura in extincto corpore indicia declararunt: qui cum esset in vita subniger, vultuque deformior, in morte adeo venusto, atque eleganti repertus est ore, vt suos exsaturare Codurius oculos, lachrymasue tenere præ gaudij voluptate non posset, & B. Ignatius in Cassinensi secessu, cum pro eodem, quem ex graui morbo periclitari cognorat, Deum supplicoraret, repente animo à sensibus auocatus, vidit eius animam, vt olim eodem loco Germani Episcopi Benedictus, luce clarissima circumfusam; eamque inter Angelorum manus euectam ad Paradisi gaudia peruolare. Cumque ad Missæ sacrificium aliquanto post se conferret, atque in concipienda generalis confessionis formula omnes rite cælites inuocaret, splendidissimum item Beatorum agmen eius repente aspectibus sese obtulit, Hozio sic coruscante, vt exuperantia fulgoris, ac lucis secerneretur à ceteris. Fidem visi feci recens ad multos dies Ignatij lachryma è dulcissima voluptatis haustæ memoria. Cuius idcirco Socium ad sese Deus forsitan cito rapuit, quo suis apud se precibus orienti familiæ suffragaretur vberius. Et ea quidem vel absente augebatur Ignatio; quo nec dum ad Urbem regresso, in demortui locum restitutus est alius, haud impar Hozio, consors laborum, ac meritorum. Quippe vix è Cassinate Beatus Pater descenderat, cum in itinere adolescens occurrit Hispanus, haud illi ignotus Franciscus Strada qui è Cardinalis Io. Petri Carraffæ familia cum alijs egressus Hispanis, dum Cassinum versus iter habet, siue conuenturus Ortizium, cuius opera in Cardinalis familiam ante peruenerat, siue militandi studio Neapolim petens, Diuino consilio incidit in Ignatium, cuius vel vno congressu, colloquioque (quæ vis erat hominis in dicendo) ad nobiliorem repente militiam vestigium, animumque conuertit; & redeuntem Patrem comitatus in Urbem mox etiam vitæ sanctitate, subeundisque pro Christo laboribus est secutus. Romæ dein paucis diebus ab Ignatij reditu, complures alij rebus omnibus ornatissimi, seu tam sancti cœtus admiratione permoti, seu interiore Dei lumine collustrati, cum in humanis nihil constans, nihil solidum reperirent, in eundem cœtum, numerumque venerunt. Interim & ceteri Patres ad Urbem Romæ labente Quadragesima, suis ex Oppidis accedebant, vbi Ignatius, Socijque duo, Faber, & Lainius in domo, Vineaque Quirini Garzonij summa virtute Viri domicilium collocarant, haud ita proculab Æde Sanctissimæ Trinitatis in Cluio, qui mons Pincius nominatur. sed vbi recessitum est ab amicis, r. liquos aduentare Sodales conductis adibus amplioribus, auctores fuerunt Ignatius, vt relictis prioribus perangustis, in has paulo laxiores, opportunioreque ipsorum vltibus emigrarent. Atque huc exacto Paschate congregantur. Hic cum viderent ne tum quidem sanctæ Ciuitatis adeundæ consilium ex Voto procedere (nondum enim, vel proni si religione liberati, sperabiecerant (nihil prius habuere, quam vt Petro Oratio nummos aureos decem, ac duccentos anno superiore partim à Pontifice per eum acceptos, partim à pijs Hispanis viatici nomi-

37.
Eius lætitia
in carcere

38.
Os mor: nē
formosiss.

39.
Eius animæ
euolantem
in cælum
videt B. Ig-
natius: &
mox claris-
simum Sā-
ctorum in-
cœtum.

40.
Audit So-
cietatis B. P.
Franciscum
Stradam.

41.
Prima præ-
morium Præ-
trium Romæ
Scias.

42.
Secunda
Sedes, cuius
ceruus l. c. c. c.
ign. or. c. u. r.

43. *Reddunt pecuniam acceptam ad peregrinas vias orientis Hierosolym. i. anam.* neconquisitos, per eos ipsos Argentarios, apud quos eam pecuniam deposuerant, restituerent; ne videlicet alios in vsus, præter eos, quos Domini dederant, infunderentur, ipso admirante Pontifice, dominisque tantam hominum abstinentiam. Deinde facta potestate per amplam à Io. Vincentio Carrassa Cardinali Neapolitano, Pontificis in Vrbe legato, cuncta Ecclesiæ administrandi mysteria (Pontifex enim ipse Nicæam vsque, ad componendas Caroli Cæsaris, Franciscique Regis controuersias, quo eos euocauerat, se contulerat) omnes vno consensu decernunt, ad eam munerum varietatem rite obeundam, partiendas inter se curias, & Tempa quædam in celeberrima quaque Urbis regione sita. In ijs Diuino verbo primum ad omne Christiani officij munus popululum inflammare; deinde plebi, puerisque vicatim Christianæ legis instillare præcepta; tum quacunque possent ope, auxilioque tueri animos ardentem instituunt. Septem numero ea Tempa fuerunt; & in eo, cui Virgo à Monte Serrato nomen est, Hispanicis conciones Ignatius, alij alibi habebant. Italicas. Faber, Xaueriusque alternas in Basilica Martyris Laurentij, quam extruxit S. Pontifex Damafus; Lainius in Saluatoris ad Laurum Salmeron in B. Lucie Virginis, Martyrisque; Iaius in D. Aloysij Francorum Regis; Simon ad Archangeli Michaelis in foro Piscario; Bobadilla denique apud Argentarios in Sancti Celsi, concurrente vndique Romano populo, & obstupescente, Clericos linteatos nouo more, nouoque exemplo pulpitum scandere. Et ad Ignatium quidem Viri in primis nobiles concurrebant, vt per beatus sibi videretur Ortizius, quod eo Romæ concionante, ne vnam quidem ex eius concionibus intermisisset. Doctor quoque Hieronymus Azzius affirmabat, neminem à se vnquam auditum, qui tam apte sibi videretur ad persuadendum verba facere, & tanquam potestatem habens, munus illud tractare, quam Ignatium. Omnino omnium is erat ardor, vt cibi immemores, sui que penitus obliti, præter animas nihil appetent; ac tum demum parandi prandij veniret in mentem cum è templis reuersi meridie, nihil domi, vnde se alerent, reperirent: egredique confestim ad stipem emendicandam, laboribus iam exhausti, & alieno etiam tempore cogerebantur. Singuli tulere sui laboris pretium. Paucis diebus partim vitæ innocentis exemplo, partim docendi, hortandique assiduitate, ingens animorum commutatio facta est: præcipue saluberrima illa nascentis Ecclesiæ consuetudo, crebræ peccatorum confessionis, & fractionis panis, longo seculorum interuallo reuocata. Nec minus vtiliter ad fouendos ignes, ex assidua mysteriorum vsurpatione conceptos, sanandosque animorum morbos in Ecclesiæ mores, inducta toto anno ad populum sacra concio, per festos scilicet, Dominicisque dies. Orbis quoque pueris, puellisque, & miserandis Virginitibus, quarum cum animis pudor in discrimen offerebatur, consuli cœptum; itemque scæminis, quæ se à flagitioso vitæ genere colligebant, & cathecumenis, qui vel à Iudæis, vel à Saracenis ad sanctam fidem transibant, eadem ratione prouisum. Quibus postea pietatis, charitatisque muneribus per opportunam sunt ædes, atque cœnobita (vt suo loco fusius) auctore, atque adiutore Ignatio, cum Romæ publicæ constituta, tum Urbis ad exemplum, per reliquam deinceps Italiam. His Patrum conatibus cum ille idem, qui toties euertere Societatis primordia tentarat, Satanas inuideret, omni iam tum prouisione sollicitus, ne si alma in Vrbe radices agerent, longius deinde progressa, toto terrarum orbe propagarentur, admouet omnem machinam ad ea labefactanda, ac conuellenda: & quibuscunque potest artibus in teneros ortus coluber exitialis armatur. Sic enim Diuina comparatum est sapientia, vt hæc à se inchoata Societas, velut etiam vniuersum Ecclesiæ corpus, & rebus turbidis redderetur illustrior, & iam tum ab eius velut incunabulis hæreticorum opponeretur amentie. Commouet igitur inuidus hostis in pusillam, & modo natam per suos satellites turbulentissimam tempestatem; qua haud scio, si loci, temporis, ac personarum ratio pendatur, an excogitari quicquam tetrius, & horribilius queat: vt mihi quidem ea, demum aduersum se tempora viderentur, vt indicantur extrema; cum suis famulis IESVS Romæ se sponderat propitium fore. Eius initium Augustini cuiusdam Pedemontani temeritas fuit; qui cultu dumtaxat externo ex Eremitarum disciplina se mentiens, re ipsa clandestinus erat Lutheri sectator. Is praua Magistrum dogmata pro concione disseminans, & eo liberius, quod ab Vrbe aberat summus Antistes, teste nimis, ac dissimulanter ab autoritate Sedis Apostolicæ, fideque Catholica, simplices mentes conabatur auertere. Consilium porro Ignatij fuerat iam inde

45. *Renouatur frequens vsurpatione Sacramentorum.*

Et frequens predicatio Verbi Diuini.

46. *Adula pia opera inchoata.*

47. *Gravissima tempestate Societas orientis inclinat.*

inde ab initio, cum per nobilissima Italiz Gymnasia Sociorum descriptio constituta est, vt quoniam tum emerferant, qui de suggestis obscure iacerent Lutheri venena, ij obseruarentur à suis, ne quid forte è pestilentia cathedra in concionem effunderent: cumque eum, quem dixi, concionatorem non semel audissent, & apertissimam eius doctrinæ perniciem, pene manibus contrectassent, veriti, ne nascens malum fieret inueterando robustius, hominem confestim adeunt, & quid sua ipsi aure perceperint, quidque ab alijs etiam acceperint, narrant: amiceque simul admonent, vt cum sua, tum populi causa, cui iam virus aliquod esset aspersum, sua dogmata recognoscat, dicta corrigat; & quæ perplexæ, obscureque iecisset, planius explicet; & ad Orthodoxæ fidei normam tutius interpretetur. Ille, vt erat extrema tumidus arrogantia, tantum abfuit, vt ad aurem peraman-tes monitores admitteret, & dicta sua reuocaret, vt posterioribus concionibus, nihilominus exitiosa prioribus, nec minus impudenter de superiore loco vomuerit. Patres, vbi blandis sentiunt admonitionibus nihil profici, zelo religionis ardentibus; vt tam nefarios motus, conatusque prohibeant, ipsi quoque agere de suggestis instituunt, nulla ratione ferentes tantam pestem ad Ecclesiæ manare perniciem. Explicant tacito nomine latentes hominis fraudes, doctrinæ vitia perstringunt, & inuoluta vafre mendaciæ, veritatis luce redarguunt. Is, vbi sensit sua patere consilia, & nouis ab hominibus se potissimum peti, rabie accensus, continuo se per opulentos Hispanos, apud quos vsu, gratiaque valebat, ad euertenda noui Ordinis fundamenta, vna cum autore, & parente conuertit. Multorum igitur conspiratione facta, quorum duces, autoresque quidam etiam feruntur Hispani, eadem opinionum laborantes amentia, Petrus de Castilla, Mudarra, & Barreria nescio quis contra recentem Societatem, fraudes, ac dolos consuunt. Ficta crimina in vulgus spargunt, Ignatiū, Sociosque probris omnibus notatissimos in Hispania, Gallia, Venetijs, hærescos, flagitijque conuictos, vira declinasse iudicij, & ad corruptendam sanctitatis speciem iuuentutem, Romam denique perfugisse. In exercitiorum etiam librum velut omni superstitione, ac prauitate refertum, eodem furore bacchantur. Nec eo contenti, subornât falsum testem, qui veluti studio boni communis adductus, iisdem fere criminibus tota iam curia dissipatis, ad Urbis Præfectum Benedictum Conuersinum nouos Sacerdotes accersat. Inuentus est, qui negotium sine recusatione, ac sine mora suscipere. Michael ille Nauarrensis, postquam (vti supra demonstratum est) ex Ignatijs & de Parisijs Diuina est voce deterritus, B. Patris delinitus obsequijs, adeo se illi coniunxit, vt de ineunda Societate à Patribus sæpe contenderit: quibus cum aliquandiu familiariter versatus, non multo post ad ingenium redijt: diremit vsu, discidit amicitiam: & qui pro beneficijs debuit esse defensor, haud minus impie, quam ingrate ingenita quadam barbarie maluit esse delator. Huic igitur (vt erat Ignatius, Socijsque ex pristina familiaritate iam noti) non fuit difficile tam ad veritatem cuncta confingere, vt suspicionem Præfecto moueret. Quæ res quantum Patribus vbique odij, inuidiæque confarit, testata est fuga multorum, vel ex ijs ipsis, qui ad eorum numerum nuper accesserant, qui ne minima quidem Societate congressus ijs sese coniungere audebant. Iam facterant omnium peripetema, iam erant ignibus viui multitudinis, ac vulgi vocibus exurendi; quotidieque rumor increbrescebat, multis eos magnisque implicatos esse criminibus, & manifestæ hæresis in iudicijs fuisse damnatos. Quæ fama non modo Ciuitatis aures, verum etiam multas iam Prouincias, & Oppida præsertim vbi in Ignatium inquisitum olim fuerat, occuparat. Ergo Patres, & Michaelis delatione, & aliorum conspiratione comperta, communi consilio decernunt lege agendum esse, & apud eum maxime magistratum purgandam iudicio calumniam, ad quem delata res esset: id quod ausa tentare conscelerata illa conspiratio non erat. Adeant ipsi nec opinantibus aduersarijs Præfectum Urbis, & de calumnijs permodeste conuicti, rogant hominem, vt delatorem, totamque illam criminorum manum in iudicium vocet; & simul edocent ad æquitatem spectare iudicis, vt *visu.* quoniam non modo defama, quæ cum Dei gloria, & animarum causa coniuncta esset, ageretur sed etiam doctrina incorrupta, & euangelicæ vitæ forma vituperaretur, iudicium omnino constituat, vbi lux testificandæ innocentæ, & aduersariorum confutandæ calumniæ copia fieret. Nam eam potissimum causam B. Patri fuisse tantopere expetendi, persequendique iudicij, ex epistola, quam ad virum clarissimum, deinde Paphientem Episcopum Petrum Contarenum Venetijs scripsit,

48.
Qua man-
ime causa
impulerit
Ignatium,
ut vellet iu-
dicium sua.
visu.

scripsit, constat his verbis. Scimus sane ex hoc non factum iri, vt nemo nos vituperet posthac: neque hoc quæsiuimus vnquam. Tantum voluimus prospectum esse honori sanæ doctrinæ, & vitæ immaculatæ. Nunquam anxij erimus, Domino concedente, dum nos dicemur indocti, rudes, loquendi nescij: & item dum dicemur prauj, deceptores, instabiles: sed dolebamus, quod doctrina ipsa, quam prædicamus, non sana diceretur: & item quod via, quam ambulamus, putaretur mala: quorum neutrum est nostrum, sed Christi & Ecclesiæ eius. Præfectus ergo postulationis æquitate permotus, iudicium statim dat, & Michaelcm quam primum sisti iubet.

49.
Dominicus
de Cupis
Cardinalis
miræ Socie-
tati consi-
liatur.

Interea hoc ipso tempore, quo flammis inuidiæ omnia propemodum conflagrabant, Ioannes Dominicus de cupis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, sacrique Collegij Decanus, Quirinum Garzonium, cuius in villam, vt supra diximus, Patres initio diuerterant, pro veteri amicitia, ac necessitudine, ab omni Patrum non modo familiaritate, verum etiam congressione prohibuit, ne qua videlicet ex facinororum, vt ille aiebat, contagione, macula eius nomini adhæresceret. Cui Quirinus, consulto se iam dudum in Patrum facta, dictaque omnia inquisiuisse respondit; neque tamen aliquid aliquando potuisse deprehendere, quod non magnopere cum Christiana pietate, moribusque congrueret. Hic Cardinalis exclamans, circumuentus es, inquit, istorum Quirine præstigijs. nec mirum: lupum aperte inuadentem nemo non agnoscit, & fugit; & Ouium specie blandicentem quis obseruet, & caueat? Ignorastu videlicet, quæ de istorum hominum flagitijs ego ipse comperi. Non sunt isti profecto quales tibi cogitatione depingis. Perturbauit non parum Quirini animum hæc Cardinalis oratio: sed cum Patrum innocentiam, & sanctimoniam satis iam notam, ac perspectam haberet, plus suis oculis fidei, quam alienis auribus habendum ratus, è vestigio Ignatium conuenit, & sententia, atque oratione Cardinalis exposita, simul quid agendum videretur exquirat. Cui placido ore Ignatius, ac renidenti, Bono, inquit, animo esto Quirine: breui exuet hunc Cardinalis errorem, quem ei seu Maleuolorum calumnia iniecit, se rorum attulit ignorantio; totamque istam animi opinionem temere susceptam, pari studio, ac beneuolentia commutabit. Nos autem interim rem Deo precibus commitemus. Ergo cum eadem illa Cardinalis Quirini auribus inculcasset, Abrumpe istorum hominum vsus: Ab improborum contagione faceffe: Quirinus Cardinalem tandem obsecrat, vt semel accersitum Ignatium coram interroget, atque à præsentis vitæ rationem reposcat: neque enim viri esse prudentis, quenquam indicta causa damnare. Aduocetur sane, inquit ille, Ego vero hominem perinde ac commeretur, accipiam. Dicta die adest Ignatius, atque in intimum conclaue solus admissus duas ferme horas cum Cardinali consumpsit. Cuius sermonis grauitate, & Diuina plane prudentia, Cardinalis exemplo mutatus, contemptis suæ personæ titulis, & dignitatis oblitus Ignatij pedibus se aduoluit, credulitateque suæ veniam petit, & mox abeuntem omni officio, ac comitate prosequitur. Ex eo tempore certam panis, vini que elemosynam, quamdiu vixit, Ignatij familiæ singulis hebdomadis assignauit. Atque hæc quidem Quirinus, ex Cardinalis ore accepta vulgauit. Verum qui Cardinali lumen prætulit ad Patrum innocentiam pernoscendam, is etiam postea, illustrata veritate, complures, qui in eandem fraudem inducti erant, de errore deduxit. Commodum aderat dicendæ causæ tempus cum in Ignatij manus incidit epistola quædam Michaelis delatoris ad amicum, summa cum Ignatij manus incidit epistola quædam Michaelis delatoris ad amicum, summa olim cum Ignatij, & Sociorum laude perscripta. Hanc vocatus ad Tribunal Ignatius, cum ad obiecta crimina sedate prius, tranquilleque respondisset, præsentem Michaelcm mox profert: & subinde quærit ex eo an signum, & chirographum agnoscat. Teneat ne an memoria quæ sua ipse manu perscripserit? Pugnancia quippe ab accusatore dici demonstrabat, & chirographo refragabatur oratio. His conspectis literis, mox & recitatis, homo audacissimus conscientia repente conuictus exaluit, atque implicatus hæsit; vt ex ipsa oris mutatione Præfectus in suspicionem facinoris venerit, & structæ malitiose calumniæ. Quid plura? diligenti interrogatione ad fontem, & caput totius fraudis, non obscuris peruenit argumentis: calumniatoremque ipso etiam dissuadente reo, ac pro eius capite deprecante, mulctat exilio. Adducuntur præterea eodem Ignatio flagitante, conspirationis principes duo, vt obiecta ab eis crimina, & in congressibus, circulisque iactata in iudicio confir-

confirmant, quo & ea diluendi potestas fieret, & se, suosq; purgandi. At illi æquitatem Iudicij, & accusatoris exitum formidantes vafre, astuteq; dissimulant habere se, q; Ignatij vitæ, ac sociorum opponant: vt qui ad eam diem omnia de cœtu illo præclara, atq; egregia sensissent. Porro à Præfecto omni ope contendere, vt quoniam inter eos nihil esset litium, ab exercenda q̄stione desistat. Tantumq; & amicorum studijs, & suis precibus perfecerunt, vt non modo Præfectum, verum etiã Legatum ipsum Cardinalem impulerint, vt controuersia finis imponeretur. Nec ex ipsis Ignatij socijs deerant, qui aduersarijs sponte cedentibus dirimendam litem, & paci consulendum suaderent. At Ignatius, qua erat prudentiæ laude præditus, veritus ne Societati, quæ se Apostolicæ Sedi p̄ querenda hominum vbiq; salute deuouerat, p̄petua aliqua hæreret infamia, si aduersariorum accusatio domi forisq; vulgata & publicis consignata tabulis, nondum transacta causa, supprimeretur, nullis neq; precibus, neq; minis, ac ne suorum quidem consilijs adduci potuit, vt causam ipsam in Iudiciũ semel adductam cum ignominia calumniæ desereret. Nobis enim necessaria est vita nostra, Augustinus inquit, alijs fama nostra: vt audeat etiã vir doctissimus affirmare, qui famam suam custodit eum esse in alios quoq; misericordem. Intelligebat igitur vir æque pius, ac prudens Ignatius vbi cõfunda est causa proximorum, & honos agitur diuini nominis vitæq; ac doctrinæ Euangelicæ, nequaquam suam esse famam temere prodigendã, cum etiam S. Hieronymus nolit quenq; in suspitione hæresis esse patientem: imo vero si aliter defendi non possit, iudiciorum æq̄tate tuendam: discretisque testatus est verbis in eo se non Accusatorum pœnas quas iam tum eis liberaliter condonabat sed illarum infamiæ purgationem deposcere. Itaq; quod à Præfecto, Magistratibusq; propter Aduersariorum gratiam impetrare non potuit, vt controuersia transigeretur, impetraturũ certe se ab ipso Pont. Max. non desperat. Is non ita pridẽ Nicæa, adulta iam ætate reuersus diuersabatur in Tusculano. Huc Ignatius mature contendit, facileq; nactus aditus, qui sit, quæq; ipsius vita, & quas sit antea ab hominibus perpeffus iniurias, quæue nunc causa apud Præfectum Urbis agatur, non minus fideliter, q̄ fidenter exponit, & ad extremum p̄ institutæ causæ transactione sumisse supplicat. Pontifex, q; p̄ singulari sua prudentia Patrum vitam, institutumq; clam examinanda, & exploranda curarat, collaudata pia Ignatij, & Sociorum industria, p̄ cubicularium suum Præfecto nuntiat, iudicium Ignatio reddat, & controuersiam omnem æquo iure disceptet. Quo ille coactus imperio ad cognitionem causæ reuertitur, documento sane mirabili diuinæ erga suos famulos prouidentia. Nam cũ in eo potissimum tota calumniæ vis verteretur, varijs in locis Ignatium, ac Socios grauissimorum criminum reos, hæressiq; potissimum actos subterfugisse iudicium, eiusq; calumniæ refellendæ gratia accersenda longinquis è regionibus essent iudicaria illorum temporum acta, non sine multis sumptibus, ac laboribus, nec exiguo temporis interuallo; manifesto Dei numine factum est, vt in ipso articulo p̄nuntiandæ sententiæ, ij ferẽ, qui Ignatij iudices in Italia, Hispania, Galliaq; sedissent, alij alia de causa in ipsa deniq; Urberepti sint. Hi fuerunt Ioãnes Figueroa Archiepiscopi Toletani Vicarius, q; Compluti in Ignatium, sociosq; sæpius acriter inquisiuit. Matthæus Ori ex Dominicana familia Theologiæ Magister, & Inquisitor, apud quem Parisijs Ignatium ipsum falsis item criminationibus semel, atque iterum accusatum fuisse memorauimus. Denique Gasper Doctius, qui Venetijs Apostolici Legati nomine eiusdem Ignatij causam, ipso reo postulante dijudicauit. Quorum æquissimis omnium sententijs, vt olim, contra falsas criminationes declaratus est innocens; sic in hac actione, & ipse, & alij à quibus erat Societas ipsa conflanda præclaro virtutis, ac probitatis testimonio ab aduersariorum calumnijs vindicati, liberatiq; sunt. Exercitiorum porro liber, ne ipse quidem iudicum ora pertimuit: cuius sana, atq; incorrupta doctrina tot iam doctissimorum virorũ expensa, ac decorata iudicij, facile se ipsa à suis vituperatoribus vindicabat. Literæ etiam per id tẽpus à Ciuitatibus, vbi Christianæ rei causa aliquando confederant, tum ad eorum illustranda merita, tum ad confutandas criminationes allatæ: & ex Senensi quidem Ciuitate pro Salmerone ac Paschasio tum à Vicario Generali Francisco Coscio, tum à Diui Iacobi sodalitate, quò Patres olim diuerterant, plenæ commendationis, ac laudis, ex Bononiensi vero pro Xauerio, & Bobadilla ab Episcopo Sebastensi, Bononiensi suffraganeo, Augustino Zannetto ex Ferrariensi autem pro eodem Bobadilla, & Claudio Iajo ab Octauiano de Castello, Episcopo S. Leonis, suffraganeo item Ferrariensi

50.
Constantino
Ignatij, vt
causa find-
retur laca
sententiã.

Lib. de bo:
no videtur
ri.

51.
Insignis
Dei prou-
dentia pro
fama Socie-
tatis.

riensi Vicario Generali. Ferrarientium porrò Dux Hercules, qui Patres liberali quondam, & diu-
turno excepit hospitio non modo per epistolam, verum etiam per Legatum perspectè ipsorum in-
nocentiæ, & sanctitati testimonium quam præclarissimum dedit. Quibus tot, tantisq; rebus Patrum
causæ vndiq; suffragantibus, Præfectus Urbis Ignatio, socijsq; sententiam, ac causam, reclamanti-
bus, streauq; repugnantibus aduersarijs tandem adiudicat, in hæc verba.

B. CONVERSINVS ELECTVS BRITOVORIENSIS, VICECAMERARIVS almæ vrbs, eiusque districtus generalis gu- bernator.

50.
Dilectio
Præfecti ur-
bis de Igna-
tj, & Soci-
orum inno-
centia.



*Diuersis, & singulis, ad quas præfentes nostræ literæ peruenierint, salutem in Domino. Cum
Reipublica Christiana multum intersit, vt eos, qui in agro Dominico vitæ exemplo, & doctrina
plurimos edificant in salutem: Et item illos, qui à conuerso potius super seminare videntur Zi-
Zania, publice nosos esse; & nonnulli rumores sparsi essent, & delationes ad nos factæ, de dog-
matibus, & conuersatione vitæ, & spiritalibus exercitijs, qua alijs conferunt, Venerabilium
Virorum, Dominorum Ignatij de Loiola, & sociorum videlicet Petri Fabri, Claudij Iay, Paschasti Broet, Iacobi
Layne, Francisci Xauier, Alfonso Salmeron, Simonis Roderici, Ioannis Coduri, & Nicolai de Bobadilla Ma-
gistrorum Parisiensium, presbyterorum secularium Pampilonensis, Gebennensis, Seguntinensis, Toletanensis,
Viscensis, Ehdredunensis, & Palentinensis respectiue Diæcesis. Qua quidem eorum dogmata, & exercitia à qui-
busdã dicebatur ori onea, superstitiosa, & à Christiana doctrina nõnihil abhorrerentia. Nos, officij nostri debito, ac
speciali etiam mandato Sanctissimi D. N. Papa, circa hæc diligenter animaduertentes, quæ visa sunt ad pleniorẽ
causa cognitionem opportuna inquisiuimus, si forte de quibus prædicti culpabantur, vera esse deprehenderemus.
Quocirca examinatis primum quibusdã oblocutoribus contra ipsos, & consideratis partim publicis testimo-
nijs, partim sententijs de Hispania, Parisijs, Venetijs, Vicentia, Bononia, Ferraria, & Senis, quæ in Prædictorum
venerabilium virorum Dominorum Ignatij, & Sociorum fauorem aduersus eorum criminatores prolata fue-
runt: Et ad hæc examinatis iudicialiter nonnullis testibus, & moribus, & doctrina, & dignitate omni exce-
ptione maioribus, tandem omnem murmurationem, & oblocutionem, & rumores contra eos sparsos nulla veri-
tate subnixos fuisse, comperimus. Quamobrem nostrarum esse partium iudicamus pronuntiare, & declara-
re, sicut pronuntiamus, & declaramus prædictum D. Ignatium, & Socios ex prædictis delationibus, & susurris
non solum nullam insaniam notam, siue de iure, siue de facto incurrisse; Verum potius maiorem vitæ, atq; doctri-
nae sanæ claritatem retulisse: cum certe videremus aduersarios vana, & penitus à veritate aliena obiecis-
se, & contra optimos viros optimum pro illis exhibuisse testimonium. Hanc igitur sententiam, & pronuntiationem
nostram, vt publicum eis testimonium sit contra omnes aduersarios veritatis, & in serenationem omnium, qui-
cumq; sinistram illam de eis suspensionem prætextu talium delatorum, & criminatorum conceperint, faciendam
duximus: Manentes insuper, & exhortantes in Domino, ac rogantes vniuersos, & singulos fideles, vt dictos ve-
nerabiles viros D. Ignatium, & Socios habeant, & teneant pro talibus, quos nos esse comperimus, & Catholi-
cis, omni prorsus suspitione cessante. Itæ amen quatenus in eodem vitæ, & doctrina tenere Deo adiuuante (quod
speramus) permanserint. Datum Roma in aedibus nostris die decimo octauo Nouembrii. Mille simi Quingentesi-
mi trigesimi octauo.] Huius sententiæ exempla complura testato descripta ad delendam infamiae
notam, omnemque suspensionem ex humanis pectoribus extinguendam, in varias Prouincias mitti
placuit. Calumniatorum vero longe alius exitus fuit. Senferunt coelestes iras suæ fraudis vltri-
ces, conspirationis præsertim duces, qui manifestis ipli conuicti criminibus, & opinionum prauita-
te damnati perniciem in se ipsi, quam machinabantur Ignatio, retorserunt. Mularum quidẽ effigies,
quoniam iudicium ignis, lapsus è vinculis fuga præuertit, media in vrbe concremata est. Qui in pe-
riculo*

53.
Dei in Ca-
lumniato-
res vindi-
ctæ.

viculo suo anno Millefimo Quingentesimo quinquagesimo quinto, tantum bonitate edit Ignatij, vt ad eius opem confugerit. Nec Ignatius vllam hominis luandi iustam viam omisit. Petrus autem de Castilla æternis tenebris, vinculisque mandatus: cui item in morte respicienti præsens affuit de Societate Sacerdos, & suprema persoluit officia. Alius etiam paucis interiectis à leta sententia diebus, cum ex grauissimo & inopinato morbo animam ageret, eam demum iniquissimæ suæ pertus ininiariæ, & peccati se grauiter in simulans, exhalauit. Occultus porro ille Lutheri affecta concionator, sceleris architectus, & princeps, persona tandem posita, Genenam ad hæreticorum castra transfugit, totus factus est schola Lutheri: à quo & liber ille prodijisse dicitur, qui scripturæ summarium ferebatur inscriptus, merito ab Ecclesia cum auctore damnatus, publicisque execrationibus, ac maledictis, cum è piorum sedibus, tum è cunctis bibliothecis explosus. Ipse vero ad extremum viuus dicitur fuisse combustus. Hoc Patrum innocentia coonestata iudicio, illustris videlicet facta est, quæ latebat in obscuro Societas; vt ei non tam repellenda, quam emenda videretur fuisse calumnia. Tanti est in rebus turbidis animum non abijcere, sed fiducia diuini numinis confirmare. Verum illustriorem adhuc Societatem pium mox, ac plane Christianum eius facinus reddidit. Quod cum ex summa annonæ caritate complures enecti fame, & pene animam agentes tota Vrbe iacerent, tam miserandum, indignumque spectaculum Patrum viscera non tulerunt. Ipsi pauperes egentesque de aliena magis, quam de sua egestate solliciti, communem propulsare famem & miseriam cuique ex inedia iam cadenti succurrete orsi sunt. Commodum in laxiore ædes ad Circum flaminium, Urbis locum celebriorem iuxta forum piscarium è conductâ illa domo, quam supra diximus, locationis peracto tempore commigrarant; cum huc è medijs triuijs perditum quemque deportant, & ciborum opportunitate reficiunt, hyeme rigentem, igne, veste, omni subsidio fouent: ægris lectulos, reliquis scænam apte substernunt, & vnamquemque sedulo charitatis officio desperatæ iam propevitæ, salutique restitunt. Qua benignitatis fama turba inopum excitata ad ædes Patrum auida, frequensque cucurrit, vt quos sua prostrat orbis, noua Patrum misericordia recolligeret: cuius sane pietatis expertem neminem esse cum vellent, sed desertissimum quemque recipere, breui prope ad quadringentos mendicorum summa peruenit: quorum non modo corporibus præbebant obsequia, sed & salutem animis afferebant. Imbuebant rudes legis Christianæ principijs, vitia inueterata sanabant, & scelerum vinculis obligatos Confessionis Sacramento soluebant. Nemini ad eos aditus patebat egentium, qui non sacro illo mysterio rite animum expiaret. Quæ res tota Vrbe percelebrata, incredibile est quantum popularis gratiæ, studijque Patribus conciliarit; vt certatim ad id spectaculum diurnis, nocturnisque temporibus curreretur. Omnes enim gratuita in egenos benignitate mouemur, præsertim si pateat omnibus, & tenuissimam quemque suscipiat. Eo exemplo excitati nonnulli, detractas sibi vestes, quod præsentem pecuniam non haberent, pauperibus iniecerunt. Delata magna pecuniæ vis est à principibus viris ad sustinendum opus, & promouendum. Eodemque studio ciues alij piæ æmulationis incensi, ipsi quoque miserum genus hominum pari misericordia, atque humanitate suis ædibus exceperunt. Quicquid autem publicæ misericordiz nomine mittebatur, summa fide dispensabat Ignatius, nec adduci mittentium precibus vnquam potuit, vt in suorum vsus, quibus satis aspera domi res erat, aliquid è collatis elemosynis deriuaret. Subducta summa, tria egenorum millia reperata sunt Romæ, quos ad nouas vltique fruges cum publica, cum priuata hominum benignitas sustentauit.

Hoc porro tempore multi ex externis cum Patrum vitas, & instituta perpenderent, vehementer addubitarunt an ij forsitan essent Euangelici illi viri, de quibus tanto ante B. Vincentius Ferrerius diuino instinctu prædixerat. Multa quippe videbantur ex eo prædictionis oraculo cum eorum viris, moribusque congruere. Nam vt summam illius vaticinationis attingam, Quid magis Euangelicum, quam qui suas animas Euangelij nomine Sedi Apostolicæ deuouissent? Quid ijs egentius, qui suis omnibus spoliati fortunis, & arctissimo paupertatis obstricti voto, nihil omnino suum dicerent, nihil priuatim haberent, perparum autem in communi? qui nihil ex suis laboribus præmij

94.
Succurrunt
Patres in-
pibus. C. a.
grois in
grauis com-
ponam dis-
fouent.
95.
Tertia sedes
primorum
Patrum in
urbes.

96.
Prædictio
S. Vincentij
trah. extr.
de Vita spi-
rit. de sus-
rit. Euange-
licis vxiu,
Societati &
quibusdam
accommo-
datur.
nihil

nihil mercedem acciperent? Quid ijs simplicius, qui in tanta doctrinæ copia, tantaque prudentia nihil altum saperent, nihil sublime, sed plebem puerosque docendo, vicos & oppida circuirent? Quid vero mitius, aut mansuetius, quam qui benigne facerent etiam ijs, qui ipsos læssissent? qui ea morum mansuetudine, ea facilitate in omnes essent, vt ad se vniuersos allicerent, & attraherent? Quid porro ijs humiliter, aut abiectius, qui mendicorum more cibum per vrbes vltro quærerent, pauperum in hospitij, ac valetudinarijs inter mediastinos, fœcemq; seruorum dies ac noctes habitarent; vili esca, abiectoque strato contenti, infima munera non horrerent? Iam mutua, & inflammata charitas quanta erat? qua deuincti & agglutinati vnum omnium cor, vna anima videbantur. Alter alterius portabat, & subleuabat onus, alter alteri in vitæ necessitatibus præsto erat. Et quanquam in magna rerum versabantur inopia, nihil tamen è perexiguis illis copiis, quæ domi erant, cuiquam deerat. Nihil cogitabant, nihil loquebantur, nihil sapiebant nisi Christum: haud amplius humana curantes, sed sui prorsus obliti mortem sperabant aliquando se apud Barbaros, & Infideles pro Christi nomine subituros. Hæc, & alia, quæ vaticinatio illa complectitur, sita erant in oculis omnium: & mouere vel prudentissimi non cuiq; suspicionem poterant, qui ea in patribus intueretur expressa. Patres autem ipsi ea de re rogati qua erant modestia, humilitateque, nihil in se ex tanta illa sanctitate, quæ prædicatione illa de se tribuitur, agnoscebant: cum tamen, si verum quærimus, in eos multa quadrarent. Sed nimirum electorum proprium est, vt B. Gregorius ait, de se ipsis semper infra sentire, quam sunt. Vtinam talis euadat posteritas omnis, vt in eam vsque quaque sancti viri prædicta conueniant.

34. Mor. s.

17.

57.
Francisci
Borgia ad
studia pi-
etatis con-
uersio.

Eodem tempore Caroli V. Cæsaris extincta coniuge, parabat Deus præstantissimum nouæ suæ familæ tyronem, cuius etiam virtute, auctoritateq; aliquando sustineretur, & cresceret, Franciscum Borgiam Gandiensem postea Ducem: cui ab Imperatore Carolo efferendæ cura coniugis demandata, tam præter solitum fulgor diuinæ mentis illuxit, vt dum secum attente reputat, quò tandem rerum humanarum fastigium, speciesq; recideret, tota animi intentione decreuerit, spretis omnibus se Deo dedere, salutemq; suam in tuto locare. Itaq; ex eo tempore studiis pietatis, ac pœnitentiæ vacare toto pectore, & continenter instituit. qua in meditatione, curaq; dum se constanter exercet, nã ille sese nobis generosus miles expoliebat, vt tum demum planum fiet, cum ad eius tempora ventum erit.

1539.

58.
Argumenta
de con-
danda per-
petua socio-
tate.

Inter hæc nonus, & trigessimus huius seculi annus cunctæ Societati faustus, ac fortunatus, & quasi natalis illuxit. Hoc quippe año propitio Iesu, de ea in posteritatem propaganda, & vincienda certis legibus patres consenserunt. hoc illustrior in orbe terrarum facta est, & quotidianis sociorum accessionibus amplificata magis. Hoc inter religiosas connumeranda familias Pontificiæ vocis oraculo pronuntiata. Hoc ex ea complures iam messes Domini ab eodem summo Pastore albescentibus iam frugibus destinati. Ignatius igitur, sociique & aduersariis in iudicio magnifice victis, & collatis in egestatem, famemque publicam suæ industriæ subsidiis, cum animaduernerent ciuium erga se studia, voluntatesq; propensiores in dies, eos vero, quæ de cocunda Societate mentem, Deo duce, susceperant, in sententia confirmari, nec deesse, quæ ad eandem quotidie animum constanter adicerent, cernerentque præterea magnum sibi aditum, atque ianuam in varias orbis terræ partes longe lateq; patefieri, id quod multorum postulata Principum, literaq; ad Pontificem Maximum testabantur, addubitare vehementer cœperunt, ea ne potius diuini numinis voluntas esset, vt quando in Palæstinam traicere non liceret, haberentq; in posterum suas viuendi rationes ex Apostolica Sede suspensas, hæc ab ea sic instituta Societas, non angustis suæ vitæ spatij terminaretur, sed nouis deinceps amplificata sociis, per multas item propagaretur ætates. Ergo cum ex suo cœtu nonnullos in varia loca propediem à Pontifice Max. destinandos inaudissent, ne subitum eis esset à se ipsis mutuo seiungi, concordissimis prius animis vna conueniunt, vt de suæ familæ statu, deq; re communi deliberent. Ac principio quidem id quæ modo significauimus, agitari cœptum est, quoniam videndi ratio sibi sequenda potissimum esset. Nam crescente sociorum numero, & commutata Palæstina prouincia cum alijs terræ partibus, atque prouincijs, quarum pro salute Deo, Deique Vicario se deuouerant, dubitationem afferebat, præstaret ac, vt instituerant, nullo ita bilito perpetuæ Societatis fœdere, atq;

atque cœtu, quoad vita suppeteret, in animorum procuratione versari; an potius certam quandam fundare familiam, cuius inchoati iam fructus, & salutaris industria non in hoc modo tam exiguo vitæ curriculo permanerent, sed alijs atque alijs, vocante Deo, in eorum locum, laboresque succedentibus, cum omni posteritate adæquarentur. Id cum in consultationem initio venisset: sententizque inter se variarent, statuerunt in primis amplius insistendum consulendo precibus, ieiunijsque, & cetera afflictatione corporis Deo. Deinde sensim progrediendum, certa singillatim tractando capita, utque quod probaretur plurimis id demum fixum, ac ratum haberetur. Postremo ne penitus à procuratione salutis publicæ interim desisterent, quotidianæ vitæ munera ita disperciunt, ut diurna quidem spatia, partim animorum defensionem, partim rerum consultandarum cogitationi, nocturna vero deliberationibus dicarentur. Prima igitur nocte quæsitum est, utrum Pontificis Romani iussu, cui se Voti nexu pro tuendis animis mancipassent, varia loca peragrantes, oporteret suis quemque rebus, muneribusque nullo ad alios respectu habito, consensuue præesse; an potius locorum intervalis, corporibusque distinctos, esse tamen ut animorum consensione, sic meritum communione coniunctos. Dictis que sine varietate sententijs, perspicua res omnibus visa, tam suavem, tamque arctam Societatem afflatu sancti Spiritus, voluntateque ex tanta morum, Nationumque dissimilitudine coagmentatam omni ope retinendam: præsertim quoad res arduas, præclarasque molendas, nihil esset animorum conspiratione præstantius. Proximo deinde conuentu in deliberationem, quætionemque vocatur, placeret ne ad vota duo Paupertatis, & Castitatis, quæ Venetijs in Apostolici legati manibus nuncuparant, Obedientiæ tertium adiungere; & è suo corpore creare aliquem, cuius ceteri obsequerentur imperio, & quibus ipse perpetuo cum potestate præfesset. Ad eam quippe diem nullis certis legibus, nullo proprio Duce, atque præposito vivebatur, sed Ignatium venerabantur omnes, & agnoscebant ut Patrem. Cuius rei consultatio, quod maioris videretur esse momenti, Patrum animos complures dies exercuit. Eam autem consultationis formam iniuerant, ut vno in conuentu proferrent quicquid pro conservanda libertate, qua adhuc usi erant, faceret; in altero quicquid Obedientiæ haberet emolumenti. Dicebatur ergo in eam partem, quæ suadebat nihil novi oneris assumendum, in primis verendum esse, ne, cum apud non paucos homines depravatos Religionis nomen inuisum esset, dum religionem ipsi condunt, procurationi alienæ salutis, cui prouisum volebant, officerent. Videndum præterea ne in posterum non ita multi existerent, qui perpetuo Religionis obstricti onere, socios se tam honesti laboris adiungerent. Nimirum insitum plerisque mortalium ijs sponte se dedere, quo libera voluntas inuitat; ab ijs contra refugere, quo vis necessitatis impellit. Ac ne illud quidem vacare periculo, ne summus Pontifex, cuius autoritate, nutuque sancienda denique erant omnia, nequaquam forsitan nouæ Religionis probato consilio, inberet potius ad vnam aliquam ex veteribus, ac probatis, quarum tanta in Ecclesia iam copia erat, eos aggregare sese, quam ut nouas conderent, indulgeret. Hæc & alia id genus à Religionis cogitatione Patres, consilioque reuocabant. Ex altera parte neque leuiora veniebant in mentem, & palam commemorabantur, quæ nouam præstare condi Religionem suadebant. Primum institutio legis Christianæ ad vulgi captum accommodata; cuius ignoratione, res Catholica propter exorientes hæresum pestes, magnum tum adibat discrimen. Cum enim ipsi ad erudiendam plebem, iuuentutemque præcipuo quodam ferrentur instinctu, & simul intelligerent, se haud ita facile, quod spectarent, assequi posse, si cui ex antiquioribus sese Religionibus addixissent; haud ita magni putabant esse negotij à summis Pontificibus impetrare, ut quando nulla esset alia, ea quidem tempestate, quæ proprie in eam curam incumberet, disciplina; nouam hanc, quæ tanto Ecclesiæ bono id vltro, nominatimque susciperet, inter Religionem annumeraret. Deinde ipsa Missionum, ac peregrinationum ratio, quibus se Voto Societas obstrinxisset, versabatur ob oculos. Quæ si Religiosorum potius, quam ceterorum hominum essent, plus ubique viderentur autoritatis, ac fidei, plus habituræ dignitatis, ac fructus. Ad hæc qui Societatem inire vellent, non modo religionis vocabulum non horrerent, verum etiam eo mirifice capti propter multiplices opportunitates, quas religionis nexus habet, confestim arriperent, quod alias cunctando, & diffidendo susciperent, præsertim cum animaduertent recentem hanc Clerico-

59.
Quam consiliandi viam tenuerint Patres in Societate condenda.

60.

Causa condenda: Societatis perpetuam Religionem.

rum Religionem è nutu vnus pendere Pontificis, cui se peculiari addixisset obsequio, & cuius in tutela fideque lateret. Accedebat, quod nisi præstantissimum inter eos Obedientiæ Votum, quo præcipua religionis ratio continetur, excelleret; animo iam iam cernebant, tot insignium Virorum Societatem tanto labore conflam, perbreui interituram; nec sine ea, quæ ceterarum est ianua, parensque Virtutum, posse quempiam sanctitatis absolutæ fastigium, quo omnis eorum cogitatio referebatur, attingere. Denique si propositum esset, vt iam Vicentiæ constitutum erat, neminem præter Iesum in persequendis animis ducem sequi, relinqui profecto necessarie videbatur, vt cum eius causa diuitias facultatesque Paupertate vouenda; voluptates autem, ceterasque vitæ delicias illibatæ Castitatis proposito respuissent; bona etiam interiora, quæ longo interuallo ceteris antecellunt, intelligentiam, inquam, & voluntatem, Obedientiæ iugo submitterent: & id demum futurum sanctius, longeque Deo gratissimum holocaustum. Ergo ancipiti cura, ac contentione distracti, quo certius ex diuina voluntate cuncta decernerent, quædam subsidia inuestigant: & primum venit in mentem considerare, num expediret, vt pariter omnes, vel ex eorum numero tres, quatuorue ad dies circiter quadraginta in solitudinem aliquam sese abderent, vbi ceteris soluti curis assidua prece, ieiunijsque, & cetera corporis vexatione à Deo lumen, & opem exposcerent. Verum ne secessum hunc alij secus interpretarentur, & inconstantia ob intermissionem munerum publicorum verterent, tum etiam ne fructus, qui ex suis laboribus ad proximum quemque rediret, ijs absentibus interiret; statuant nusquam ab Vrbe pedem; potiusque vt ante fecerant, assiduitate precum, quotidianisque sacrificijs Dei mentem exquirere, quam ex hominum se frequentia repente subducere. Deinde quo sincerius iudicium sit, primo decernunt, vt suum quisque animum ita comparet, atque instituat, atq; erga obedientiam afficere studeat, vt quantum in ipso sit, multo parere, quam imperare malit; deinde, vt ea de re sileant omnes inter sese, ne quis forte cuiuspiam autoritate, aut persuasione ductus in hanc magis, quam in illam partem, sententiamque rapiatur. Demique tantisper cogitatione se quisque ab ea cuius esset, sodalitate sciungat; & quasi alienum hominem ducat, vt omni animi exutus affectu, tanquam alieno consilium daret, id in sententia dicenda sequatur vnum, quod è diuina voluntate potissimum, gloriaque videatur. Ea de re cum multis vtrinque rationibus noctes complures disceptatum esset, tandem vna omnium mens, atque sententia fuit ad duo priora Vota perpetuæ Castitatis, & paupertatis, tertium insuper adiungendum perpetuæ Obedientiæ; atque suo corpore vnum aliquem seligendum, cuius dicto audientes essent reliqui, & cui sua iudicia, voluntatesque submitterent. Sic Christi veros imitatores futuros, qui Patri factus esset Obediens vsque ad mortem: sic eos certum vbi que ducem in rebus omnibus, velut internuncium Dei optimi Maximi, eiusque voluntatis interpretem habituros: sic Societatis administrationem longe optimam fore, si iura omnia, & imperia ab vno quasi fonte, & capite arcesserentur. Hoc sapienti decreto verissimè conscribatur, & suis iam expleta numeris triplici circumscripta Voto, accedente ad extremum Sedis Apostolicæ autoritate, Religio. Quæ situm deinceps est consequentibus diebus de nomine quo recens videretur appellanda familia. Multo quippe ante quam Patres Romæ conuenirent, vt supra demonstratum est, aut cogitationem vllam de Religione in commune susciperent, id agitauerant inter sese, vt haberent, quid hominum interrogationibus responderent. Cumque nullum alium præter IESVM, quem sequerentur vitæ Dux, haberent; nec ad solitudinem, & vmbra; sed ad solem, & aciem conuenissent, placuit omnibus, vt à militari vocabulo, Societas IESV (suis enim cohortibus milites, quas vulgo Societates, seu Compagnias appellant ab ipsis fere ducibus nomen induunt) appellaretur. Et quidem Ignatius cum inter primos illos de noui cætus nomine disceptaretur, hoc ab eis suo quodammodo iure postulasse dicitur, vt quod ad nomen, & vocabulum pertineret, suo id permitteretur arbitrio. Quod duplici potissimum causa fecit. Primum ne si communi res deliberationi permitteretur, ceteri forte consentirent, vt quemadmodum Religiosarum familiarum nonnullæ, ab suo Duce, & autore; ita hæc ab ipso, qui nihil sibi, sed Deo omnia in ea condenda tribuebat vocabulum traheret: sed altera potior causa est; ne videlicet nouo cætui nomen imponeretur aliud, quam quod (vt euidentis coniectura est) diuinitus ipse didicerat. Cum igitur omnes æquissimæ postulationi Patris, vt

61.
*Studium
 Patrum in
 exploranda
 Dei voluntate
 de noua Religio-
 ne condenda.*

62.
*Vnde nomen
 Societatis
 IESV &
 quam id cura
 fuerit B.
 P. Ignatio.*

decurt.

decuit, annuissent, is tanquam à Deo iam præmonitus, nihil dubitans, nihil hæsitans pronuncia-
 uit, nouam hanc familiam, Societatem I E S V vocandam esse. Cuius vocabuli species, iam in-
 de ex Manresanis de regno Christi, vexillisque meditationibus, ac postea ex diuino illo viso acce-
 denti ad Urbem oblato, præclarisque alijs mentis illustrationibus in eius animo sic infederat, vt
 nulla humana vi, momentoque rationis vel ab ea posset appellatione deduci, vel aliam vllam æque
 aptam excogitare. Quin ab eo testatur se audiuisse Polancus, cum diceret contra Dei nutum se fa-
 cturum, minimeque leuem apud eum noxam incursum, si ea de re vel minimum hæsitasset. Et
 quanquam ex suo cœtu non deerant, qui mutationem nominis suaderent, quod iam tum arrogan-
 tiz nonnulli Societatem insimularent, quæ nomen hoc augustissimum cum omni Christianorum
 cœtu commune, tanquam suum, & proprium sibi vendicaret; Ignatius in sententia ta-
 men perstitit omni asseueratione confirmans, se quamuis focij omnes ad vnum, & quibus alius, cu-
 ius sequi consilium nulla peccati lex cogeret, dissentirent; nunquam in eorum sententiam discessu-
 rum, nec aliquando commissurum, vt id nomen, se superstitè mutaretur. Quibus autem Ignatij cõ-
 factudo, ac modestia perspecta iam erat; ij sat sciebant, nunquam illum in affirmada sententia fuis-
 se tam suum nec tales voces consueuisse mittere, nisi cum quæ asleret, superiore quadam luce, ac
 diuina ratione perspiceret. Et sane præuidebat haud dubie B. Pater quantam illa appellatio apud hu-
 ius disciplinæ affectas habitura vim esset in omni rerum statu, ac tempore. Quippe intelligunt inde,
 qui in eam se dicant, non in cœtum Ignatij, neque ad suæ dumtaxat studium salutis, sed in filij Dei
 peculiarem quandam Societatem, ac militiam se vocari ad gestandam post eum crucem, ad bellum,
 ad aciem, contra vitia & Satanam: atque ad illud vrgendum diuinissimum opus, propter quod I E-
 S V S ipse lapsus è cœlo vitam, & sanguinem fudit. sub illis militandum augustissimis signis, illa
 omnibus inferenda terrarum gentibus. Auspice, ac præside I E S V audendum, confidendum-
 que, ardua aggredienda, dura toleranda, obstantia perrumpenda: illi pugnandum, vincendum,
 moriendum: neque aliter vitam instituendam, ineundamque pugnam, nisi ea ratione, quam Do-
 minus, & Dux ille cœlestis, cum præceptis, tum exemplis ostendit. Nihil est, quod siue acrius
 extimulet segnes, arguatque degeneres, siue validius robor infirmis, animum addat pauentibus,
 quam sacrosancti eius nominis claritas, & virtus: illud in aduersis solatium maximum; in lætis gau-
 dium; lux in obscuris; in laboriosis quies. Denique hanc professi militiam, assiduo tanquam mo-
 nitore excitantur illo, vt meminerint, cui se probare Duci debeant: atque in omnibus laborent, vt
 boni milites Christi I E S V. Hæc & multo plura Ignatius præuidens, simul intelligebat nullam iure
 metuendam arrogantiz notam, cum semper memoris animi, ac Religiosi fuerit, seu beneficia di-
 uina singularia, seu professionem peculiaris obsequij, quamuis communibus significare nomini-
 bus. Ita Ioannes Apostolus absque aliorum discipulorum iniuriæ, discipulus ille, quem diligebat
 I E S V S sese nominabat; & Paulus Doctorem gentium, ac Magistrum. Ita nomen ipsum Re-
 ligionis Christianorum commune omnium, iam proprie attributum est ordinibus, qui dñino se-
 cultui dedicarunt, adiecta religione Votorum. Ita sunt cœtus, qui vel à Sanctissima Trinitate, vel à
 sancto Spiritu, vel à Christo nomen adsciuerint sine vlla inuidia: cum constet non ad excludendos
 alios fideles; sed vt certa aliqua studia declarentur, simpliciter ac pie eius generis nomenclationes
 adscitas. Ita sanctissimus idem, ac sapientissimus Vir Dominicus, sine aliorum, ac præsertim Episcop-
 porum offensione, ad quos proprie Diuini verbi prædicatio pertinet, Ordini suo Prædicatorum
 nomen imposuit. Ergo neque Societati, cum ab æterno Patre, Filio I E S V tradita sit, & is eam
 in fidem, tutelamque receperit, & ipsa vitam Saluatoris in iuuandis ad salutem hominibus, sibi
 proposuerit cum Diuina gratia peculiari studio sequendam, verti vitio debet, si id, quod suscep-
 pit, nomine ipso præferat: ac simul necessitatem vltro sibi imponat præcipuz curæ, atque virtutis:
 inui cunctis mortalibus præbeat ansam iuste redarguendi eos, si qui ex ipsa minus tanti nominis
 professioni respondeant. Quanquam Ignatius, vt erat modestissimus, nec volebat suos quicquam
 è sanctissimo illo titulo, nisi incitamentum virtutis assumere, Societatem hanc volebat minimam
 appellare, vt ostenderet alias fidelium sodalitates, atque familias non modo re esse, quamuis no-
 men haud vsurpent, Societates I E S V; sed etiam nostri Ordinis homines ita dese, deque alijs
 sten-

sentire debere, ita modestia, officijs, & honore præueniendo eniti; vt sese pro omnium minimis ducant, gerantque. His de nomine constitutis addidere Patres, vt Præpositi Generalis potestas, magistratusque non certo annorum numero, sed iisdem, ac vita terminis finiretur; Et vt iuramentum, & qui Societati annumerari vellent, eorum & spiritualibus Exercitijs, & ministerio publicæ valedudinarij, & pedestris peregrinationis humilitate accurata fieret, ac diligens exploratio. Et qui ad solemnem professionem admitterentur, ij præter tria Religionis Vota, quartum adderent nominatim peculiaris erga Pontificem Maximum obedientiæ, vt quocumque eos Christianæ rei causa, siue ad fidelium, siue ad infidelium Terras placuisset mittere, nullo postulato viatico, ac sine vlla recusatione parerent: Vouerentque se insuper nauaturos Christianæ Reipublicæ operam in instituenda Christianis moribus pueritia, rudiq; plebe, potissimum quarto Voto à ceteris Religiosorum Ordinibus, Societatis ordo sciungitur. Itemque vt studiorum causa Collegia, quæ velut seminaria quedam eiusdem Societatis forent, annus cum redditibus liceret admitti. Professorum vero domus, quæ proximorum saluti seruirent prouentus annuos nullos haberent, nisi in sacrarij impensas: quamquam id quoque B. Patri ad omnes cupiditati aditus obstruendos, postea tollendum visum est. Ceterum decreto illi, quo censuerant institutum Christianæ doctrinæ in eandem Voti formulam concludendum, assentiri Bobadillæ non placuit. Videbatur, opinor, homini durum, quod rem probabilem illam quidem, ac salutarem, verum libere, ac suauiter exigendam, promissi necessitati subijcerent, & vota votis necerent. Sed Patrum sapientiam negligentiam, obliuionisque formido terreat, ne quod tantæ necessitatis est munus, minimeque ad speciem amplum, id libertatis incostantiam relinquerent. Visumque postea id ita votum moderari, vt nuncupantem obligaret haud arctiore nexu, quam vel prædicatio verbi Dei, vel Omologesis auditio, aut alia huiusmodi munera, in quibus elaborare quisque debet ex ea, quam suis Præpositis profiteretur, & vouet, obedientia. Tametsi ea Patribus causa fuit, vt communi decreto sancirent, ne qui in rerum tractatione, vbi ceteri consentirent, in sua pertinaciter sententia inhæreret, is ad commune consilium admisceretur. Hæc & id genus alia, quæ postea in eiusdem Societatis formulam sunt collata, Patrum consilio, consensuque constituta sunt. Inter has fundandæ Societatis curas non cessabat labor publicæ utilitatis. Circumspectis vndique totius Urbis partibus, vt vnaquæque subsidij plurimum requireret, ita ei potissimum, nulla mora interposita, consulebant. Ac primum Valedudinarijs dispersi compluribus, & aliorum sibi auxilio, qui Societatem meditabantur, adiuncto, munerum, officiorumque vicissitudine peculiarem quandam rationem, & animorum habebant, & corporum: vt quorum corporibus alij opera & manu, eorum animis, alij verbo, & auribus deseruirent. In sacris deinde seminarijs Cœnobijs, à quibus summo studio postulabantur identidem, modo Diuini assiduitate sermonis, modo animorum expiatione frequenti, veterem disciplinam iam prope dilapsam restituerunt. Ex priuatis autem, nec ijs quidem obscuro nominis ciuibus, quos passim in Urbem ad pietatem informabant, multo etiam præstantior, vberiorque consecutus est fructus; vt sensim alia Ciuitatis sit visa facies; plurimiq; variz & ætatis, & conditionis homines, non modo Patres colere, & beneuolentia complecti, verum etiam ad eos sese adiungere, & eorum expetere consuetudinem, congressusq; cœperint. In ijs Petrus Codacius, Patria Laudensis, Sacerdos honestus, & clarus è Pontificia familia, nec paruis Ecclesiæ opibus, ac facultatibus præditus: quas præ Christi amore contemnens, Marthæque munus sibi vltro in Societate deposcens, tanto ei fuit conseruandæ, ac promouendæ subsidio maioribus suspensæ curis, & Diuini verbi prædicatione distentæ, vt eo illa quodammodo nixa à multis Codacij Societas diceretur. Eodem ferme tempore Antonius Araozius Cantaber ex Oppido Vergara magno ingenio, & animo iuuenis iamque Theologiæ Doctor cum ex Hispania ad Urbem accessisset, vt Ignatio se, cui sanguine coniunctus erat, & de quo præclara multa audierat, si coram præbaretur, adiungeret, tametsi aliquandiu retardarat tempus, in quod incidit gliscentium calumniarum, tamen vbi tam honorifico sunt discussæ iudicio, facile se exorari passus est, vt ad dies aliquot in Exercitiorum recessu propriam aliquam animæ suæ curam gereret. Hic ille rerum omnium, quæ sub aspectum cadunt inanitate perspecta sine cunctatione decreuit in noua sui propinqui familia, æterna illa quæ non videntur inquirere. Foris porro

64.
Summa in-
stitutum So-
cietatis.

65.
Per curam
eandem
Societatis
non inter-
mittitur
cura iuua-
di Proxi-
mos.

66.
Petrus Co-
dacius So-
cietati ad-
iungitur
primus ex
Italia.

67.
Et Anto-
nius Arao-
zium Can-
taber, &
propinquus
B. Ignatii.

porro apud longinquos, & externos ea nota deleta, quam superiore anno Societati inurere conatus est Satan, imò maiorem in gloriam commutata, haud facile dictu est, quantum ei vbique nominis, & existimationis accesserit. Cuius in Vrbe res admirabili cum laude gestæ, non modo per Italiam plurimis testatæ nuncijs, literisque peruagabantur, verum etiam Alpes iam, & maria transgressæ in remotissimas prouincias, atque in oras vltimas peruolarant. Hinc illæ tot virorum Principum ad pontificem literæ, & perhonorifica postulata, vt de Patrum numero aliquem ad se mitteret: quæ eo crebriora & ardentiora in dies erant, quo magis eorum nomen, ac fama crescebat: vt cõcedendum prorsus fuerit postulationi multorum, quoad facultas ferebat, & copia. Atque hinc Societati Apostolicarum origo missionum. Verum quoniam quæ de constituenda Societate inchoata iam erant, ijs non dum finis, & extrema quodammodo manus erat imposita: idcirco, vt quilibet ex Vrbe migrabat, ita reliquis, qui in ea remanebant, aut non longe aberant, scripto potestatem faciebat, vt condixerat, & instituta ad exitum perducendi, & hæc ipsa in ordinem, summamq; redacta ad Apostolicam sedem omnium nomine referendi: cõstitutiones etiam, ac leges Societatis institutis quam maxime consentaneas, & appositas conscribendi: quæ tandem ad Ignatium delata est cura. Maio igitur mense Paschalius, & Rodericius Pontificis nutu ad redintegrandam sacri cuiusdam Gynecæi disciplinam Senas mittuntur: quibus tertius adiunctus est Strada, is, quem ex Calinate Monte ab Ignatio Romam redeunte deductum, supra diximus. Mirum profecto fuit, quantum ea res laboris, & molestiæ, & iam antea Francisco Bandinio ciuitatis Archiepiscopo, Ambrosioque Catharino germano fratri monacharum præfecte, & viris alijs longe grauissimis exhibuerit. Concionabantur apud eos persæpe patres, peccata condonabant, nutantes in proposito confirmabant, rudes diuinarum rerum, & hebetes erudiebant. Itaque quod tractatu asperum, & durum erat, lenè pedetentim, & molle effectum est; & quod solutum, ac fluxum, suis rursus astrictum legibus, & ad diurnitatem vinctum, mira omnis tranquillitate cœnobij. Eadem opera nobilibus adolescentibus, qui in ea versabantur Academia, ceteræque ciuitati nauarum suis functionibus atque muneribus non nihil à patribus. Simon explanare publice diuinas Pauli epistolæ, vt ea quasi cœca nouitatis cupidus auditores alliceret; & de plano agere cum vnoquoque cœpit, respondere consulentibus, consententibus aurem dare: ac præter crebram animorum expiationem, & Sacrosanctæ Eucharistiæ communionem, valetudinariorum limen terere, subsidia non modo rei pecuniariæ, verum etiam operæ malis affectis afferre, sternere lectulos, & grabatos, quisquillas è pavimento verrere, nec munera etiam abiectiora defugere: Præsto erant solatia verborum, seu ad leuandam morborum comitem, ægritudinem, seu ad erigendos animos morientium. Iam sanctæ meditationis exercitatio, vt noua omnibus, & ante id tempus inaudita, sic experiendi cupiditate plurimos incitauit; ad eamq; rem separatæ primò extra muros conductæ sunt cedes, quo se liberius contemplandi gratia noui athletæ reciperent: sed postea suspicionibus quibusdam exortis, ne qua in patres commoueretur inuidia, continuo in sua quisque tecta remissi sunt: Fructus, qui solet, prodijt. Sed sacerdos prætereundus non est, quem hæc cœlestis exercitatio vehementer accendit. Is scenica leuitate tota vrbe notissimus, scribebat ingeniose comædias, multitudini mox edendas non ad eius carpèda vitia, moresque notandos, sed ad captandos risus, auresque pascendas: & sacerdotalis dignitatis oblitus, semet in theatrum sæpe dabat mimum agens exhausto pudore, tanto nequior actor, quanto poëta præstantior. Sed, inter exercendum, oborta de cœlo luce, pudor redijt, & semetipsum erubijt: odioq; sui, rationem exegitauit, quemadmodum & ab se se superiores castigaret insanias, & offensæ multitudini satisfaceret. Statuit igitur iniecto fune ceruicibus in frequentissimum venire templum, & inspectante populo stratus humi delicti veniã suppliciter implorare. Hoc cum patribus communicato consilio, auctores ei fuere patres ne rem aggrediretur in consulto Vicario: Si is annueret, ad ipsos rediret reportaturus extrema responsi. Non potuit datam à Deo mentem non probare Vicarius, vt quod corruperant exempla nequitæ, pœnitentiæ resarcirent. Nec enim leuis est nota Christiani hominis, multoque turpior sacerdotis histriocœ si velit agere; cum tam graui Cyprianus Martyr exagitet oratione Christianum, qui in huius adhuc artus de decore permanebat, vt affirmare nõ dubitet, nec Maiestati diuinæ, nec Euangelicæ disciplinæ cõgruere,

68

*Postulatur
Socij in vna
vna promissio.*

69

*Primo Sa-
cerdotis
missio Sa-
nas Pascha-
lis. Ch. Si-
moni in-
iungitur.
Simul mit-
tuntur Fran-
cisus Stra-
da.*

70

*Scenici Sa-
cerdotis
notabilis
conuersio
per expro-
bia spū-
tualia.*

*Lib. I. Epi-
stolæ.*

vt pu-

H*

71 ut pudor, & honor Ecclesiæ tam turpi, & infami contagione sædetur. Is igitur magno animo redit ad Patres remocius aggressurus. Patres ad Urbis concionatorem è Franciscana Familia hominem mittunt, ut cum ille ad populum verba faceret, prius quam concionem dimitteret, si ita ipsi visum esset, iuberet populum expectare tantisper, ac tum demum suggestum peteret, & quæ ad petendam veniam facerent, ea verbis supplicibus, & ardentissimis promeret. Ut in sacro illo suggestu scenicus sacerdos apparuit, iamque alia in scena alium gestum agebat, suspensa de collo veste, ore exanguis, deiectis in terram luminibus, totoque vultu ad modestiam, humilitatemque composito, excussit illico multitudini lacrymas, qui risus & cachinnos solebat. Valuitque noua illa persona non minus ad sanciendo Christianos mores, quam paulo ante mimica illa ad deprauandos: multoque plus vniuersam concionem vere pœnitentis aspectus, quam prioris concionatoris permouit oratio. Is postea summis à Societate votis, & inflammata voluntate contendit, ut in nouam Familiam, cuius essent ad permouenda pectora tam firma præsidia, nomen daret: sed moræ impatiens, longioris quippe deliberationis, consilijque res erat, ad Capucinos trāsijt, ubi reliquam vitam in summa religione traduxit, multo vtrique lætior horrido illo, contemptoque sacco, morte appropinquante, quam si in molli, & vano perseverasset ornatu. Quis tam eloquens potuisset orator, aut tam acer, ardensque concionator id homini dissolutopersuadere, quod exercitatio illa spiritus persuasit? prorsus ut fatèdum sit, nihil hoc præsidio valentius ad sanandos animi morbos, & hominum ingenia permutanda. Quanquam manus Domini non est alligata: perque ea, quæ minime mortales opinarentur, gaudet suæ bonitatis atque potentia explicare diuitias. Venerat Senas, ut supra dixi, cum Paschasio, & Simone Franciscus Strada adolescens ille quidem, & latinis vix tinctus literis, sed ardore animi tanto, tantaque vi dicendi à natura instructus, ut suo & exemplo, & sermone Senensium animos vehementer accenderit. Cuius prædicationis fama Montis Politiani permoti ciues, qui diei iter nõ amplius absunt, per homines eum certos ad se inuitant. Quò Strada profectus comitibus Senensibus aliquot, quos ad optimam frugem exercitiorum disciplina conuerterat, paratam continuo messem mira cœpit audiditate colligere: compluresque viri docti, grauesque iisdem pijs cõmentationibus excoli Senensium voluerunt exemplo. Nec priuatis contenti colloquijs, conciones etiam publicas poposcerunt, cogentes peregrinum hominem, quem nec ætas, nec rerum, aut sermonis vernaculi vsus, nec interiores adhuc literæ commendabant, de superiore loco verba facere, quanquam non concionari, sed clamare se Strada dicebat. Respondit tamen votis euentus, & concionis frequentia par fructus. Tum primum frequentandæ Confessionis, & Sacrosanctæ Eucharistiæ mos post tot secula renouatus; tum in annonæ difficultate extogitata ratio ferenda opis egestati multorum; tum ad orborum, orbarumque educationem, institutionemque excitata sodalitas, tum alia multa è diuina re gesta. Nam & pessimum in ijs execrandi vitium totam iam fulgo famosum, graui edicto repressum, & fœminarum in cultu corporis castigatus est luxus. Eæ quippe Stada audito, sua sponte desierunt preciosis sibi vestibus indulgere, lege sibi ipsis indidta, nec deinceps extra modum sumptu, & magnificentia prodirent. Quatuor præterea de primarijs, eosque doctrinæ titulis vulgo nobiles cum ad Societatis meditationes exercuisset, post exposita sacerdoti vitæ vniuersæ peccata, ad sanctam synaxim in ædem quandam, nõ sine comitatu perduxit. Ea celebrata, quærît ex ijs parati ne sint omnes in Christi gratiã toto oppido mendicare: cum illi constanter annuerent, imò ad maiora se paratos ostenderent, Strada ut eos foueret ardores, in diem Domini proximum prodeuntium agmè indicit, qui pauperibus optata subsidia precario tota vrbe conquirant. Proditur igitur ad dictam diem, & litaniarum sacra carmina concinuntur. Præibat dux ceterorum Strada feriens bacillo fores. Hunc sequebantur collectores octo, & in his illi, quos dixi, doctores; quorum alij alijs vasculis, cophinisque, & pro-pendentibus ex humero manticis ea, quæ dabantur, exciperent. Stupebant omnes, & ad inusitatum spectaculum conuolabant. Doctoresque illos, quos paulo ante velut inclusos fama vulgauerat, sic enim secessum illum exercitiorum interpretabantur, stipem tam demissè, atque humiliter corrogantes, mirantur attoniti. Ea res vel tenuissimi cuiusque liberalitatem exacuit. Hic panem, ille vinum large, ac copiose præbebat; alius ligna, sal alius, & alij alia pro suis quisque o-

gibus.

72
Francisci
Strada res
memorabi-
les in mōte
Politiano
gesta.

73

pibus, ac fortunis: pecuniaz insuper non exiguus numerus est congestus: inuentiq; sunt, qui cum aliud haberent nihil, etiam labetes, & cacabos exhiberent. Res erat visenda nimis frequens de fenestristurba prospiciens: multique se confestim per scalas, vti poscentibus stipe occurrerent, demittebant. Ea communis misericordiaz vis fuit, vt saepe inter querendum exhauriendę mantice fuerint: saepe alia collecta onera deponenda. Ad extremum toto iam oppido perlustrato, ad aedes hospitales prosequente ingenti caterua diuertunt. Ibi diuino Numini gratijs actis, diuisisque pro cuiusque inopia benignitatis congestae subsidijs, agmen ipsum dimittitur. Doctores autem illi tam egregiaz sui ipsorum victoriae haud exiguum tulere fructum, ingentem animi tranquillitatem, ac pacem, quantam nunquam antea sensisset, nec vsu percepisse se dicerent. Narrabat ex ijs vnus, ea se diuini æstus dulcedine delibutum, vt præ gaudij magnitudine indices latitiaz voces continere non posset. Augustum, aiebat, mihi est pectus, animum non capit meum: in cellam propero, vt quam cohibere nequeo, inclusa vis spiritus libere erumpat, & lacrymis habentæ laxentur. Eo igitur sine arbitris sese abdit, & totus in lacrymas abit, tranquillatis supra fidem, opinionemque pectoribus: vt tum demum vsu, ac periclitatione perdisceret, quanti sit se ipsum pro Christo despiciere, ac sibimet acriter imperare. Tot tantisque Stradae promeritis Politiani Ciues, vt abeundi tempus affuit, abitum eius peracerbe tulerunt. Fuerunt qui abire parantem genis forantibus conuenirent, quod tum maxime desererentur, cum se potissimum eius sentirent institutione proficere. Quin foeminae amplius sexaginta exercitiorum spiritualium studio, ac desiderio Stradae obsidentes itinera quasi manu facta discedentem remorabantur; quod dicerent se quoque animas perinde ac viros, quibus earum exercitationum fecisset copiam, suis in corporibus gerere.

Hanc in Hetruriam profectionem alia aliorum haud frugifera minus eiusdem nutu Pontificis exceperunt. Ennio Philonardo Verulano, Cardinali S. Angeli, cui legatio Parmensis obuenat, Faber, & Laynius legationis comites, & rerum diuinarum administri à Pontifice dantur. Hi primum paucis aliquot in templo scholis, & sacrarum literarum explanationibus scientia opinione collecta; conciones deinde secundo cursu, nec felici minus habuere successu. Declaratat concursus multitudinis ad expianda peccata, quibus audiendis cum spatia diurna non essent satis, adiungebantur saepe nocturna. Nec defuere, qui pro concione tam crebram mysteriorum vsurpationem vitio verterent; quod ea res potius contemptum quendam Sacramentorum, quam pietatis incrementum habere videretur. Haud tamè languidiora facta sunt hominum studia, seigniorumque mysteriorum vsus: cum apud optimum quemque valeat magis interioris experientia sensus, quam cuiusquam in dissuadendo contentio. Quanquam pro hac pietate ipsa morum commutatio loquebatur, eamque aduersus obsistentium voces facile vindicabat. Tanto autem magis hærebat in animis tradita disciplina, quanto clariore loco erant, qui eam suis alebant exemplis. Non enim diuina illa mysteria infimi, medijsque duntaxat, verum etiam summi, & ex prima nobilitate Viti, foeminaeque tractabāt. Iulia erat Zerbina in eis sanctitatis fama percelebris, quam aiunt ad inmensas aliquot nullis vitam epulis, nisi pane illo caelesti, qui totum explet hominem, & quem, qui accipit, nunquam esurit, sustentasse. Hæc in interiore domus suæ cubiculo, vbi ex assiduis fere morbis, corporisve languoribus decumbebat, Ignatij exercitationum experta dulcedinem, earum quoque vsum venientibus ad se Matronis impertiebat: & quæ virorum prudentiam, studiumque desiderant, vt cum vtilitate tradantur, eas foemina foeminis toties iam præmeditatas, animoq; pertractatas expedite satis, vtiliterque tradebat. Hanc in colendis rite mysterijs Hyppolita Gonzaga Galeotti Secundi Mirandulani Comitris coniux magno cum mulierum, Matronarumque comitatu, quæ singulis item hebdomadis ea mysteria frequentabant, imirabatur: & res erat eo progersa loci, teste Fabro, vt nullo Parmæ numero duceretur, qui non singulis saltem mensibus poenitentia Sacramento peccatorum se se vinculis expediret. Qui mos tota deinceps Parmensi, ac Placentina Diocesi perpetuo viguit. Rudib. Christiana lex explicata, eodemque exemplo ludi Magistri, Sacerdotelque ad id excitati complures. Præclare etiam illud excogitatum à Fabro, vt foeminae interdum quaedam, quas cum honestate grauitas commēdabat, priuatorum obirent aedes, & Christianæ præcepta doctrinae teneras puellarum

74
Secunda
missio ab
Urbe Parmen-
mam, quo
professi Fa-
ber, et Lay-
nius.

75
Res Parmæ
gesta.

76
Iulia Zer-
bina San-
ctitate no-
bilis.

larum ætates; & quas pudor, aliaue causa domi incluserat, edocerent. Meditationes rerum diuinarum ad exercendum compluribus non modo viris, verum etiam fœminis cum salute proposito. Quis vt quisque attentissime pertractabat, ita ceteris non persuadebat modo facillime, sed ipsemet itatim magister effectus sedulo proponebat: vt interdum centum, & eo amplius eas v-
 77 *Parma ac-*
cedens ad
Societatem
Hierony-
mus Do-
monicus.
 bique animorum motus, ac magna conuersio, præsertim in vno, atque altero sacrarum Virginû Cœnobio, quibus incredibilis quidem religiosæ perfectionis iniectus est ardor, in ijsque reuocata, quæ pene iam ceciderat, disciplina. Sed huius etiam præsidij non exigua ad Societatem ipsam nouæ sobolis lucra redibant. Hieronymus Domenecus Valentinae Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus cum Lutetiam Parma contenderet, casuque ad Patres, non Dei tamen sine consilio diuertisset, ab ijs comiter exceptus ad dies aliquot piarum rerum commentationi se dedit. Quam in exercitatione eo vitæ genere subito captus, dimissis comitibus, Societatem etiam Patribus iniit. Quam nouam animi inductionem, voluntatemque comites indigne ferentes, vt eum à proposito reuocarent, frustra multa moliti, ad extremum apud Vicarium Parmensis Antistitis criminantur, sublatum sibi per vim socium, doloque à Patribus circumuentum. Ille vero tactis ante Vicarium codicibus sacris per Euangelij verba iurauit nullius se fraude, consilioque deceptum, sed spe tantum salutis inductum apud Patres aliquantisper hæsisse, quorum vitæ genus sibi valde probatum, non potuisse protinus non arripere. Qua depulsa calumnia, ipse quoque non ita

Paulus
Achilles.

78

Elpidius
Vgolatus

Io. Baptistus
Viola Syl-

uester Lan-
dinus, Io.

Franciscus
Placentinus

79

Bobadilla
in Insulam
Ænariam
mittitur.

80

Roma gesta
hoc tempore.

81

Primus Se-
cretarius
Societatis
B. Fran-
ciscum Xa-
uerius.

82

Instituti
Societatis
prima for-
mula Pon-
tificis propo-
nitur, &
visus vocis
Gratulo
scribitur.

Gratulo
scribitur.

Gratulo
scribitur.

Gratulo
scribitur.

Gratulo
scribitur.

Gratulo
scribitur.

Gratulo
scribitur.

Gratulo
scribitur.

Gratulo
scribitur.

Gratulo
scribitur.

mox in partem laboris, ac meriti, qui mercedis vocabatur in partem, cupidissimus venit; & ibi cœpit ceterorum animis esse subsidio, vnde suæ hauserat salutis, & sanctoris initia. Eadem ratione associati sunt Paulus Achilles iam tum Sacerdos, qui strenuam proximis dare operam, & suppediandis diuinæ contemplationis argumentis, & audiendis sacris confessionibus cœpit; & Elpidius Vgolatus. Itemque Ioannes Baptista Viola, Syluesterque Landinus, Ioan. Franciscus Placentinus, & alij aliquot, qui suas item curas, cogitationesque ad studium humanæ salutis vna cum reliquis contulerunt. Iam Placentiæ, Regijque quò Lainius euocatus excucurrit, sua quoque læticia messis fuit. Faber virgendis cœptis paulo diutius Parmæ substitit, quo etiam acerbius visus est eius deinde discessus. Qui vt vulgo cognitus est impendere, & ciuitas, & priuati, quibus fuisse dicitur aliqua cum Romano Pontifice necessitudo, supplices ad eum literas pro Fabro retinendo dederunt: eiusque mox abitu repudiati supplices multis lacrymis deplorarunt. Harum Ciuitatum gratia multa Patribus perpetienda fuere; summa hyeme faciendum iter, & Cisalpinæ Galliæ loca sane frigida traijcienda pannosis, ac male vestitis: vt mirum non sit si diuturnum Faber in morbum (tres enim fere menses consequentis anni decubuit) & periculosum incidit. Sed videlicet paupertatis amor, & singulare patientiæ studium leuia hæc illis, imo etiã dulcia, ac iucunda reddebat. Per idẽ ferme tempus Bobadilla in Ænariam ab Vrbe mittitur Regni Neapolitani insulam ad conciliandam pacem inter graues, illustresque viros: Cuius profectio-
 nis item fructus, vt ceterarum (neque enim duntaxat loco vir in primis ardens continere se poterat) fuerunt vberissimi. Specimen suæ dabat industriæ, quæ postea latissimum Germania nacta campum, tanto liberius excurreret, quanto iam cohibita videbatur angustius. His missis per Italiam socijs, & toto pectore suam operam, studiumque nauantibus, qui Romæ remanserant, Dei causam pari sedulitate tractabant. Salmeron sacris concionibus, publicisque in clyto sapientia Gymnasio prælectionibus operam dabat. Codurus Margaritæ Caroli Quinti Filia à sacris confessionibus assignatus, simul etiam reliquis ex instituto muneribus occupabatur: quibus & Xauerius, & Iaius, & in primis Ignatius per similes animorum compendio, quæstuque præerant. Xauerio præterea domesticum munus ab epistolis erat. Siue nunciandum quippiam, siue respondendum sparsis per Præuincias Socijs vnus omnium nomine eo munere fungebatur. Ignatius autem memor insuper impositi sibi de Societate confirmanda negotij, quicquid à publicis occupationibus dabatur otij, in id sedulo conferebat: & vt erat communi Patrum confessione decretum, instituti formulam in certa quædã capita dilucide, breuiterque digestam Pontifici Maximo Apostolica auctoritate sancendam, nactus opportunitatem Tiburtini recessus,

cessus, quò se Pontifex è negotiorum æstu, turbaq; receperat, per Contarenum Cardinalem suppliciter offert; quã Beatissimus Pater iussam à sacri Palatij Magistro Thoma Badia, qui dein fuit Cardinalis, prius cognosci, ab eoq; probatam, vsipsemet vidit, accurateq; perpendit; Spiritus, inquit, Delest hic. Patrumque consiliium, & pia studia collaudauit; simul & illud addidit, sese prælagire iam tum animo Societatem hanc id temporis excitatam, afflictis Ecclesiæ rebus non leui præsidio, atque ornamento fore. Quod summi Sacerdotis, Christi que Vicarij testimonium, Tertio Nonas Septembris ore tributum, velut prima quædam Societatis approbatio fuit. Quã, vt publico etiam diplomate consignatam, testatamq; rite daret, cum rogaretur ab Ignatio, prudentissimus Pontifex, ne quid præcipiti consilio in re tanta luctuosis Ecclesiæ temporibus statuisse videretur, tribus Cardinalibus, apud quos nihil esset gratiæ loci, negotium dat, in ijs Bartolomæo Guidiccione Lucensi, Viro illi quidem pio, ac diuini humanique iuris bene perito, ceterum nondum Religionibus adeo pertinaciter infenso, vt aduersus earum, quæ iam essent multitudinem, & copiam, quas ipsas ad quatuor reuocandas arbitrabatur, librũ etiam conscripsisse dicatur. Non enim summus dubitabat Antistes, quin si Guidiccione noua esset probata Religio, ea quoque ceteris Iudiciis probaretur; eaq; ratione maleuolorum occurreretur inuidiæ. Is igitur cum præiudiciũ hoc ad causam attulisset, quam breui Patres conficiendam sperabãt, eam suo consilio, autoritateq; penè discussit; annum certè ipsam deliberandi cunctatione, non in dies difficultatibus ingerendis, extraxit. Interea Societati, Deo Optimo Maximo gubernante, & arcam parentissimam Patrum laboribus explicante, primus in Indiam aditus aperitur. Lusitani non ita pridem extima Africæ legentes littora, per incognitas vias, & obscuriora maria ad ditissimas Indiæ Regionis, & Orientis partes non minore successũ; quam ausu penetrant. Nec Ioannem Lusitanicæ Regem eo nemine Tertium vlla magis cura coquebat, quam vt barbaras illas nationes, & infida pectora ab execrandis Idolorum sacris ad veri Dei cultum, Religionemque traduceret. Cuius rei gratia idoneos Euangelij præcones, quos cum doctrina probitas commendaret, tota Europa conquirebat. Eius consilij conscius Iacobus Gouza Lusitanus, is, qui Parisijs quondam clarissimis experimentis Ignatij, sociorumque virtutem perspexerat, hos potissimum ad Indicam expeditionem quodammodo factos, exhibendos Regi purauit. Sed prius ipsius Ignatij voluntatem placuit explorare. Scribit igitur ad Ignatium quam vberem animarum mellem Indica Regio à Lusitanis nuper aperta suppeditet. Si ea Prouincia pro suo erga proximos studio, caritateque, ipsi cordi sit, se totius negotij apud Lusitanicæ Regem interpretem fore. Huic rescripsit Ignatius multa ille quidem cum actione gratiarum: ceterum quod peteretur, non id ex sua voluntate, sed ex eo; cui se perpetuo obedientiæ nexu mancipassent, Christi pendente Vicario. Proinde rem totã cum Pontifice ipso transigeret, cuius semper ad nutum intèri paratique essent. Quò Gouza accepto responso, cum per facile id à Pontifice impetratum iri consideret, misso ad Regem literarum Ignatij exemplo cum eius, sociorumque commendatione mirifica, monet non esse è manibus dimittendam occasionem, exorandumque Pontificem ocuis, vt ex Ignatij socijs, potissimum eligat, quos ad se Indicæ expeditionis causa transfuset. Ad Regem iam ante præclara Societatis fama petuenerat. Itaque & sua sponte iam incensus, & Gouzæ autoritate permotus Petro Mascarenicæ suo apud Pontificem Oratori mandat, nulla vt interposita mora cum Pontifice ipso, Ignatioque ea de re per diligentem agat, ex eiusq; socijs minimum sex primo quoq; tempore ad sese destinet. Et quoniam in Lusitaniam reditum adornabat Orator, illud etiam addidit, videret, vt suum ante discessum rem omnino conficeret, nec si ætali comitatu rediret. Legatus cum Regis mandatum Ignatio primum exposuisset, & è sociorum numero sex minimum postulasset, Ignatius in eandem illi sententiam, atque antea Gouzæ respondit, id non in sua esse, sed in Pontificis Maximi potestate, cui iam se totos voti sponsione dedissent: quanquam quod ad numerum pertineret, fieri omnino non posse, vt vno, aut altero plures Regiæ voluntati concederet. Cum ille nihilominus in eadem postulatione perstaret, negaretque vsquam alibi locari operam posse melius, Ignatius quasi futuri prælagus, Atqui, inquit, si etiam exiguo numero sex in vnam Prouinciã auferas, quid quæso ceteris Orbis terrarum partibus relinquemus? Totũ quippe terrarum orbem spe quodammodo deuorarat, nimio studio

84

Cardinalis Guidiccione in re pugnas non Societas Religio.

85

Societati primus in Indiam aditus aperitur.

87

*Destinan-
tur in In-
diam Si-
mon Rode-
ricius, &
Nicolaus
Bobadilla.
Ap. Dom.
1540. So-
cietas 1.*

salutis humanæ. Pontifex ergo Nuntijs Euangelicis Indicæ regioni concessis, quod ad nume-
rum pertinebat, id Ignatij permisit arbitrio. Quod & si moleste admodum primo Legatus tu-
lit, postea tamen cum extorquere maiora non posset, quod dabatur, accepit. In eam prouinciam
non minus periculorum, laborumque, quam laudis, gloriæque secundam Patres duo Simon
Rodericus, quem Lutetiæ Parisiorum in studijs literarum Rex ipse Ioannes aluerat, & Nico-
laus Bobadilla, non sine prudenti reliquorum Patrum deliberatione, nec sine multis, ut rei ma-
gnitudo postulabat, precationibus designantur.

88

*Pro Boba-
dilla agro-
tante. &
Franciscus Xa-
uerius
mittitur.*

Anno igitur quadragesimo ineunte Romam è Neapolitano regno Bobadilla, Simon ex He-
truria reuocatur. Atque hic quidem studio propagandæ Christianæ fidei inter infideles, ac bar-
baros iam pridem flagrantissimus, relicto Senis cum Strada Paschasio, simul atque Vibem atti-
git, tamen quartana erat implicitus, de tam optata professione sollicitus, ne discessum quidem
Malcarenæ legati, qui moram leuando morbo, dabat, expectandum putauit: veritus, opinor,
ne tam gloriosæ prouinciæ palmam casus sibi aliquis, si cunctaretur, eriperet. Ergo nauigij op-
portunitatem nactus ad portum in Hetruria Pontificiū (Ciuitatem veterem vulgus, latine quidam
Centum cellas appellant) confestim exit, cum socio Paulo Camerte: & sese mari in Lusita-
niam, inuitante verni temporis tranquillitate committit. Bobadilla vero etsi paratissimo ille qui-
dem erat animo ad tantum iter, tamen adeo confectus laboribus, & affecta valetudine è Nea-
politano regno redierat (graui etenim febriade laborabat) ut cū Legati iam marurata profectio
moræ nihil haberet, suæ missionis vicarium, feliciorē Indorum sorte, quam sua Franciscū Xaue-
rium habuerit. Franciscus autē Indicæ ab Ignatio prouinciam oblatā haud facile dictū est, quan-
ta & animi alacritate, & oris hilaritate susceperit: ut merito si tantorum originem fructuū, quā-
tos India deinde protulit, inuestiges, nullam sane aliam reperias præter eius singulare, minime-
que reluctans obsequium, id præsertim tēporis, cum per Apostolicam Sedem nulla adhuc Igna-
tio potestas in socios, nullum imperij legitimi ius datum erat. Ergo vix tantulo accepto spatio,
quantum consalutandis amicis, sarcindæq; attritæ tunicæ satis esset, postero die dato prius o-
sculo Sanctissimi Pastoris pedi, regio cum Legato discedit. A Pontifice vero pluribus est ad eam
expeditionem verbis, velut Indicæ futurus Apostolus animatus, monitisq; per opportunis instru-
ctus, deinde ampla cum benedictione dimissus, breui atrum illum Aethiopem, non quidē per
quietem (sæpe. n. sibi visus erat per quietem magno cum labore eiusmodi hominem gestare) sed

89

*Ratio eius
stinari in
Lusitaniâ.*

re ipsa vigilans suis humeris subuecturus: homo ad illius Orbis salutem, de quo tam crebros, &
tam iucundo solitus erat vsurpare sermones, præcipuo quodam nomine procreatus. Nihil ex
precandi, commentandique spatia non omitteret: cunctis officiosè demerendis insisteret, vñ-
quemque comiter affatetur: minimis, vilissimisque in victu, cultuque contentus esset: lassos, &
imbecilles omni obsequio refoueret: postremus cubitum iret, primus surgeret: famulique dum
quiescerent, ipse iumentis operam daret: nec eos modo, qui erant in comitatu Legati meliores
quotidie redderet, monendo, iuuando, docendo, verum etiam eadem in diuersorij, ac caupo-
nis captata occasione caritatis, virtutisque vestigia impressa relinqueret. Laureto iter institutum
est ad sanctam Deiparæ salutandâ Cellam, in qua ipso Palmarum die xij. Kalend. Aprilis sacris
Franciscus operans Legato, eiusque comitibus diuinâ Eucharistiam impertijt: nouumque con-
cepit ardorem cum promulgandi Indiarum gentibus Euangelij, tum dura omnia tolerandi. Bo-
noniam inde peruectus Cardinalem Bonifacium Ferrerium, ad quæ acceperat ab Ignatio quo-
que mandata, conuenit: tantaque modestia flexis in medio sermone genibus, dum ei Societa-
tem commendaret, affatus est, ut honus senex ea plurimum delectatus, irruens in colium Xaue-
rij, nullum faceret finem hominis dulcissime amplexandi. Sed ipse Bononia discessus celebrem
illum Apostoli Pauli ab Ephesinis digressum specie quadam representauit. Cum enim ad suum
Franciscus verus sanctæ Lucæ diuertisset hospitium, diditit rumore inter caros eius in spiritu
filios properare Patrem ad Indos, & discedere nunquam rediturum, conuenere ante lucem fre-
quentes in templum: interfuere sacrificanti, eodem porrigente diuinas epulas regustarunt: tum
denique haud sine multo fletu, & gemitu abstracti sunt.

Profe-

Prosequitur iter, antequam Italia excederent, mira res accidit, quæ plurimum Xaue-
 rioritatem, & effectum earum rerum, quas in comitibus optabat, momenti attulit. Erat in comi-
 tatu Legati honestus Vir equitandi Magister, qui paulo antequam Roma abiret, acres impulsus
 animo lenferat, vt remisso humanis rebus nuncio in Cœnobium abderet sese. Verum nihil ex-
 pedierat. Hunc, vbi ad fluuium è Cisalpinis (quantum è Beati Xauerij epistola vnde hæc hausi-
 mus, constat, nomen enim taceretur) ventum est, cupido incessit vadi tentandi: nec omnium de-
 terreni comitum vocibus potuit, quominus temerariam leuissimæ cupiditatis libidinem seque-
 retur: forte vt animi sui excellitatem, & regendi artem equi ostentaret. Tanto procliuus vel
 suos, vel Diaboli ad perniciem, quam diuinos ad salutem impetus cæci mortales sequuntur. Ce-
 terum vix amnem intrarat, cum superante vim equi, artemque equitatis agmine aquarum cœpit
 vterque rapi in præceps. Tollunt voces Mascarenia, ceterisque comitatus: tum cuncti, Xaue-
 rius in primis ad diuinam implorandam opem vertuntur. Nec fuere irritæ preces: cum amplius
 stadia eques abreptus esset, sublimis semper in aqua tanquam manu comitum precibus su-
 stentatus, ad ripam haud dubio miraculo appulsus est. Xauerius quidem Mascarenia, qui non
 sine lacrymis orauit, Mascarenia autem, & ceteri Xauerio acceptam hominis vitam tulere. Qui
 vt emerit attonitus, & stupens nec caudebat, nec poterat vocem mittere. Mansitque in eo tan-
 quam ab inferis exitisset, horror quidam, pauorque terrificus. Interroganti Xauerio quid ani-
 mi haberet dum salute desperata raptabatur à profuente, recurrisse statim Cœnobium dixit, in
 quo multo mallet esse: Et angore inde percussum acerbissimo, quod tamdiu vixisset sine cura
 præparandæ mortis diuinis surdus instinctibus. Palam vero ad comites de pœnis infernis, & yi-
 ta futura sic agebat, tanquam plane esset expertus, multum iterans non esse differenda recta cõ-
 silia. Huius iraque vocem haud paulum Xauerij iuuabant industriam, qui & in alijs periculis præ-
 sto fuit comitibus: omnesque ita excoluit, vt omnis ille cætus, ipsemet testimonio Religiosa
 videret ur familia. Sæpissime iterabant sacramenta Pœnitentiæ: & quoniam in diuersorij sære
 oportuit veritas deerat, interdum ex equo de lapsus Pater in aliquo diuerticulo hos modo, modo il-
 los audiebat. Ex hac pietate idem factum existimat, vt, cum tres amplius menses magnas inter
 difficultates via tenuerit, nullus omnino è numero admodum comitatu non sanus, saluusq;
 Oulipponem attigerit. Superatis Alpibus, ac Pyrenæo saltu, vt in Pompeiopõlis fines ventum est,
 vnde ad suos facile posset excurrere, non acquieuit carni, & sanguini, nec ad patria incunabula
 reuiscenda, vel modico diuerticulo de cursu deflexit. Quibus rebus ita in sui admirationem Le-
 gatum rapuit virum sagacem, atque ad explorandos sensus noui comitis perattentum; vt is præ-
 missio exitinere tabellario de eius laudibus ad Ioannem multa perscripserit, quibus eum videre
 quamprimum, atq; ornare Regis animus prægestiret. Paschasius interim Senis & suas, & Simo-
 nis obibat partes: nec tamen paratæ messi parerat. Itaq; auxilium ei, Ciuitatique ab Ignatio
 Archiepiscopus Franciscus Bandinius petit his literis. Ea est Paschasij vestri, at potius nostri vitæ
 integritas, & morum firmitas, vt omnibus gratus, iucundusq; sit, mihi vero gratissimus: & in eo
 munere, quo hic fungitur, est adeo vehemens, vt summa eius cum laude oculos omnium in se
 conuerterit. Nam verbis hortatur, exemplis iuuat, humilitate allicit, caritate ad bene, beate que
 viuendum inflammat. Verum quia, vt ait Dominus, messis quidem multa est, operarij autem pau-
 ei, optatem summopere, vt eum vos quem admodum par est, adiuuaretis: quod facile conseque-
 mini si duos, aut saltem vnam ex socijs vestris huc miseritis. Quapropter vos etiam atque etiam
 rogo, vt huic honesto meo desiderio morem geratis. Hoc si feceritis, profecto cognoscetis vos
 huius Ciuitatis salutem, Dei que honori consuluisse. Quod vos summopere cupere certo scio. Re-
 liquum est, vt sciatis me vobis quibuscumque rebus potero nunquam defuturum. Valete. Se-
 nis xvij. Kal. Septembris 1540. Ceterum iustissimis Archiepiscopi postulatis per sociorum an-
 gustias mos geri non potuit: tam multi multas in partes accersebantur. Nam Bobadilla Nea-
 politanum in regnum Bisitanum remissus erat, per idemque tempus alij alio, præcipue Bal-
 neoregium, Brixiam, Parisios, & in Hispaniam missi. Balneoregium bidui ab Vrbe abest, Oppi-
 dum in Hetruria, sancti Bonauenturæ natalibus in primis nobile. Huc grauis discordiæ causa
 inter Clerum, populumque sedandæ, destinatus est laius: cuius primus aduentus, quanquam

90
 Periondu
 ingens u-
 nius co-
 mitum.

91

92
 Francisij
 Bandinij
 Archiepi-
 scopi Sen-
 sis de Pa-
 schasij vir-
 tute. &
 pia imbu-
 stris testi-
 monium.

Varia
 missiones.
 93
 Claudio
 laius Bal-
 neoregium
 missus.

autri

neutri partì, vt fere accidit, gratus admodum fuit, tamen is postea aduocata concione, suiq; aduentus ratione reddita, omnium animos sibi adiunxit. Hinc præter opinionem, cum ad audiendum verbum Dei, tum ad enuntianda vitæ peccata concursus hominum auctus, vt ne nocturna quidem defatigato Patri quies reliqua esset: a pertisq; non dum foribus summo mane nonnulli vnde cumque vel per fenestras hospitij, occupaturi aures irrumperent. Controuersia portro illæ, quæ sine magna internecione diiudicari vix poterant, summa omnium gratulatione sublatae sunt: Et quo firmiora pacis fœdera sancirentur, & certiora reconciliatæ gratiæ præberentur iudicia, mutuos inter amplexus, venia vicissim postulata dataq; celebrata est cõmunicatio Corporis Christi, & quidem ab ijs, qui complures annos odijs peracerbis impliciti ad sacrosanctum

94
*Deinde idè
Iaius Bri-
xiam.*

*Strada eo-
dem pra-
cesserat.*

95
*Angelus
Parauisus
Tyro So-
cietatis.*

illud pacis solum non accesserant. Deinde multitudini Christiana lege tradita, cum iam secunda cecidissent omnia, Brixiam Iaius ad Cœnomannos egreditur: vt quæ inimicos homines superfeminasse zizania Romam vsque nunciatum erat, pro viribus extirparet: quam in rem non exiguo animorum compendio, totum fere annum insumpsit. Eodem dudum ex Politiano Monte Strada præcurrerat, suisq; concionibus, quas frequentissima, & cupidissima in multitudine semper habuit, ingentes fecerat animorum motus; ac præter ceteram frugem, centum & eo amplius in ea Vrbe adulescentes ad Dei cultum, & seruitutem allexerat. Inter aditos ad Societatem Tyrones erat Angelus Paradisus, cum quo vltimum salutato propropinquo in Oppidum Gadium decem à Brixia passuum millibus à Fabro etiam num Parmæ agente missus est Strada. Is continuo publice in suggestum progressus incolarum animosita permouit, vt qui Dei præcones irridere per iocum, & effusam antea lasciuia consueuerant, ij postea Strada audito, risus in lacrymas verterent, nec temperare singultibus possent. Cumque primarij quidam eius oppidicines odijs inter se capitalibus dissiderent, vniuisq; patrata cædes ad multorum spectaret exitiũ, Stradæ concionibus perfectum est, vt irarum restinctis ardoribus nõ sine mutuis lacrymis, gaudioque gratiarum reconciliatio fieret. Ex ijs mox Stradam conuenere duodecim, eoque vli sequente, atq; interprete, pacem rite sanxerunt, mira populi admiratione, plausuque, sic, vt statim edito ad conuentum signo, ex Consilij publici decreto Consules, & ceteri Magistratus auctori pacis Francisco gratulabundi prodierint. Accessit & Parisina Sociorum profectio, hoc potissimum instituta consilio: quod cum ad Ignatium adulescentes non pauci eiusdem vitæ cupidi se adiunxissent, præclaræ illi quidem indolis, ac spei, ceterum literis non satis expoliti, visum est Ignatio Lutetiam omnes studiorum gratia destinare, vt idoneis ex culti doctrinis maiore postea in animarum causa, & autoritate verarentur, & fructu. Præficitur ijs Iacobus Egnia Stephani frater, quem Ignatio adhæsisse Venetijs, vna cum fratre, & in Cantabriam concessisse iam diximus. Ergo appetente vere ex Vrbe digressi Lutetiæ in Collegio, quod Longobardorum vocat, recipiuntur. Hic dum laico ornatu, cultuque (neque enim per leges aliter licuisset) literarum disciplinæ dant operam, vitam vt poterant, sustentabant. Nec tamen alienæ salutis studium intermittebant: sed modo hos, modo illos ad vsurpanda diuina mysteria, id quod apud Carthufianos singulis faciebant hebdomadis, incitabant: aliosque ad perfectam vitam, Sanctorumque persequenda vestigia cohortabantur: Iacobus autem, dum vnus omnium maxime pro animis excubat, & Academicorum præcipuam rationem habet, decimum fere post mensem in eius locum Hieronymo Domeneco suffecto, qui hoc nomine Parma fuerat euocatus, sub anni cõsequentis initium reuertitur in Italiam: & vt commodus in vrbano ocio præ excellenti simplicitate, & caritate operatius retinetur in Vrbe.

96
*Primi de
Societate
studiorum
causa missi
Parisios:
quod pri-
mum fuit
vndimentũ
Collegio-
rum.*

97
*Iacobus
Egnia pri-
mus quasi
Rector Col-
legiorum,
præficitur
socus Pari-
sionibus.*

98
*Succedit
illi Hiero-
nymus Do-
menecus.*

99
*Prima in
Hispaniã
missio, An-
tonij A-
raozij.*

Hispanicæ Missionis occasio domestica Araozij, & quædam Societatis fuere negotia. Hic natione Cantaber, quem superiore anno inter socios adscriptum memorauimus, cum gemina tempestate iactatus Barcinonem appulisset, perhumaniter à veteribus Ignatij amicis excipitur. Commodum in ea Ciuitate percrebuerat, comprobata à Petri Sede cum Ignatij vita, doctrinaque Societatem, tametsi non dum plane confecta, & transacta res erat: quo rumore perlato plurima Araozio congratulatio ab hominum repentino concursu facta est. Qui cum Ignatium ipsum, cuius de sanctitate præclaram opinionem conseruabant, aspicere, atque audire per locorum interualla non possent, ad eius

ad eius se discipulum, sociumque conuertunt: eumque ex edito loco verba facere pene cogunt. Ille vero, ut vidit de fugiendi muneris locum non esse, homo tum rudis in dicendo, nec dum sacris initiatus, agere ad populum tam ardentem instituit, ut exquisitos dicendi Magistros, & peritios concionatores facile superaret. Itaque ex auditoribus pro se quisque ad omnia se exhibere paratum, & ad instituendam Societatis domum de suis etiam proferre copijs. Ille vero quoniam illic hærere per negotia non licuit, ingenti ciuium desiderio in Castellam se recepit. Valisoletique, Burgis, atque ad Infantes, ut appellant, Caroli Quinti Imperatoris filias pari cum fructu de Deo verba fecit, & Turcas aliquas traduxit ad Christum. Ad extremum Cantabriam attingit: cuius cum in alijs compluribus locis, tum Quiquzetæ lætissimam messem diuini verbi prædicatione collegit. Vergaræ item cum totius Prouinciæ conuentus celebraretur, Synodi rogatu conciones nonnullas habuit: eademque dicendi copia in publica vitiorum probra, & prauos mores inuectus est. Inde cum Aspeithiam contendisset, tam multi vndique ad eum audientium finitimis ex oppidis conuolantur, ut quatuor amplius auditorum millia numerata sint; translatoque ex ædis angustijs in patentem campum suggestu, ædificiorum in super, arborumque cacumina audis auditoribus complerentur. Qua collecta cursum, & velut ex itinere frugum messe, confectisque suis domi negotijs proximo anno ad Urbem redijt.

Sed ut ad Rodericum, & Xauerium in Lusitaniam illum nauigio, hunc terrestri gradientes itinere, reuertamur, Simon paucis diebus Olisipponem prospera nauigatione delatus, illico vnum, per quem ad Regem deduceretur, ab eo missum, obuium habuit. Sed gratijs per eundem internuncium regis benignitati actis, dum ex nauisca maritima, & quartana febri releuaretur, Alcazerem (Salatias olim vocabant) in Mascarenæ legati custodia oppidum secessit. Ceterum vix octo, decemve intercesserant dies, cum Rex Olisipponem dicens omnia curationi opportiora fore, præ ardenti studio videndi alloquendique hominis ad sese iubet deduci: exceptumque summa benignitate, & multa cupide sciscitatus, simul imperat rebus omnibus liberaliter haberi. Ille vero Deo votæ paupertatis memor, summe ab Rege contendit sibi ut liceret more, institutæque Societatis victum passim, & ostiatim emendicare: id se cunctis regis anteferre delictijs. Quo tandem ægre, multisque precibus impetrato, ad publicum Regis Valetudinarium (cui à Sanctis omnibus nomen est) opus sane regium, & toto terrarum Orbe percelebre cum quartana diuertit: nec vitium languore deterritus, stipem cœpit ex instituto quærere, ira lætus, quod inter notos, ciuesque suos liceret id documentum Christianæ humilitatis edere, ut vel id vnum satis amplum tam longi itineris pretium duceret. Nihilo interim segnus modo peccatorum confessionibus audiendis, modo viritatis meditationibus suggerendis, peculiarem quandã animarum curam gerebat. Trimestri dein interuallo subsecutus est Xauerij aduentus cū Mascarenia legato faustus omnino laboranti Simoni: cuius quartana febris quo die expectabatur, ut in Xauerij diem incidit, quasi quempiam supra hominem reuerens, non accessit, salutantis videlicet voce, & caro amplexu discussa. Triduo elapso vterque in regiam euocatur: ac Regi, Regis que summo studio quærentibus, summè auscultantibus prima Societatis initia, & progressiones, instituta, consilium, ac scopum, & excitata in socios odia, atque procellas enarrant. Nil hac Regibus commemoratione iucundius, constantiam præcipue commendantibus, qua effectum erat, ut oblata Romæ falsa criminatio iusto iudicij sine dilueretur. Post multa benigne communicata de liberis suis Rex, quos susceperat, qui obiissent, qui superessent adiecit: Ioannemque Principem, & Mariam aduocat, qui Patres viderent, ac venerarentur. Tum ita subiicit: Summa profecto Christianæ rei in teneræ ætatis conformatione sita est. Idcirco datur à nobis opera, ut qui in nostra Aula sunt Adolescentuli è prima Regni nobilitate religiose, pieque educantur: quos & iustissimus octauo quoque die de peccatis confiteri. Si enim à pueris Dei notitia, & obsequio imbuantur, ætate grandiores autoritate multam valebunt: cumque ipsi fuerint, quos esse par est, inferiores ad eorum exempla sese fingent: ita populares toto regno, Deo iuuante, corrigentur. Certum enim habemus, vbi Nobilitas emendatis præbit moribus, maximam Regni partem emendam fore. Proinde hosce vobis adolescentes, quando ante verinsequentis anni nauigationis Indicæ opportunitas nulla erit, perstudiose commendo, tradoque, quorum animos,

mos & mores Christiane formetis. Hic Patres haud minore studio piam illam procurationem, quam Rex obrulerat, acceperunt, nec minore utilitate gesserunt. Centum fere numero erant adolescentes, lætissima spes Lusitanici Regni, & Religionis. His sexta quaque feria Franciscus, & Simon aures confitentibus dabant, & aliis præsto erant officii: aliosque præterea complures matura iam ætate viros Principes, Dynastasque cum sacrae Pœnitentiæ mysterio, tum piarum commentationum vsu ad ordiendam nouam vitam induxerunt. Henrici quoque, qui Regis frater, mox Cardinalis, ac longo post tempore Sebastiani excessu Rex fuit, summum Inquisitoris rogatu quotidie sacri illius Magistratus carcerem reuisebant, ut rei, qui in eo tenebantur, audito verbo Dei sua quoque crimina recognoscerent, & iusto dolore punirent. Dum in his muneribus Patrum cogitationes euigilant, non defuerunt, qui rebus fluxis repente despectis, quorum incitabantur stimulis, eorum vitæ genus, & cursum peterent: ut loci sex breui numerarentur.

104

Primus in Lusitania Societatis sequitur Consaluum Mederium.

Primus ad eos dicitur accessisse Consaluum Mederius naturalium rerum, ac diuinarum bene peritus, iam pridem loci inter studia notus Parisiis. Quo tempore simplici, atque populari similitudine de Concionatore audita, sicut altitia in regiam mentem non inferuntur nisi mactata, nudata plumis, & assata, ita oportere homines, qui placere Deo velint, corpora sua, & cupiditates mortificatione perimere, atque excoquere, induto cilicio totum se ad austeram conuertit. Verum enim uero ut palæstram virtutis intransibus continuo aduersarius paratus est, ita exæstare libidinis cœpit flammis, ut ex oppugnatione pertinaci, & ipsis quodammodo remediis inualecente, prope desperans, vehementer salutem suam diffideret, cum mœstissimo Angelus luce palam apparuit: videlicet late semel, atque iterum hæc verba, Confide, tu saluus eris, ingeminavit. Igitur ubi Olisippone Xauerium, ac Simonem conspexit, angelica se pollicitatione facile potiturum existimans, eorum si vestigiis insisteret, ad Societatem accessit: in eaque ita perseverauit, ut satis certam faceret angelicam vocem. Principio autem Patres sui moris retinentissimi victu non utebantur nisi precario. Sed ea res cum plus auferret temporis, quam utilitatis afferret, victum, quem Rex ultro præbebat, tenuendum in posterum non putarunt, ita tamen, ut nec ex Valetudinario, quo se, recusato Regis tecto, receperant, pedem efferrent, & instituti retinendi causa semel, atque iterum in hebdomada stipem poscerent ostiatim, quam tamen ipsam ad Valetudinarium deferrent vniuersam. Dum autem in Lusitania non inutiliter, nec per ignauitatem

105

Ægre ferunt res inanis professionis pro amore Crucis: dicente Xauerio, sine aduersis non esse fideliter Christo militare.

tempus exigunt, eisque ingenti populi plausu ad voluntatem fluunt omnia, vnum illud crucis amatores angebat, quod insectationibus nullis exercerentur, quibus si diu careret, dicebat Xauerius videri sibi nequaquam fideliter militare: quanquam nauigationis Indicæ diem ardentissimis appetentes votis, ea se interim spe solabantur, ac sustentabant, fore aliquando, ut quod hic frustra quærent, id in illis partibus copiosissime reperirent. At Rex, Curiaque proceres præsentibus industriæ frugibus valde læti, maiorumque in posterum spe concepta de retinendis in Lusitania Patribus agitare, & alios eius generis potius suis ciuibus quæreret, quam Indiæ causa de manibus, quos habebant, amittere. Mirifice quippe erga nouum hunc ordinem Rex affici videbatur: collegiorumque in instituenda iuuentute consilium probabat maximè: idemque ingens aliquod eiusmodi collegium recipiendis Societatis alumni, quod Euangelicorum non in Lusitania modo, verum etiam in India tota seminarium foret, moliebatur, dilerte Petro Mascarenia professus, se quidem vniuersos de Societate in suo regno quacumque impensâ libenter habiturum. Quæ quo propensius fierent, ad literas Apostolicas, quibus Societas confirmaretur primo quoque tempore conficiendas, non suam modo, verum etiam Imperatoris, Regisque Galliarum operam, studiumque detulit. Sed videlicet, qui cœpti fuerat autor Deus, idem perfecti gloriam sibi vni reseruabat. Quod priusquam docco, pauca de nostrorum in Germaniam profectioe perstringam.

106

Regis Lusitanici Ioannis III. in Societatis studium.

Reuocatus à Cæsare Ortizius à Pontifice impetrauit, ut secum in Hispaniam Fabrum perduceret. Verum quoniam Catholicos inter, ac Protestantes quoddam Vormatiæ indictum colloquium erat, tametsi nullus seu Cæsaris, seu Regis Romanorum, aut etiam Pontificis nomine interesset, placuit tamen Pontifici, ut illuc ex itinere cum Fabro Ortizius excurreret, priuatis saltem consiliis rem Catholicorum publicam adiuturus. Versabatur Patrum cum Faber ingenti

107

Faber in Germania inde in Hispaniam iterum mittitur.

Reuocatus à Cæsare Ortizius à Pontifice impetrauit, ut secum in Hispaniam Fabrum perduceret. Verum quoniam Catholicos inter, ac Protestantes quoddam Vormatiæ indictum colloquium erat, tametsi nullus seu Cæsaris, seu Regis Romanorum, aut etiam Pontificis nomine interesset, placuit tamen Pontifici, ut illuc ex itinere cum Fabro Ortizius excurreret, priuatis saltem consiliis rem Catholicorum publicam adiuturus. Versabatur Patrum cum Faber ingenti

genti cum suorum fructu laborum, cuius Ciues discessum ægre omnes cum ferrent, præcipue dolebant, qui interius sub eius, & Lainii disciplina studia pietatis inierant, ex quibus nobilis coaluit Sodalitas. His ille multum rogatus, hæc discessurus monita reliquit.

Nolo vos in hoc errore versari, vt putetis alio egere vos cibo ad augendam pietatem, atque eo, quo vsi estis adhuc ad nutriendam. Nec sane mens sit alia, ac doctrina Philosophi, qui cum de corporum disputat alimentis, docet ea, quæ sunt alendis apta corporibus, valere etiam ad augenda. Ita cum ad alendam fouendamq; pietatem vsu iam vestro senseritis plurimum huc vsque valuisse pia ista munera, quæ tractatis, prorsus statuatis oportet eadem posthac vobis necessaria fore ad augendam, præsertim cœlesti gustando, & frequentando pane: quod est præcipuū animi pabulum, & quo Angeli, Beatiq; omnes continenter aluntur, magis vtiq; animorum vitæ, quam noster hic corporū, quæ quotidie frangimus, necessario. Quod ipsum de aliis pietatis studiis, ac muneribus sentiendum est, quale est quotidianæ suæ vitæ rationē ab se repetere, peccata confessione diluere, res diuinas, ac salutares assidua cogitatione versare, deniq; misericordiæ officii constantè insistere: quarū rerum vsu, atq; exercitatione, si quid est à vobis, aut in animi vestri notitia, aut in Dei, & hominū caritate profectū, persuasissimum vobis esse debet, oportere in iisdē vos officiis, muneribusq; quo magis in Christo crescatis, studiis adhuc ardentioribus contineri. Ratio porro quotidianæ vitæ vestræ talis esse poterit. Singulis noctibus priusquam quieti, soporiq; vos dedatis, nixi genibus quatuor illa cuiusq; nouissima reoletis, supremum vitæ diē, supremumq; iudiciū, Inferorum supplicia, & Paradisi gaudia. Quibus in singulis contemplandis considerandisq; tam diu hærete vos volo, dum Dominica ter recitetur oratio, ter Angelica saluatio. Postea succedet obseruatio pectoris vestri, & totius recognitio diei, in qua post actas diuinæ liberalitatis de beneficiis meritas gratias, peccata vestra cum gemitu retractabitis, & ea statuetis cetero Sacerdoti, destinatoq; tempore confiteri. Id autē genus est quoddā spiritualis Confessionis, qua quis suis noxis animaduersis, earū sese infimulat ante Deum, iusto dolore, & constantissima voluntate suscepta eas ad præstitutam diē Sacerdotibus enunciandi. Ad extremum rogandus vobis est Deus, vt & vobis ipsis, & viuus omnibus noctem quietam, atque tranquillam, mortuis verò, qui suas apud Inferos maculas purgant, solatii aliquid, & indulgentiæ largiatur: in eamque rem ter Dominicam precem, ter Angelicam recitabitis. Eisdem & genere, & numero iterabitis postridie mane, vt & vos, ceterosq; viuos ab omni labe integros ea luce conferuet, & mortuis refrigerationis aliquid tribuat ab ardoribus piacularis ignis. Si fuerit otium, licebit insuper aliquid ex vita Christi, vel eius ante signum in cruce traiecti, vel Missarum inter solemnia tacitis mentibus retractare, cuius ad exemplar identidem respectantes vitam vestram, moreque singatis. Vbi Sacerdos Christi corpus rite confecerit, aut excitatum ab Ara sublime populo præmonstrarit, tum vos vestris malis, moribusque remedia, & quæ optatis dona petetis à Deo, vt robur animi, & cognitionem vestri pectoris, vt mutuam fraternamq; concordiam, quodque in summis numerandum est donis, famem, sitimque iustitiæ. Rogabitis etiam ipsum Christi corpus, vt spiritali quadam communionem sui, haud abnuat relictum animæ vestræ succedere, quo communionis genere incitabitur in vobis auiditas quadam tanti mysterii, oblectantibus inserim vos, & proxime suscepti memoriæ, & spe denuo suscipiendi. Hæc communionis quotidianæ ratio erit veluti quædā animi præparatio longe efficax ad ipsum Sacramentū corporis Domini, quemadmodum, & ad sacramentum Pœnitentiæ spiritualis illa, quam dixi confessio. Proinde venit in mentem optare, vt Christianus quisq; multo ante præcipiat animo diem illū, quo & pectus suum expiare confessione decreuerit, & Christi Domini inire conuiuuiū. Ita vt quotidie mane simul ac de cubili surrexerit, ita se moneat, & alloquatur. Tali die Sacerdotis ad pedes, tali accedes ad Christi mensam: idq; etiā si forte longius ille dies absit. Videte igitur singulis vt diebus memoriā vobis excitetis, ac reficetis huius sacramenti, & suscipiendi pariter, & suscepti: suscepti ad dimidiatum saltē spatium præstituti temporis, suscipiendi vero toto reliquo intervallo dierum, vt hac ratione planissimum fiat, vereri vos, & hærete verenda illa, & sacrosancta mysteria. leuis enim periculum sit, ne vel ægre concoquatis, quod ore percipitis, vel non satis auide suscipiatis. Nolite vobis ipsi deesse, quominus octauo saltē quoque die

108

Relig. à
Fabro mo-
nita Pœ-
nitentiæ so-
dalis.

109

hæc sacramenta tractetis, ac renouetis. Cetera vero pietatis officia, qualis est precatio, qualis pia contemplationis exercitatio, & id genus alia, videte, vt fines illos, seu singulos, seu vniuersos propositos habeant. Primum Dei, & eius Sanctorum gloriam, deinde animi vestri bonum, tum ceterorum commodum animorum. sic enim per ea, quæ dixi munera, quotidiana vobis fiet virtutis accessio, vt humilitatis, vt patientiæ, vt prudentiæ, & aliarum huiusmodi rerum, atque virtutum, quibus paratioris in dies accedatis ad recte agendum. Accedet etiam Dei notitia maior, & maior amor; cumulabitur in proximos caritas: & tunc denique salutis iter tenebitur, dum veluti per gradus via spiritus sic instituitur. Quod autem ad huius & temporis, & corporis vitam pertinet, oportebit ita vos vestra moderari consilia, sensusque omnes, vt omnis labor corporis, ac contentio Dei laudem spectet, salutem animi vestri, eorumque animorum, qui in ijs sunt inclusi corporibus, quibus vos laborem vestrum, operamque nauatis. Studeate igitur, vt primum Deus vos ad laborem, seu etiam ad quietem impellat, deinde salus animæ vestræ, tum animæ proximorum, & iniceps vestri corporis incolumitas, postea incolumitas alieni: denique res familiaris, quæque ad vsus corporis, vitæque necessarios pertinere videantur, ne qua sit ordinis perturbatio, ne qua confusio. Nihil autem in his, quæ commemoravi præposterum, perturbatumque erit, si res familiaris sit famula corporis, corpus animi, animus Dei: quæstusque vestri ad necessitatem corporum; corporum autem incolumitas ad animorum salutem, horum vero studia ad æternæ legis regulam dirigantur. Ita ab hoc vltimo inchoandum primum, & hic ordo seruandus officiorum, vt prima animis, cetera ceteris deinceps rebus pro animorum bono, commodoque debeantur. Nec enim imitandi sunt ij, qui à re familiari, & suo corpore inchoandum putant, vt cum hæc bene constituerint, tum demum se facilius rem constituturos animorum arbitrentur, eademque ratione, quod ad proximos spectat, eorum prius animis, quoad eius fieri poterit, quam vestris corporibus provideat; vt si in potestate sit vestra vno, eodemque præsidio, & vos à morte corporis, & illos à morte animæ vindicare, malitis vti que multis partibus huic periclitanti, quam illi ruenti, & iam cadenti succurrere. Si hic à vobis rerum ordo seruetur, facile existet ea, quam quæritis in instituto constantia. Hæc Faber. Sane ea Sodalitas etiam num viget, & sexagesimum iam annum, & eo amplius Fabri præceptis sese alit, atque sustentat. Ac progrediente die tantum roboris est adepta, vt eorum quoque patrociniū suscepit, quos & à medicando deterret pudor, & quos incitiam, ignoratioque diuinæ legis tenet, & quos Carnifici, patibuloque leges addixerint: eademque semper fuerit, quasi quædam procreatrix, ac parens plurimæ, variæque in ea Vrbe pietatis, plurimæque; item sobolis, quæ ex communi, vulgarique vita ad Cœnobiticam, Religiosamque se transfert. His igitur prudentibus monitis quasi vicarijs sui Parmæ relicto Faber Ortizium sequutus, primus Germaniam de Societate ingressus Vormatiam subdiem octauum ante Kal. Nouembris attigit. Vbi quanquam ei cum hæreticis agendi potestas facta pro voluntate non est, nec propter factionis Lutheranæ perfidiam dignum aliquid agi potuit, nullo tamen loco gregi Catholico defuit. Multi perillustres Viri, atque adeo Ioannes Moronus tum Mutinensis Episcopus, mox Cardinalis ad expiandas rite noxaseo potissimum vsi sunt. Compluresque alij cum exercitiorum spiritualium, tum concionis sacræ præsidio adeo animo commutati, vt sicut ipse primus vineam illam colere de Societate cœpit, ita ei primos in Germaniam aditus videatur ipsa debuisse Societas. Hæc foris in rem Christianam Ignatij filij; domi autem nihilo minora in rem Societatis Ignatius ipse, qui quidem in conficiendo Confirmationis negotio, felicemque ad exitum contra vim, autoritatemque multorum principum perducendo, annum integrum defudauit. Dederat Pontifex Max. vt supra demonstratum est, Societatis explorandæ negotium tribus Cardinalibus; & Guidiccione potissimum, qui primo quidem adeo non amice supplices Patres accepit, vt ne conscriptam quidem Institutorem formam adduci posset, vt legeret; sed quæ tamdiu aduersus Religionum multitudinem cõmentus fuerat, ea vno tempore vniuersa contra nascentem Societatem videretur effundere: Collegasque in eandem sententiã sua autoritate perduxerat. Sed qui semel spes suas in Domino collocarant, nequaquam animo debilitati sunt. Instant, atque vrgent magis; literæque à Viris principibus, & Ciuitatibus afferuntur ad Pontificem, & Cardinales ea de re grauissimæ: sed Satana obnitente pro viribus;

111
*Lanus sodalitatatis
 Parmensis à Fabri instituta.*

112
Primus de Societate Germaniã adit Faber.

113
Confirmatio apostolica auctoritate Societatis præfixo numero sexaginta Professorum.

bus, frustra omnia. Cuius intellecta fraude B. Pater Ignatius, Deum sibi putauit continenti supplicatione, ac ieiunio, ceterisque corporis afflictationibus mitigandum: Vouitque insuper Maieitati Diuinæ, si rei prosperum tribuisset euentum, Hostias ad tria millia. Exorata Numinis Maiestatem declarauit voluntatum repentina mutatio. Nam eum ad eosdem Cardinales, qui & causa præerant, & à nouis Religionibus abhorrebant, Deo serus reuertisset Ignatius, eisque per modeste postulari sui rationem exposuisset, illi denuo re diligenter inspecta, ac pertractata repente præter consuetudinem ad id, quod tam constanter repulerant, toto nutu voluntatis impelli, inclinarique se sentiunt. Ergo rationum ponderibus, ac momentis, quæ contra Religionum multitudinem pugnare videbantur, nouo cedentes instinctu, censuerunt denique Societatem in earum numerum reponendam; ita tamen, vt dum dies aperiret, quid maxime præstaret Ecclesiæ, Professos non excederet sexaginta: vt iam tum Dei voce præmoneri videretur Ignatius, ne magnam in Societatem Professorum turbam, si ei consultum vellet, admitteret. Fidem huius interioris impulsus fecit ipsa Guidiccioni Cardinalis oratio, qui Religionum quidem multitudini suffragari se negabat posse, huic tamen refragari amplius, superiore quadam, occultaque vi nec audere omnino, nec posse. Ita qui diu Societatis ortui fuerat obluatus, tanta repente voluntatis inclinatione fauere cum collegis Iudicibus cœpit, vt apud Pontificem Max. eius deinde causam nemo vnquam ardentius egisse dicatur. Ea re Pontifex non mediocriter delectatus, simulque tam ancipitis deliberationis admiratus exitum, prolixo animo, & Societate ipsam Religionem, & Societati inditum nomen quinto Kal. Octobris anno quingentesimo quadragesimo supra millesimum publicis literis declarauit, cõfirmavitque, Professorum dumtaxat numero ad sexaginta, vt Cardinales censuerant, coarctato. Quam in re Dei gubernantis consilium, ac præclarissimam prouidentiam suspici licet, qui tam seueris cum Societate legibus agi voluit, eiusque ortum inter tot difficultatum spinas, ac iudiciorum pericula procreari. Primum quidem, vt planum fieret vniuersis quanta sapientia, consilioque Sedes Apostolica nouam hanc in Ecclesiæ corpus Religionem adoptarit. Deinde vero, vt quod inter arctam hanc, & plenam illam augendi numeri potestatem (quæ triennio post facta est) temporis intercederet, id ipsi Societati, velut alterius periculationis loco, atque examinis foret. Denique, vt quod semel esset tam diuturnis, exquisitisque iudicijs agitarum, iactatum, excussum; id nulla vnquam vis, ac potestas, aut temere vituperare auderet, aut in controuersiam, dubiumque reuocare.

114
Diuina
prouidentia
in confirmacione
Societatis.

Confirmata igitur à Christi Vicario Societate, & re tanti momenti, tamq; omnium expetita votis, Deo gubernante transacta, facile potest existimari, quantum ex ea re lætitiæ, voluptatisque perceperint, & qui degebant in Vrbe Patres, & qui ab Vrbe remoti ex sociorum literis id cognorant. Nec dubitandum quin conferendis præsentibus cum præteritis, perpendēdisque; Diuinæ sapientię consilij, quæ præter omnem opinionem tam felices ad exitus, tamque inusitatis vijs id operis perduxisset, actu quodam admirationis accensi ad agendas Diuinę Maieitati gratias se repente conuerterint. Cuius singulari munere, vt ad perfectissimum vite statum ex ipsa seculi fece, sic ad constituendum nouum Ordinem se dumtaxat vnus animaduertent in hac veluti Mundi senectute fuisse delectos: Et cum in Ecclesiam bellorum maxime vis ingrueret, tum potissimum in aciem, ac pugnam hoc suum agmen educitum, numero illud quidem, virtuteque pusillum, sed Catholicę Ecclesię præcipua quadam Obedientia deuotum, & ad omnes eius nutus intentum. Ergo tanti benefici, nequaquam immemor, aut ingratus Ignatius primo quoque tempore operam dat, vt ea Sacrificiorum summa, quam Diuinę Maieitati sponderat, à paucis illis, qui de Societate varijs erant dispersi locis, Sacerdotibus redderetur. Actis, persolutisque gratijs duo restabant adhuc Patrum agitanda consilij, explicatiora illa quidem, ac solutiora, ceterum momenti permagni, ac talia demum, vt sine ijs omnia superiora acta viderentur inania. Alterum erat, vt ex instituti formula, quam ipse Pontifex approbasset, ieges quædam, ac veluti canones excerptentur, quibus cum in vniuerso Societatis corpore, tum in eius membris singulis Religiosa disciplina constaret. Alterum, vt dux aliquis nouę huic familię præficeretur, qui & prudenter eam administraret, & à rebus noxijs, periculisque defenderet: quæ quidem tanto actiora deinceps metuebatur in dies, quanto magis inchoati operis magnitudo crescebat, & nouus Ordo in

115
Sensus pro
morū Pa-
trū ex con-
firmata
Societate.

116
*Summam
 quendam
 Consuetu-
 tionum B.
 Ignacium
 concepit.*

Vrbis, Orbisque Theatro cum curiosius obseruabatur ab omnibus, tum æmulorum patebat inuidiæ. Vtrique igitur rei prope diuinitus est prospectum. Quippe cum digredientes ex Vrbe Patres (vti supra significatum est) manentibus in Vrbe sociis potestatem instituta, legesq; condendi reliquissent, ac postea ad vnum eam Ignatium detulissent, is animum in eam curam totum, ac mentem intendit; qui quidem minime nescius, quanta sibi res esset imposita, nihil suæ prudentiæ, iudicioque, quibus tamen ipsis valebar plurimum, fidendum ratus, Deum sibi consulendum in primis frequenti prece, & quotidiano sacrificio putauit. Quo tempore mens eius à Deo mirum in modum illustrata, suauitate quadam spiritus tota vndique perfundebatur, hauiciens à Patre luminum, quæ mox suæ disciplinæ aluminis consignaret, & veluti dictata quædam de rebus singulis, quibus hæc instituta continentur, excipiens: vt mirum videri non debeat, si cuius in animo speciem operis vniuersi Diuinus Architectus effinxerat, is tam excellens Religionis institutum, formamque descripsit: vt affirmare vere posset, non suum illud inuentum esse, sed eius, qui sibi in monte commonstrasset exemplum. Tanta igitur Dei luce perfusus, dum accurate omnia, solerterque circumspicit, & mysticum Ecclesiæ corpus, membraque singula contempletur, dum præsentem Ecclesiæ statum, & illorum temporum calamitatem secum ipse perpendit, dum & Religiosorum Ordinum instituta, quæ tum erant in Orbe Christiano, & munerum varietates, vnde is maxime subleuaretur, attendit, neque tamen omittit, quantum & in mentis, corporisque exercitationibus, & in victus, cultusque ratione, naturæ vires ferant expendere: dum hæc, inquam, vniuersa singillatim animo, rationeque perlustrat, sentit se singulari quadam arte, vt ex cœlesti illa disciplina perceperat, omnem suorum institutorum formam in certa quædam capita, canonesque digestam, summatim fuisse complexum, quibus non modo regere, ac tueri se ipsa, verum etiam progredi, atque augeri deinceps Societas adulta, & corroborata iam posset. Vt intelligat posteritas vniuersa, quanti tandem ea sint institutorum monumenta pendenda, quæ Beatus ille Pater non tam atramento, quam lacrymis, nec tam humano studio, quam accurata prece, nec tam magistra prudentia, quam Deo pene dictante conscripsit, vt infra planius ostendetur. Restabat dumtaxat illud, vt Patres pro accepta ab Apostolica Sede autoritate, aliisque mox diplomatis consignata, suo quisque Chirographo piis Ignatii laboribus, vigiliisque subscriberet. Cuius rei gratia, vt etiam Generalis creandi Præpositi, necesse erat, vt qui diuersis essent Italiæ locis, Orisque dispersi congregarentur ad Urbem, & suos illic conuentus, & cœtus agerent. Atque id ita gestum eo, qui consecutus est, anno, series nostræ narrationis ostendet.



HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Tertius.



VANQVAM autem vsquequaque perfecta, & suis omnibus expleta numeris Societas nondum erat, constabat tamen in ea, vt in ceteris Familijs Religioſæ diſciplinæ ratio: tum primum ſuo ſubijci Duci, tum temperari legibus cœpta eſt, tum Profeſſorum princeps deſcripta claſſis, quod deinceps vniuerſæ Familiæ pondus incumberet, & per quàm nixa ad ea, quæ Deus adderet incrementa, conſcenderet. Verum quò planiora fiant, quæ & hoc, & conſequentibus ſcribenda ſunt annis, liquidoque ſimul conſtet, quam ſuauius Societatis res diuina Sapientiâ prouideret, nõ alienum fuerit, qualis eius tum ſtatus eſſet paulo ante, quam & ab Apoſtolica Sede confirmaretur, & a ſuo Præpoſito nutu legum contineretur, exponere. Illud iam antea demonſtratum eſt, pleroſque è primis decem in varia loca, vt ſeſe facultas obrulerat, fuiſſe demiſſos, Xauerium, & Rodericum in Luſitaniam, inde in Indiam tranſmiſſuros; Vormaziam Fabrum in Germaniam. Per Italiam verò Parmam Lainium, Brixiam Iaium ad Cenomanos, Senas Paſchaſium in Hetruriam, Biſiniam apud Calabros Bobadillam. Qui dum Ecclēſiæ ſpargendis ſeminibus frugum, quas nunc cernimus, opẽram nauant, eadem Romæ contentione Ignatius, Salmeron, & Codurius in animarum cauſa deſudabant. Eorum autem, qui ſe ad Patres iunxerant; vorſabantur pleriquẽ Lutetiæ; tum ſtudiorum cauſa, tum vt florentiſſimæ illi Academiæ ſuis prodeſſent exemplis. Nonnulli etiam componendæ rei domeſticæ cauſa in Hiſpaniam ſe contulerant, vbi Societatis nomen, & piæ concionis ardore, & vitæ ſanctimonia propagabant. Tam variis, diſiunctiſque locis omnis hæc diſtincta Familia, nec vllis certis deuincta legibus, legitime Duci ſubiecta, conſtabat tamen ipſa per ſe, ſuaſque habebat in dies cum in abſolutæ virtutis ſtudio, tum in proximorum curanda ſalute progreſſiones, & gradus, nulla vtique alia vi; impulſuq; niſi diuino. Vt enim Deus pro ſingulari ſua ſapientia Societatis poſteros præmoneret, quam in ea voluntario non coacto; hilari, non ſeruili delectaretur obſequio, tantum in Sociorum peccatoribus obſeruantie, reuerentiæque adueſus ſuum ingenerauit Ignatium, vt iam inde à principio vltro ei parere, & tanquam Parentem, ac Magiſtrum non dubitarent agnoſcere. Sic enim ſibi ipſi perſuaſerant, regi ſe à nemine melius poſſe, quam ab eo, quem ad conſtituendam Sodalitatem illam præcipuum ex omnibus Deus ipſe delegerat, & per quem ceteris eundem ſpiritum, eandem gratiam vocationis infunderet. Superæ etiam prouidentia fuit, vt cum ad diuerſa loca ceteri mitterentur, Romæ ſolum B. Pater cum duobus ſocijs veluti quibuſdam Aſſiſtentibus reſideret: Vt per eum diuina mens zelo, animoq; præſtantem in reliqua huius corporis membra, veluti per caput influeret: eaq; inter ſe coniuncta, & colligata arduis illis tueretur in itis. Eum igitur de ſuis quiſque rebus abſens per literas admonebant, ad eum, ſi quæſtionis incidere, referebant: eius ſententia conſiliumque maximi erat apud omnes ponderis: omneſq; ad eum non modo ſuis in rebus, verum etiam proximorum, quorum ſe ad vſum, & commodum explicauerant, ſiue auxiliij, ſiue conſilij cauſa confugiebant: idque tam libere fidenterque; quam explorata ſibi erat eximia Patris caritas, rara prudentia, ſingularis humilitas. Quorum menti, voluntatiq; mens viciffim respondebat Ignatii: cui cum omnes in vœdullis hærerent, & eadem, quæ illi caritate flagraret, non tanquam prælatum fratribus ſuis, ſed tanquam Miniſtrum, & famulum ſe præ-

1
Status Societatis hoc temporis.

2
Obedientia primo rum Patri B. Ignatio.

3
Quomodo B. Ignatio Societatis regeret.

se præbebat, cum præsentibus sua consilia communicabat, & conferebat; in omnique sermone sese affabilem exhibebat, eisdemque & valentibus, & ægrotantibus ministrabat, omnes reuerens, omnes ex Apostoli præcepto tanquam Superiores sibi inuicem arbitrans. Absentes de Societatis vrbane rebus certiores per literas faciebat: & quotidianas eius progressiones, & incrementa narrabat, commemorabat res æque lætas, ac tristes, pericula quæ impendebant, odia, quæ excitabantur; varios denique domesticarum rerum exitus, & euentus; vt vsui esse vel ad excitandos sentiebat sodales, vel ad eorum exquirenda rebus in dubijs, inuolutisque consilia. Nec sibi deerat quominus pia absentium studia, nutu sibi significata, modo imploranda principum virorum gratia, modo ipso a deundo, & compellendo Pontifice, optatos ad exitus promoueret, Itaque quod admiratione dignum, erat in tanta locorum distantia, tanta nationum, voluntatumque dissimilitudine, tantis rei familiaris angustijs, tanta etiam obtreptione malorum, sustentabat tamen ipsa sese, vt ante dixi, Deo gubernante Societas, nulla vti que lege alia, nisi caritatis, & flagrantissimo quodam studio Diuinæ gloriæ, & alienæ salutis. Ea videlicet res, & Principibus cara, & popularis amabilis, & ipsis erat inuidis metuenda, vt mirum videri non debeat, si iam inde ab ipsis eius nõ dum confirmatæ cunabulis, tot ad eam Viri præstantes appulerint: præsertim cum in Ecclesia Dei, vt in initio monuimus, & veteres, & recentes Religiosorum Ordines, quò se recipere, non deessent.

4 *Edicuntur primis conuentibus ad creandum Præpositum Generalis, & Constitutiones constituendas.*

Hic erat nascentis Societatis status, hæc pusillæ huius familiæ forma, quousque à Petri Sede cooptaretur Religio. Qua cooptata, & post tot Ignatij labores, ac contentiones à Pontifice Maximo cõfirmata, qui aderant in Vrbe socij, vnà cum B. Patre sedulam dederunt operam, vt ex decreto admonerentur absentes, & primo quoque tempore ex Italia, qui commode possent, ad diè dictam euocarentur, qui vero minus possent, suffragium suum scripto transmitterent: Vt nouæ huic familiæ cextum, & constans, & vbique sui simile viuendi genus decerneretur, omninoque Rector aliquis, & Dux legeretur, cuius ex administratione, ductuque vniuersa penderet. Eius eligendi gratia Xauerius, & Rodericius in Indiam profecturi sua reliquerant obliquata suffragia, Faber suum ex Germania per epistolâ misit, idque sæpius, & semper idem, ne quod tantis locorum interuallis, aut quoquo modo interciperetur exemplar, aut scrius ad Urbem perferretur, Quod autem ad constitutiones sancendas pertinebat, iuratum se habituros esse per scripserant, quod plurimis, qui aderant, placuisset. Conuenerant igitur, vti cõdixerant, quotquot per Italiã sparsi erant omnes Quadagesimæ ineunte ieiunio, præter vnum Bobadillã, quem Bisiniani demetendis tempestiue fructibus occupatum, dum se parat ad iter, summus Pontifex ciuiũ supplicatione permotus, cõmoueri loco vetuit. Itaq; cum ad Urbem nec ipse posset accedere, nec suum absens suffragiũ mitteret, Patres de propinqua Missionis solliciti, quã Põtificia Maiestas vrgebat, coacti sunt nulla absentis ratione habita Generalè Præpositum ex suo corpore cõstituere. Quatuor igitur à Comitij abfuerunt Xauerius, Rodericius, Faber, & Bobadilla, & præter hunc, què nominauit postremum, suum quisque dedere suffragium. Sex autem interfuerunt Ignatius, & Lainius, Salmeron, & Paschasius, Codurius, & Iaius. Qui quidem legitime in Domino congregati, priusquam alia vlla de re inter se agerent, proposito sibi ante oculos communi bono concordissime sanxerunt edenda prius decreta nonnulla, quæ facilem viã ad ea seruanda munirent, quibus ex instituta formula se statuisissent obstringere. Quæ res idcirco antiquissima debuit esse, quod ex ea erat aliquando, & Generalis creandi Præpositi, & inferiores legedi Præfectos petenda ratio. Prolata sunt in medium, quæ de Sociorũ consilio, ac voluntate ea de re elucubratat Ignatius, summa videlicet capitum, ac formularum quibus ille nudam Religionis formam, & velut quædam lineamenta descripserat. Quam cum Patres attentis animis expendissent, sæpeque ad trutinam reuocassent, tandem, cum quid opponerent, non haberent, velut à Deo, dictatam Regulã summo omnes recepere consensu, singulisque subscriptis, probatisque decretis, & se pariter, & posteros obstrinxerunt. Quæ autè ab Ignatio conscripta, ac digesta tũ sunt, non fuerunt illa quidem instituta, constitutionesque, sed decreta dumtaxat quædam, & veluti constitutionum sementis, vt qui ex eo numero Societatis Præpositus renũciaretur, is ab eis, quæ in pleno Sociorum conuentu constituta iam essent, & ipse vltro recepisset, haud temere, leuiterque discederet, sed

5 *Approbatum à Patribus summa Constitutio ab Ignatio cõsepia.*

sed tanquam suarum constitutionum materiam, ac segetem adhiberet, quarum postea autoritate, nuruq; illa ipsa seu statuendis legitimis pœnis, si quis ea infingeret, sancirētur; seu dubijs, obscurisq; rebus, si quæ inciderent, interpretandis. In quo & Diuini rursus prouidentiam Numinis admirare, quæ sicut exortâ Societatem non suis repente numeris expleuit, ac cumulauit, sed præcipuis dumtaxat partibus, vti supra significatum est, instruxit & inchoauit; sic eadem modo nata, cum suos esset habitura progressus, non tam hominis irrigantis industria, quam Dei dantis incrementa concessu; noluit illam inter initia legibus admodum multis, ac constitutionibus alligari, sed simplicibus tantum, ijsq; perspicuis contineri decretis: quæ & vniciq; forent disciplinæ tuendæ prælidio, & in Ignatij pectore veluti quædam semina reliderēt, vnde postea Professorum amplificata, & Coadiutorū adiuncta Classi, talia instituta, constitutionesq; prodirent; vt & contextu corporis vniuersi, & singularum compositione partium, hunc, quem cernimus harmoniæ concentum, atq; hunc ornatum, quem miramur, efficerēt. Quod hoc loco indicasse sit satis: vt quod decretorū genus esset illud, cui suam Patres adscripsere sententiā, restatū esset. Nam de absoluto Constitutionum opere, vbi decreta illa, tanquam semina continentur, suus erit narrandi locus.

Sex igitur qui conuenerant Patres agitare inter sese cœperunt de Præposito creando consilia. Ac primum quidem mutuis ea de re colloquijs cuique interdicitur: triduique supplicatio decernitur. Quarto vero die singuli ob signata sua rite suffragia, & cum absentium coniuncta suffragijs in vnam coniungunt, clauibusque custodiunt; deinde in aliud triduum supplicatione protracta, septimo tandem die, qui dies fuit Quinto Idus Aprilis, suffragia ipsa resignant, Præpositū inque declarant Ignatium dissentiente nemine, præter ipsum. Vt ilium quippe omnibus est neminem posse melius talis Societatis tenere clauum, sociosque suos regere, ac confirmare, quemadmodum in suo ferendo suffragio Xauerius admonet, quam qui eos in Domino genuisset, & per quem nouam hanc in Orbe terræ familiam Dominus sulcitallet. Hic ego continere me non possum, quin ex ipsis suffragiorum autographis, velut è puluere antiquitatis erutis, excerptam aliquid, quod & exemplo sit posteris, & voluptati. In sua scribenda sententia plerique citato Diuini Numinis testimonio illud addebant, eum se ad id munus eligere, quem maxime ex omnibus sentirent idoneum, idque nullius impulsu, consilioque, sed vna Dei gloria, bonoque Societatis inductos, nec aliter fuisse sensuros, si illa ipsa hora abeundum esset è vita. Ac Codurius quidem Ignatium, quem sua sententia præponit, miris ornat laudibus, sed plane necessarijs. Appellat eum Zelatorem ardentissimum Diuini Nominis, & alienæ salutis, talemque semper à se esse perspectum: & hoc magis oportere eum ceteris præfici, quod omnium minimum se fecisset, & omnibus ministrasset. Deinde si qua forte vis obstitisset, quo minus eligeretur Ignatius, hæc attexit de Fabro. Post quem non minore virtute præditum censeo præferendum honorandum Patrem Dominum Petrum Fabrum. Hæc est veritas coram Deo. Magna profecto laus, vt Fabrum prope exæquet Ignatio: quanquam Fabro secundum Ignatium suffragatur etiam Xauerius: neque enim obscura erat viri virtus: suffragatur & Simon: nec refragari possent cæteri, si proximū quem præponerent, nominarent; sed nulla apud eos proximi mentio. Ipse tamen Faber, si forte mors Ignatium raperet, Xauerium ei sufficiebat. Nec pigebit totum Salmeronis suffragium adscribere. In nomine IESU CHRISTI, Amen. Ego Alphonsus Salmeron huius Societatis indignissimus præmissa ad Deum oratione, & re pro qualicumque meo iudicio maturè pensata, eligo, ac pronuncio pro meo, ac totius congregationis Præfato, ac Superiore Diuum Ignatium de Lioia: qui iuxta sibi datam à Deo sapientiam, sicut nos omnes in Christo genuit, lacteque pauit paruulos; ita nunc in Christo grandiores solido obedientiæ cibo deducet, ac diuiget in pasua pingua, & vberima Paradisi, ad fontem vitæ, vt cum gregem hunc pusillum IESU CHRISTO Pastori magno reddiderit, veraciter nos dicamus, & nos populus pascuæ eius, & oues manus eius. Ipse vero gaudenter dicat, Domine ex his, quos dedisti mihi, non perdiidi ex eis quemquam. Quod ipse IESUS PASTOR bonus nobis dignetur concedere. Amen. Illud fere addebant præsertim qui suffragium suum, aut reliquerant abeuntes, aut miserunt absentes, ei se sodali subscribere eumque habituros Præpositi loco, in quem plurimæ voluntates incumberent. Collocat Xauerius insuper in eadem schedula separatim tria Religionis Vota ei tum deferenda,

6.

*Modus quo
declaratur
Præpositus
Generalis.*

7.

*Formula
varia suf-
fragiorum
quibus vsq;
Patres in
declaran-
do Genera-
li Præposi-
to.*

8.
*Ignatius
 vocatus a
 generalis-
 sum.*

qui post editum Apostolicum de Societate diploma, Generalis Præpositus renunciatur. Ipse vero Ignatius in sua ferenda sententia, ne alium alij præferre videatur, consulto ei suffragatur, in quem plurimi conspirarent, vno se dumtaxat excepto. Hæc ex ipsis autographis Patrum. Ergo, cum de se agi perspexit Ignatius rei commotus euentu, vt qui insigni quadam animi moderatione præstabat, mallebatq; se ab alijs regi, quam alios ipse regere, sermone habito longiore de sui animi, corporisque imbecillitate, magnopere hortatus est alium deligerent tanto muneri parem: se quidem nec oneriparem esse, nec adduci prorsus, vt qui regere se ipse nesciret, alios regendos susciperet. Proinde rogare enixè, vt in tertium, quartumvè diem obsecratione producta res iterum ad suffragiareuocetur. Patres, cum contra diu frustra tetendissent, inuiti tandem, quod petebat dederunt, quanquam tam insignis modestiæ laus, vt est animorum conciliatrix in primis studia Patrum, voluntateq; potius acuit, incenditq; quam retudit. Quippe cum ad posteriora suffragia quarta luce reditum esset, rursus in eundem Ignatium reciderunt: qui nihilominus cum perstare reluctans, Lainius magna libertate intelligens, qui premendus esset locus, vel, inquit, Pater munus accipe, quod tam perspicue Deus tibi imponit, vel, quod ad me pertinet, dirimatur Societas. Nam mihi quidem certum est caput nõ aliud pati, quam quod vt video Deus optat. Hic ille dum ex vna parte, suæ conscii infirmitatis grauitatem oneris reformidat; ex altera diuinæ obsistere voluntati nõ audet; dubius atque anceps pronunciat huius se controuersiæ arbitrum statuere illum, quem & ad quotidianæ Pœnitentiæ sacramentum, & ad regendum ex Dei præscripto animum, velut diuinæ voluntatis interpretem adhiberet. Huic se vitam omnem antea actam expositurum: nihil hûc ex suis siue animi, siue corporis imbecillitatibus celarurum: quicquid is Christi nomine præcepisset, aut suassisset suo, id se cõtinuo sine mora facturum. Enimvero Patres agrè admodum ferre toties iam eum sua vota frustrari: reclamant vniuersi. Demum post multam altercationem, cum res aliter obtineri non posset, iterum ei necessitate magis, quam voluntate mos geritur. Adhibebat B. Pater a quotidianas peccatorum expiationes ante Societatem conditam ex Ordine Minorû singulari sanctitate, ac prudentia Virum nomine Theodosium. Apud hunc in Cœnobio S. Petri ad Ianiculum, qui mons aureus vulgo dicitur, cum secessisset, totum illud triduum, quod sacrosanctum Pascha præcurrit, quasi telam vniuersæ vitæ retexens in accurata peccatorum confessione consumpsit. Eo elapso sciscitatur ex optimo Sacerdote de capessendo Magistratu quid sentiat. Ille vero resistere eũ utiq; Dei numini, si id amplius detrectet, affirmat. Tum Ignatius iterũ, ac sapius, vt Deum cõsular obtestatur, ac demũ si ita videatur, omni animi tranquillitate suam scripto sententiã explicet, ad sociosq; transmittat. Tum deniq; ad suos redijt. Interim, vt quam sibi grata esset talis creatio Præpositi prodigio Deus aliquo cõprobarer, admiranda domi res accidit, non inuoluenda silentio. Versabatur inter nostros non tamen de numero Sociorum Cantaber adoleseens, Matthæus nomine. Hic à Dæmone repete correptus miserandũ in modũ exerceri cœptus est. Affligebat sese identidè humi, prostratusq; adeo firmiter consistebat, vix vt eũ homines valentissimi decem cõmouere loco possent. Os ei fœde intumescibat, sed signo crucis expresso ab eo, qui sacris eum carminibus adiurabat, abscedebat tumor in guttur: atq;, vt vnaquæq; pars corporis impuri spiritus turgebat inflatu, ita eodem modo inflatio discussa, fuga crucis migrabat in aliam. Cumq; è spectatoribus quidam minitâtes Dæmoni dicerent, breui adfuturũ Ignatiũ, qui ipsum inde pellet; malus Dæmon discerpens hominem vociferansq; dicebat, Apage, apage nomen istud capitis mihi omnium inimicissimi. Domum reuersus Ignatius, vt ea, quæ gesta erant, se absente, rescivit, clam se ducit adolescentem, fuisq; precibus Diabolum pellit, puerumque liberum, ac sanum domesticis reddit. Is autem ne diuini beneficij immemor esset, Religiosam vitam apud Camaldulenses ingressus, nouo nomine Basilius est nuncupatus. Et sane quam vehementer Satanas odisset Ignatium, consequens eius facinus declarauit. Quippe in vltionem exilij sui suffocare conatus est dormientem; faucesque tanta vi pressit, vt IESV nomen inelamare cum veller, voce penitus inclusa non posset. Ad extremum omni adhibita contentione in salutarem illam vocem erupit, & infernum monstrum protinus ab se abegit: diu tamen raucus, ac prope sine voce fuit. Tertio ab Ignatij reditu lapsa die, Theodosius, quò cumulatius, quò rogabatur expleret, non modo vltro ipse Patres adijt, & quid ipse dubitanti B. Viro respondisset, exposuit; verum etiam

9.
*Emergunt
 non B Ig-
 natij preci-
 bus libera-
 tur.*

in codi-

10.
*Satana e-
 dium in
 B. Ignatiũ*

in codicillos retulit, prorsus sibi videri Societatis gubernacula Ignatio ipsiprehendenda. Quibus in conuentu publice resignatis, recitatisque, Ignatius repugnare non amplius ausus, sed fiducia Diuini Numinis plenus, tertia Paschatis feria xiiij. Kal. Maij delatum sibi munus admisit, eo ferme tempore, quò præstantissimus eius patronus Petrus pascendi Christi gregis onus accepit. Moxque ad opem implorandam septem Urbis Tempia religionis sanctitate præcipua, vt vnâ omnes obirent in proximam sextam feriam indicit, atque in D. Pauli potissimum, quoniam eius maximè Apostoli sequi vestigia propositum erat, tum etiam quod locus ille, quippe extra muros, à populari strepitu vacuus est, solenni ritu Professionis suæ Vota ex Apostolici diplomatis formula, nuncuparent. In eo Templo alterutrum peccata confessis, Ignatius Missæ sacrificium ceteris præsentibus orsus est ad aram Deiparæ Virginis, vbi augustissimum Eucharistiæ sacramentum id temporis condebatur. Ea tum ara ad dextram intrantis per principes valuas, sub imos gradus per quos ad sacra Apostolorum corpora ascenditur, stabat. Inde postea translata est in Templi superiora ex parte læua, vbi illa ipsamet Deiparæ effigies ob rei memoriam religiose visitur, & salutatur à nostris. Ibi igitur B. Pater operans sacris, vt ad communionem Christi corporis ventum est, conuersus ad socios, & prouolutus in genua, læua descriptam Professionis formulam, dextra verò sacram de Patena præferens hostiam, primus Vota sua quatuor clara voce pronunciat. quibus Votis cum se Deo multis cum lacrymis ceteris etiam collacrymantibus consecrasset, de genu confurgens, & ad altare reuersus, rite communicat. Postea cum se iterum ad socios augustissimum Christi corpus dextra præferens conuertisset, accesserunt socij quinque eodem modo, atque eadem ex forma nullo antiquitatis ordine nuncupantes, tamen primum constet nuncupasse Codurium. Eam nos formulam cum expressam in Constitutionibus habeamus, superuacaneum duximus huic transferre. Sumpto Christi corpore, post vísitatas gratias, alias eiusdem ædis aras religionesque venerabundi circumeunt. Circum aram vero maximam ad preciosos Apostolorum cineres cuncti subsistunt, continuoque ad Ignatij complexum, manuumque oscula manantibus præ gaudio lacrymis, certatim currunt. Quibus ipse vicissim pacis osculum singulis reddidit. Ac pro tam felici rei exitu pie cælestibus gratulati ad reliquum Templorum iter lætissimis tendunt animis.

Constituto Societatis capite, talique Duce, duplicata domi tranquillitas est, & nullo negotio membra corporis regi cœpta. Erant tum domi præter sex Professos duodecim fere alij, qui se nuper cum Societate coniunxerant: & suum quisque munus curabat alacriter. Flagrabant apud eos studia prisæ pietatis, paupertatis, & Crucis Christi. Summa erat in obtemperando voluntas, ingens alacritas in obsequijs: mirus in conuictu candor animi, simplices mores, compositi ad modestiam vultus, probitatis indices, & cultus interioris: spectaculum superis, hominibusque iucundum. Nulla nisi virtutis æmulatio, nulla obtrectatio inuidiæ, nulla vox querelarum. Mutuis officijs certabant omnes, honore inuicem præuenientes. Sola erat de humilitate contentio pacis genitrix, & concordiæ. Qui cum essent ex tanta morum, nationum, ætatum, varietate permixti, inter se tamen velut vnum corpus, & vnus spiritus concordissime viuēbant, vt non tam hominum in terris degentium, quam Angelorum cœtus in humanis corporibus viderentur. Nulla virtutis disciplina præstantior illorum vel consuetudine, vel exemplo, aptis etiam ad permutandos perditos, & profligatos mores. Adolescens per eos dies è transalpinis locis Romam venerat egregijs à natura muneribus, ac donis instructus, sed eo vsque Lutherana pestis contagione corruptus, vt suo non contentus exitio, alios etiam quamplurimos in eandem fraudem conaretur impellere; sed dum spargendis longe lateque venenis, peruertendis que sanis mentibus totus intendit, ad sacros Magistratus re delata in custodiam abripitur. Magistratus cum & ipsi per se frustra, & per idoneos Theologiæ Magistros, vt peruerse mentis adolescentem ad sanitatem reducerent laborassent, ad extremum, ne quid intencarum relinquerent, ætatis florem, & spectaram indolem miserati, sanandum Ignatio tradunt, domique nostræ custodiendum. Blande illum cum suis accepit Ignatius, & placidis manibus tempestiuas admouebat identidem curaciones. Tantumque seu prudentis curatio Medici, seu Patrum consuetudo valuit, vt eorum moribus curiosius inspectandis callidus

II.

Prima Societatis Professorum vota in templo S. Pauli ad altare B. Virginis.

II.

Virtus primæ Societatis Professorum de mus, id est Romana.

I3.

Hæreticæ adolescentis exemplis Patrum, & B. Ignatij prudentia sua Catholicis.

adolescens sensim & ipse commutatus animo sit: & qui furere in Medicos paulo ante consueuerat, medicinalque respuere, Patrum deinde manus, & scalpella non fugerit, pestem vomuerit, virus eiecerit, & voluntaria quadam detestatione animi prauis dogmatibus eiuratis, Ecclesiam sibi reconciliarit. Is deinde rogatus, cur qui tam obfirmato fuisset animo, vt de suscepta mente depelli nullo terrore periculo ve possit, Patrum tamē sermone se flecti, ac deliniri sit passus; respondit ita secum disputasse, fieri haudquaquam posse, vt à tam integra, innoeentique vita, tam sanctis, commodisque moribus, tanta animorum coniunctione & pace, quantam inter eos aspexisset, vera, ac germana fides abesset.

14.
Testimonium sanae doctrinae bona vita.
B. Ignatij humilissimi.

Iam ipse Dux ceterorum, & caput Ignatius, ne quibus praererat, exemplo minus, quam dignitate praeslet, primum in humilibus se continere muneribus, & quidem in ipso culinæ labore, fumoque tanta coepit sedulitate versari, vt si Generalem Praepositum non agnosceres, vnum aliquem de Nouitiorum grege diceres. Ac ne quid priuata humilitatis exercitatio de publica administrationis cura detraheret, dispersit utriusque studij temporibus, ita alterum cum altero temperabat, vt cum utriusque faceret satis, neutrum alteri fraudi esset. Deinde Professionis lege, cui nuper vna cum reliquo Sociorum cœtu subscripserat, sex & quadraginta dierum curriculo, nullo prorsus intermisso die, Christianæ rudimenta doctrinae publice in templo tradere pleno Auditorum conuentu, nec fructu minore instituit. Habebat autem iam tum proprium Societas Templum, tamen conductis adhuc habitabat in ædibus; & id erat Parœciæ cuiusdam Sanctæ Mariæ à Strata, vt vulgus hominum appellabat, ad Capitolij radices, haud ita procul à Sancti Marci; magis illud quidem celebritate loci nostris rationibus opportunum, quam ob causam Polancus ab ipso B. Patre ex tota vrbe fuisse delectum narrat, quam satis commodum, atque laxum. Huius Parœciæ procurationem cum ipso Templo, ceteroque sacro instrumento Societati tribuendam Petrus Codacius anno proximo iam labente curarat, vt cum confirmata Societate videretur quodammodo natum, seu potius vix naram Societatem tectoque carentem Beatissima Virgo domum suam recepisse. Id erat nostris & ad confessiones audiendas vsui, & ad conciones, & catecheses habendas.

15.
Primum Societatis templum S. Mariæ à Strata.

16.
B. Ignatius sex & 40. continuos dies docet Christianam doctrinam rudimenta.

Hic igitur docere plebem Ignatius aggressus fidei mysteria cognitu necessaria primum vulgi causa non nimis enucleabat: sapius tamen eadem inculcabat, iterabatque, si vsus esset: Verum postea tempestiue digrediens, certa quædam capita tractabat vberius, non ad aucupandam ingenij, doctrinaeque famam, sed ad concitandos animos, motusque gignendos, idque ea sententiarum grauitate, ac pondere; eo animi, & oris ardore, vt Auditores suos eodem igne, quo ipse flagrabat, incendere. Vix peroratum erat cum illi intimo dolore tacti ex conscientia superioris vitæ, ad Sacerdotum se pedes sternebant, tantoque animi sensu, fletuque sua enuntiabant occulta, vt crebris interrupta singultibus expedire verba vix possent. Interim domi, forisque multis pietatis officijs, maiore adhuc quam antea dignitate, hominumque admurmuratione reliqui vacabant Patres. Ac Lainius quidem ea ætate Romæ confessionum, concionumque muneribus occupatus, postulatus est à Margarita Aulaniensi Ducis coniuge; vt sibi, suæque familiae ad pietatem, salutemque dux esset. Eademque paulò post Lucam Hetruriae Oppidum ad parentem suum Carolum; qui per id tempus in Italiam venerat, profectura, Lainium duxit. Ipse vero Lainius non prius ex Vrbe pedem extulit, quam aliquot alios ad Societatem piæ contemplationis exercitatione perduceret. In ijs Franciscum Turrianum Burgensem honesto loco natum, quem

17.
Ioannes Franciscus Aulaniensis Ducis coniuge; vt sibi, suæque familiae ad pietatem, salutemque dux esset.

adhuc viridem, ætateque florentem, antequam domum reciperetur mors sustulit. Huic contubernalis, ac municeps, & fideli iunctus amicitia erat Ioannes Polancus scriptor Apostolicus, qui ad exercitationes spiritus experiendas, amici exemplo commotus, magno tum suorum Societatis bono ad eam animum appulit. Similis Polanco erat Andreas Frusius Carnotensis. Quippe ambo viri tum ingenij laude præstantes, tum multiplici varietate doctrine, quam in illo tempestiua grauitas, in hoc innatus quidam lepos: & in vtroque singularis modestia condiebat. Et is aulae pertæsus ad certiores in Christi famulatu spes obsequia transtulit. Sed vt omnium natura fert rerum, in qua continenter alia oriuntur, & occidunt; horum in Societate ortum aliorum excepit occasus. Occidit Romæ Marcus Lainius Iacobi frater excellēti pietate Vir.

Is in-

Is inter suos fratres amantissimus Iacobi fuit, eiusque salutis tam studiosus, & cupidus; vt cum de noua quadam Hæreticorum secta inaudisset, qui per id tempus prauis dogmatibus toto Orbe ferendis sacra omnia miscebant, suspicari vehementer cœperit homo simplex, ac purus, ne eam forte sectam Iacobus quoque, quem ad clericos quosdam nouæ Religionis constituendæ gratia aggregatum esse cognouerat, sequeretur. Quo circa toto triennio anxias tendere ad Deum manus, ne in hæresim fratrem labi permitteret, sed Religionem puram, atque integram, illibatamque tueretur, & eius potius esset propugnator acerrimus. Eius rei gratia symbolum solebat Apostolicum inter augustissimum Missæ sacrificium, cui quotidie reuerenter adstabat, precationis loco percurrere. Nec prius ab instituta prece destitit, quam exploratum habuit, cui tandem hominum generi sese frater agglutinasset; & quanto tandem interuallo inita ab eo Societas à pestilenti illa, de qua inaudierat, secta distaret. Itaque non sine Dei impulsu reuiscendi fratris studio ad Urbem venit. Vbi dum fraternis monitis, atque consilijs piarum meditatione rerum ex Ignatij præscripto animum excolit, diuino afflante spiritu, eandem ipse quoque, quam suspectam paulò ante habuerat, Societatem iniit. Postea ad Nosocomium de more missus, in eoque aliquandiu magna & rerum humanarum, & sui ipsius contemptione versatus in morbum incidit; domumque Iulio mense reuersus extinguitur, primus, quem post confirmatam à Petri Sede Societatem in Cælum merita vocauerunt. Post mortem fratri se videndum obtulit, admonens suos vti parentes per literas solaretur, ne se deslerent in terris, cum quo iam rectè ageretur in cælo. Huius è vita discessum non multis post diebus subsecuta mors est item Romæ Ioannis Codurij vnus è decem. Is primus ab Ignatio Professionis suæ vota rite edidit, quo tempore tantus in eo fuit pietatis sensus, tanta vis, atque exuperantia diuinæ dulcedinis, vt cum eam celare, & diu inclutam tenere non posset, crebris indicare suspirijs, & assiduis singultibus cogeretur. Præcuriebat ipse cum Lainio in itinere illo, quod ad septem præcipua Tempia diximus institutum, & ferebatur per liberos campos, replens omnia gemitibus, ac clamoribus: talesque identidem mittebat ad superos voces lachrymarum vbertate permixtas, vt alijs exisse de potestate mentis, alijs periculum videretur adire, ne se nimia contentione disrumperet. Proximum videlicet præfagebat exitum ex his compagibus corporis, & ad illum iam appropinquantem se ipse parabat: qui vt ipso Natali die Iohannis Baptistæ, cuius etiam nomen referebat, est natus, ipsoque Sacerdos est factus; sic ipso quoque die, ætateque, quibus ille Beatus, de vita migravit. Pro eius valetudine cum rei diuinæ faciendæ gratia ad ædem Sancti Petri in Ianiculo tacitus properaret Ignatius, medio in Ponte, qui Sixti dicitur, intentis in cælum oculis velut à stupore defixus repente conlinit. Tum ad comitem Baptistam Violam, referamus, inquit nos domum, Codurius noster deceffit. Creditum Ignatio visam, vt antea Hozij, sic nunc Codurij animam in cælum intrantem. Ex horarum quippe ratione compertum, ipso illo temporis expirasse momento. Nec sane causa alia fuit, cur intellecto diuinitus cari sodalis excessu, domum exemplo repeteret, ac non potius aliquo ad piacularare pro eo sacrum faciendum de more contenderet. Quin cum ad Fabrum scriberet, veluti de communis obitu filij, narrauit deccdentem Codurij animam, à pio Viro in Oratione de Baroeliano fixo, conspectam in cælum esse luce coruscantem inter choros Angelicos deportari. Nec sane ad alios candidissimus ille animus spectare poterat, nisi ad eos, quorum sanctimoniam, atque candorem luteo hoc in corpore æmulabatur. Periculo pari, sed euentu dissimili Stephanus Baroelius eo ipso anno, cum postredie quam ad Societatem accesserat, grauiter agrotaret, nec procul abesset ab extremo vitæ periculo, Ignatius in eadem æde Sancti Petri in Ianiculo pro eo diuinam rem fecit: & in reditu placido ad comitem (is erat Petrus Ribadencira) conuersus ore, Non morietur, inquit, hoc Stephanus morbo. Vaticanij veritatem salus mox reddita comprobauit, quam & Stephanus ipse dum vixit (vixit autem ad annum eius seculi septimum, & octogesimum) acceptam semper Ignatio retulit. Amistorum desiderium sufficiens, vt solet, alijs Diuina prouidentia mitigauit, duobus præsertim Hispanis, quos Araozius ex patria rediens ad Urbem adduxerat, alterum Martinum Sanctiucium, qui Societati se dudum addixerat: alterum Emilianum Loiolam B. P. Ignatij fratris filium, qui quanquam eo ad Urbem consilio uenerat, vt in Aulam potius, quam in Societatem se daret, postea tamen exercitiorum oborta huc

19.
Mortuus
etiam Io.
Codurius
vnus è de-
cem.

20.
Mors Co-
durij reue-
latur B.
Ignatio.

21.
Idem præ-
dicit Ste-
phanum
Baroeliano
agrotantem
non inde
morsurum.

22.
In Societa-
tem vene-
re Mar-
tinus San-
ctiucius,
& Emi-
lianus Lo-
iola: quos
Araozius
ex Hispania
duxit

sententiam mutauit, & Aulæ splendoribus Religionis humilitatem prætulit, pietatem videlicet Patruī, cui se perpetuo Christi caritate subijceret, æmulatus; factus ex nepote filius, ex propinquo discipulus. Eodem ferè tempore, renuntiato iam Societatis Præposito, Franciscus Strada ex agro Brixiano ad Urbem redijt. qui quò paratior ad animorum lucra veniret, Luteriam studiorum causa mittitur: tametsi diu illic esse Hispano homini, vt suo loco reddam, per arma non licuit. Eodem studiorum causa missus est Andreas Ouiedus Clericus Toletanus insigni iam tum pietate Vir, cum alijs de Societate nonnullis. Nec ita multo post à solenni nuncupatione Votum Fauentiam missus est Iaius, vbi præter multa è publica, & communi re gesta, veterem Ecclesiæ morem, & consuetudinem retulit crebro vsurpandi mysteria hebdomadis minimum singulis, sodalitate piorum virorum, qui sedulo id curarent, erecta. Inde igitur ad confessiones magna celebritas, vix vt Patri respirandi daretur locus. Quin ea, quam dixi, Sodalitas illas sibi quoque partes imposuit, vt peculiari quodam studio Misericordiæ tueretur officia. Medicum è suo corpore facile principem, Aduocatum, Procuratoremq; delegit, qui siue in morborum ærumnis, siue in iudiciorum disceptationibus operam suam gratis egentissimo cuique præberet. Alij mendicorum patrocinio suscepto pro eis elemosynas corrogabant. Nonnulli velut tutores à lege dati Orbos, Orbisque complexi, studiose querebant, & vestiebant, & alij alia Christianæ benignitatis officia, partesq; sibi deposcebant; vt viderentur omnia Fauentiæ prisca quadam religione feruere. Sed in tantis ardoribus iubetur à Pontifice Iaius, vnà cum Bobadilla, qui apud Calabros, vti diximus, versabatur, Ratisbonam se conferre; Fabri successurus in locum, qui cum Ortizio in Hispaniam mittebatur. Ea causa fuit, vt Fauentia Bononiam veniens, magnas hæc etiam Ciuitas, dum se ad iter Iaius accingit, commoditates hauferit.

26.

*Res gesta à
Fabro in
Germania
praesertim
Ratisbona.*

Egerat Vormatiæ Faber, vt supra demonstrauius, cum Protestantium celebraretur conuentus, sed non hæsit admodum diu: nam breui cœtu illo dimisso, continuo Spiram, hinc Ratisbonam cum Caroli Curia ad Cæsareum Concilium, vbi & Apostolicus legatus intererat Gaspar Contarenus, accessit. Quocumque autem vestigium posuit, eundem se Fabrum præbuit, namque videlicet hominem, & operarium. Apud Ciuitates, & Oppida, quæ transibat, conferendis potius salutaribus sacramentis, quæ in ijs maximè locis fidelem Ministri operam requirebant, quam cõcionibus agendum censuit. Ratisbonæ à Sabaudia Caroli Ducis filio, cuius è ditione fuerat agnitus, & in honore habitus, ad eius Cõfessiones audiendas eligitur. In tanta autem Aulicorum turba, nationumque varietate vsque adeo se vulgo probauit; vt ad eum vniuersi tanquam ad communem Patrem Germani, Itali, Hispanique concurrerent. Quo fiebat vt viri dignitate, doctrina, generis splendore nobiles sanctis Meditationibus instituti de corrigendis suis, alienisque moribus sedulo cogitarent, nonnulliq; meliores iam sibi redditi, complures alios ad eandem meditando rationem blanda cohortatione pellicerent. Feruere præceteris Doctor Cochleus Vir insignis, ac prudens, qui non vulgari sui animi bono has ipsas commentationes expertus, gaususque mirum in modum etiam affectuum reperit Magistros, quoscumque poterat ad eandem commendandi normam, aut exercebat ipse per se, aut exercendos curabat à Fabro. Nec his contenta finibus Fabri caritas ad absentes, & longe positos excurreret. Norimbergam ad moribundum Italum euocatus, per eam occasionem aberrantem à Christi caulis ouiculam ex morientis familia ad Ecclesiæ septa reduxit, & quod septimum iam annum non fecerat, ad confitenda peccata. Cuius exemplum negotiatores sequuti duo yagi & ipsi, palantesq; per hæresum saltus ad eundem Christi gregem reuerterunt: Mauriq; item duo ad baptisma perducti. Quod autem in hac prima professione Germanica admiratione dignum fuit, nemo ex ijs, qui aut Fabro peccata confessus, aut ab eo pijs exercitationibus semel esset imbutus, ab eius vel benevolentia desciuit vnquam, vel virtutis disciplina deflexit. Nec solum itineribus susceptis quærebat studiose quos Domino lucraretur: sed etiam quos adire non poterat, sedulo scriptis conueniebat epistolis: Nec modo externos, sed etiam Sodales, quorum pia institutione multorum continebantur auxilia: ac Parisiensibus quidem præclara hæc monita scripsit.

27.

*Monita
Fabri ad
Parisios Pa-
risienses
scripta.*

Largiatur Christus IESVS vberem vobis gratiam, vt quò spectatis recto cursu, velut arcu mentis semper intento studia vestra referatis: & gaudere quasi quodam triumpho possitis, quem ad
extremum

extremum deportabitis, si cum scientiæ spiritu sancte quoque sentiendi spiritum coniunxeritis. Quæ quidem expectatio desiderij mei, totiusq; Societatis tum demum explicbitur Christo duce, cum summus ille magister, qui literarum disciplinas postremus infundit, perpetuus vobis quasi quidam Præfectus affuerit, Magistrorum dictata reddentibus, Is est Spiritus Sanctus: quo doctore atque Magistro, quicquid tenetur, ac scitur, optime scitur: sine quo quisquis aliquid scire se putat, non dum nouit quemadmodum scire oporteat: ut ipsa quoque Christi IESV præstantissimi Magistri verba, eius ore prolata, tanti Doctoris opera, quo melius recolantur, & memoria repetantur, indigeant. Quid enim ille dixit discipulis suis? Spiritus, inquit, sanctus suggeret vobis omnia, quæcunque dixerò vobis. Nec modo suggeret, dixit, sed prius docebit, ut Magisterium sancti Spiritus indicaret, cuius munus est hominibus, quæcunque ille dixerit, non modo suggerere, verum etiam explanatus, vberiusque docere. Ergo si Christus Magister noster, via, veritas, & vita nostra suo uti spiritu non modo ad sensum voluntatis, & cordis; verum etiam ad scientiam mentis, & intelligentiæ nos voluit; quanto magis in percipiendis ab homine disciplinis necessarius eius putandus est vsus? Notum vobis Thomæ Aquinatis exemplum est, qui consueuerat secum ipse non modo, quæ à Doctoribus audisset adhibita precatione recolere; verum etiam, quæ non dum ab his acceperat, coram hoc cælesti Doctore prius mente, ac cogitatione versa: e. Ergo & vos etiam, atque etiam monitos velim, ut scholas à Doctoribus explicandas tanto & ipsi cum Magistro prius animo percurratis; dein ab ijs explicatas coram eodem Præfecto reddatis, & memoria repetatis. Sane vobis in Domino gratulor, quod hac re longe nobis antecellit, mihi, inquam, & similibus mei: quoniam prius, quam ad literarum studium vos tradatis, propositum iam habetis, quò cursum studij vestri tanquam rectis lineis dirigere vos oporteat. Quare cum & principium; vnde omnis sapientia manat, & cursum rectissimum teneatis, haud ignotus vobis esse poterit vestrorum exitus studiorum. licebit igitur non modo tum, cum finis studiorum erit impositus, verum etiam in ipso studiorum cursu, ut fecistis in ingressu, animo esse quieto, atque tranquillo; cuius tanti boni fons, ipsa videlicet est recta mentis intentio, quoniam ad eum recta contenditis, qui vita est, & in quo tandem est vera quies. Quando autem recta ingredi via; quæ Christus est, iam cœpistis; necesse est, ut in ea quoque tenenda acquiescatis, suscipiendis videlicet studiorum laboribus in eodem Mediatore nostro Christo, qui idem & via, & veritas est: quæ à Patre exiuit, & ad Patrem rectissimis quodammodo lineis, cursuque redijt. Est igitur fratres mei, quod & à vobis Deo grates agantur, nec minores debentur à nobis (quanquam ut dicere institueram) defuit nobis talis, ac tanta componendi, ordinandique studij nostri facultas. Quippe existimabamus nos in literis situm esse, ut ipsæ nobis suum, & principium, & finem ostenderent: cumque ignoraremus eum, qui & vere principium, ut bene ponerentur initia, & vere finis est, ut in eo velut ancora consiliorum nostrorum, atque mentium iactata consisteret, fieri non poterat, quin perturbato ordine, & sine pace animi progredieremur: itaque nesciebamus uti bono literarum, & bonum quod illæ docent, arripere perturbatione finis, atque viarum: dum vias pro fine, vicissimq; finem pro vijs adhibebamus.

Sed Faber dum totus frugifer Germaniam pererrat, ecce tibi ab Vrbe mandata, ut cum Ortizio in Hispaniam pergat: qui priusquam Ratisbona se commoueat, Professionis Vota solenni ritu nuncupat in æde Beatæ Mariæ, quæ Capella vetus dicitur, ad Aram maximam, die ipsa Deiparæ Virginis Elisabetham salutantis octaua. Votorum formam, quæ etiam num in eius commentarijs apparet, suo firmatam chirographo ad Ignatium rite dedit, ac magno deinceps animi sensu, & plurima cum actione gratiarum anniuersariam eius rei memoriam quorannis instaurauit. Editis tota ex animi, & corporis deuotione, pietatisque sensu prope incredibili Votis suis, quamuis & frugum vbertate, & suauissimis animi luminibus ei Germania blandiretur, tamen obsequij studio summe alacris Iulio Mense discessit. Ratio verò eius iterum erat eiusmodi. Velut optatissima nactus otia, & à ceteris curis, atque occupationibus libera, ea tota pijs cogitationibus, & sanctis precibus consumebat. Ut Angelos præcipuo cultu venerabatur semper, & secundam ijs feriam potissimum dedicarat, eosdemque identidem dies, ac noctes pijs vocibus appellabat, præcipue contra improbos spiritus, qui tā multis modis exagitant genus humanum,

28.

29.
Pergit Faber in Hispaniam, & ratio eius itineris sanctissimè ple: 2 de scribitur.

manum, ita his se custodibus præcipue in itineribus committebat: hos cognoscebat vbique præsentem, nusquam sine eorum implorata custodia, comitatuque prodibat, vt illi fortunarent iter, & latos exitus suis rebus afferrent. In omni regno, ditioneque prætereunda Principatus, & Archangelos sibi, & incolis implorabat. Cum ad urbem aliquam, Oppidumve propius accederet, fundebat supra incolas orationem, & clementissimo Dei numini supplicabat, vt eius Regionis Archangelus, Angelique Magistri singulorum hominum, atque custodes, præcipuo eam studio, curaque defenderent. Inuocabat, & sanctos cuiusque loci patronos, ac tutelares (quem in vsum longa peregrinatione quam plurimorum nomina collegerat) vt pro habitatoribus suis, aut gratias agerent, aut veniam à Deo peterent, partesque illas officij, atque gratiarum, quas ipsi incolæ vel negligenter, vel ignorarent, ipsi vltro susciperent, atque peragerent. Eisdemque egentes auxilio, & solatio, & singula nominatim calamitosorum genera commendabat. Inter hanc coniunctionem cum Deo, atque cælestibus nullas prætermittebat occasiones ferendæ pietatis. Indagabat vias omnes omnibus consulendi: & quocumque ingrediebatur, omnem sermonis occasionem intenta mente captabat: quin intempestiuæ se nonnunquam taciturnitatis accusans, cuius vitio plurima saltem bona fieri desinerent, quæ facta ab hominibus salutem parerent, statuit in posterum accuratius interiori parere voci, & monentem spiritum exaudire, nunquam vt verbo parceret, sed in omni congressu, atque conuictu, in circulis, ac conuentibus, in Templis, ac foris, in domibus, atque vijs, in conuiujs, & itineribus ex Gregorij magni præcepto curaret, quæ singulis diceret, & quemadmodum vnumquemque moneret, vt quisquis ei se iungeret, aut quo ille se adiungeret, quasi è salis tactu æternæ vitæ sapore condiretur. Bellissimum ducebat esse, & nostri ordinis proprium, relinquere in omnibus domibus, & hospitij, quo diuertimus, vestigium aliquod sanctitatis. Vbique enim consulendum hominibus esse, vbique plantandum, vbique colligendum, cum debitores simus omnibus, & vbique nos spectet Deus: cuius famulos, & administratos esse nos voluit. ideo committendum non esse, vt frustra aliquid ad notitiam nostram, conspectumque perueniat: quia Christus, quem sequimur, nihil in se frustra, & inane permisit, non rei cuiusquam aspectum, non vocis auditionem, non iter vllum, non ingressum, non statum, aut sessionem; eundemque cum quopiam diuiteret, non temere, ac frustra, sed consilio, ac ratione ad hos potius, quam ad illos, & oculos, & itinera direxisset: nec frustra, ac sine causa modo maritimum, modo terrestre tenuisse iter, modo foris, modo domi, modo solum, & secum ipso, modo inter homines, & cum hominibus voluisse versari. Quemadmodum igitur nihil in eius actionibus inane fuit, nihil superuacaneum, nihil redundans, ita nihil in nobis deprehendi debere inane, nihil quod causa, fructuque vacaret. Illud addebat ad præmuniendum Castimonix thesaurum, obstruendosque aditus insidiosi nequissimo dignissimo commemoratione præceptum. Cunctis in Hospitijs, ac diuersorijs non modo statim in ingressu ex præcepto Christi pacem hospitidandam, sed etiam pietatem palam, ac libere profitendam, tum pijs de Deo sermonibus inferendis, tum religionis aperte colendis officijs: vt religiosi viri, dum ita famæ seruiunt, ceterosque à flagitio suæ probitatis opinione coercerent, vna eademque opera, & pudori suo consulant, & alieno. Nihil enim nos ita continet in officio, vt edita iam virtutis exempla: nihil ita petulantiam hominum frangit, reprimat impudentiam, cupiditates imminuit, vt sobrij hominis, & temperantis aspectus. Ea de causa Faber iure quosdam non tam re, quam nomine Religiosos accusat, quod non sine Diaboli fraude in hunc rapiuntur errorem; vt pudeat coram ijs, quibuscum agunt, libere profiteri quod sunt, quo liberius illi, quicquid collibitum fuerit in aures castas eructent. Et sane in Apostolorum Principe obseruare licuit quam Christum timide profiteri periculosum sit: dum Iohannem in Pontificis domo, quoniam notus erat, nullus laceffit: illum verò adeo nuper animosum, quoniam latere volebat, vox Ancillæ deiecit. Quod recte intelligens Faber iam inde à principio imperauerat sibi, ne quid in conuentu hominum coniueretur; ne quid dissimularet, sed perpetuis de Deo, deque virtute colloquijs, quid profiteretur, ostenderet; vt nemo se præsentem auderet, aut minus aliquid pudenter facere, aut mollem aliquem, & delicatum inferre sermonem. Hoc instituto iter in Hispaniam per Galliam tenens comprehensus à Gallis, vnà cum Ortizio, ceterisque comitibus, & coniectus in carcerem, in ipsis etiam vinculis

Hom. 17. in
Luc. 10.

30.
Saluberrimum Faber monitum ad anteuertendas peccandi occasiones.

31.
Faber cōprehēditur à Gallis: & eos, quorum in custodia erat, facit mel. oves.

quos

quos incenderet, & meliores redderet apud hostes inuenit. Agere cum Arcis Duce, & custodibus cœpit, & faces identidem sui admouere sermonis, tanquam si vocatus ad id amice non captus hostiliter videretur. Itaque Ducem ipsum, militare hominem assidua colloquutione mutatum ad reconciliandum, placandumque sibi Deum, & confitenda sibi met peccata conuertit. Ipse vero & Orrizius, ceterique Hispani septimo die præter expectationem, ac spem perhumaniter, ac beneuolè, non tanquam è custodia, sed tanquam liberali ex hospitio sine pretio, sine mercede mittuntur. Tantam vim habet in omnem partem, & apud omnes gentes castissimus, & ardentissimus Dei sermo. Inde itinere repetito Madritum in Hispaniam Deo tutante incolumis attigit. Hic more, institutoque suo, ne in tanta animarum siti certo loco consisteret, aut ex vno hominum genere negotiaretur ei, qui amat animas, complura eius prouinciæ Oppida, & loca percurrit, in primisque Cæsaraugustam, Mediolum (hodie Medina cæli) Seguntum, atque Complutum: primusque Societatis nostræ specimen in ijs partibus edidit. Nec modo cum Viris nobilibus, sed quod in Viro graui, eodemque Cæsarei Procuratoris comite spectabile erat, cum plebe, puerisque, quibus Christianæ legis instillabat initia, multus erat. Ita sibi omnes ordines, omnes adiungebat ætates. In Galapar Oppido, dum ex ea, quam dixi, doctrina, pares laboribus fructus legit; tum deum se intellexisse testatur, quanti tandem à Societate sit faciendum hoc instituendæ multitudinis munus. Sed hæc Faber in Hispania quasi præteriens. Nam eo, qui sequutus est anno, iterum in Germaniam iussus redijt quo cum iam pridem, & rei Christianæ necessitas maior, & operarum minor numerus reuocabant. Interim tamen perficiendo animo suo, & cælestis militiæ exacuendis armis intentus, sciens quantæ essent in paupertate Euangelica, vires ad opem superum demerendam, & infernos spiritus profligandos nouum eius votum adiecit. Nam decimo tertio Kalend. Decembris proprio se Voto deuinxit, nunquam vel pro Euangelio, Missæve sacrificio, vel pro cognoscendis, laxandisque peccatis aliquid accepturum: ac ne annuis quidem fructibus liberaliter oblati sese vsurum, nisi ab eo forte coactum, cui repugnare saluo officio, ac religione non posset. Hoc ille votum inter insignia Dei dona connumerat, quales ei vias aperiret conseruandæ, tuendæque paupertatis. Neque hac fuit perfectione contentus: sed postea quo vltra progredieretur inuenit. Obrepererat aliquando repentina quædam animo cogitatio futuræ suis in itineribus egestatis, quam vt animaduertit, deprehenditque suis esse progressionibus aduersariam, continuo noua alia cogitatione, tanquam clauo clauum ei sciendâ putauit. Induxit in animum se quotannis rebus omnibus, quæ præsentem ad victum, & cultum pertinerent, funditus exuere, nihil vt se spoliatus, nihil esset egentius. Itaque rogauit inter sacrificandum ex animo Christum, quem suis præsentem intuebatur oculis, manibusque tractabat, vt quamdiu vita suppeditaret, nullus abiret, aut recurreret annus, quo mens illa pariter non rediret. Quod si id consequi re ipsa non posset, vt parata non haberet in præsens, quæ ad cultum, victumque & sibi, & socijs suppeditarent, certe lumen aliquod suæ menti præferret, quo intelligeret cine gratum, & è re diuina foret, si id sponsione voti, & promissi religione sanciret; Vt se quotannis cunctis rebus præsentibus spoliaret, & Deo decretam paupertatem ad actionem, & vsum eo quoque pacto reuocaret. Omnino agnoscebat iam pridem hoc Dei munus, & hanc ei mentem ferebat acceptam, vt vbicunque terrarum esset, ostiatim sibi vitæ subsidia, atque alimenta perquireret: studebatque sollicitus eandem mentem alere, & has salubres cogitationes fouere, quibus perinde vteretur, ac rebus ipsis, cum re ipsa non posset. Cuius actio, exercitatioque adhiberi cum desijt, sensum minui eius putabat amorem, & elanguescere tantæ virtutis affectum: quia quantum de exercitatioe detrahitur tantum remittitur de amore. Ideo voluntatem, affectumque animi cum facultas non suppeteret, excitabat: bonasque (vt dixi) cogitationes aduocabat, quæ instar essent actionis, & votæ paupertatis quodammodo pabulum. Ita cum se à terrenis segregaret, non mirum est, si tanto magis cælestibus, ac diuinis adhæresceret. Itaque iidem sub tempus quo attentius psalmodia insisteret, præclara sibi adiumenta quæsiuit. Inter psalmum, & psalmum breuem quandam precationem raptim iaculabatur ad Deum, cuius generis erat illa solemnis, & frequēs, Pater cælestis da mihi spiritum bonum. qua in prece totis scilicet missa præcordijs, sensit ad reuocandam, & colligendam mentem multum latere præsidij. Inter-

32.
Dimittitur porbenigne cum omni committatu.

Peruenit Madritum in Hispaniâ, multasque oras percurrit.

33.
Votum concipit peculiare perfectissima paupertatis.

34.
Quotannis omnibus rebus sese spoliare decernit.

35.
Præclara Fabri adiumenta ad bene reuertendum ad diuinum officium.

dum decies augustissima IESV, & eius Matris nomina pie ad horas singulas orandi Canonicas appellabat, vt ad memoriam decem illa sibi redigeret, & in psalmis spectanda proponeret. Primum vnam Dei gloriam, deinde sanctorum honorem, tum incrementa iustorum, postea liberationem eorum, qui noxis essent implicati mortiferis, ad hæc rei Catholicæ progressionem, mutuam etiam inter Christianos Principes pacem, atque concordiam, denique leuationem eorum, quos ea ipsa hora vel dolor aliquis perfoderet corporis, vel animæ sollicitudo perederet, vel aduentantis mortis horror inuaderet, vel purgans apud inferos ignis exureret. Hæc ille decem ad horæ cuiusque Canonicæ carmen pie, sancteque recolebat; his mentem lubricam, ne qua efflueret, cohibebat. Nec vero illa ad comparandam attentionem minus efficax ratio erat, quod in inchoandis iisdem canonicis horis in acerbissimos Christi cruciatus, indignamque necem suæ mentis figebat aspectum, & vt psallendo, canendoque progrediebatur, ita in reputandis acrioribus eius pœnis, atque doloribus procedebat. Intendebantur quippe Christi dolores hoc magis, quo ille propius ad vitæ vergebat occasum: & eadem proportione Faber senserat sibi esse in horarum attentione crescendum, intendendamque vim animi ad intentionem, & incrementa dolorum: vt cum peruenisset ad Nonam, sentire quodammodo, & ipse posset dira illa tormenta, & supremos angores, quibus ea Christus hora paternos in amplexus extremum spiritum edidit. Existimabat etiam præsertim nouis, ac tyronibus salutare, si cum se conferunt ad psallendū, continuo sibi quatuor illos veluti fines, quos ultra non prodæant, terminosque præscribant. Primum loci opportunitatem, vbi psallendi fungatur officio. Magni enim interest non illucgredi cum mens orat, vnde sensus hauriant, quæ cogitationem auocent, alioque traducant. Deinde personas, ac sanctos, qui vel in orandi formulis, atque collectis, vel in sacris, nocturnisque lectionibus memorantur. Postea verba quibus sacrum carmen, & precatio tota contextitur. Denique res, quæ geruntur, actionumque varietatem, quam quotidianæ psalmodiæ vicissitudo suppeditat. Hos intra fines, atque cancellos, qui se tenuerit, is auctore Fabro mentis aberrationibus obuiam ierit. Consueuerat aduentante psalmodia ceteris ab negotijs paulisper abduci, ad eamque prius cogitatione, quam pronuntiatione conuerti: ne, si repente ab negotio traduceretur ad psalmum, vestigia rei gestæ residerent in animo, perpetui semen erroris. Interdum etiam mentem suam blande fallebat, ne qua libere volitaret, cum eaque tanquam fœdus inibat, vt immota silensque, hoc, vel illo saltem in psalino, psalmodiæ vè parte consisteret: quam cum in ea constantem, vt pepigerat, habuisset, pacta sua renouabat, & ad insequentem psalmum se rursus admonens, ita dicebat, fac & huic animo sis præsentis, fac attentio. Cui cum item fecisset satis, eadem admonitione deinceps progrediebatur ad reliquos, dum ad extremum in omni sui muneris parte constantiam, quam querebat, esset adeptus. Et quod suos olim Monachos Basilius monuit, idcirco mentis gigni in oratione desidiam, quia non satis præsens Dei numen agnoscitur, id Faber etiam suo vsu didicit, & scriptis monuit, ad coercendam in orationibus mentem valere plurimū,

Reg. by 9.
21.

si quis Deum, Deique Angelum præsentem agnoscat, qui quemadmodum in precatione se gerat, animaduertant: itemque stantem ex aduerso malum Angelum, qui quo plures habeat ad accusandum ansas, inuido, curiosoque oculo cuncta eius obseruet, & rimetur errata. Præcipiebat in primis abiiciendam oranti sollicitudinem lucis craftinæ, rerumque gerendarum vel optimarum, quæ omnino perderet attentionem, nec sineret animum in inchoata prece conuiescere. Quippe animum ipsum in multa, & longinqua diuifum minus posse ei, quod est præ manibus seruo, & constanter adesse. Quocirca faciendum ei, qui orare spiritu velit, vt omnem diei cursum sic instituat, ac dirigat, omnes actiones ita dispenset, vt ad eas postea euentuum expectatione suspensus orantis animus non recurrat; persuaseratque sibi hoc Deo res gerendas curæ magis forte, quo magis ab ijs ad Deum curam inter orandum ipse traduceret. Precandi, psallendique functus officio, studebat inde spiritu non excedere. Ac ne se continuo foras proijceret, totumque profunderet, ad ea, quæ orauerat, atque cecinerat, animum reuocabat, id quod ei, & in quotidiano Missæ sacrificio, & in quouis alio pietatis genere solenne semper, & vsitatum fuit: vt ijs peractis ad ea animum attentam cogitatione reflecteret, singulasque velut operis partes recognosceret ipse secum, & tanquam prudens, ac peritus. Opifex retractaret. Tanti autem faciebat

accura-

accuratam in canonicis præsertim precibus attentionem, ut diceret, sæpius esse in memoriam reuocandum orandi tempus; concipiendumque tanto ante cum flagrans studium psallendi sapienter, tum metum, sollicitudinemque, ne quid in psallendo, canendoque peccetur: per soluto vero psalmodiæ munere, nisi ex sententia, votoque successerit, suscipiendum esse dolorem, qui perpetuus sit, & ad nouum vsque psalmodiæ tempus conscientiæ peccatus vrat. Sed hunc non tam volebat ex importunis cogitationibus suscipi, quibus mens alio rapitur, quam ex amore, & caritate Dei, quod abfuerit sensus orandi inter suauissima Dei verba, & argumenta psalmodum. Multos enim sæpe numero angere in precationis penso reddendo non tam, quod eius fructu priuantur, quam quod id temporis, quo adstant ante Deum, alienæ cogitationes obturbant, minime reuerentiæ tanti Numinis Maiestatem: tametsi merito timorem hunc, aiebat, fugamque cogitationum ad amorem munire viam. Quippe eo comparato, & in animum semel infuso, tum demum in ipsis rebus subsequatur attentio, ex amore scilicet diuinæ vocis, atque verborum, & ex earum iucunditate rerum, atque factorum, quæ sacro Carmine continentur.

Iam in Gallia Societas, quanquam pusilla illa quidem erat, haud tamen pusillos in ea fructus tulit. Nam nec Domenecus, quem Iacobo de Eguia in regendis domesticis suffectum diximus, otio languebat: Nec Paulus Achilles, qui illuc etiam biduo fere post sese contulerat, hebescebat. Exercebant & ipsi de more nonnullos, quorum tetigerat corda Deus: qui postea vim remedii cælestis experti, continuo in alios, atque alios de suis fructibus deriuabant. Primus Iacobus Miro Valentinus, ætate florens, literisque Latinis, & Græcis pereruditus in eorum partem venit. Is eo iam discendo processerat, ut se ad Aristotelicas scholas, explanationesque in eadem floritissima Academia compararet, longius postea sua studia tracturus, nisi aliò vitæ cursum Deo aspirante conuerteret. Qui dum in Domenecum municipem suum incidit, ad vilitas exercitationes admissus continuo Societati se addixit, tanta sui ipsius, & rerum humanarum despicientia, ut quamuis & ætate, & diuitijs, & doctrinæ laude præstaret, parentibusque esset vnigena, & solus hæres, cuncta tamen hæc caritate Christi posteriora duxerit, nullis perinde rebus in posterum, ut sui ipsius summisionis studio, & alienæ salutis addictus. Ergo mox à Domeneco, qui eius iam naturæ dona, & præclaras habilitates inspexerat, ad animarum causas adhibitus ea cum laude se gessit, ut suorum specimen fructuum breui dederit: ac præter cæteros, veterem quemdam Religionis transfugam hominem perditissimum ad sui claustra Cœnobij, & per hunc postea alios ab errore prauis dogmatis ad sanam mentem reduxit. Denique vel ipso absente Ignatio, perinde omnia ab eius gerebantur alumnis, ac si is præsens adesset. Quanquam autem non deerant, qui Patres tantquam rerum nouarum autores insimularent, inuidoque dente carperent; tamen nec deerant quidam ex altera parte viri principes. cum vitæ integritate præcipua, tum autoritate, & fama doctrinæ, qui non modo priuatim cum vsus esset, verum etiam publicè, & pro concione Patrum silentia defenderent, & ab Obrectatoribus vindicarent: ut ex familia Franciscana nobilis in primis Doctor de Cornibus, & Doctor alius Picardus inter Parisienses concionatores insignis, homo tam amans Societatis, ut in eam significaret se esse venturum, si per valetudinem liceret.

Dum hæc in eis, quas diximus, Europæ partibus, à Societate geruntur, Simon & Xauerius, qui in Lusitania versabantur, exacto quod reliquum erat hyemis, ijs quas supra attingimus, occupationum muneribus; vsque adeo probari, ac suspici eorum cum pia sedulitas, tum singularis industria cæpta est, vulgo, ut Apostoli appellarentur. Inde hoc primum in hodiernum vsque diem Societati cognomen apud Lusitanos, & Indos, quanquam ea perinuita, ac sæpe reclamante. Hoc rerum successu Rex lætus, addito in super consilio, ac postulatione Procerum, cogitationem de Indijs ante susceptam in præsentia iam abiecerat, & de retinendis in Lusitania Patribus tota mente susceperat. Quod illi subodorati Ignatium per literas admonent, & eius simul sententiam rogant. Ignatius consulto Pontifice, cum Regis ad arbitrium Pontifex rem omnem reijciendam putasset, rescribit Patribus, se Regi permittant: & quamuis aliud antea dederit in mandatis, quicquid tamen Rex ipse iubeat, sine hæsitatione perficiant. Quod si suam Rex sententiam exquirat, diuidendam sibi videri prouinciam, ita ut in Lusitania Simon hæ-

38.

De Socijs
Parisiensibus. Præ-
erat Hiero-
nymus Do-
menecus.
aderat &
Paulus A-
chilles.

39.

Ad eos ag-
gregat se
Iacobus
Miro.

40.

Homines
Societatis
in Lusitania
Apostoli voca-
tur.

41.

Manet Si-
mon in Lu-
sitania.
Xauerius
pergit in
Indiam cum
auctoritate
Apostolici
Legati.

reat, Franciscus in Indiam pergat. Rex Ignatij consilium sequutus, appetente iam navigationis die Xauerium aduocat, & ei rem Indicam studiose commendat: hortaturque, vt adiungendis ad Christum Ethnicis, Neophytisque in fide firmandis vigilanter insistat: Lusitanorum arces, ac praesidia lustret: deprauatos mores corrigat: deque rebus singulis per otium ad se perscribat. Ad extremum acceptum nuper ab Vrbe diploma cum literis Apostolicis, quibus ille in India Legatus Apostolicus designabatur ex improviso profert, Xauerioque reddit. Id ei prorsus ignaro vltro Rex ipse curauerat, quo maiore cum potestate, autoritateque prouinciam illam obiret. Xauerius actis de more gratijs, daturum se operam, Deo propitio, respondit; vt nec voluntati Regiae, nec suo muneri, quantum in ipso esset, vlllo loco defuisse videretur. Et quoniam suis Oeconomis Rex manderat, nihil vt Xauerio, comitibusque profecturis in Indiam siue ad tuendam valetudinem, siue ad commodum, cultumque deesset, Xauerius Regijs curatoribus, & Antonio praesertim Taidio, Castanerio comiti, Indicæ Classi instruendæ praeposito, complura navigationis in vsu identidem offerentibus obfirmato animo diu restitit: deinde vero ne fastu potius, aut pertinacia, quam paupertatis amore videretur cuncta respuere; vulgares quasdam, & crassiore textu lacernas, non tam sibi, quam duobus comitibus Paulo Camerti Italo, & Francisco Manfillæ Lusitano ad arcenda circa Bonæ Spei Promotorium Antartici frigora: itemque sacros aliquot libros, quos sibi vsui fore videbat in India, postulauit: reliqua reiecit omnia: quod diceret suscepto Paupertatis Voto, & Dei causam agenti nequaquam esse de crassino laborandum. Hortante deinde Comite, vt ministrum saltem puerum, quem eo nomine Rex misisset, assumeret. Mihi verò (Xauerius inquit) dum his manibus, pedibusque vti licebit, opus ministro nõ est. Cum ille nihilominus vrgeret, ac premeret, negans eius esse personæ, quam gereret, aut vestem ad nauis marginem inspectante nautica, vectorumque turba sua manu perluere, aut cum ceteris tractare lebetes. At qui (Xauerius inquit) personæ tuendæ præcepta, quæ narras, quo loci rem Christianã adduxerint, vides. Ego vero & ollas, vbi res postulauerit, in oculis multitudinis atrectare, & lautare mea manu pannos in animum iam induxi. Quo responso Comes obmutuit, & caelestem hominis sapientiam admiratus, eam sæpe in circulis prædicare consuevit, crebrisque illud vsurpare sermonibus, In classis discessu non minus cum Xauerio, vt plus acciperet, quam cum alijs, ne plus exigenter, fuisse certamen. Simon deinde supremos inter amplexus Xauerium sibi post alia hæc dixisse, narrauit. Meministine, Pater, Romæ, cum ambo in Nosocomio versaremur, te meis nocte intempesta excitatum è somno clamoribus, cum vociferarer amplius, amplius, amplius? idque, quid esset tibi percontanti, me eo tempore subterfugisse prædere? Hunc quoniam rem ad exitum video dirigi, sic habeto. Haud scio an vigili, an sopito, obiecta tum mihi est scena perampla multiplicium ærumnarum, quas diuini obsequij gratia subirem: tantumque tum æterna bonitas mihi roboris, & animi dedit, non modo vt oculos ex horrido conspectu illo non retorquerem, sed vt præ cupiditate plura, & acerbiora tolerandi, in eas, quas exaudisti voces, amplius poscens, eruperim. Iam igitur spero, quando ad hanc me prouinciam clementissimus Deus pro sua pietate selegit, pariter facturum, vt quæ tum Romæ dedit votis exposcere, re etiam exequi donet in India. Ab hoc colloquio, ceterorumque sociorum complexu conscensa Prætoria, qua Martinus Alphonfus Sosa Indiæ Prætor designatus vehebatur, septimo Idus Aprilis in Indiam soluit.

42.
Sensum
paupertatis
in B. Xa-
uerij.

43-
Visum B
Xauerij,
quo signifi-
cabantur
ærumna
Indica.

44-
Simonis
Roderici
sermor.

Post Xauerij digressum suspicatus Simon regia iam de Societatis fundando Collegio euani-
se consilia, propterea quod ea de re diu secum Rex ipse non egerat, antiquissimo suo illo spiritu
vocandæ ad fidem Nationis Indicæ stimulante, constituit Lusitania clam relicta in Indiam soluere. Id quò
ex commodius, & sine interpellatoribus faceret, navigationis apparatus Bernardino Excalceato Longobardo
silentio imperat, fidem suam obligans se illum in Societatem simul ac cõscenderint, recepturum. Verum id
consilij haud quaquam vltra processit. Nam cum quedam Ecclesiæ prædia possessore vacua sese offerrent,
facile Regi fuit per Sedem Apostolicam inuenire, quemadmodum Societatis stabilite Collegium, & perpetuis
bonis instruere sensum posset. Simon ergo præter opinionem, præterque animi sententiam in Lusitania
manere coactus, cum ad extremum in Dei prouidentiam omnia referret, ad Lusitanos pro virili iuandos
suas curas, & vigilas

lias intendit. Nec solum orientalem Oceanum, sed etiam Borealem sub hoc tempus, religioni velificans, cœpit nauigare Societas. Extremo fere anno in Hyberniam Oceani Britannici Insulam missi sunt Salmeron, & Paschasius, cuius suscipiendi itineris ea causa fuit, quod quemadmodum supra significauimus Angliæ Rex Henricus huius appellationis Octauus, diuortio cum vxore Catharina factæ Caroli Quinti matertera, contra ius, fasque Annam Boleniam in matrimonium duxerat. Quas tam nefarias nuptias cum Romanus Pontifex Clemens Septimus ratas habere nullo modo posset; imo & in Cæsaris gratiam, & vt æqua iura poscebant, sua auctoritate damnasset, Rex amore infano corruptus, cum multa antea pro defensione Catholicæ fidei præclare fecisset, ad extremum vertit omnia: & Lutheri, quod dudum oppugnauerat, dogma sequutus, per summam impietatem, ac contumaciam ab Apostolica Sedis auctoritate desciuit. Nec modo quotquot in Anglia suo parebant imperio, terrore iniecto coëgit se vnum secundum Christum Anglicanæ caput Ecclesiæ in diuinis humanisque iurare, verum etiam longius scelere, atque impietate profectus in finitimis Ciuitatibus seuerissimis sanxit edictis, ne quem alium præter se illius Ecclesiæ caput agnoscerent: & ad maiorem Apostolicæ Sedis, quæ in Hyberniam Regnum legitimam dominationem habebat, & habet, contumeliam, ac probrum, eius Regni Principes, populosque citarat. Qui tanti Regis oppressi Tyrannide, quanquam ei se palam non audebant opponere, aut Regijs aduersari Præfectis, à quibus illa Insula Britannicis commendata Regibus administrari consueuerat, intactam tamen Catholicam fidem, & sincerissimam erga Romanum Pontificem Obedientiam animo, ac voluntate seruabant. Cuius rei certior Pontifex factus, cum præclusos sibi vndique videret aditus ad ferendam tot animis opem, qui maiorem in modum, seu ad tutandam religionem auitam, seu ad participandos interiores Ecclesiæ thesauros Catholicis administris egebant, consilium denique cœpit, maximè urgente Roberto Armacano Antistite, vt eo de Societate nonnullos nuntiorum nomine ampla cum potestate legaret: qui in Insulam interiorem ingressi, si id consequi possent, tot animarum periculis obuiam irent. Ad eam prouinciam lectus est omnium primus Ioannes Codurius, vt ex eius suffragio, quod ab Vrbe discessurus procreando Præposito Generali præscriperat cerni potest. Verum eo inopinata morte prærepto, id munus Alphonso Salmeroni, & Paschasio Broëto delegatur, mittebantur Apostolico more sine sacculo, & pera. Sed Patris cælestis cura non defuit. Franciscus Zapata scriptor Apostolicus Societatem meditando, tertium se, Tyrocinium sic positurus, adiunxit, sumptus magna voluntate ministraturus itineris, & communium laborum particeps, periculorumque futurus. Hoc illi aucti socio, quarto Idus Septembris tres simul ab Vrbe profecti, solo Obedientiæ ductu, perlongo, difficilique itinere se committunt. Atque vt Societatis posterius quales ad has expeditiones Ignatij sententia requirantur, intelligant, non ab re fuerit, quibus ille monitis abeuntes instruxerit indicare. Monebat primum Sapientissimus Pater cum omnibus quidem vniuersæ, sed cum inferioribus, æqualibusque præcipuè habita dignitatis cuiusque ratione oportere eos esse in loquendo moderatos, & parcos; in audiendo autem faciles, & patientes, vt tam diu ei, quem admitterent, patulas præberent aures, dum ille sensus omnes animi sui sibi expressisse videretur: ac tum demum breue responsum, facileque subijcerent, vnde omnis instandi præcideretur occasio. Ad hominū vero beneuolentiam diuini obsequij gratia colligendam imitentur Apostolum, qui omnibus fiebat omnia, vt omnes Christo lucrificeret. Nulla enim re æque, ac morum, studiorumque similitudine beneuolentiam conciliari. Itaque obseruatis cuiusque moribus, ad eos se quantum ius, fasque permetteret, accommodarent: adeo vt si quempiam animaduertent acrem, & incitatum, etiam ipsi lenitudinem inter agendum morosam excuterent: contraque tarditatem, grauitatemque tantisper induerent; si is, cum quo agerent, circumspiciat, & in loquendo tardior appareret. Ceterum qui versetur cum iracundo, si eodem ipse quoque morbo laboret, neque vna & eadem sit in rebus omnibus vtriusque sententia, magnū dicebat esse periculum, ne qua demum inter ipsos existat iræ contentio. Qua propter, qui se ad iram procliuum sentiat, eum oportere continenter singulari quadam obseruatione, ac prouisione animi peccatus ante munire, ne occupetur ab iracundia, sed æquo potius animo ferat quicquid ex eo, quæ infirmiore forte perspexerit, triste pertulerit: quippe à tardis, & lentis ingenijs non adeo magnum iurgij, rixæque discrimen, vt à viuidis, & natura præferuidis imminere.

45.
Hybernica
missionis
occafio.

46.
Salmeron
& Paschasius
in Hyberniam
missi.

47.

48.
Monebat eum
à B. Ignatio
tradita.

49.
S. Basil in
regulis
brau. in-
terrog.
245.

In vocandis porrò hominibus ad virtutem suis ipsum armis petendum Satanam docebat, ipsamque utendum artibus ad salutem, quibus ille abutitur ad perniciem. Quod sancti quoque Basilij præceptum fuit. Quippe Satanam iusti viri animam petere aggressum, non continuo apertis confucuisse fraudibus, & insidijs, sed tectis, & quasi quibusdam cuniculis oppugnare; ac primo quidem nihil rectis eius actionibus aduersari, nihil contradicere, quin potius callida omnia dissimulatione probare; multa etiam, quæ speciem præ se ferant honesti astute suggerere: atque ita sensim in eius familiaritatem sese insinuare, dum ad extremum simplicem hominem, & veteratoriarum fraudis ignarum laqueis suis irretiat, implicatumque teneat. Idem ergo in alliciendis ad salutem animis faciendum. Laudanda prouidenter initio, quæ sunt in hominibus recta, vitijs parumper intactis; ac leniter in eorum gratiam irrependum. Quæ conciliata tum demum ad mouendum morbis animi medicinam: vt cum ingressus eorum quodammodo fuerint, exitus nostri sint. Ad curandos autem eos, qui perturbatiore, tristioreve animo essent, hilaritatem vultus suscipiendam, & verborum comitatem, quam possent maximam, vt noxio affectu in contrariam partem impulsio ad æquitatem sese animus reuocaret. Non modo in habendis publice concionibus, sed etiam in priuatis Colloquijs, ac rebus cæteris, præcipuè autem in placandis iris, atque discordijs illud utique præcipiendum animo, ac cogitandum monebat, fore, vt aliquando omnia sua dicta, atque facta in vulgus emanarent, & quæ in tenebris dixissent, proferrentur in lucem. In negotijs conficiendis diem potius anticipandum, quam prorogandum, vt si quid in crastinum sponsum esset, id hodierno persolueretur. Quod ad rem nummariam pertinet, nolebat eam ipsorum manu contingi; ne eam quidem, quam muletæ nomine pro dispensationibus imperassent, sed pecuniam omnem quancumque ratione collectâ per alios potius pauperibus diuidendam, atque tractandam, vt iure iurando affirmare possent, si usus esset, se ex ea muneris procuratione, ne alsem quidè, aut obulû attigisse. Vbi loquendû foret cû Magnatibus, partes loquedi Paschafij essent: cõsultarent autè inter se, vbi-cumque; posset sententiarû diuersitas nasci: quodque; de tribus duo probassent, id fieret. Româ sæpe ex itinere, statim vt in Scotiâ, ac rursus cû primû in Hybernâ appulisset, ac deinceps singulis quibusque mensibus diligenter de suis, legationisq; rebus literas darèt. Hæc & his affinia ex prudèti Patris disciplina prodibant, cû par illud, quos dixi Patrum ad iter Hybernicum cõparabat. Cuius quidè valde secûdi expectabatur euentus, nisi in tẽpora turbulētissima, vti mox indicabimus, incidisset.

50.
Res Catho-
lica in Se-
pentrione
valde la-
borat.

Sequitur est annus alter & quadragesimus grauis admodum & Ecclesiæ vniuersæ, & summo factorum antistiti Paulo Tertio. Nam præterquam quod tota iam Anglia, vt supra significauimus, ab Orthodoxa Religione desciuerat, & Germania quoque non modo ipsa in tenebris ruere, & cæca errorum offundi caligine, verum etiam in alias cœperat regiones male haustos errores effundere: Gallia insuper, Hispaniaque; atroci bello flagrabant, rupto inter Francorum Regem Franciscum, & Imperatorem Carolum fœdere, quod tot laboribus ictum erat. Italiæ verò propediem ab ingenti, & formidabili Turcarum classe haud inani rumore vastitas imminebat. Vt meritò vigilantissimus Ecclesiæ Pastor impendētibus vndique; malis, ne à repentinis obrueretur, longa animi prouisione caueret, dum & Apostolicis literis, & fidelissimis Nuntijs, & honestis legatis, & alijs per opporūnis rationibus Christianorum Principum animos pertinaciter infensos ad pacem studet, concordiamque; reuocare. Qua nisi confecta Concilium Oecumenicum tot malorû leuamen, quodiã diu Paulo hærebat in animo, conuocari non poterat. Quod autem ad animorû cõmune commodum desertum à bonis, labefactatum à perfidis pertinebat, huic ille, vt omni item ratione consuleret, per viros idoneos, & egregie fideles elaborabat. Hinc nimirum tantus ille apparatus Apostolicarum Missionum, tanta Pauli festinatio in mittendis è perexigujs illis Societatis copijs, quoscumque; poterat, in affectas, ac laborantes Ecclesiæ Catholice partes. Ac post duos quidem in Hyberniam destinatos Patres, totidem alios in vnius Fabri locum, quod supra significauimus, Iaium, & Bobadillâ, in Germaniam ire iussit: quorum ille in eam prouinciam hoc ipso anno ineunte peruenit, hic edita prius in Vrbe professione solenni, modico sublecutus est intervallo. Ita nouè ex Professis erepto iam morte Codurio, duo dumtaxat in Italia, hoc, què ingredimur, anno, Ignatius, Lainiusque; manserunt. Reliqui extra Italiã longe lateque; dispersi pro Apostolica Sede varijs, arduisque; muneribus occupabantur. In Vrbe præter vilitata in omne hominû genus Christianæ pietatis

51.
Qua in lo-
ca per id
tempus
Ista ja So-
cietas.

tatis officia, quæ à nostris in conspectu Sedis Apostolicæ, in oculis civium omnium, in aduenarum frequentia gerebantur; Ignatio imminens cura erat, cum de Ecclesiæ vniuersæ bono, tum de suæ propagatione familiarum. Itaque dum à suis modo hæc, modo illa terrarum sola nutu Pontificis obeuntur, is quoque suas ex vrbe colonias deducendas curabat. Socios septem misit Aprilimense, vique Auenionem in Galliam pariter profecturos; inde duos perrecturos Lutetiam studiorum causa: quorum alter Petrus erat Ribadeneira, etiam tum puer, qui paucis ante confirmatam Societatem diebus ad eundem se Ignatium applicuerat: quinque porro in Lusitaniam progressuros ad inchoanda, vnà cum alijs, qui Olisippone substituerant, Collegij Conimbricensis exordia, Martinum Sancticrucium, Herculem Buccerium, & Guilielmum Codurium, Ioannis fratrem, cuius de felici in cælum excessu supra commemorauimus: itemque Antonium Criminalem, & Nicolaum Laccillottum olim mittendos Indiam ad Xauerium. Omnes autem augustis illis Societatis initijs itineraria, vel longissima, vt primorum instituta tenerent, pedibus capeslebant pauperum cultu, & mendicorum more, corroganda passim stipe, perquirendoq; publico aliquo, si quod forte reperissent, hospitio. Qui cum vix paululum ex itinere conquiescent, mox ad faciendam de Deo verba publicis excitabantur in foris. Quoscunque de viatoribus nacti essent, opportune, importune ad detestationem vitæ præteritæ, & peccatorum expiationem incendebant. Egressos ex hospitio, vt de primis Patribus dicebamus, armabat Oratio, excipiebat ingressos, & qui Sacerdotio præditi nondum erant, octauo quoque die, aut etiam sæpius sacrosancto Christi corpore pascebantur. Summa inter eos item pax, quod in longis itineribus rarum, summa animorum, voluntatumque consensus. In ambulando, vt quisque imbecillissimus erat, ita modico interuallo ceteris anteibat, ne valentiorum præcurrente vestigio cogeretur ambulare contentius. Si quem in itinere inopinatus morbus inuaderet, reliqui omnes dum ille conualesceret, consistebant: sin vis morbi diurnitatem, periculumve portenderet, ceteris abeuntibus vnus cum ægroto remanebat; & ad ministerium pariter, & solatium: Ita in his peregrinationum molestijs, laboribusque ingens erat omnium alacritas, perennis hilaritas; quia Christi amor, & crucis sitis, quicquid erat asperum mitigabat. Sed ad Ignatium vt redeam, dum in his curis totus hæret in Vrbe, & Societatis gubernaculis ne quopiam incurrat, sed sine vlla offensione cursum teneat, nunquam recedit, additur ad Transalpinas superioris anni Missiones, Italica. Lainius quippe (Margaritæ Austriacæ cura Ignatio relicta) Pontificis iussu Venetias, ipsa flagitante Republica proficiscitur. Vbirem Christianam, cuius gratia vocabatur, dum reparat, Patauini simul initia Collegij, quamuis non id agens, adornat. Suboriri in celeberrima illa ciuitate iam cœperant ex occultis stirpibus hæresum monstra; & quæ perditissimi homines, illuc de industria summissi latenter aspererant, deteriorem in dies dabantur in fegetem. Malum eo formidolosius, quo rectius ouium lupis ementitis amictum. Sed ne quid prædarum amplius facerent rabidæ bestię, Dei verbo Iacobus instructus, ad frequentissimos ciues locis compluribus conciones; in Templo verò Sancti Saluatoris pomeridianas lectiones, & scholas habuit, Euangelium S. Ioannis interpretans. Mirum quantum hæc probabantur, & aduersus absurdas nonitates valebant. Itaque clarissimorum rogatu civium, quos diebus sacris consilium publicum distinebat, in profectos dies traductas ter in hebdomada, frequentissimo ac florentissimo audiente cœtu profecutus est. Ac dum ea, quæ recta, & quæ praua sunt, docet, institutionis assiduitate perfecit, vt ex errore complures, nec pauciores è cœno vitiorum emergerent. Quosdam autem, quorum præcordia pestilentię iam virus imbuerat, ad sanitatem blando colloquio reuocauit: Alios ad arctioris vitæ genus, perpetuumque Cænobium impulit. Eiusdemque hortatu pauperum hospitia, quæ magna premebantur inopia, copiosa minimum misericordia leuari cœpta: cumque alijs præsidijs, tum exercitorum potissimum, pietas, quæ apud plerosque langueret, cum publica omnium gratulatione reuirit. Inter eximios pietatis professores vir erat generis amplitudine, prudentia, & alijs populo miris ornamentis præstans, Andreas Lipomanus, vulgo ab Sacerdotio, seu Prioratu, quod possidebat Venetijs, Prior Sanctę Trinitatis appellatus: quanquam & Patauij Prioratum S. Marię Magdalensę habebat. Hic Lainij vsu, & meditationum secessu, ita animum agglutinavit Societati, vt amore, studio, officio factus sit tanquam vnus ex ea. Cuius de ceteris virtutibus dicendi non locus est, cum ad eius

52.

Aliquot
missi Parisios.

53.

Missi alij
in Lusitaniam.

Et profecturi in
Indiam
Antonius
Criminalem,
& Nicolaus Laccillottus.

54.

Ratio itinerum reuocanti Societate.

55.

Lainius Venetias mittitur: & res ibi gesta præclare.

56.

Concilium Andreæ Lipomanus, qui fuit primus Collegiorum Societatis in Italia fundator.

præcla-

57.
*Collegij Patauini initia. Additur Societati Patauij Hieronymus Ostel-
 low.*

58.
Salmeronis, & Paschafij res in Hybernia.

præclaram, & his initijs consentaneam vitæ clausulam ventum erit. Ergo non solum suas in ædes Venetijs transferre se ab Hospitalibus Sanctorum Ioannis, & Pauli, vbi summa caritate habebatur, Lainium voluit; sed etiam Patauini Prioratus ædes excitando Collegio destinavit. Agebant tum Patauij Ioannes Polancus, & Andreas Frusius studiorum causa, non ita pridem ab Ignatio, seu verius propter Religionem à Deo missi, nempe in eam Urbem, quæ & Venetæ ditionis princeps, & celeberrima studiorum sedes est: vt vnde in Italiam clandestinæ sensim hæreses ex corruptis Germaniæ partibus influebant, ibi primum Catholicæ fidei propugnaculum, capitalibus eius hostibus opponeretur. Nam cum ad Polanci, Frusijque laudabiles vitæ rationes in eadem Vrbe se Hieronymus Otellus, ætate ille quidem iuuenis, sed virtutis, ac literarû disciplina prouectus applicuisset, ibidemq; Ignatij iussu Stephanus Baroëlius ex Lusitaniæ reditu constitisset, factum est, vt hi quatuor eandem simul vitam in domicilio conducto degentes, moxq; in Lipomani ædes, vt in sequenti anno dicitur, transgressi, Collegij, quod fuit in Italia ceterorum antiquitate princeps, primum veluti semen iecerint. Qui quamuis doctrinæ studia nihil intermitterent, studebant tamen reparandis animis vsq; adeo, Frusio præsertim Sacerdote, vt Patauinæ domus initia eorum quoq; industriæ referatur accepta. Iam Salmeron, & Paschafius, ijs, quæ protulimus, instructi monitis; tum etiam Sedis Apostolicæ autoritate muniti, Galliam multo cum labore, atque, vt inter strepentium bellorum suspiciones, manifesto etiam carceris periculo prætergressi, Scotiam versus, nauigationis cursum instituunt. Quo periculis haud sane minoribus, difficultatibusque perducti, inde in Hyberniâ non sine peculiari Diuini Numinis beneficio, quadragesima oriente perueniunt. Hic vasta offendunt omnia, plena trepidationis, & periculi, longeq; opinione peiora, non rei Catholicæ modo, verû etiam in ipsius ciuilis vitæ prudentia, atq; ratione. Genus illic hominû incultû, ac rude, & quod deterius est, Pastorum vigilijs plane destitutum. Nulla erat apud eos Parochorû, nulla Episcoporum libera procuratio. Proceres vniuersi, vno dumtaxat excepto, qui tamē ipse ceteros imitaturus credebatur, non solum Regis in edictum, voluntatemq; iurarent, verum etiam iure iurando sese astrinxerant concrematurus literas vniuersas Romani Põtificis; & si quos inuenirent huius vitæ viros, victos ad Regem Angliæ, vel ad eius Vicarium in Hyberniam perducturos. Ita illi cum Apostolicis coniungi nuntijs ne mediocri quidem sermone, congressuq; sunt ausi, ac ne turum quidem eis reditum ex Insula illa præstare. Patres tamen non idcirco animis conciderunt, nec spem penitus abiecerunt; sed mutandis subinde latebris, captandisq; temporibus omnē laborē, ac diligentiam in tutandis, curandisq; Catholicis collocabant, modo tacitis passim monitis eos corroborando; modo castum Religionis cultum, & quæ potissimum oporteret adsciscere, quæq; reijcere, perdocendo. Compluribus sacrosancta mysteria rite ministrabant. Aures cõfitentibus admouebant, & pro accepta à Romano Pontifice potestate, parce tamen, moderateq; adhibita, modo cumulatam peccatorum indulgentiam tribuebant; modo nuncupata rite vota, quæ illi nunquam soluerant, permutabant: multis etiam retenta, & Apostolicæ Sedis arbitrio reserua- ta facinora condonabant: alios alijs animaduersionum nexibus relaxabant: nec paucis irrogatam, aut ab homine, aut à iure multam liberaliter remittebant. Qua ex re ingens apud eos populos v- bique læticia, & singularis admiratio, Patrum præsertim continentia, atque integritate perspecta, qui relaxationes, exceptiones, immunitateq;, aut plane gratuitas, aut ære permòdico tenuioribus indulgebant. Quod tamen ipsum memores Ignatij præcepti, manu sua non audebant attingere. Sed aut per eos ipsos, vnde solui debuit, aut etiã per Episcopum partim ad sacrarû ædium instaurationem, partim ad Viduarum solitudinem, & pudicitiam Virginum defendendã, partim ad alia id genus Christianæ pietatis officia, vniuersum conuertebant. Ipsi vero rerum omnium egentissimi, suiq; instituti retinētissimi, nunquã vel pro se aliquid postulabant, vel admittebant oblatû. Hunc in modum diebus quatuor, & triginta ea regione lustrata, ipso vulgi patefacti rumore, ab Anglis Indigenis quærentur ad necem proposito indicibus magno pretio. Nec defuerunt fraudulentis quidam, qui negotiatoribus quibusdam Anglis per speciem negotiationis implicitos, venales Patres molirentur exponere; nempe iis, qui nihil spectabant aliud, nisi vt Henrico Regi captiuos, cuius iã vim, manusq; prope diuinitus Hyberniã trajcientes, euaserant, exhiberent. Ergo Patres cum moram diuturniorem non modo animis non frugiferam, sed ne tutam quidē ijs, qui erga se

officiosi

officiosi esse vellent animaduertent (in apertum enim se vitæ discrimen ac fortunarum, tanquã rei perduellionis obijciebant) ne quid cuiquam sua causa crearët periculi in Scotiam reuertendi consilium capiunt: præsertim quod ab Vrbe discedentes, id habuerant in mandatis, vt, si forte minus tuta commoratio videretur Hybernica, in Italiam remigrarent. Abeunt igitur ex Hybernia, relicto apud eos populos, cum sui desiderio non paruo, tum singulari documento virtutis; qui morte, periculisque contemptis, nulla sua vtilitate, quæstusque, sed vna dumtaxat animorum salute, ac caritate ducti, tantum itineris suscepissent. In Scotiam deinde reuersi, forti & illic animo pertentarunt, vt Regem ipsum adirent, Catholicamque rem Schismaticorum furore quassatam aliqua ratione leuarent. Sed cum omnes aditus impia Procerum vis, ac potentia, qui à Religione defecerant, obsideret: omnisque fere prouincia illa rebellem secuta Britaniã, eodem pariter conflagraret incendio; in Galliam re desperata transmittunt. Cumque Diepam Normandiæ portum appulissent, inde pedibus Lutetiam. Qua in Vrbe dum moras trahunt, accipiunt à Pontifice literas, vt eadem cum potestate in Scotiam remigrent. Sed illi hæserè tamdiu, dum certior Pontifex factus, quo eius Regni loco res essent; iussit eos, Scotia prætermissa, ad Urbem regredi rectius in Italia, quam ibi, vbi essent, suam operam locuturos. Lutetiã igitur Francisco Zapata studiorum causa relicto, Romani ipsi humiles, pannosique Sedis Apostolicæ Nuntij, & perexiguo instructi viatico reuertuntur. Lugduni autem cum plena suspicionibus essent omnia prælio inter Hispanos, Gallosque commisso, simul ac par hoc clericorum in ea regione comparuit, Gallus alter, alter Hispanus, inustitato squallore sordidi, & obsoletiore neglecti vestitu, pro exploratoribus comprehensi, conijciuntur in vincula. Verum à Cardinalibus Nicolao Gaddio, ac Francisco Turnonensi Lugduni tum forte morantibus, non ita mox agniti, honorifice dimissi sunt, viatico insuper, equisque donati. Hic fuit Hybernicæ Missionis exitus: quæ tametsi arcano quodam mentis supernæ consilio ex animi sententia non successit, documentum certè fuit singularis Patrum erga Sedem Apostolicam obedientiæ, & paratissimi animi testimonium ad subeunda pro religione pericula, vitamque ipsam pro animis exponendam. Nec reticere debet hoc loco Roberti Armacani Archiepiscopi Religio, qui profectioem Patrum ante curarat. Is natione Scotus, & à puero cæcus, scientiæ, pietatisque præstantia ad sacras euectus insulas, vbi cognouit minus peragi potuisse ab Nuntijs Apostolicis, quam optasset: Nunc video, inquit, nisi oues audiant vocem Pastoris, me parum proficere: & ab vrbe delatus in Hyberniam, contemptis periculis, ex quibus singulari Dei tutela, liber euasit, multis, & maximis, totam suam lustrauit Diocesim cum inestimabili commodo populorum. Inde nauata præclare opera toti rei Christianæ publicæ in Tridentino Concilio, dum iterum in Hyberniam tendit, Lutetiã inter Nostrorum manus, quos omnes vnice diligebat, religiosissime cessit è vita nocte, quæ præibat diem S. Martino sacrum, illa Viri eius Sanctissimi verba habens in ore, Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat voluntas tua. Sed ad nostra vt redeamus: qui in Germaniam missi erant, non vnus loci arctabantur angustijs, vagabantur etiam longius animarum incitati dulcedine. Ratisbonæ Iaius in colligendis frugibus totus erat: crebro inuisebat Antistitem, & sui admonebat officij: stimulabat ad optima quæque Canonicos: & proprijs in ædibus modo hunc, modo illum aut salutaribus priuatiim colloquijs, aut spiritualibus Societatis exercitationibus adiuuabat. Ad Senarum perorauit egregie; terræq; bonæ quantum conijci poterat, semè Diuini verbi mandabat. Sed dum suis consilijs, autoritateque hæreticum Ciuitati percarum tentat à cõcionandi munere remouere, multorum subijt inuidiam, multis etiam Sacerdotum reformationis nomine, cuius autor habebatur parum gratus erat. Ipse verò cum cruces vndique, & pericula intentarentur, triùphare gaudio cœpit: & minitantibus prærupta Danubij, respondebat intrepidus, in cælum se tam facile aqua, quã terra ire posse. Nec defuerunt, qui ei aut mortifera exitia veneni, aut subitum molirentur exilium. Complures tamen viri boni, Catholiciq;, atque inter hos ciuitatis Episcopus in oculis eum ferebant, palamque exultabant, & quod tam constanter ille se facinorosis opponeret, & quod innocentis vitæ speculo, facilitateq; permira, haud cõtemnendos suæ tolerantia fructus ferret. Aggressus est explanare publice Pauli Epistolam ad Galatas maxima omnium fere ordinum corona, ipsis etiam præsentibus Lutheranis: & quamuis in eadem

60.
Salmeron
& Pasch.
suis redeu.
in Scotiã,
inde Parisios,
inde in Italiam.

61.
Lugduni
pro exploratoribus
capiuntur.

62.
Res in Germania
Claudij Iaij.

63.
Amor Crucis.

65. *R. Bobadilla*
 Vt be duobus in Tempus petilentissimæ Lutheranorum conciones haberentur, ipse tamen tanta omnium constantia, sitique audiebatur, vt ne per Autumni quidem vindemias, vt mos erat, intermitti sacram illam paterentur explanationem. Bobadilla vero morbo imbecillus, Oeniponti, vbi Ferdinandus Rex vnâ cum liberis tunc agebat, rem animorum, & priuatis cum prima nobilitate colloquijs, & ceteris ex instituto muneribus impigrè prouehabat. Sed Curia mox Vienneam translata, Regem ipsum adiit colloquij causa, lætoque exceptus ore, animoque ad prolixiora colloquia per opportunitatem temporis inuitatur: eiusque rei gratia, atque auxilio, partim publicis concionibus, sacrisque lectionibus, partim dimittendis ritè peccatis, instituendisque aliquot ex Iudæorum, ac Turcarum impietate catechumenis, rem diuinam curauit: & quod caput est, admissus ad opportuniora illa, quæ dixi, colloquia, multa de rebus salutaribus cum Rege contulit, nostrorumque interim causam, quæ Ratisbonæ periclitabatur, apud eum æque accuratè, atque vtiliter egit.

65. *Faber in Germania retr: an. etus. Socij. Ioann. Aragon. Ch. Aluaro. alij. 10.*
 Haber autem dum in Hispania Principibus, populisque carus, animas enixe studet ab interitu vindicare, in Germaniam à Pontifice Maximo, qui illius Prouinciæ deplorabat occasum, remeare iubetur. Qui cum comitem ex suis haberet neminem, tacitis apud se precibus optauit à Deo, atque sibi altem ex alienis adiungi, & eos demum, quibus cum pacificum iter, ac sine vlla animorum dissensione conficeret. Cumulatè quod postulauit, accepit. Quippe præter opinionem (relicto in Hispanijs Ortizio) duo ei se sponte viri, non modo itineris comites, verum etiam eiusdem instituti socios in perpetuum obtulerunt, Ioannes Aragonius, & Aluarius Alfonso Regij Sacelli Sacerdotes, apud filias Imperatoris Caroli, Mariam, & Ioannam: quarum illi iussu Petrum Fabrum Teletum vique comitati, capti sanctitate congressus, bona cum venia Dominarum, aula protinus reliquerunt, cum eoque quocunque pergeret, reliquam sibi vitam agendam putarent. Hocigitur comitatu Faber trimestre ferme iter ingredditur: quantis difficultatibus periculisque sibi metus testis est in ea, quam reliquit de suis rebus ephemeride. Vbi Deo vni refert acceptum, quod præter omnem spem salui Spiram, incolumesque peruenerint. Propterea quod & in Hispania citiore latronum ex vnguibz prope diuinitus sint erepti; & in Gallia è pedore carceris, tenebrisque, & in Sabaudia finibus è militum insolentia; & ex Hæreticorum insultibus in Germania; interdumque ex incommodis valetudinis, ac conflictatione morborum; ac denique (quod grauissimum ipse pro summo suæ concordia studio ducit) ex spiritu diuisionis, ac dissensionis. Cum autem per Sabaudiam iter haberet (ne hæc quoque præclara Fabri prætereat actio) & ad Oppidum, cuius grauis erat in animorum causa necessitas diuertisset, facta ibi plena cum spe Diuini verbi semente, suam ipse patriam in conspectu positam, & prope quam tenendum erat iter, ne spe quidem lucri animarum ab Religiosa seueritate deflectens, auertis oculis missam fecit. Spira ingens erat parata iam messis: sed cum initio Cleri obmurmuratio perstreperet, Patris prudentia, ac comitate sedatur, quin ipsos quoque religionis causa aduersantes rectæ vitæ exemplo, & candore animi paulatim sibi deuinxit, vt eius postea discessum ægre tulerint: populi autem studio, pietateque crescente demerendis frugibus dies totos, distinebatur. Concionatorem, cuius de Religione suspecta mens erat, atque doctrina modo in medium afferendis, quæ cum illo sibi conueniebant, modo præter mittendis, vbi dispar erat vtriusque sententia; modo etiam ad eius Monasterium elemosynis summittendis, mire cõciliatum ad veritatis lucem pulsâ caligine præparauit. Clerus, antea solutior, breuise ad seueritatem veterem reuocauit. Tractari cœptum est Sacerdotium more maiorum, pari, inquam, animi, corporisque candore; custodiri arctius in Religiosis ordinibus disciplina; Plebs fieri ad diuina propensior, vt affirmarint Parochi, plures ad sacram Eucharistiam Paschate accessisse postremo, quam totis annis ante viginti. Episcopus in corrigendis moribus multo erat ardentior: cuius Vicarius, nostris iam antea exercitationibus instruitus, tanto in eos, qui fouebant amicas, zelo, studioque flagrabat, vt bello palam concubinis in medio, aut vniuersas se sponderit eiecturum, aut munus suum cito depositurum. Cæpta sunt etiam ipsa pietatis officia maiore exerceri cum sensu. Iamque Catholicis plus vulgo honoris, & reverentia, plus obedientia Prælati deferebatur. Denique tum primum spes Fabro iniecta reputanda Germania, & ad auitæ religionis regulam dirigenda. Qui vero eise adiunxerant Sacer-

66. *Præter patriam habet iter, nec visit.*
 67. *Res Spira gesta.*

66. *Præter patriam habet iter, nec visit.*
 67. *Res Spira gesta.*

dotes, eos fatis rebus diuinis imbutos, curabat insuper vſitatis Societatis peregrinationibus exercendos. Ac primum quidem Ioannem Aragonium Iulio mense, deinde vero paucis post diebus Aluarum Alfonſum cum baculo, & sine nummis ad sancta trium Magorum corpora Coloniæ in peniniam ire iussit. Quod tanta ab ijs cum accessione spiritus factum est, vt eorum alter Aluarum, pennis, varijsque laboribus, ac periculis, latronum, ferarum, pestilentia, famisque perfunctus tantum se ex ea peregrinatione hauissse commodi confirmarit, vt nullius rei condita pretio empta uoluerit prætermittam: paremque alacritatem præ se tulerit Aragonius. Quo lætissimus exitu Faber, quanquam animo impelleretur ad communicandam lætitiã pio cum ijs colloquio, percontandoque de rebus sacris, ac religiosis, quas memorandas vidissent; tamen hac cohibita uoluntate, cohibitaque lætitiã ad gratulandum Deo secessit. Reputabat animo, qui eis res, qui serbo benignè fecissent, qui hospitium præbuisſent, qui iter quoque monstrassent: hisque omnibus Litaniarum serie mercedem uerberem, ac sempiternam, sanctorum allegans patrocinia, à Deo precabatur. Addebat, & qui uultu, dicto, facto quopiam acerbi, aut aduersi fuissent, quibus caelestem misericordiam implorabat: cum existimaret permittere Deum interdum, vt homines Diuina gratia indigentem iustis molesti essent, vt ab his cum exempla humilitatis, tum precum auxilia reciperent: per quæ descenderent in se ipsos, & ad meliora conuerterentur. Sed ad iuandos opera ipsa, & labore populos intentus, quoniam Ioannes Moronus, cui Pontificis iussu parebat, potestatem fecerat, quo maximum operæ inuitaret pretium adeundi, Albertum Archiepiscopum Moguntinum, eundemque sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, conuenit: cumque nonnulla de Religione, deque rebus grauibus vna contulisset, eius authoritate, nutuque, per multa Cardinalis uiliter, præclareque sanxit. Quæ forsitan causa fuit, cur ex ea quoque ciuitate quorundam commoueretur inuidia. Quod cum Faber animaduertret, non tulit pacis Angelus, quorum quærebat animas, eorum nascentes iras, & offensionem. Itaque non prius inde recessit, quam turbarum sedaret initia, & tranquillandis animis odia concitata restingueret. Ibi etiam hominem olim professione Monachum, vsu exercitationeque rerum diuinarum, ad purum, & castum Religionis cultum, ex hæresum læbe, ac corruptela traduxit. Quibus rebus cum & eximia prudentiã, & spectatã doctrinã, & singularis probitatis specimen præbuisſet, tantam sibi eius ciuitatis, Cardinalisque conciliauit beneuolentiam, ac gratiam; quanta in Societatem postea uisa est redundare. In digressu scripta quædam de religione; quorum de ueritate Cardinali non liquebat satis, quæque nulli alij tuto committenda putarat, vni expendenda Fabro, ac diiudicanda permisit. Cumque ei speciosa munera, vas præfertim argenteum magni ponderis obtulisset; Faber paupertatis in primis amans scire remisit, quod diceret se non ex eorum esse numero, qui argenteam supellestem, sed qui bona sua secum ipsi portarent. Postero tamen die Cardinalis, prehensio suis manibus abeunte, in Breuiarij thecam de zona suspensam aureos centum florenos iiecit. Quos cum recusandi non esset locus, ne contemni tanti Antistitis liberalitas videretur, qui uim non modo uerbis, uerum etiam manibus afferebat, eos partim misit ad socios, qui Louanij, eo Parisijs, vt mox dicam, transgressi, studiorum gratia magna in paupertate degebant, partim in egenorum pabulum, aliosque pios vsus sine cunctatione distribuit. Inde Spiram vnde abierat, reuersus præciaris cæptis perseveranter instabat. Cuius in promouenda Religione labores, erudendiſq; catechismo populis indicant etiam illa. Finitima in ciuitate uir erat, haud ita sanus in fide Dynasta, qui publice edixerat, ne cum ad sacras ædes composito agmine populus incedebat, Sanctorum præferrentur imagines. Processit tamen suo more populus ad supplicationem, Sanctorum prælatis Iconis, nec Principis reformidans edictum. Hic ille Præfectum suum cum satellitibus mittit, qui contumaces increpet, & in ius uocet uiolati mandati. At illi præclari facinoris conscientia erecti, liberè Præfecto respondent, Dominum suum magno in errore uersari, si existimet se esse tam hebetes, ac uecordes, vt non intelligant, quid sacræ sibi uelint imagines. Deinde ad Præfectum oratione, ministrosque conuersa, Si uos, inquit, qui Principem uestrum in errorem impellit, non conceditis, vt Deum in sanctis suis, sed in eius tantum persona dignis honoribus prosequamur; Quo nam ore postulatis à nobis, vt Principi uestro, non in eius tantum, sed in uestris quoque personis obtemperemus? Quæ argumentatione perstricti obmutuere Ministri,

68

Marie Sa.
in pe-
reginari-
cuius ritu
Apostolice

69

Inſig. uis
caritas Fa-
bri, & i-
mitatione
dgnissima

70

Conuenit
Archieps-
copū Mo-
guntinū:
reſſ; apud
eum gesta
Moguntia.

71

Fabri ab-
ſinentia.

72

Regredi-
tur Spirã.

re tota in præfens, ne quis popularis motus existeret, dissimulata. Erat etiam Spiræ ex Hæreticorum schola Augustinus quidam ad restringenda in Auditorum animis bonorum operum studia in primis efficax. Faber autem vicissim in refrigerandis hominum ardoribus, ne quid noui moris admitterent, desudabat; hominemque sane idoneum, qui se ad illius Hæretici partes meditabatur adiungere, ab eius consuetudine prudenter abductum, traduxit ad suas, vt nemo pestilentissimo illi Ministro deinceps infensior fuerit, hoc Christi Tyrone; nemo magis, aut doctrina, aut moribus aduersarius.

73.
Moguntia
reuocatur.

Non diu Spiræ substiterat Faber, cum Moguntiam celeriter reuocatur: fuit enim Archiepiscopi Moguntini consilium, vt Fabrum, de cuius eruditione, agendique prudentia multum sibi iam dudum pollicebatur, vna cum alijs ex sua familia pereruditus viris, ad Tridentinum Concilium proximis Kalendis Nouembribus destinaret. Deinde Moguntiam ad docendi prouinciam reuocaret. Sed hæcei legationem (si vita suppeditasset) Sedes Apostolica referuauerat, vt suo loco reddam. Verum dilato in aliud tempus bellorum trepidatione Concilio, ne tam salutari Fabri careret vsu, consuetudineque, hominem apud se tenuit, nec Spiram redeundi potestatem fecit. Ergo ipso iubente Præfule Moguntiaë confedit, quanto animorum bono insequens annus ostender. Sed inter hæc quis esset animi eius habitus, quantis cumularetur cæli muneribus ex eius ad Latinum epistola iuuat cognoscere. Vbi præter alia, dum diuinæ liberalitati pro innumerabilibus eius erga se beneficijs meritas gratias agit, & à Iacobo etiam exigit; hæc apud hominem sibi coniunctissimum, & in eadem palæstra spiritus studiosæ versantem scribit ipse de se. Vtinam tibi frater carissime explicare possem, quæ, & quanta bona, ex quo à te Placentia digressus sum vsque ad hunc diem, & animam meam intrauerint, & in ea permanerint: quæ cognouerim, quæ senserim in ijs, quæ ad Deum, quæque ad sacratissimam eius Matrem pertinent, & ad beatissimos tum Angelos, tum animas, quæ vel in cælo, vel in Purgatorio sunt. Interiora vero mea quid referam? eleuationes, & depressiones meas? introitus in me, & exitus ex me? quo modo didicerim mundare corpus, & animam, & spiritum; purificare cor meum, & reiectis impedimentis præparare, vt diuinarum gratiarum liquores recipiat, retineat, conseruet, petendo ad omnia hæc diuersa dona, quærendo, pulsando? De ijs verò, quæ ad proximum spectant, non minus multa possent dici, in quibus Dominus Deus modos militæ, & vias dedit, veritates ostendit, & vias, vt illum cognoscam, illi de bonis congaudeam, de malis compatiar, pro illo gratias, & agam, & petam, & veniam, ac remissionem quaram, & excusationes inueniam; & coram Deo, & sanctis eius bona de illo, ac pro illo loquar. In summa, Iacobe frater carissime, nunquam ego non dicam factis, aut verbis exequi, sed neque cogitatione possim comprehendere, quæ beneficia in me Deus meus contulit, & conferre paratus est, meas contritiones alligans, sanans omnes infirmitates meas, delens meas iniquitates: ipsi gloria amen, ipsi laus, ipsi honor, & benedictio ab omni creatura. Ego quidem dico amen. Sed & tu etiam obsecro de hoc fratre tuo illum laudato, illi benedicito; quod ego de vniuersa Societate, & de misericordia Domini tam abundanti hæctenus super illam effusa facere quotidie non desisto. His anima Fabri sanctos inter labores pro animarum causis in dies vberius cumulabatur à Deo muneribus. Qui vero Parisijs agebant (erant autem numero sexdecim)

74.
Epistola
Fabri de
anima sua
profectu
ad Latinum.

75.
Parisii mi
grant His
pani scij
Louanium
vna cum
Hieronymo
Domeneco.

ij, & literarum pariter, & pietatis studia colebant: quanquam postea belli formidine circumstrepente ad paucos hic numerus redijt. Rex namque Galliaë Franciscus publicè, seuereque edixerat, vt qui de Caroli ditione erant, omnes ad vnum intra diem octauum Regno facerent. Ergo, & de Socijs octo, quippe Hispani inter quos erat Strada, coguntur excedere, duce Hieronymo Domeneco, quem Parisiensi domui præfuisse iam diximus. Igitur veluti nouæ Coloniaë Dux, septem cum Socijs Hispanis Hispanus Louanium versus iter instituit: sed primum Bruxellas, dum hostilis exercitus, qui Louanium tenere dicebatur, castra moueret, deinde Idibus Augusti Louanium venit. Hic illi dum inchoata Parisijs studia quieto persequuntur otio, eadem opera nouam Societatis inchoant domum, futuri que iaciunt fundamenta Collegij plurimum eam rem Fabri nomine, ac fama iuuante, qui primus etiam in Belgio Societatem illustrauit. Interim Antonius Araozius Sacerdos iam creatus Professionis suæ votis primus post decem in Ignatij manibus rite edixit, vna cum Iacobo de Eguia remittitur in Hispaniam, eo forte consilio, vt quam in ijs populis animo-

animorum propensionem biennio antè perspexerat, eam vſitatis Societatis artibus tueretur. Pe-
 dices promore iter emenſi, vbi Barcinonem attigère, tantam è veſtigio naçti ſunt meſſem, vt ne
 minimæ quidem parti ſatis fuerint colligendæ: nec longius progredi alia in Oppida, Vrbeſque li-
 cuerit: ſed reliquum anni tempus in vna illa ciuitate fouenda, iuuandaque conſumpſerint. Quip-
 pe omnium fere Principum beneuolentiam, egregiamque voluntatem erga Societatem, Prore-
 gis, ac Proreginæ, Ducis etiam Cardonæ, eiufque cõiuugis: Epifcopi, Præfectiq; Neapolitani ma-
 ris, & id aliorum Principum genus experti; auſi ſunt vel nobiliſſimos viros ex hominum turba,
 ſtrepituque rerum humanarum ad exercitiorum otium ſeuocare, atque in his eum, quem dixi
 Præfectum. Qui quo liberius à ſalutationibus amicorum, curarumque moleſtijs cæleſti illi con-
 templatationi vacaret, in aliud ſe tranſtulit domicilium ab interuentoribus vacuum, cuius ſe iani-
 torem velle agere, ne quis talem virum tali munere occupatum interpellaret, Prorex ipſe iacta-
 bat. Is erat Franciſcus Borgia, tum Lombai Marchio, paulo poſt Ioannis ſui parentis obitu Gan-
 diæ Dux, interiora ſtudia pietatis iam ingreſſus: qui audiens breui Araozio diſcedendum, perſtu-
 diosè literas ad Ignatium dedit. Atque inter cetera. Tantum hic profuit, inquit, vt equidem pro
 magna duxerim huius ciuitatis infelicitate ſi auocetur. Atque adeo pro iniuncto mihi huius regni
 onere, putauit hoc tibi ſignificandum, vt Angelus Perſarum fecit, cum pro filijs Iſrael ob recta ex-
 empla, & alium inter Perſas fructum retinendis contendit. Hæc ea multo plura Prorex haud qua-
 quam vero maiora. Confeſſionibus, non dies, non noctes erant excipiendis ſatis, vt interdum vix
 ſacrificio Miſſæ liberum ſpatium concederetur. Concionabatur varijs locis Araozius frequentif-
 ſimo hominum cœtu, & orationis facultati par vitæ reſpondebat integritas. Quo primum die in
 æde S. Mariæ à Pinu verba fecit, pro conſuetudine loci abſoluta concione magnam ei vim pecu-
 niæ obtulère, in qua repudianda ita certandum fuit, vt populus ad ſtrepitum altercantium accur-
 rerit: qui re cognita haud ſine ſecunda admurmuratione diſceſſit. Quin adeo cum Priori Sanctæ
 Catharinæ Dominicano nobilis concionator ſuper Araozij dictione diſſerens affirmaret, ſi homi-
 nes Societatis conuenirent vniuerſi in tractandis rebus, quæ ad mores pertinent, magnum eos
 momentum ad morum vbique correctionem facturos, Prior vir pius, ac doctus, Societatisque
 ſtudioſus ſubiecit. Non iſthic rei ſumma vertitur, ſed in eo, vt vniuerſi conſentiant in factis, Dei-
 que verbo gratis vbique vulgando. Hinc facile exiſtet, vt quantum opus eſt ad vſum pietatis,
 etiam dictionis forma conſentiant. Eam habebat vtique terrarum gratuito impenſus pietati
 labor approbationem. At Araozius nullam virtuti promouendæ non adhibens machinam, ſtu-
 duit viros inter ſe nobiles conciliare, & mutuis turbatam odijs redintegrare concordiam. In im-
 buendis piæ exercitatione mentibus, res, vt ſolet, ex ſententia cedebat, petentibusque ne decem
 quidem inſtitutores ſatis videbantur eſſe facturi: tanta erat competitorum vis, atque frequentia.
 Is poſtea ad Vrbeſ, non ſine multorum reuocatus eſt lachrymis: ipſaque ciuitas deſiderium ab-
 ſentis non diu ferens, de eius reditu cum Pontifice Maximo per literas egit. Ille vero dum Ro-
 mam anno iam labente reuertitur, haud inutiliter in ea ipſa Triremi, quâ in Italiam, vnâ cum
 Turcis, Mauriſque, & ad Tranſtra damnatis eſt veſtus, nauigationis tempus expendit. Inter
 hæc haud ſane minus, qui longiore tractu diiuncti, quam qui propius aberant, in lucrandis ani-
 mis excubabant. Remanſerat in Luſitania, vt ſupra demonſtrauiſmus, Deo rem gubernante, Si-
 mon; Xauerius vero nauigaturus in Indiam conſcenderat iam Prætoriam. Atque in Luſitania
 quidem cum Diui Antonij Archimandritæ ædes Rex Patribus aſſignafſet, eas Simon incolere
 cum duobus non amplius Socijs inſtituit, Bernardino exalceato, quo cum iter, vt dictum eſt an-
 tea, pararat in Indiam, & Conſaluo Medærio. In attributas ædes tres hi demigrauerant, cum ſuam
 Dominus familiam auxit. Sub idem quippe tempus Sociorum ſupplementum Pariſina ex Vrbe
 comparuit, pauciſque poſt menſibus ab Vrbe Roma. Quocirca cum operarum numerus Oliſip-
 pone creuiſſet, crefcere etiam laborum ſuauiſſimus fructus cœpit. Maxima nobilitatis pars ad
 Diui Antonij repente confluxit, ibique octauo quoque die, vel cum rariffimè ſingulis ſaltem mē-
 ſibus ſacroſanctæ Confeſſionis, & Euchariftiæ myſteria capere reuerenter inſtituit: vt id iam no-
 uum in Regis Curia videri vſu increbreſcente deſierit: quam religioſorum conuentum rectius,
 quam ſecularis Principis Aulam, nominaret. Ad exemplum porro Nobilitatis plebs reliqua
 forma

76.

Antonius
Araozius
primus
poſt decem
profefſus
Giacobus
de Eguia
in Hiſpa-
niam miſ-
tuntur.

77.

Res ab A-
raozio ge-
ſta Barci-
none.

78.

Pecuniarū
abſtinen-
tia, quam
utilis ad
fructum
animarū.

79.

Araozius
Romam
redit.

80.

Aſſignatur
Oliſippone
Societati
ades S. An-
tonij:

81.
Emmanuel Godinus Societate recipitur. Emmanuel Fernandus, & alij.

formabatur; quæ quidem in dies magis reuerens Patres; suæque sitiens salutis, eorum pie dexteras implorabat. Præstantiores tamen fructus è sanctis meditationibus periebantur. Quibus familiari adiuncto congressu tum sanctius vitæ genus complures, tum Societatis instituire nonnulli. Inter alios Emmanuel Godinus Olisipponensis honesti viri filius Regis ex aula, qui apud Xauerium per sacram Confessionem vitæ antea cæta maculas expiarat; Germanique fratres duo, quorum alter item Emmanuel Fernandus, celebris postea Concionator, & perutilis Christi seruus; Quartus autem Castellanus quidam honestus vir, & in disciplinis Theologicis iam emeritus; idemque maximæ ædis concionator, Archiepiscopoque Olisipponensi percarus. Nomen literæ vetustæ non prodiderunt, satis tamen certa sunt argumenta Franciscum Netum fuisse; qui, dein fratrum suorum causa aliquid turbarum passus in Lusitania, Vallisoletum concessit: ibique anno 1546. dum miro cum fructu concionatur, summo cum populi totius luctu religiosè decessit. Hic igitur cum Simone sæpe congressus, statuit tandem humana relinquere, seseque cum Simone ipso, sociisque coniungere. Sed cum ea de re prius populum, cui tum maximè consultum volebat, admonendum putasset; destinato ad eam rem die per occasionem instituti sermonis ad Auditores orationem repente conuertit, eosque compellans; Aut ego, inquit, vera vobis ad hunc diem cecini de loco hoc, aut veritatem celando fecelli. Si vera cecini, & quæ debui libertate perdocui, quod me fecisse profiteor, relinquatur profecto, vt quæ vobis audientibus de paupertate differui, ea putetis esse verissima. Sed illud mihi forsitan obijciat quispiam, Quomodo tu secularis homo cum sis, & in medio vulgo verseris, ita ista prædicas? contraria sunt dicta factis. Quam tu nobis paupertatem, quam commodorum despicientiam narras? qui pingui Sacerdotio, & Ecclesiæ redditibus diues es? Vitæ tuæ non consentit oratio tua. Hæc & similia sibi ipse dissimulanter obieciens, & rationando percurrens, ad extremum ita conclusit. Atqui vt intelligatis, me ex hoc loco fucum vobis non fecisse, sed verissima prædicasse, hoc ipso momento temporis linquo omnia, & ad Diui Antonij Archimandritæ recta propero vt bonis illis cum Patribus Christum sequar. Haud aliter fecit, ac dixit vniuersorum approbatione mirifica. Quod postea exemplum alios etiam quosdam ex eadem Ecclesia sequi non piguit. Iam ne Simoni quidem, qui Barbarorum ad Christum accessum tam sitiebat ardentem, suus ex alienigenis manipulus defuit. Saraceni quinque in ijsque vnus domi suæ pernobilis ex Mauritania, vt ad Christi signa transirent ad Lusitaniam Regem accesserant: & id ipsum par Iudæorum cfflagitaret. Hos septem Rex Societati instituendos, & ad nouam militiam informandos tradidit. Quorum postea sacro Baptismati, Christianæque militiæ sacramento, ingenti gratulatione, cum populus Olisipponensis, tum Aula Regis interfuit. Vt prima hæc in Lusitania Deo oblata libamina, adumbratio fuisse quædam, & quasi præflagitio videretur eorum, qui non ex Indijs, modo, verum ex vltimo quoque Oriente Societatis essent opera ad Christum aliquando venturi.

82
Concionatoris feruor in Societate capessenda.

Demum cum è domesticis discipulis omnino duodecim, partim Roma, Parisijsque missos, partim etiam in Lusitania receptos aliquandiu Simon ad D. Antonij retenuisset (placuerat enim recens erectam stabilire domum) tandem eos Conimbricam Rege postulante deduxit. Ibi Rex lulentam excitauerat Academiam, sed quoniam ad Indos, quos ad veritatis lumen cupiebat adducere, suas cogitationes, cura;que conuerterat, Patrū nactus opportunitatē, & ibi condendi Collegij consilium cœpit, vbi & Conimbricensi Academia coniugendis studiorum sedibus subsidio foret, & Regionis Indicæ Seminariū ex Euangelij præconibus collocaret. Erat etiam in animo aliud Eboræ exædificare Collegium, cuiusque rei gratia eò miserat, qui & eam, quæ designabatur, aream inspiceret, & ædificij formam, rationemque præscriberet; sed quoniam in aliud tempus dilata res est, eodem & nos illa pariter differemus. Nunc quod ad rem Conimbricensem attinet, eius componendæ causa Simon iussu Regis eo se contulit: ibique confestim ædibus Regia mercede conductis, acceptisque & area exædificando domicilio perampla, & ære ad Bibliothecā data sunt principia Conimbricensi Collegio Rectore Iacobo Mirone, nec dum Sacerdote, qui cum Põtio Gogordano, & altero Sacio nuper Lutetia venerat. Quo feliciter inchoato, & vt initia illa ferebant, necessarijs reb. instructo, constitutaq; insuper domestica disciplina, Simon vnde abierat se recepit. Ac protinus ab hoc exordio in eam amplitudinem regia fouente beneficia id Collegiū

83
Initium Collegij Conimbricensis

euallit:

euasit; vt diu tota Societate par nullum habuerit. Hic autem inter initia nullo vulgus nouam familiam habebat in pretio: Idiotas, Tabernarios, & Hospites, alijque eiusmodi ad contemptum, nominibus appellabat. Quippe externi fermè cum essent omnes, Societasque recentissima, multa erat obmurmuratio populi, & varia de ipsis in Turbis opinio. Sed vbi solitarum documenta virtutum ab *ijs* edita, vulgus semel in spexit, in admirationem contemptum vertit, contumelias in laudem. Quin sola probitatis fama ad Patrum numerum aggregauere se octo. Et quoniam Academicis, discipulique nonnulli ad Patres illos verebantur accedere iussus est à Simone is, quem dixi, Godinus, qui que ex vsu, consuetudineque Xauerij Societati se addixerat, cultu, ornatuque discipuli extra Societatem ad tempus esse, suo vt exemplo reliquam iuuentutem ad Confessionem alliceret: eoque cultu annum ferme transegit, Simonis haud irritò voto. Eodem hoc anno primum à nostris in orientis Indiam Euangelicæ prædicationis inuecta lux est felici ap- pulsu Xauerij. Is anno superiore cum Indiæ Prætorè, Martino Alphonso Sosa Olisippone dis- cesserat, comitesque secum duxerat è Societate Sacerdotem Paulum Camerem, & Franciscum Manfillam nondum sacris initiatum. Cum his pridie Nonas Maij Goam appulit, mensibus tre- decim in ea nauigatione consumptis, quæ semel tri fere spatio confici solet. Causa moræ Hyber- natio Mozambicifuit fere semestris, sed ea perutilis, & opportuna permultis. In itinere Domi- nicis diebus verba faciebat, nec deerat continenter ægrotis: quorum etiam animos sacramen- torum præsidijs, vnà cum valentibus subleuabat. Nauigia de maioribus quinque, vectoribus re- ferta compluribus in Mozambico subsistere tempestas compulit. Est in eâ insula Lulitano Regi nobile propugnaculum: in eademque & Lusitani, & Saraceni genus hominum pacatissimū suas utriusque sedes habent. Semestri circiter interuallo complures è vectoribus morbus strauerat, & instar octoginta perierant. Xauerius, socijque ægrotis curandis intendi animis, & corporibus succurrebant. Ac socij quidem cum Classis è Mozambico soluisset, agris cum militibus reman- serunt. Xauerius autem præcurrit obsecrante Prætorè, cuius & valetudo tentabatur, ne sacra- menti opportunitate careret, ingrauescente vi morbi. Sed prius quam Goam ventum est, Me- lindam Saracenorum Oppidum, vbi Lusitani negotiantur, appellunt. Christiani verò, qui suum obirent in ea diem, manfculis tumulis condebantur impositis sacre Crucis, quæ pulchrè eminus spectarentur, insignibus. Vt autem cominus Classis apparuit, Christianorum Melindenfium agmen Crucem marmoream inauratam præferens obuiam protinus se effudit. Nec absuit Rex ipse Melindæ, qui consalutandi Prætoris gratia non vulgari humanitatis, & officij significatione, nauim vsque conscenderat. Crucis ad aspectum exhilarati sunt vniuersi, salutari redemptionis nostræ trophæo tam ex inspirato barbaras inter nationes inuento. Cum Christiano iam vita fun- do suprema iusta persoluerentur, Saraceni spectandis Christianorum ritibus obstupuerunt, haud tacita suorum animorum de Christianis sacris opinione. Nec deerat sibi ipse Xauerius, quominus aucupandis occasionibus obtruderet Euangelium. Percunctabatur ex eo nobilis Saracenus de Christianorum ad templa concursu, deque eorum in suo colèdo Christo feruore: nam apud suos prisca illam consenuit pietatem, & Mahometis exoleuisse reuerentiam querebatur: quod è septendecim Melindæ Fanis, tria diu taxat, ea que à perpaucis solita essent adiri, tantumque mali in immane aliquod ipsorum scelus, facinusque referebat. Cui cum multa in eam sententiam re- spondisset Xauerius, negaretque mirum esse quod & illorum preces verum Dei numen auerfa- retur, & si hæc pietatis cultum aboleret, is, qui veræ pietatis autor ab impijs Saracenorum supersti- tionibus abhorreret: Saracenus & si non planè ille quidem Xauerio assentiri visus est; alius tamè inter eos Sacerdos extitit, qui nisi Mahometus intra biennium ipsos reuiferet, se eius & sacra, & sectam restaretur protinus deserturum. Quippe infidelium, & consccleratorum proprium est à spe, fideque destitui; nihil autem habere certi quod colant, nihil explorati quod credant. Hinc ad Socotoram insulam deuehuntur ad oram Africæ Orientalem sitam prope fauces sinus Arabici. Regio est in primis æstiuans: tellus vt derelicta, & inculta, sic exilis, & macra. Non tritici ferax est, non Oricæ, non vini, non vllius pomorū generis, nec incolæ quā alius vilis est cibus, nisi, lac, ca- ro, dactili, ex quibus & panem expriment. In hæc Christiani dicebant, & ad Apostolum Thomam, quem præcipua veneratione colebant, suam referbant originem. Ab eo priscos olim

84.

Xauerius
in I. diam
peruenit.

85.

Gesta in
Mozambico.

86.

Gesta Me-
linda.

87.

Socotora
Insula sta-
na, & re-
ligio.

olim suos in Insula baptizatos gloriose iactabant, cum tamen ipsi, quid Baptismus esset, peritus ignoraret. Multa ibi etiam tum obsoletis iam Christianis moribus; religionis prisca vestigia cernebantur. Tempia videlicet aliqua peruetusta ad pietatem magis, quam ad elegantiam extructa: Cruces in Altaribus collocatae, & praependentes lychni: suus autem cuique Templo, Sacelloue Cacizius, seu Parochus praesidebat. Sed hi Cacizij literaturae omnes expertes ne literarum quidem apices, & elementa pernorant, ideoque ne vlla quidem apud eos erant monumenta doctrinae, codices nulli, nullus Christianae legis institutor, ac doctor, Sacerdos nullus. Sed omnia crassis circumfusa tenebris, & Saracenorum, siue Ethnicorum superstitionibus inuoluta, ut ne radium quidem Christiani fulgoris admitterent. Quater tamen in die ad eadem sacram salutandi Numinis causa coibant, nocte, luceque media, & matutinis, vespertinisque temporibus. Populum ad id non aere campano, aut tintinnabulis egestate premente, sed ligneis crepitaculis, ut maiore apud nos in hebdomada, conuocabant. Multas memoriter preces, non vernacula illa quidem, sed peregrina lingua compositas pronuntiabant, ad earum tamen surdi sententiam. Ea sonare chaldaicum aliquid videbantur; vocemque dumtaxat illam saepius iterabant Alleluia, Alleluia, ihs, quas dixi, preces intermixtam. Xauerius vespertinis aliquando precibus Cacizij cuiusdam praesens affuit, sane longiusculis, quibus recitandis thus identidem adolebat. Et quamquam Cacizii rei uxoriae dare operam solent, ieiunio tamen dediti apprimè sunt, quo colendo, pisce etiam, ac lacte, non modo carnibus abstinent, millies potius appetituri mortem, quam ut de piscibus, quorum tamen diues est Insula, ore contingant. Vitam igitur id temporis daetylis, olenibusque sustentat, & binas quadragesimas, quarum bimestris est altera, quotannis colunt. Quo tempore si qui è vulgo carne vescantur, templi aditu arcentur, sicut & foeminae vniuersae quamuis à carne temperent. Saracenis porro Socotorae usque adeo animis erant inferis, ut ne Christiana quidem cum eis sacra participanda censerent. Parebant tum Saraceno Dynastae, cum ad eos penetrauit Xauerius, cuius oppressi Tyrannide, cum varijs, ac flebilibus modis exercebantur ipsi, tum eorum cara pignora è maternis erepta complexibus execrandis sacris initiabantur. Quod indignissime, ut aequum erat, Xauerius ferens, cum eos Christianis ritibus instituire peregrina lingua non posset, quod reliquum erat, digitorum argutijs, & nutibus imbuebat: plurimamque parentum sobolem, non modo ijs non inuitis, verum etiam libentibus sacro fonte resperfit. Quin suam quisque ad eum prolem Baptismi causa deducebant: eique peramanter de suis daetylis offerebant, suam excusantes inopiam: & ut apud se plusculum moraretur, orabant: breui etenim fore, ut sacro latice tota illa Insula tingeretur. Nec abnuisset longiorem moram vir sitientissimus animarum, nisi Praetoris autoritas vetuisset, cui Xauerij salus antiquissima erat, veriti ne à Turcis, quorum illa Insula populationibus est infesta in seruitutem abduceretur. Inde igitur ille digressus, ut primum se tulit occasio, ad Lusitanum Regem literas dedit, sanè quam ardentes: quibus eius tutelae Socotorae Christianos tanquam oves errantes, destitutasque pastoribus commendabat: demonstrata rei facilitate, quae nullis impensis, periculisque, sed solo Regno nutu confici posset, si modo Regiae Classi illac profecturae mandaret, suo ut praesidio Socotorae ab immani illius Dynastae Tyrannide vindicaret. Rex, qua erat in Deum pietate, eò illico Classem destinat, & pulsas Saracenis Socotoram capit, indigenasque seruitio liberat, & valido praesidio cingit Insulam. At Xauerius Arabiae ac Persidis oram praeteruectus Goam Indiae caput, Urbemque praecipuam, uti significatum est, attigit pridie Nonas Maij. Constat autem Indiam ipsam ab eodem Apostolo Thoma peragrata, & eius olim sanguine pro Christi amore resperfam, multis factis in ea Christianis. Sed horum praeteri cum Saracenis, Ethnicisque permixti ad impios ritus, moresque degenerauerant: nihil ut in ea Christianae pene Religionis (vicis quibusdam exceptis, qui à Sancto Thoma nomen habent) praeter ipsam famam, nomenque superesset. Verum eo non multis annis ante commigrantibus Lusitanis, & propagato late imperio sese erigere Christi cultus, & reuerentia coepit. Primi Apostolici operis fundatores Franciscani Religiosi fuere. Ex ea quoque subinde familia primus, ac deinceps alter Episcopus fuerant Fernandus, & Ioannes Albuquerqueus. Sed ille annularis solum, ut vocant Episcopus venerat Archiepiscopi missu Fungalensis: hic pleno jure constitutam Romani Pontificis Pauli Tertij auctoritate

88.

Rex à B.
Xauerio
gesta in Socotora.

89.

Status Indiae.

tate Sedem acceperat: eoque primus Indiæ censetur Antistes: qui tum Pastoralis muneri sedulus præerat, cum Goam Xaverius appulit. Itaque cum præter Franciscanos nulli dum in eas oras Religiosi penetrassent, hique perpauci numerarentur: nec Sacerdotum vulgarium copia maior suppeteret, non modo in alijs Lusitanorum Oppidis, sed etiam in ipsa Vrbe Goa Ethnicorum, Sacerdotumque superstitione etiam tum vigeat, qui suis nefandis sacris in ipsis conuentionum Lusitanorum oculis operabantur: & qui præ cæteris pollebant opibus, fortunisque novos vsque ad eo Christianos exagitabant, ut qui ad Christiana sacra transire vellent, pauci admodum reperirentur. Apud Lusitanos autem veteresque Christianos is, erat status, qualem, scilicet conijcere est, Sacerdotum absente præsidio, apud militares ferme homines eisdemque victores, apud mercatores, & eosdem dominos, in summa raritate iustarum coniugum in altricibus licentiæ oris, tam procul ab noto orbe, inter opportunas iniurijs gentes, ac fœdis Dæmonum superstitionibus deditas, quarum vel assidua ipsa consuetudo poterat Christianæ vitæ sanctitatem corrumpere. Igitur nullus prope sacramentorum, concionum vero nullus penitus erat vsus, perrarumque sacrificium. Deprauata erant omnia, iniusta vis, & libido: & cuncta vbique vitiorum monstra, nulum nacta mōnitorem, pudorisve magistrum dominabantur impune. Sed in tantis tenebris tempestiuus, & plane salutaris Xaverij aduentus illuxit. Is conciliata sibi prius, ut mos eius erat, quod facillimum pro Antistitis pietate fuit, Albuquerquej Episcopi voluntate inchoandam sibi animorum salutem à cura corporum, Saluatoris putauit exemplo: eaque de causa domicilio alio nullo, præter publicum Valetudinarium sibi delecto, eadem opera grauius affectis adesse, dies ac noctes cœpit. Pernoctabat enim iuxta miserimum quemque, quod celerius, atque expeditius singulis momentis, intendentibus se periculis subueniret. Nec vero communi solum laborantibus morbo, verum etiam elephantiali, & tetra lepra resperis pari succurrebat officio: quibus & consentibus se adiungere, & sacram Eucharistiam sua manu porrigere non dubitabat: Mortuorum etiam cadauera suis ipse manibus funebri linteo ad sepulturam insuebat: & hanc postridie piaculare sacrum excipiebat. Recte valentibus, seu quotidiana mysteriorum dispensatione, seu diuini prædicatione verbi, seu etiam catechesi perenni, colloquijsque priuatis nullo loco deerat: ut etiam vias, plateasque cum tintinnabulo circumire, & puerorum, seruatorumque gregem ad disciplinam Christianæ legis cogere, non alienum, aut ab ætate sua duceret, aut à persona. Adeo erat in eo præclara quædam humilitatis, caritatisque societas. Qui ventitabant ad catechesim ij trecentorum instar erant, eiusque muneris vtilitate perspecta, eadem haberi in omnibus Goæ Templis iussu pij Præsulis cœpta est: hodieque mos hic viget ingenti Ciuium tum approbatione, tum commodo. Vincitos in custodijs non modo officiose statis temporibus inuisebat, verum etiam collectio ære iuuabat: & si quid ad eum interdum elemosynæ nomine deferretur, id vniuersum egenis, ægrotisque quam occultissime diuidebat. Quibus Apostolica caritatis officijs eo vsque celebrari, peruulgarique cœptus est; ut iam tum appellaretur Apostolus. Sed mire suaues æterni consilij vias licet animaduertere. Superiore anno 1541. dum Societas ad iter Indicum in Europa se comparat, cœptum Goæ nobile seminarium est. Iacobus Borbanus à prima ætate aliquandiu inter Franciscanos versatus, dein Sacerdos è populo pietate nobilis, Ioannis Tertij missu opimo cum stipendio in Indiam transmiserat, ut verbi Diuini præconio Lusitanis, & Indis opitularetur. Is, & Michael Vazius totius Indiæ Proepiscopus, & Cosmus Annus Scriba Regius communi consensu Prætoris Stephano Gamma, & Fernando Rodericio quæstore cum auctoritate, tum re iuuantibus, Seminarium ad alendos, instituendosque è cunctis Indiæ ferme nationibus adolefcetulos inchoarant; qui Christianis imbuti mysterijs Sacerdotum deinde partes, aut certe interpretum sustinerent. Situ delecto in regione, quam stadiū equestre vocabant, Borbanus ædificio, puerorumque institutioni, qui statim ad sexaginta collecti, præficuntur. Ergo vbi Xaverius cum Socijs adfuit, eorumque vitæ consuetudo, religioq; perspecta est, nihil habuere antiquius, quam ut tam salubris incœpti procuracionem ad eum deferrent: quod tam opportune cecidit, ut nescias vtrum Societati ad eunti Indiam præparata sedes, an tam præstanti operi Rectores diuino consilio aduectos verius dicas: cum verum vtrumque sit. Dubitant primi Seminarij autores quo id appellarent nomine. Cosmus Annus sanctę fidei, cuius pro-

91

Inchoam
Xaverius
Euangelicam
prædicationem
ab exerci-
tatione mi-
sericordiam
operum.

92.

Seminarium
Indorum
Goæ incho-
atum an-
no 1541.

pagatio spectabatur: alij sancti Pauli malebant, idque posterius, cum præsertim eo titulo magnificentum extructum sit Templum, ita increbuit, vt latè per Orientis oras ipsi quoque Societatis homines, Patres de Sancto Paulo nominentur. Suscepit illico nouus Prætor Martinus Sofa, grauitatem æstimans rei, noui Collegij confirmanda, & augenda commoda: benignissimeque Ioannes Rex, alijque post eum prouexere in eam amplitudinem, vt vel cum primis Europæ Academijs tum ædium magnificentia, tum Religiosorum numerosa familia, tum disciplinarum omnium tractatione conferendum, non solum Indiæ opportunitates attulerit maximas, dimittendis in eius mundi oras Diuini verbi preconibus, sed etiam Europæ decus adauerit: vnde homines id opus in ijs terrarum finibus excitarint. Hoc autem initio non est Societati Collegium traditum, sed solum Seminarij procuratio delegata. Cui Xauerius, ne se angustijs tecti vnus includeret, dicitur ex Europa auxilia submitterentur, Paulum Camertem imposuit: mansitque ibidem Borbanus adiutor, quoad quarto circiter post anno pie vita perfunctus in Collegij Templo est conditus. Ceterum Xauerius dum auxilia ex Europa postulat; eos aiebã mittendos in Indiam, de quorum virtute merito sibi polliceri posset omnia: tum quia res ipsa permagni momenti esset, tum quia ingentes essent terra, marique labores, præsertim Goæ, cuius longe aliud experiendum est cælũ, excipiendi. Ideo requirebat in eis optimam primum constitutionem corporis, roburque virium; deinde viridem potius, quam inclinatam ætatem; denique maiora facta, quam dicta.

93.
Cuius pro
curatio de
societate de-
legata.

94.
Xa 1588
in eam
Piscariam
contendit.

95.
Mira na-
tura regia-
na carum.

96.
Ora pesca-
ria qua pri-
mum oc-
casione ad
Xauerium
aduertit.

Restituta Goæ veteri disciplina, ad eandem in ora Piscaria instaurandam egreditur procul Goa in meridiem leucas amplius centum quinquaginta. Namque India inter Indum & Gangem incluta flumina à continente longo tractu procurrens in æquor, Commorino Promontorio finitur: cuius in Promontorij flexu ad eum latus ora Piscaria est, à piscatu gemmarum adeptæ & nomen, & omnia: quippe quam natura quali vnica illa dote affatim curiositati mortalium, & auaritiæ commendatam, videtur de cetero neglexisse. Promontorij frons vnde Piscaria in Septentrionem curuatur septimo ab æquatore haud amplius gradu distat. Inde tota plaga solis ardore feruida accensis arenis torretur, & pene intolerabilis ad habitandum efficitur: ac tantam cœli, locique intemperiem par ciborum, ac pharmacorum inopia comitatur. Sed illud Promontorij flexu ad excitanda sapientum ingenia admirabile visitur. Æstas ibi & hyems non tam temporum vicibus, quam exiguo terrarum discrimine dirimuntur. Quo tempore in altero laterum Hyberna tempestas ventis, & imbribus perpetuis inhorrescit (His enim potius, quam rigore frigorum hyems ibi censetur) eo tempore latus aduersum arida æstas accendit. Nec minore admirabilitate, tanquam partitis regnis venti vno eodemque tempore contraria latera contrarij perflant. Ora Piscariæ Accolæ gentis vocabulo Parauæ nominantur. Horum vni cum Saracenis quidam, quorum sub dominatu iniquo tenebantur, in aurem lacerata aure auellisset (genus contumeliæ apud eos intolerandum) tanquam ex scintilla incendium inter nationes vniuersas exarserat; Saracenis ad delendam penitus Parauarum nationem efferatis. Tanto in discrimine Parauæ ad hominem perhonestum indigenam, sed Christianum Ioannem Crucium nomine, quem olim in Lusitania Ioannes Rex equitum Christi donarat insignibus, consilij causa confugiunt. Ioannes vnicum restare subsidium admonuit, si ad opem diuinam per Christi cultum, qui solus verus est; & ad Lusitanorum auxilium receptum haberent. Cuius sapientis consilij monumentum grati deinde Parauarum Principes Crucij cognomen sumunt. Ergo Crucij probato consilio legatos ad Prætorem Indiæ mittunt. Is non solum iniurias Parauarum vlcisitur, sed etiam ab Saracenorū eos Tyrannide vindicat, simulq; è populo vniuerso ad viginti millia saluari Baptismate consecrantur. Michael Vazius, quem modo in Seminarij Goani institutione memorauimus, legatorum Parauarum internuntius, & fautor apud Prætorem fuerat: qui cum rei gestæ feriem, paratamque messẽ, ac præ locorū difficultate nouelli solitudinem gregis Xauerio exponeret, facile virum ad lucra animarum per maxima quæque discrimina paratissimum incendit, vt eam sibi prouinciam nullo modo præreptam vellet. Itaque continuo Antistite, ac Prætore aditis cum bona eorum venia, ac laudibus plurimis, tres secum (ne sperata progressus felicitas linguæ tardaretur inscitia) commorinenses è Seminario Goano deducens Octobri mense discedit. Vbi ad Promontorij extrema peruenit, iter flectit, intenditq; Tutu-

carinum,

curinum, qui pagus est admodum frequens. Multi eiusmodi occurfabant pagi, qui tamen Christi legem (vt nuper dixi) paulo ante susceperant, nemo tamen in ijs ex Lusitanis, vnde Christianæ legis elementa perdidicerent, est inuentus Sacerdos: nemo, qui Missæ sacrificium ritè faceret, arcente regionis inopia, solique sterilitate. Quocirca de Religione interrogati, illud modo habebant in ore, Christiani sumus, tamen Christiani nihil præter nomen haberent. Ad hos Xauerius simul atque ex itinere diuertisset, ad expiandam puerorum multitudinem instruxit caeleste lauacrum; sed qui fari per ætatem poterant, ipsi sponte tanquam diuinitus missò Patri, nullo dato ad preces canonicas spatio, ac ne ad cibum quidem nocturnamve quietem, acriter vt consignarentur, instabant: vt tum demum se intellexisse Xauerius diceret, talium esse Regnum cælorum: nec sibi defuisse, quominus, tam pijs contentionibus deseruiret, tanta præsertim in ijs indole animaduersa: quos, nisi per Sociorum paucitatem staret, speraret vtique per quam optimos Christianos fore. His obeundis ex itinere passim Vicis, Ethnicorum offendit pagum in suis superstitionibus pertinacem. Quem cohortatus, vt vniuersæ Piscariæ secutus auctoritatem, verum Dei numen agnosceret, is nimium suas adamans tenebras, negare primo per suum sibi licere Dynastam, novos sacrorum ritus admittere, noua Numina venerari. Xauerius tot animarum miseratus interitum, prodigio extorquet, quod hortatu non potest. Laborabat ex partu mulier tertium iam diem, eaque non obscura: nec præsentì periculo toties compellata Deorum Numina succurrebant: cum illuc adhibito interprete Xauerius aduolat, & spem opis ostendit. Dein domesticorum permissu laborantem hortatur, vt desperato iam prope corpore, animi saltem salutis consulat, simulque fidem edocet. Quam cum ad aurem non inuita mulier admitteret, percunctatur Xauerius velit ne esse Christiana. Annuenti recitat Euangelium, & iam pene moribundam salutaribus lustrat aquis. Vix expiata fœtum effudit innoxia. Ergo & puerum recens natum, & pueri patrem, reliquosque familiares satis institutos eadem perfundit aqua, non minus miraculo attonitos, quam rei latus euentu. Prodigij admiratio plurimis fuit persuasio Baptismi. Pagus enim ille, & si Dynastæ metuebat edictum, tamen facta ab eius curatore, qui illuc ad exigendum vectigal venerat, potestate, perfidia in fidem versa, vniuersus secutus est Christum. Hac parta præda Tutucurinum tandem peruenit. Hic ab Incolis, vna cum comitibus peramanter excipitur. Quos autem ad Christum nuper accessisse cognouerat, eos Prætor fouebat vt Pater, & Xauerio magnopere commendarat. Vt autem eos filiorum numero Prætor, ita illi Prætorum Parentis vicissim loco, numeroque ducebant, quos, & valida paulo ante Classe à Saracenum iniurijs, rapinisque defenderat, & piscatorijs actuariolis, quæ prædones illi rapuerant, recuperatis ex eorum nauibus prædam fecerat. Locupletioribus nauigium suum cuique reddidit: tenuioribus vero Saracenum scaphas insuper condonauit. Saracenos porro ipsos ita profligauit, ac fudit, Ducibus interemptis, vix vt eorum vectigium reliquum fuerit. Inde igitur Punicali profectus Xauerius consignat infantes, & populum, puerosque de more perdocet. Lues tum forte eo in Oppido, quod quidem per frequens est, grassabatur: & erat suo quisque periculo, metuque suspensus, cum ad Xauerij aduentum spe salutis iniecta plurimi ad eum vndique certatim conuolant. Ipse verò, vt erat insita quadam in omnes humanitate, ac misericordia; per benigne adibat ægroto; recitatioque super eos Euangelio, plurimos & à morborum cruciamentis, & ab impuris spiritibus vindicabat. In eodemque Oppido satis constans, & idoneis confirmata testibus fama est, adolescentulum vita functum ad B. Patrem ingenti parentum comploratione perlatum, præhensum à Xauerio manu; & Christi nomine iussum surgere, cunctis stupentibus, surrexisse. Eundemque à Christiana muliere suam orbitatem deplorante rogatum, paruulum vt ad filium delapsum in puteum, & penitus exanimem extractum ne grauaretur accedere; negasse puerum mortuum esse, iussisseque bono animo mulierem esse: cumque ad puerum accessisset, complicatis ad orationem genibus frigidum cadauer signasse Cruce, continuoque puerum exiuisse de feretro, & se matri viuum, atque incolumem statuisse. Quarum fama rerum, quas nos cursum attigimus, aliorum stylo iam tractatas vberius, vel ipso premente Xauerio longe lateque manauit, ingenti rei Christianæ commodo, nec minore ipsius commendatione Xauerij.

Hæc est messis, quam anno altero à sua confirmatione Societas dimissis in omnem terræ

97.
Res à Xa-
uerio gesta
in ora pis-
cariæ.

98.
Laboran-
tem ex par-
tu Mulierem
seruat.

99.
Duos vita
functos
excitat.


Orbem messoribus suis veluti primitias quasdam obtulit Deo. His sudoribus non modo per Europam, ipsasque Britanniae Insulas, verum etiam per amplissimas Indiae regiones, vna cum sui nominis fama Dei verbum, nomenque portauit. Et ea quidem sex iam toto terrarum Orbe distinctas, si ex superiore narratione recte colligas, familias sibi constituit, Romanam, Olisipponensem, Parisiensem, Patavinam, Louaniensem, & Conimbricensem. Ceterum quam ei diuina clementia reliquis deinceps annis rebus gerendis affuerit, vt instituiamus persequamur.

(:)



HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Quartus.



DVM tot terrarum spatijs, interuallisque disiuncta, sed vno tamen Spiritu coniuncta Societas in suis perennibus studijs, muneribusque se continet, breui se per Orbem terrarum, quasi quædam sæcunda propago longe, lateque diffudit. Initus Sociorum numerus instar octoginta repertus. Extant etiam num Simonis Roderici literæ ad Ignatium, vbi tradit, tertio & quadragesimo huius sæculi anno ad quinque & viginti Sodales creuisse Collegij Conimbricensis inïtia: Regique in animo esse centenos alere. Proinde Patrem obsecrat, mittat ex Italia Sociorum, quam maximam copiam, sat cultam literis, ac doctrina. In Olisipponensi domo seni. In India cum Xauerio terni: totidemque Parauij præter Iacobum Lainium, quem hinc Venetias migrasse narrauimus: Parisijs verò, Louanijque vtrobique versabantur octoni. Cum tamen Romæ cum Ignatio degerent multo plures. Rediere mox ex Hybernia bini, totidem Barcinone. Quinque debebant in Germania, ijdem curis animarum studijsque distenti. Quæ summa quanquam illa quidem sexaginta capita superabat, nequaquam tamen extra Pontificij diplomatis fines, cancellosque prodibat, in quo Professi dumtaxat vni, Societatis appellatione censentur: quorum quanquam erat ad sexaginta numerus, Apostolica definitione præscriptus, longe tamen aberant ab hac summa, qui tum Patres inter Professos erant adscripti: cum præter primos vix hoc anno Professus reperiatnr Araozius. Et tamen cum tantum adhuc esset interiectum inter hunc exiguum Professorum numerum, & eum, quem Petri Sedes præscripserat, interuallum, Ignatius ex præsentibus futura coniectans, constanter cœpit de proferendis his terminis agitare. Multa quippe iam aggregata iuuentus, singulis dispersa domibus, vt in intimum Societatis corpus adlegi posset educabatur. Compluresque viri graues, & eruditi ad eadem instituta, cum admissæ iuuentutis incitabantur exemplis, tum secundissimis Societatis confirmatæ sermonibus. Iam multis in Prouincijs eam sibi Sedes collocasse cernebant. Iam in Orientis Indiam læto penetrasse prouentu, tam celebri sui nominis fama, vt in omnem Europam voces, significationesque referrentur. Complures etiam Ciuitates, Virique Principes faustis hisce excitati clamoribus vltro se ad fundanda Collegia, domosque, suppeditandis liberaliter sumptibus, offerebant. Ergo tanta iuuenum, virorumque frequentia, quibus plenus aditus denegari non poterat, ad Societatem vndique conuolante, reliquum erat, vt quos Sedes Apostolica circumdederat ipsi cancellos, eos Ignatio postulante, reuelleret: præsertim id temporis, cum cõstitutionibus non dum editis, nec tot in Classes hac distributa familia, vna tantum Professorum cuiusq; proposita Classis erat, qui modo esset excellenti aliqua doctrinæ laude, vt Apostolicæ iubebant literæ, Christianæq; vitæ puritate conspicuus. Tales porro multi cum essent, talesque cum continenter euaderent, fieri omnino satis nequaquam omnibus poterat, si transilire constitutos terminos non licebat. Adit igitur ad Pontificem Paulum supplex Ignatius, eique in mentem reuocat, quæ pro Dei caritate, & animarum salute geri vbique non ignoraret à suis. Docet quanta vbique se messis, nisi messorum copia desideretur, aperiat; quam multi eandem vitæ Societatem expetant, quam multi dum admittantur expectent. Ad hæc studia Ciuitatum, postulara Principum, Vota populorum de Societatis Collegijs, domibusque fundandis, & domi suæ collocandis exponit. Quibus Pontifex beneuola

1.
Numerus
Sociorum
hoc tempo-
re ad octo-
ginta.

2.
Confirmatur Socie-
tas nullo
præfixo nu-
mero Pro-
fessorum.

3.

acceptis aure, rem dixit in conuentum signaturæ gratiæ referendam. Estis Pontificia in aula conuentus ex ijs potissimū viris, qui postulata grauiora referendi ius habent Pontifice ipso præsentem certis, statisque diebus. Is de postulatis Ignatij cum frequens esset habitus, Pontifex ex augustissima illa sanctitatis Cathedra tam prolixo studio, æquissima postulationi concessit, vt non modo Societatis amplificandæ omni, seu temporis, seu personarum definitione sublata potestatem fecerit, verum etiam conscriptam iam, declaratamque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Religionem sua iterum autoritate confirmarit, publicisque literis consignarit, pridie Idus Martij

4.
Domus
Romana
Sedes am-
plificatur.

Quo etiam tempore domus Professæ construendæ facultas præter opinionem, præsentemque spem prope diuinitus est oblata, & quidem celeberrimo, opportunissimoque Urbis loco. Aberat haud ita procul ab æde sanctæ Mariæ de Strata, cuius supra meminimus, ædes altera Curialis, hortis adiuncta domesticis; cui à Beato Andrea de Phracta nomen erat. Hanc cum Salassiorum Episcopus, Vicarius Romani Pontificis, Philippus Archintus, & Apostolicus sacrarum ædium inspector offendisset incultam; nec solum ab hominum celebritate, sed etiam ab Curione ipso desertam, ac mulieri commendatam; quæ interdum vicinorum Parochorum operam necessarios in vultu emendicabat, Ignatium rogauit, vt tantisper eius ædis procurationem susciperet. Qui professus instituti Societatis non esse Parochorum officijs illigari, tamen ad breue tempus ex caritate suscepit. Interim sponte sua Archintus, qui id pridem meditabatur, summo Pontifici, quo loco res Paræciæ illius offenderit, exponens; quam non necessaria tanta Curiarum esset frequentia, quamque Societati extruendæ domui opportuna, facile impellit Beatissimum Patrem, vt qui Societatem tanquam suum partum complectebatur, ei sedem, ac domicilium vellet attribui. Perfert illico fama Placentiam, vbi Curio Vitus Cossorius nomine Octauij Ducis in obsequijs versabatur, quid negotij Romæ tractetur. Is multorum gratia subnixus graue certamen contra molens trepide viam ad Urbem corripit nec longe processerat, cum sublapso oppressus equo miser extinguitur. Tum demum vacuam successore Paræciam tanquam cælesti significatione, Deo tam repentino Parochi casu præmonente, Pontifex, in proximam sancti Marci ædem animarum procuratione, redditibusque translatis, Societati addixit. Eo igitur loco non procul ab arce Capitolina Professorum est cæpta domus piorum ædificari subsidijs. Quo in opere, sicut & in re curanda domestica, mirifice enituit Petri Codacij nauitas, & industria. Ergo dum propagandæ Societati mirum in modum Pontifex studet, eamque quotidie beneficijs ornat amplissimis, Ignatius, Socijque in omnem firmandæ religionis partem suas vicissim curas, & vigilias intrandunt, Romæ præsertim, quæ cum sit sanctitatis domicilium, & veritatis magistra, si se morum, doctrinæque integritate Societas ipsa puram, castamque seruaret, sentiebant etiam fore, vt reliquis terrarum Orbis nullo negotio ad eius componeretur, & fingeretur exemplum. Quocirca ad reli-

5.
Iudæis cõ-
uertendis,
conu. vsq;
nauata
Roma ope-
ra.

gionis integritatem vsque quaque retinendam præter visitata, ac propria sui ordinis munia, maiora quædam moliri animo, & grandiora cœperunt: quibus & ruentibus ad interitum animis præcluderetur aditus, & ad vitam nitentibus panderetur. Ac primum quidem ad eos, qui abhorrebant à Christo, Christianisque sacris, hoc est, ad Iudæos suæ pietatis oculos retorserunt. Quorum in Vrbe vis magna cum esset, ne sordes suas cum Christiana plebe misceret rationem excogitarunt, quemadmodum non quidem ex ipsa Vrbe, Ecclesiæque finibus pellerentur, quod optabant aliqui, sed vt è cæcis perfidiæ tenebris, ad splendorem veritatis educti, fidei iugo dura colla submitterent. Quod vt procliuus redderetur negotium, cum videret Ignatius, pro iniquissima æstimatione mortalium, qui ferè præsentia damna spei æternitatis anteferunt, multos ab religine suscipienda rei familiaris iactura retardari, omni ope per se, perque Cardinales amicos contendit, effecitque, vt constitutione Pontificia, quæ anno superiore edita est, manerent ijs, qui Christiani fierent, pristina patrimonia, & hæreditatum iura: quin etiam bona quæuis sænore parta, si modo certus Dominus, cui restitui deberent, non extaret, ipsismet tanquam in pium opus addicta possidere fas esset. Neque hac contentus benignitate, vt erat non ad inchoanda promptior, quam ad consummanda constantior religionis opera, cum Iudæorum nonnulli obortam è cælo lucem cœpissent aspicere; sedes autem vbi separatim à suis degerent, magistrorve, à quibus erudiren-

erudirentur, aut etiam vestigal, vnde se alerent, non haberent: piè fecit Ignatius, vt quotquot per-
dita è gente aquam salutis expeterent, in nostras interim ædes, nec commodas, nec instructas,
congregarentur. Hic eorum & corpora pascebat, & animos: imbutosque susceptæ fidei mysterijs,
sacro fonti tradebat. Deinde varia eis inter Christianos reliquos opificia, vnde commodius, &
tutius, suas tutari vitas possent, per pios homines conquirebat. Quæ tam egregia caritas complu-
res ex obstinatis illis mentibus ad Christum flexit, præsertim de præcipuis; quorum pia fides ad
sanandam aliorum perfidiam momenti plurimum attulit. Quippe illi diuinitus iam edocti, Ma-
gistrisque veritatis effecti, quibus eam armis oppugnare paulo ante consueuerant, ipsædè mox a-
criter defendebant. Errantis populi sui redarguebant infaniam, & testatum tot oraculis Christum
iam inter homines natum, meridiana luce clarius demonstrabant.

Verum cum tam frequens & Iudæorum ad Ecclesiam, & Christianorum ad Societatem ac-
cessio quotidie fieret: vt eos Patrum nec ædes capere, nec sustentare tenuitas possit; strenuè in
eam curam Ignatij virtus incubuit, vt certum Catechumenis domicilium à fundamentis erige-
ret. Quod vt operoso, ac molesto, ita felici, ac salutari labore perfecit. Autor etiam fuit, vt Pon-
tifex Paulus multa ei Collegio priuilegia, quæ ab alijs deinceps Pontificibus aucta, & locuple-
tata sunt, ad perpetuitatem conferret operis. Iulius autem Tertius, & eius successor Pau-
lus, ad eius alimenta Collegij singulis Italix synagogis certam quotannis pecuniam in perpetuum
imperarunt. Quod Ignatij monumentum in hoc Orbis terræ Theatro etiam num
permanet tali Vrbe, ac Ciuitate dignum: quæ nullum genus hominum, quod in Eccle-
siæ sinum se conferat, aspernatur. Ac dum cunctos adiuuandi consuetudo tenetur, pari
studio, ac caritate liberorum solitudini consultum est: quorum imbecillissima ætas orbata
cultu, atque institutione parentum nisi ex publico instituatur, & bonis artibus excolatur; pa-
ter omni vitio, præsentissimum Ciuitatis exitium. Actum igitur Ignatij consilio, laboreque,
vt instituendis pueris, puellisque geminæ seorsim ædes assignarentur, quo destitutæ illæ sobo-
les, quas à Græcis orphanos vocant, admissæ, eiusdem Ignatij legibus, vt etiam ante Catechu-
meni, regeantur. Hic ad definitum tempus aluntur ætatis. Hic Christianis moribus vniuersi,
& pro cuiusque captu varijs artibus informantur. Quibus exculti, ac perpolitati ex eo tandem
loco, maiore Reipublicæ commodo, minore certe incommodo dimittuntur. Creuit hoc o-
pus ad summum, vt iam nobilissimas Purpuratorum Patrum, Virorumque Principum tu-
telas ambiat. Eodem fere tempore subuenitur ei generi puellarum, quas miserabiles vulgus
appellat. Hæ parentum siue incuria, siue vitio, certè rerum adigente penuria in periculo versa-
bantur, ac sæpe pudicitix naufragia indigna faciebant: qua ex re crebri animarum fiebant inter-
ritus, nec rara cædes, & clades aliquando familiarum. Cui etiam incommodo, vt pro suscepta
animorum tutela, obuiam iret Ignatius, Cœnobium Sanctæ Catharinæ, quod à Funarijs no-
men habet, multo labore fundandum, instruendumque curauit: Nobile in primis opus, nec
minus elegans. Quo in extruendo Frederici Cælij pietas Cardinalis Portuensis, præter ceteros
se se extulit, vt fidem facit recens ædes affabre facta. Hæ quoque scæminæ ex Ignatij legibus,
ac disciplina reguntur, daraque sunt ad operis incrementa, diurnitatemque à Pontificibus
immanitates, & iura. Inter cetera, Rectoribus facta potestas, vt quæ versantur in lubrico è pa-
rentum domo, vel ijs inuitis, ac repugnantibus rapiantur in claustra: ita tamen, vt cum cer-
tam ad ætatem peruenerint, in earum sit potestate, manuque velint, nec ne connubij vinculo,
an potius Religionis adstringi. Si malint nubere, ab ijs, qui Cœnobio præsidet (de primarijs quip-
pe Viris præfici solent) vt bene collocentur, adiuuantur. Sin autem deliberatum sit, Religiosam
vitam colere, tum in eodem quidem versari Cœnobio, sed discretæ tamen à cæteris, permittun-
tur. His operibus aliud haud momenti minoris per Ignatium adiectum. Patres dum interuisen-
dis ægrotis, iuuandisque morientibus lustrant. Urbem, decedentes sine Pœnitentiæ sacra-
mento, magno sui dolore complures aspiciant: quibus cum pene animam exhalabant, tum
demum Sacerdos accerseretur, & cum defectio totius corporis vocem incluserat, tum Sacra-
mentorum præsidia parabantur. Ignatius igitur tot animarum periculis anxius, confestim ad Põ-
tificem

6.

*Domus Ca-
techume-
nerum ex-
citur B.
Ignatij cu-
ra.*

7.

*Eiusdem
Ignatij cu-
ra ædes i
Orphanoc-
rum insti-
tuitur.*

8.

*Et misera-
bilium Pu-
ellarum.*

9.

*Et decreti
Innocentij
III. venou-
tur, ne Me-
dici curæt,
qui confes-
sionem fia-
crunt, &c.*

tificem re delata, sua oratione, consilioq; peruenit, vt Innocentij Tertij salutare decretum, quod ipsa temporum abrogarat iniquitas, & quo summus ille cauebat Antistes, ne prius agris corporibus Medicus, quam curationem animis Presbyter admoueret, vniuersæ Ecclesiæ bono reuocaretur. Quod adeo postea Pius Quintus Pontifex approbavit, instaurauitq; vt pœnis actioribus etiam cauerit, ne quisquam à Medico conuisceretur ægrotus, priusquam remitterentur à Sacerdote peccata: temperatione tamen adhibita temporibus consentanea, quo facilius decretum illud tota vbiq; seruaretur Ecclesia.

Hæc à Patribus in Vrbe Roma, Ignatio duce: nam minora illa, quanquam non minus frugifera, ac salutaria, crebritas concionum, assiduitas Catechelis, exercitiorum vsus, reconciliationes gratiarum, egenorum subsidia, & id genus alia sexcenta, iam velut quotidiano vsu contrita, non inuitus omitto. Nec æquum erit describendis Societatis incrementis, tradendisq; posteritati vitæ documentis intentum de his in posterum nimium esse sollicitum. Et vt ex Vrbe foras per alias

10.

*Araozium
Neapolim
mittitur.*

partes egrediamur Italia. Reuersus ex Hispania Araozius, & aliquandiu moratus in Vrbe, & suis iam concionibus clarus Marcelli Ceruini Cardinalis sanctæ Crucis, qui postea eodem retento Marcelli nomine, Pontifex fuit, rogatu, Neapolim mittitur, vt in Abbatia, quæ Capella dicitur, creditum ipsi gregem excoleret, & Ciuitati illi pijs suis prodesset officijs. Exceptus est à Prorege, alijque Regni Proceribus amanter, & honorifice, & quæ sibi Romæ data erant in mandatis, ea diligenter, ac itudiose curauit, vt complures annos eius concionum, virtutumque memoria in hominum mentibus, sermonibusque viguerit.

11.

*Fulgini-
um
Pascchasius*

Fulginium, & Mutinam Salmeron, & Paschasius ex Hybernia reuersi missi sunt. Ac Fulgini-
um quidem aduocauerat de nostro numero Ciuitatis Episcopus Blosius Sanctæ Crucis, modo nominati Cardinalis, autoritate interposita. Vbi Religiosis fœminarum Claustris, veterem viuendi regulam Paschasius reddidit: plurimosque Sacerdotes, qui per summam inscitiam susti-

12.

*Inde in Mō-
tem Poli-
tanium.*

nere personam illam, munusque non poterant (vix enim literarum apices norant) grammatica institutuendos curauit. Idemque miro quodam artificio ex pellicatu duodecim, in quo duodecim nonnulli annum iam hæserant, ad legitimi Thori fidem, pudoremque sancti coniugij reuocauit. Eo in genere, cum alia quædam non vulgaria, diuina potius quam humana gestit et ope, rotus adhuc in ea Vrbe purganda, eiusdem Cardinalis rogatu in montem Politianum, ipsius Præfulis Patriam, Ignatij iussu, se transfert; pari incolarum tum utilitate, tum gaudio: atque vtrobique præter cetera in tradendis Christianæ fidei elementis tricenos posuit dies. Mutinam autem Ioanne Morono iam Cardinali Ciuitatis Episcopo vnum aliquem de Patribus postulante, profectus est Salmeron: vbi multa & agendi, & patiendi pro Deo facultas fuit. Eius vineæ excolendæ necessitas biennium fere Patris operam, ac culturam exegit. Quippe sic excreuerant, Diabolo superfeminante zizania, vt bonum semen obruerent. Ac sane quidam tam alte imbiberant falsi dogmatis virus, vt non modo nullam redar-

13.

*Salmeron
Mutinam.*

guenti, & vera dissenti Salmeroni fidem adiungerent, vtrum etiam tãquam ardenti febre phrenetici insanirent in Medicum. Ausi sunt indocti, sapientis accusare doctrinam, & mores castissimos flagitiosi culpæ: multa de eo mendacia in vulgus spargere, multa indignissime comminisci, vt dum flagrat infamia, & obrectatorum laceratur inuidia vir animosus, ac fortis, alio vertat solum. Ille vero locum suum constanter tenuit, & modo publicis, modo priuatis sermonibus periclitatus est omnia, vt ab errore reuocaret errantes, perditos reduceret ad salutem. Carpebat libere vitia, prauosque in mores inuehebatur acerrime, & hæreticorum coar-

14.

*Vbi calū-
nijs exagi-
tatur.*

guebat insanias. Sed videlicet maior fuit ægrotantium furor, quam vt dexteram curantis admitterent. Nam cui debuerant meritam pro beneficio gratiam, ei simulatam rependunt iniuriam. Missis ad Romanæ Curie Magistratus delatoribus iniquissimis, innocenti struxere calumniam. Qua re cognita Ignatius Salmeronem ad Urbem tantisper reuocat, vt criminationes oblatas præsens diluat. Quas ille vt Urbem ipsam attingit, ita depulit, vt aduersariorum magno sit probro cum insignis impudentia repressa, tum illustrata singularis inscitia. Tres tamen ex ea Ciuitate sibi Socios adsciuit, nec in tanta improborum infestatione plane

plane operam lufit. Interim Venetijs Lainius fufceptum femel cū erroribus bellum acti contentione, nec exitu infelici perfequitur. Inuenti funt, qui fuæ pertæfi dementiæ, probrosos codices, omnique macula notatiffimos concremandos afferrent. Iuuenes duo, qui pium fanctorum cultum, Ecclefiæque potestatem, & Indulgentias Pontificum deridebant, cum Lainio congregiauli coram multis arbitris, teftibusque Patris difputatione conuicti, veritati dedere manus toto obftupefcente conuentu. Ad eius conciones, quas diebus ante ieiunium magnum, in maxima totius anni licentia, nouo more, nouo habebat exemplo, ingens tamen vis hominum confluebat; fed in Quadragesima multo maior. Cui cum de more pretium laboris offerrent, eo conftanter reiecto, ac de fuffeſtu gratijs actis, ferio Iacobus admonuit, ne quid tale deinceps afferrent, quod per Societatis ftatuta (cuius eſſet, quæ gratis accipiſſet, gratis dare) nihil fibi liceret accipere. Quod quidem & ei, & Societati vberiore populi gratiam, benevolentiamque comparauit. Hic ad Autumnum vſque confedit: inde Patauium inchoandi Collegij gratia, quod Andreas Lypomanus, vt ſupra demonſtratum eſt, cogitabat. Iam enim Patribus, qui habitabant in alieno, huius Sacerdotij domicilium, & ædem ſacram, quò proxima migrarant æſtate, Lypomanus attribuit. Quoniam autem habitatio ſatis laxa videbatur, quinque alios ab Ignatio popoſcit, vt eius amplificatione familiæ, melius & alienæ promouendæ ſalutis, & diſciplinæ religioſæ conſtaret ratio. Quos tamen de victu, cultuque corporis noluit eſſe ſolicitos ſuppeditarus ipſe de ſuo quicquid ad tuendam vitam pertineret. Moſ eſt geſtus pietati hominis, & ſociorum numerus, quem poſtulauerat, miſſus. Ergo & illuc velut Collegij poſiturus initia, & conſtituturus domeſticam diſciplinam, ſubſecutus eſt Lainius. Interimque crebro faciendis ad populum verbis ante, & poſt meridiem ſacris diebus, ter cetera in hebdomada Sancti Matthæi Euangelium exponens ſtratas humi mortalium mentes erigebat ad ſupera: Societati vero famam comparabat, ac laudem. Non ſolum autem Mutinæ, Venetijsque lingulari Diuini Numinis beneficio demonſtrata eſt populis Hæreticorum venenata ſementis, ſed eo etiam duce perfectum, vt Tartarei Satellites Satanæ dum Patrum amicos Parmæ infectantur, editi, ac patefacti odio fuerint vniuerſis: in eoſque ea ſunt excogitata præſidia, quibus optata ſalus, toti parta videatur Italiæ. Faber & Lainius Parma, Placentiaque, vbi fructuoſam locaſſe operam memorauimus, diſceſſuri, quò conſtantior, ac diuturnior frugum fecunditas foret, Sacerdotes ex vtraque Ciuitate complures, viros honeſtos, & animarum peramantes in primis, tuendis partis, & virgendis cœptis præpoſuerunt. Qui dum Patrum veſtigijs acriter inſiſtunt, & ex eorum præſcripto in conſeruandis animis elaborant, totum triennium modo Sacramentis adminiſtrandis, modo tradendis cœleſtibus exercitijs, modo etiam Chriſtiana explananda doctrina, parandisque egenæ plebi ſubſidijs, haud vulgari probitatis opinione, fructuque duxerunt. Diſrumpebatur inuidia Satanæ, & tam lætos rei Chriſtianæ progreſſus indigniſſime ferens vnum è ſatellitibus ſuis Hæreticum hominem impulit, vt per ſummam licentiam dogmata exitioſa diſſeminans, ſimplices falleret, & ſi quomodo poſſet, robuſtioribus etiam mentibus fucum faceret. Cum eius nequitia, prauitateque bonorum viciffim Sacerdotum induſtria, ac fides recta pugnabat. Quippe aſſueri iam Patrum vſu ſalutaria à noxijs, & à ſanis vitioſa ſecernere, notabant tanquam digito impudentiam audaciſſimi nebulonis, & manifeſtam redarguebant inſcitiam. Itaque homo imperitiſſimus, ac perditiffimus non modo peſtem ſuam non inſudit in Ciuitatem, aut quemquam ab incepto deterruit, verum etiam exploſus ipſe, exhibilatusque ſe abdidit, ora hominum erubeſcens. Qui cum in viros bonos quicquam iam aperte moliri non poſſet, ſtudit occultis artibus eorum famæ, ac ſanctimonie detrudere; tantumque venenatis ſuæ linguæ telis, fraudibusque perfecit, vt aduerſus optimos Sacerdotes vehemens ſit commota tempeſtas, liberè vt amplius cum hominibus agere, aut in ſuis verſari functionibus non liceret. Hi, quod ad orationem, & piarum rerum commentationem mentes hominum exercerent vulgo contemplatores clerici dicebantur. Et quanquam illi quidem ex Societate noſtra non erant; quoniam tamen eius erant imitatores, & amici, anſam dedere improbis, omnia ſua dicta, atque facta criminandi, noſtrique Patribus adſcribendi tanquam earum (vt appellabant) autoribus nouitatum. Admonitus de his turbis Ignatius

15
Lainius
capta fe-
liciter Ve-
netijs per-
ſequitur.

16
Patauini
Collegium
in certa
locatur
ſede. &
Lypomani
ſuſtentatur
impen-
ſis.

17
Adiuti
Parmeſes,
& Placen-
tini Sacer-
dotes pji,
qui inique
vexaban-
tur.

18

*Pontifex
consilium
è Cardina-
libus insti-
tuit ad cõ-
seruandã
Catholica
fidei inse-
gritatem.*

opportunitatem sermonis ad Pontificem nactus, narrat ei non modo quid Parmæ turbarum à nefarijs oriretur hominibus, verum etiam quanta Christianæ Republicæ labes, Venetijs, Mutinæque se pandat. Quæ nisi mature propulsetur, totam Italiam occupatura videatur: idem Cardinalium multis, Burgenfi, ac Theatino, quibus aduersus eam pestem custodiam Pontifex commiserat, grauius, ac sæpe commemorat. Quorum Pontifex, præter id, quod tribuebat Ignatio, autoritate permotus, ingentique metu suspensus, ne pestis illa permaneret in venas, seseque in nobilissima Ecclesiæ membra diffunderet; nouum quoddam Tribunal excogitauit è Cardinalibus senis, sapientia, zeloque præstantibus, qui summa cum potestate in Hæreticos, ac deprauatos inquirerent: quique in hac custodia, tanquam in quadam specula collocati, in omnem Ecclesiæ partem acriter excubarent, vt qui per contumaciam recens à veritate defiscerent, illico proderentur, & statuendis meritæ seueritatis exemplis omnes hæresum stirpes, ac radices euellerent. Diuinum profus inuentum, & ad Lutheri impetus retundendos, cuius sectatores totis iam peruis in Ecclesiæ Romanæ conspirant exitium; contraque omnia id genus monstra peropportunum. Quo quidem Italia mox vniuersa capitalibus Religionis hostibus vndique cincta, visa est integritatem suam diuinitus obtinere. Voluit insuper iustissimus Pontifex honestis illis, quos dixi, Parmensibus Sacerdotibus, ne quid de sua fama, atque existimatione deperderent, publica Iudicij sententia, pronunciante Ludouico Milanensio Protonotario, & Apostolico Vicelegato, caueri. Quo iudicio, & illorum cum dignitate virtus, & aduersariorum cum probro calumnia patefacta est: quod idcirco curarat Ignatius, ne aut innocentium, amicorumque inipunitæ abirent iniuriæ, aut aliqua propter eos aspergeretur Societati labes; neue animarum commune bonum in ea Ciuitate, tot laboribus inchoatum, subito per indignam calumniam euanesceret. Hunc habuit exitum tempestas illa Parmensis. Ex qua tantum hausit Diuina sapientia boni, quãtum vix optasset humana, constituto nouo, sed admirabili quodam de religione consilio: quod reliqui deinceps Pontifices tanti fecerunt, vt omni priuilegiorum genere semper ornarint, omni-que iudicio decorarint.

19

*Germania
fuit us per
disissimus.*

Iam si contra Exorientes hæreses in Italia vsque adeo vigilabat Societas; in Germania, vbi pestes illæ nundinabantur, & vnde huc deportabantur impune, somnum capere profecto non poterat. Quibus locis eo iam redacta res Catholica videbatur, vt, si Fabri, Iaij, Bobadillæque ad Ignatium datis literis habenda fides est; nisi suam Diuina clementia mature ferret opem, breui se Lutheranam ingemisceret: tanto studio pestilentissimi illius Doctõris, seu potius corruptoris alumni regiones illas vbique peruagabantur: tamque impune populis, quod vellent, nutu persuadebant: cum contra ab ijs, qui poterant, & debebant, nullæ, aut perexiguæ aduersus intestinos hostes agerentur excubiæ: nulla Pastorum vigilantia perditorum hominum cohiberetur impietas. Nimirum possidendi cæca cupiditas, viuendique insana libertas, sursum, deorsum miscebant omnia: quarum pestium altera Principes, altera populos exercebat. Patrum tamen animos à defendenda pro viribus Christi Sponsa nec laborum, periculorumque magnitudo, nec infensissimorum hostium multitudo terrebat. Opponebant audacter mendacijs apertissimis liquidissimam veritatem, & castæ religionis antidota modo publice, modo priuatim aduersus impiorum venena promebant. Nec certamen, vbi opus erat, nefariæ sectæ cum Ducibus abnuebant: Catholicosque vicissim Duces, & animarum

21

*Claudius
Iaius Ra-
tisona de-
sua.*

Pastores sui commonebant officij, suggerendis perite rationibus tuendi Gregis, & pestis præsentissimæ depellendæ. Versabatur etiam tum Ratisbonæ anni huius in ortu Claudius Iaius: quæ ciuitas libera cum sit, & soli subiecta Cæsari, tanto in ea vehementius res Catholica laborabat, quanto minus is, qui res gerebat Magistratus, ad abigendos Hæreticos cum Antistite conspirabat. Quin etiam potestatem Senatus ipse geminæ Ecclesiæ malignantium in vna, eademque Ciuitate permiserat, quarum alteram Lutheri curabant Alumni, terribimo scilicet sui didascalii ritu: In altera Curiones alij clam cum Laicis Eucharistiæ mysteria sub vtraque specie communi-

Nec

Nec his incommodis obuiam ire pro suo studio, haud implorato Cæsare, Præsul poterat. Satis igitur habebat negotij laici, hostibus retundendis; quorum se nefarijs conatibus vigilijs vicissim opponebat acerrimis: vt si qua pars Ciuitatis à Luthero se gloriatur intactam, ea gloriam hanc continentibus laicis vigilijs, & laboribus acceptam ferat. Is & publicis prælectionibus, in quibus erat vel ipsis hostibus admirabilis, & functionibus saluberrimis Catholicos vniuersos, Religiosos perinde, ac Laicos in officio continebat. Is ad castigandos, formandosque denuo mores plebis Dei cohortabatur Episcopum, & quam ea res esset gerenda solerter, ne quid offensionis haberet in populo, admonebat. Is nullum tempus, siue publicè, siue priuatim, ipsius quoque admonendi Senatus, ne stultissimis Hæreticorum suffragaretur erroribus amittebat. Vt mirari iam desinas turbulentiore min eum, quam superiore anno concitatum ab improbis tempestatem, qui ferre hominis externi consilia non possent, quibus insanissimæ suæ libertatis petiti iugulum sentiebant. Quamquam autem in pauperem, & inermem manus iniicere Deo prohibente sunt veriti, quantum tamen in ipsis fuit, vertendum homini mitissimo solum erat. Sed odia vicit hostilia singularis caritas Patris, insolentiam mansuetudo: perseverauitque monitis, & consilijs, optimè quoque de maleuolis, & ingratis in sua statione mereri. Quoniam autem paululum ab Vrbe secesserat Pastor, ad hunc se contulit, vt, & quantum commissis ouibus immineret exitij, commonefaceret, & simul ad promulgandum Apostolicum Iobæum, quod toto Orbe Christiano id temporis emanarat, incenderet. Res cessit ex voluntate. Vix ipse Ratisbonam retulerat gradum, cum ex Episcopi familiaribus quidam eius consilij consilij promulgationem illam anteuertent: expletisque rebus omnibus, quas indulgentiæ promerendæ nomine in suo diplomate Pontifex imperabat, prius exemplo, quam verbo Iobæum vulgo nunciant, ingenti Catholicorum gaudio, incredibili Protestantium inuidia, quorum hæc in oculis gerebantur. Mitem se prorsus in Hæreticos laici, dum eos sanare studet exhibuit: qui vt omnibus omnia fieret, & faciliores præberet aditus ad colloquium nõ horruit iam ætate prouectus linguæ asperæ disciplinam: eaque se, salutari non paucis fuit, quorum iam animos ad veritatem diuina benignitas flexerat, alios autem in hæresi pertinaces, post vnam, & alteram correctionem ex Apostoli consilio sibi prorsus deuitandos putauit. Horum præcipue fuere duos: vtraque cœlestis exempla; alter Laicus Doctoris cohonestatus insignibus: qui communionem sub vtraque specie, quod nemo ad eum diem ausus fuerat, Senatui impudenter obtulerat, magna sane Catholicorum clade. Alter ex B. Francisci familia tanto priore requior, quanto sanctioris disciplinæ defertor; qui cum diu Lutheri virus foueret in pectore, palam tamen effundere, perfidiæ notam veritus, apud Senatos Catholicos non est ausus. At vbi Senatum omnem reuera in hæresim sensit, cum eo que è Catholicis descivisse complures (iam enim id vulgò fieri repugnante nemine cœptum erat) ipse quoque persona posita togam exiit, cucullam abiecit, & de Lutheri Cathedra se professus regendam malignantium suscepit Ecclesiam, ducta ex egregiæ disciplinæ legibus muliercula, scelus scelere cumulans, defectionem sacrilegio. Hos à conceptis laici reuocare flagitijs sæpe conatus, cum diu frustra sudasset, æquissimus ille iudex, qui rebus non indormit humanis, nec in apertis, testatisque sceleribus semper diu conuiet, repentino, direque supplicio vindicauit. Ac Laicus quidem paulo post acerrimo, subitoque morbo correptus, geminæ horæ spatio inter dirissimos cruciatus contaminatam animam vomuit. Impurus vero ille defertor quindecim interpositis vix diebus in ea ipsa corporis parte, vbi Deo dicatam castitatem sacrilegus violauerat, summorum dolorum cruciatu confectus interiit. Quæ duo irati Numinis documenta in impios, ac flagitiosos fuere perspicua, & permutandis illa quidem peruersis mentibus apta satis, nisi dementia, & cæcitate, longe grauiore pœna, æquitas diuina multasset. Non enim aut Senatus, aut qui Senatus peccarant exemplo meliores tantis terroribus facti sunt: imo adeo in procliuem lapsi omnes; vt tota fere ciuitas Lutheranam se esse laici ingemiscente, mirata sit. Quo loco nequaquam satis dignis efferam laudibus Bauarici Guilielmi Ducis in tuenda Religione constantiam. Qui simul ac de Ratisbonæ defectione cognouit, capitalem cauit edicto, ne quis è sua ditione in eam ciuitatem, nisi ea toto ex animo resipisceret, pe-

22

Et graui-
ter exagi-
tatur ab
Hæreticis.

23

Laici manu-
suetudo &
industria
in animis
subleuan-
dis.

24

Duo exem-
pla vna
diuina
in Hæreti-
corum du-
ces.

25

Præfatus
Guilielmi
Ducis Ba-
uaria stu-
dium pro
Religione
catholica.

dem poneret: vna, eademque medicina & suis, & alienis salutem parans; suis quidem; ne quid ad eos ex contagione vicinæ Urbis pestilentis afflaret auræ: alienis verò, vt tanto ciuitas priuata commercio (est enim in ipso quasi Bauariæ centro collocata) perfidiam abijceret, & redire cogere retur ad fidem. Metuentibus autem ne id edictum seges esset, ac materia bellorum magnus animo, ac pietate Dux respondebat, Ditis vniuersa, & vita eripietur mihi citius, quam vt populum meum Luthero impio prodam. Optimè nimirum intelligens minime consentaneum esse, vt patriæ Religionis sanctitatem, æternamque suorum Ciuium salutem, aut vitæ suæ commodis, aut suæ tranquillitate ditionis posteriora duceret. Itaque ad hodiernum vsque diem magna cum voluptate cernimus Bauariæ prouinciam non modo nil bellicis periclitatam tumultibus impiorum; sed Deo tam nobilem Principis remunerante animo, & vnus virtute Guilielmi, hereditario in posteros quasi iure transfusa, Religionis esse Catholicæ propugnaculum. Ne Germaniæ videlicet ipsi ante Maiestatis Diuinæ Tribunal excusationi sit locus, quæ sua quodammodo intra viscera, non vnum, aut alterum oppidum, sed tot populos antiquissimæ pietatis obseruantissimos, etiam num continet. Deplorabat Iaius miserabiles Ratisbonæ ruinas, cuius erigendæ causa biennium fere totum nullis curis, vigilijsque parcebat, sed alio migrare compulsus persequi curas suas, vt eius ferebat caritas, saltem in fouendis Catholicorum reliquijs ad extremum vsque non potuit. Nam Sedis Apostolicæ Nuncius Casertanus Episcopus, cum Norimbergam Ratisbona transfirer, de huius status commonefactus, Iaium iussit se propediem subsequi. Qui dum in digressu more suo, Catholicorum confirmat Ecclesiam, ecce tibi ab eodem Nuncio, qui dimisso cœtu, opinione celerius Norimbergam reliquerat, mittitur Ingolstadium. Quo quamuis summè in obstruendo aditu vigilaret optimus Princeps Bauarus, tamè, vt mala facillimè propagantur, exitialis Lutheri lues afflarat. Hic Iaius totam traducit æstatem, & dum multos errore liberat, eximie sanctitatis, & doctrinæ specimen præbet, quæ quo latius ad multorum pateret utilitatem, partim Roberti, de quo supra meminimus, Archiepiscopi Armacani consilio, partim Doctorum Ingolstadtensium precibus, studijsque publicè docere compellitur præsertim, vt eius sustineret cathedræ maiestatem, quam Ioannes Echius Catholicæ defensor Ecclesiæ magni Vir nominis, & cuius multa extant opera, nuper morte reliquerat. Iaij igitur opera inclaruit primum Ingolstadtij Societas, quem postea abire parantem, quam studuerit omnis illa Academia degustatum semel hominem remorari, posterius indicabimus.

26

Iaius Ingolstadium
abit: & Ioannis
Eckij cathedra in
Academia
succedit.

Bobadilla etiam tum Viennæ in Regis curia commorabatur æquè carus; vtilisque proceribus, sed tum maiore in pretio habitus, cum ad singulare de religione certamen lacescit a Lutheranovictor euasit. Erat is Lutheri discipulus multo genere, quam fide clarior, Regique fuerat a consilijs, plus animorum gerens in pectore, quam doctrinæ. Qui cum vel suo ab religione discessu nõ æquis oculis aspiceretur a Rege, vel quod inconstantia famam toto iam vulgo subiret, ausus est intoleranter iactare se Rege ipso præsentem, suscepturum de Religione cum Bobadilla dimicationem, modo corona, & Iudices non decissent: quibus arbitris, si iudicaretur a recta aberrare sententia, daturum se protinus manus, & ad Catholicos rediturum; sin minus permitteretur in ea, quã arripuisset, opinione versari. Rex sponse accepta, senos Iudices dat: Bobadillamq; ad pugnam vocat. Bobadilla autem tali gratulatus occasione, quanquam disceptatorum fides in tanta hæreticorum colluione poterat esse suspecta; tamen Deo, causæq; fretus, & studio recuperandæ palatistis ouis accessus, descendit in arenam, & cum procaci aduersario occurrit. Aderat spectaculo Rex, & frequentissima nobilitatis cœtus cupidè expectans altercationis euentum. Feruebat disputationis æstus, & ratio cū ratione, autoritas cum autoritate pugnabat. Sed quoniã nulla vi conuelli veritas potest, nullis obscurari mendacijs, haud diuturna potuit esse cōtentio. Victa est a veritate vanitas, a pio, sapientiq; Orthodoxo, Lutherani insanientis impietas. Cuius in inquinata doctrina, quinquaginta minimum axiomata, alijs alia tetriora, arguente Bobadilla deprehensa sunt. Bellus igitur Lutheri sectator & tali dignus Magistro, omnium calculis, suffragijsque damnatur. At ille se victum negans, noluit oblati vltro stare conuentis, sed ad inscitiam peruicaciam adiunxit, perfidiam ad errorem. Sententiam æquissimam Iudicum prauarum opinio-

27

Bobadilla
labores: Vi
enna: &
nobile cum
Lutherano
certamen.

opinionum obstinatione reiecit, & ipsos Iudices eiuans iniquos, pertinaci furore testatur, eundem se fore semper, qui fuisset nouorum dogmatum sectatorem, hostem Religionis antiquæ. Rex non tam hominis pertinaciam, quam impudentiam demiratus & si pro dignitate criminis statuere in eum grauius aliquid cogitauerat; tamen ne quid ex ea re turbatum inter nobiles oriretur, perturbatissimo præsertim rerum statu parcendum nobilitati putauit; satis habens in sempiternam eum Cænobij custodiam constrictum tradere. Huc miser inclusus ignominia de decore in rabiem verso, sibi ipse manus attulit: sed suo vulnere ad necem faucius, vnde eruptura mors erat, inde salus exitit. oborta de Cælo luce, culpam agnouit, scelus exhorruit, &, qui vitam malebat perfidus, quam haustam semel hæresim ponere, nunc cum in præcordijs conceptam iam mortem contineret, suam retexit orationem, & vnā clamat esse veram, germanamque Romanæ Ecclesiæ fidem, in qua se mori malit, & cum Deo expiandis suis ritè piaculis reconciliari: adeo in ingratiſſimum quemque splendet maximè diuina clementia. Susceptis igitur supremis ritè mysterijs in eiusdem Ecclesiæ complexu extremum spiritum edidit) diuina Dei bonitatis non Viennæ solum, in alijsue Germaniæ partibus, verum etiam in ipsa Romana Curia, quò dudum rei fama peruaserat, argumentum. Instabat per id tempus Norimbergæ conuentus, quem Diatam vulgus appellat, vbi ne quid contra religionem decerneretur, Episcopus Casertanus (cuius nuper meminimus) Nuncius Apostolicus erat affuturus. Is Bobadillam sibi comitem, quem recens disputationis victoria longè, lateque nobilitarat, adiunxit; & Norimbergam per niuium algores, ac pestilentia pericula solpes vterque peruenit. Eius in primis opera, consilioque dum conuentus ageretur, vti est Nuncius. Et quanquam ea in Vrbe breuior est ducta mora, Bobadilla tamen vix paululum ex itinere recreatus peruagatus est totam, sollicito animo cunctas perlustrans Ecclesias; quarum duntaxat vnā ritu Lutherano curari, cum reliquæ catholico curarentur, inuenit. Exiuit tum gaudio Pater, quod hic plus, quam alibi sanitatis, aut certè minus prauitatis offenderet, Sacerdotum vt videbatur, insito quodam à maioribus studio: qui cum ætate grandiore iam essent, haud æquis ferebant auribus, animisque ab auita se religione diuelli. Metuendum nihilominus fuit, ne quod postea euenit, desipientibus Principibus Ciuitatis ipsa quoque ciuitas reliquarum imitata licentiam, in eadem hæresim corruptione desiperet. Vrbe lustrata ad hominum se Pater studia, Clerique præsertim pernoscenda conuertit. Cumque animaduerteret genus id hominum in loquendo esse solutius, atque liberius; ad omnem tamen humanitatem, præsertim in aduenas, sua sponte propensum; familiariter & ipse primis cum Sacerdotibus, diuini que Verbi præconibus agere cœpit: vt, si quis fortè curationem animorum admitteret, eam haberet in promptu, aut si quid occultæ fraudis hostium ex ore imprudenter excideret, id ipse quantocius illustratum, atque editum omni studio, curaque dilueret. Quo in genere sane vehementer in ijs partibus rei Christianæ profuit. Ea re Pater cum Ecclesiæ Lutheranae Præposito, qui Ratisbonensibus consentaneas suæ Sectæ leges tradiderat, familiaritatem iniit. Ac nisi tam subita ex ea foret Vrbe migratio, in spem venerat, aut ad saniora reuocandi consilia eius, quem dixi Præpositi; aut eius certè cohibendi, retinendique, ne ad inferenda maiora Ecclesiæ damna præceptus rueret. Non enim vastrum, & præfractum, vti Buceri, sed ingenuum, ac facile, & ad bonum omne flexibile sensit ingenium. Verum quoniam breui conuentus ille solutus est remigrandum vna cum Nuncio Viennam fuit, vbi & à Rege, & à Curia cum honore exceptus ad animorum defensionem audis redijt. Longum esset quæ pro eorum salute gessit, enumerare, dū se se ad cuiuscunque mores, atque naturam quoad liceret, accommodat; illud certè prætereundum non est, quod cum à Sacramentorum communione multos iam annos publici flagitij conscius Germanus nobilissimus abstineret, sæpeque ab ipso Rege, sæpius etiam ab amicis nequitquam esset admonitus, vnus simplici Bobadillæ congressu, momento resipuit. Accidit illi ad pedes, & cum cetera colluione vitiorum grauissimum illud, & diuturno silentio tectum facinus victo pudore deposuit, obstupescens tam subitæ mutationis miraculo, quotquot hominem antea notant. Non diu Viennæ subsisterat, cum Spiram, vbi conuentus alter habendus erat, migrandū fuit. Eo Rex Episcopum Passauiensem, qui suas partes ageret mittendum censuit: Episcopus autem Bobadillam comitè deducendū; nempe eū, qui & Protestantibus, Catholicisque iam notus, &

28

Bobadilla
Norimber
& adest
Apostolico
Nuncio.

29

Redit Viennam.

30

Abi Spi
ræ deinde
Passauii.

tus, & sua esset prudentia, consilioque publicæ rei adiumento futurus. Quo in munere cum Regis studio, voluntarique Præsul ille singulari Patris industria fecisset satis, venit etiam in mentem Passlaviensis sibi commissi Gregis, cui & morum castiganda licentia, & hæresum contagione pellenda consuleret. Suam igitur ad Ecclesiam, remisso Bobadilla Viennam, se retulit; cum quo tamen ipsi conuenerat, ut cum de re Spirensi Rex cognouisset, liceret sibi per eum, ceteramque Curiam in suam illam Diocesim ad nauandam iterum sibi operam reuocare. Fecit postea Rex Episcopo Patris copiam, immunitatesque & iura, quæ in rem Passlaviensis populi sperari ab Regia illa Maestate poterant, Bobadilla suggerente concessit. Quibus delectatus admodum Pater, cum Christianos aliquot, qui præputijs positis apud Turcas, Christum eiurauerant, Christianæ Ecclesiæ reconciliaffet, Passlauium, alacer ad spem prædæ maiorem, & yberiora animarum lucra recessit.

31 *Res gesta à Fabro Moguntia.* Agebat interim Moguntia Faber strenuus animorum, fideique defensor, & pro cõcione psalmos Dauidicos explanabat plausu incredibili populorum, utilitate pari. Qui dum ad eximiam, saluberrimamque doctrinam, vitæ candorem, morumque suauitatem adiungit, Moguntinorum animos æque, ac Spirensium breui sibi deuinxit. Rationem exercendi Spiritus per pias commentationes compluribus de primarijs, duobus præsertim Episcopis tradidit, suffraganeò Moguntino, & Nemburgensi Episcopo designato, qui dum ad actionem, & vsum expertæ contemplationis præcepta reuocant, quotidianæ mentis exercitationi horæ spatium matutinis, nocturnisque temporibus tribuebant. Concubinis implicitos Parochos ad pudorem Faber, & sanctimoniam scite traduxit. quo facto mirum, quantum ei Ciuitati salutis, quantum sibi vulgo & amoris, & fiducia conciliarit; ut per beatus sibi videretur quisquis ab eo Viro vel exercitiorum haurire doctrinam, vel sacris posset expiari mysterijs. Et quoniam linguæ ignoratione plerique tanto frui bono non poterant, inuentus est singulari Dei prouidentia summæ fidelitatis interpres, per quem tuto se se Patri indicare, totosque pandere non puderet. Quid multa? in spem Faber ipse venerat copiosissimæ aliquando frugis, id quod ei plurimorum incensa studia, & æternæ salutis vota pollicebantur. Quo circa scribit ipse ad Ignatium se, ut ex collectis Parmæ frugibus Romam reliquisse pro Parma non pœnitebat: ita ne Parmam quidem pro Germania piguisse relinquere, ac ne Germaniam quidem propter Hispaniam; neque hanc rursus propter Spiram, nec Spiram denique propter Moguntiam. Tanta erat vbique lægetis seu perceptæ, seu speratæ lætitia. Cum autem à sacris de more lectionibus cessandum esset, Faber per eas ferias Afcasenburgum, quo Albertus Cardinalis & Antistes Moguntinus iam abcesserat, ut grauia quædam cum illo de re diuina conferret, excurrit. Excitat Pastorem in primis ad conformandos mores frequentissimi gregis. Moguntina namque Ciuitas tantæ in Germania auctoritatis, si in fide, Christianisque moribus ipsa perstaret, sperabat fore ut eius ad exemplum ciuitates aliæ complures, aut in eadem fide nullo negotio continerentur, aut certè non tam lubricæ essent, & procliues ad hæresim. Cardinalis quamquam erga Fabrum optimè iam erat affectus, eiusque singularitatem admirabatur coniunctam cum virtute doctrinam; tamen multo nunc vchementius admiratus, edoceri per illius secessus otium de Societatis institutis accuratissime voluit. Cui cum prudenter cumulateque satisfactum esset à Fabro, is vsque adeo probauit omnia, imò etiam suspexit, ut Societatem sibi videri diceret prope diuinitus ad ea tempora tam difficilia, tamque aspera referuatam: simul & illud Fabro recepit, quæ pie sibi, ac salutariter suggestisset, eorum se propriam, ac peculiarem habiturum esse rationem; perfecturumque rebus ipsis, ut intelligeret quanti tandem apud se forent eius diuina ac salutaria (sic enim loquebatur) præcepta. Interim monet præclaris cœptis insistat, nec suscipiendis pro suo Grege, & Dei gloria laboribus terreatur. Gratam sibi rem facturum, si ad explanationem Psalmorum tam vtiliter institutam, latinæ etiam diebus Dominicis conciones adiungat. Id cum Faber

32 *Excurrit Afcasenburgum.*

33 *Coloniæ, periclitans ut ciuitati succurrat, aduocatur.* Card. Archiepiscopo, cuius erat omnem humanitatem expertus, pollicitus esset, paucos intra dies Moguntiam redijt. Hic dum Clerum æquè, ac populum ad omnem pietatem erudit, ecce tibi Coloniæ, vbi Ioannes, & Aluarus socij eius versabantur, per Theologum quendam celeriter euocatur, quod Ecclesiæ illi maximum ab hæresum naufragio periculum immineret. Sed quoniam propediem rediturus Archiepiscopus dicebatur, Faber ad eius aduentum Coloniensem detinuit Nuncium, interimque diuinis illum rebus per vísitas commetationes instituit. Cuius is cõ-

suetu-

fuetudine, appositisque cælestium cogitationum epulis degustatis modico dierum intervallo, Societati se dedit, Fabroque Cardinalis concessu coniunctus, cum eodem Coloniam redit. Hic Pater id, quod ex Nuntio audierat, re ipsa comperit, valde inlubrico rem versari Catholicam, pessimo loco illius Ecclesiæ res esse, in qua ipsemet Pastor, & Antistes Hermannus, seu veteratorij hæreticorum artibus, seu perniciosis Catholicorum assentionibus prauè cœperat de religione sentire. Cumque nemo esset, qui se tanto Præfuli auderet opponere, vnus inuentus est Faber, qui placato prius hostijs, precibusque continentibus Deo, Archiepiscopum conueniret, & peramicè, libereque sui admoneret erroris: tantumque profecit modestissimis suis, plenisque sapientia monitis, vt de Pastoris fide, doctrinaque meliora sperari sint cœpta. Verumtamen cautionibus consilijs vtendum ratus (nam in suspicionem venerat, ne malorum stirpes, quæ nondum satis videbantur euulsæ, se abeunte, renascerentur) Nuntium Romani Pontificis de Colonienfis Ecclesiæ statu, quò acrius illuc vigiliis intenderet, commonefecit. Is erat Ioannes Poggius, vir pereruditus, ac prudens, qui postea Sanctæ Romanæ Ecclesiæ renuntiatus est Cardinalis, Legatus in Vrbe Bona, haud ita Colonia procul. Is de illius Ecclesiæ rebus edoctus, & præsens periculum perhorrescens, nullo modo passus est moueri loco Fabrum. Nam quod spectabat ad Moguntinum, bono animo iussit esse; se daturum pollicitus operam, ne paucorum mensium absentiam is iniquius ferret Antistes. Igitur obsequutus Nuntio Faber Colonia resedit ad acerrimam, ac perennem eius Ecclesiæ custodiam, vt per eum potissimum steterit, ne multo fœdius, retriusque, aut illius splendor Cathedræ, aut nobilissimum Germaniæ membrum ab impurissima Lutheri schola tam luctuoso tempore fœdaretur. Dum in hoc totus est Faber, & inclinantem, ac prope iacentem religionem omni ope conatur erigere, præstantissimum ad eam rem Socium, & sui simillimum adiutorem, Deo mittente, nanciscitur, Petrum Canisium Neomagensem, ab Geldria Belgij Prouincia, qui iam tum & religionis propagandæ Catholicæ, & contra hæreticos defendendæ studio flagrabat acerrimo: ad eamque pietatem cum vitæ accedebat singularis integritas, tum literæ interiores, & eloquentia non vulgaris: vt ipsa morum similitudo duos videretur Petros vno quasi spiritu colligasse. Neomagi Materteram Canisius habuit egregiè piam, quæ illum studio pietatis adducta, vt partum suum vnice diligebat. Quem cum in deligendo vitæ genere fluctuantem animaduertisset, diuino instinctu, afflatuque tale, ante Societatem cognitam, oraculum edidit. Tu, inquit, Fili, cooptaberis in nouum quendam Sacerdotum ordinem, quem in Ecclesia sua multorum in salutem parat Deus. Eos ego per visum vidi, & te ad eos adiungi. Graues erunt viri, docti, modesti, Deo pleni, & animarum caritate præditi. Bono igitur fac sis animo, & spe huiuscemodi te sustenta: nam breui à Deo poteris hoc dono. Is ergo auditis, quæ de Fabri sanctitate, doctrinaque circumferebantur, Moguntiam eo consilio se contulit, vt quem de fama iam norat, eum etiam de facie nosset. Quem vbi cognouit, ac degustauit, animi sui lætitiâ his ad amicum testatus est litteris. Secundis, inquit, ventis Moguntiam veni. Virum, quem quæsiui, si tamen Vir est, & non potius Angelus Domini, meo magno bono reperi: quo nec vidi, nec audiui doctiorem, profundiorémque Theologum, aut tam illustris, eximiæque virtutis hominem. Simul verò, atque Coloniam Faber attigit, is penitus Societati se addixit inter exercitia spiritus, octauo Idus Maii ipso die suo natali, & Apparitioni Archangeli Michaëlis sacro: quo die tertium & vigesimum auspiciabatur ætatis annum, certis votis emissis, inter quæ illud erat, quemcunque religiosum ordinem Societas iussisset, si ab ea non reciperetur, suscipiendi. Is è Germanis primus in Societatem venit, in alijsque postea regionum earum adiungendis elaborauit feliciter, per exercitationes maximè B. Patris: quas vt mirè ipse sibi frugiferas reperit, totâ deinceps vita, nunquam commendare plurimum destitit, seduloque tractare. Sed de Canisio plura alibi: de quo Francisci Stradæ in Epistola ad Ignatium extat hæc vaticinio, quam Encomio propior sententia: Canisius ad me, eruditissima illa, ac purissima anima misit Epistolam, quam mitto in Vrbe, vt agatis gratias Deo tam de sincero spiritu, tamque læto, & eximio Dei fauulo; quem seruabat sibi Christus absconditum tanquam triticum electum in magna copia palearum ad magnam laudem, & gloriam suæ tremendæ Maiestatis. At ipse de Fabro ad amicum ita scribit Canisius: Illi nihil æquè in votis est, ac

Christo

34

Petri Canisij ad societatem accessus,] & laudes.

Christo cooperari in salutem animarum. Nullum ex illius ore verbum siue in vsu, familiarique confectione, siue dum mensæ accumbit prodire audio, nisi quod Dei honorem, & pietatem sonet: neque tamen ob facundiam audientibus grauis, ac molestus est. Didicerat videlicet ab ipso Christo sanctis epulas condire colloquiis, nec vt plerique positis ante oculos tibi suauitatibus fallebatur; sed ventre, ac palato superior statuerat oportere sibi esse conuiuium diuini sermonis escam, non blandæ voluptatis illecebram. Faber autem hoc sibi appposito lucro, dum pro Nuncii Apostolici voluntate in eius, quem dixi, Præfulis curationem vigilanter incumbit; ecce tibi ab Ignatio literæ; vt relicta Colonia in Lusitaniam cum Aluaro Alfonso, & Ioanne Aragonio Lusitani Regis filiam comitaturus (ea erat Philippo Hispaniarum Principi desponsa) protinus iter pareret. Vnum enim, aut alterum eius rei causa è primis Societatis Patribus postulauerat Ioannes Rex: idque suo Romæ oratori mandarat. Quæ res Simoni Rodericio, quo cum Rex egerat, grata admodum visa est; oblatamque Societati putauit occasionem per Reginam tam beneuolam comitatum aperiendi sibi aditum in Castellam, ex eaque deinceps in reliquum Hispaniæ Regnum. Qua de re perscripserat ad Ignatium, & vnum omnium maxime appositum nominauerat Fabrum; aut, si quid hunc impediret, Iacobum Lainium; auctor insuper, vt ei comites, quos modo nominauit Aluarius, & Aragonius adiungerentur. His mandatis Faber acceptis, quamuis curæ vrgerent grauissimæ, tamen ex obedientiæ nutu diuinam gloriam interpretans maximam, confectum se ad iter accingit. Poggium latere non potuit, qui frustra conatus hominem ab consilio deterreie, dat ad Pontificem literas, quam incommoda eo rerum articulo talis Viri profectio accideret grauius explicans, rogansque vt subsistere omnino iuberet. Nihilo secius maturauit Faber, quid Poggius moliretur, Ignatium edocere, quo is rerum omnium conscius, opportunius apud Sanctissimum Dominum, quod è re videretur, efficeret. Sed paulo diutius, vt mox referam, fidelis ille Dei famulus Belgio debebatur, quo rerum agendarum decus tolerantia corona geminaret. Id quod & Andream Quiedo in ipsis ad Fabrum perferendis Ignatii literis feliciter obrigit. Louaniensibus Sociis eas literas Ignatius commendarat. Ab his Tabellarius Andreas electus dum obsequenter properat, haud ita Colonia procul, vt homo ille, qui descendebar in Ierico, incidit in latrones: qui non modo eum viatico, paucisque nummulis, verum etiam vestibus ad diploidem vsque despoliauerunt, conuiciisque, & plagis quinque impositis abierunt semiuivo relicto. Sed qui iacentis alligaret vulnera in ea solitudine non accurrit: Vnus ille verus Samaritanus, qui & animi, & corporis plagas curat, robur prostrato dedit, quo suis manibus connixus in pedes debilitata membra Coloniam traheret. Hic literas, quas multo maluit incolumes, quam paucos nummulos, imo etiam vitam, Fabro reddidit: toto ille quidem externo habitu teter, sed ore latus, animoque iucundus; quod totidem & ipse suo corpore plagas obedientiæ causa, quot suo Christus propter obedientiam Patris, excepisset in Cruce fixus, faciliè vt appareat; quemadmodum illum iam tum pene ab Tyrocinioprobauerit Deus, cui maiora certamina veterano parabat.

35
Vora 14
Faber in
Lusitania.

36
Andreas
Quiedus à
latronibus
spoliatur,
& vulneratur.

37
Statue So-
ciorum
Louanij.

38
Strada ar-
dor.

39
Ruardo
Tappero
tradit ex-
cisia spiri-
tus.

Discesserat Louanio veris ante principium Hieronymus Domenecus aliis cum duobus euocatus ad Urbem, relicta ibi Strada, Quiedoque, & tribus aliis, qui dum ceptum vrigent studiorum iter in domicilio conducto, æquis etiam passibus in religiosæ disciplinæ curriculo procedebant; & vt domesticos intra parietes suum quisque animum pro viribus exercebant, ita foris vsurpandis apud Carthusiam diuinis subinde mysteriis vulgo erant sanctitatis exemplo. Quicquid à literis dabatur otii, id non suis relaxandis, sed alienis subleuandis tribuebant animis. Quo in genere Strada calebat non tam ætatis æstu (erat enim natus annos quatuor & viginti) quam pietatis ardore. Is tum in Falconensi Collegio Metaphysicis operam dabat, sed longioris veluti suæ desidiæ pertæsus (sic enim otium illud literarium interpretabatur) memor læta rum segetum, quas antea concursandis Italiæ oppidis colligebat, optauit etiam ardentiore siti agrum peragrarare Louanicum. Ac primum Louanienis Academiæ Cancellarium Ruardum Tapperum aggressus, virum sane grauem, ac doctum, eundemque ad pietatem propensum suis sermonibus impulit, vt in exercendo de more spiritu ternas quotidie horas ex summis ereptas occupationibus collocaret. Cuius frugifer exer-

fer exercitationis euentus Stradæ vicit expectationem. Deinde Sacerdotem quendam Cornelium Vuishauzum Artium iam Magistrum, & Theologicis satis imbutum, sua iam sponte ad Societatem incumbentem, iisdem meditationibus propius vsit. Multa autem de eius sanctimonia, & innocentia ex Petro Canisio, multa item ex ipsis Carthusiæ Monachis audierat. cuius Cornelii laudabiliter acta vita in magnum olim est relata volumen, stylo illa quidem rudi, & impolito, ceterum eiusmodi, vt inde compendio excerpere, quæ & rationi, & veritati maxime consentanea videantur, non grauemur. Is Mechliniæ, quæ Belgii Ciuitas est, nec Louanio longe distans, non minus piis, quam honestis parentibus natus ad annum vsque duodeuigesimum non sine peculiari Dei prouidentia multis in ærumnis, & incommodis educatur: vt iam tum ad baiulandam Crucem, & Religiosam disciplinam videretur institui. Puer Parisiis latinis vix tinctus literis reuocatur in Patriam: in qua contra omnem animi nutum, voluntatemque à literis ad opificia traductus, cum robustior accessisset ætas, ad ingenuas artes, quò toto impetu ferebatur, parentum permissu Louanium se retulit, eosque breui habuit in doctrina progressus, vt ad Magisterii gradum, & Sacerdotii decus præter spem omnium, expectationemque conscenderit. Sacerdos cooptatus, & Ecclesiæ bonis affectus, Louanii in rem Catholicam egregie laborauit. Abhorrebat ab Hæreticorum hominum vsu, prauorumque consuetudine, quorum dum miserabile redarguit insanias, perniciem à sanis, fraudem à simplicibus propulsabat. Assiduo erat æque, ac pius in accurata procuracione sacrorum. Sedulus, ac benignus in adiuuenda confitentibus aere: nec animorum modo salutem, verum etiam corporum egestati, (quoad poterat) consulebat. Virginitatis, & vitæ Cœnobiticæ tam erat amans, vt complures Virgines, Adolescentesque variis in ordinibus collocaret: eiusdemque consilio fœminæ non pauca Deo dicatam Virginitatem in ipsis seculi fœcibus custodirent. Cuius multiplicis in Christo prolis spectata sanctitas, eximieque virtutes in communem Patrem spiritus redundabant: vt iam tota illa regio Cornelii nomine personaret. Mirantibus autem de vulgo plerisque cur, qui tam multos ad religiosa castra submitteret, viuere ipse cum populo mallet: præstabilius sibi videri dicebat, si nullius ipse Religionis institutis astrictus, Religionum claustra repleret, quam si in eorum aliqua semel inclusus, paucos ad ea in posterum excitaret. Verius fortasse diceret, ne se quidem de populo diu fore, sed iam tunc præmittere, quos haud ita mox impigro cursu consequeretur, & quidem in eam familiam, quæ in mediis collocata cœtibus ad eandem vitæ perfectionem ceteros inflammaret. Sane diuino consilio factum putes, vt dum nullam ad disciplinam animum applicat, ei se potissimum reseruaret (quemadmodum ad Ignatium de Cornelio scribit Strada) vbi suæ sitis ardorem in aliena perquirenda salute, defendendisque ab hæresum labe Catholicis mitigaret. Etenim paucis ante diebus quam Louanium Parisiis Socii illi, quos supra nominauimus, commigrarent, mos Cornelio fuerat in precacione frequenti supplices ad Deum manus tendere, vt auxilia sibi aliqua piorum hominum demonstraret, quorum Societate fruges in Ecclesia Dei longe vberissimas ferret. Itaque diuino admonitu exaudiuit interius, propediem Louanii sodalitatem quandam Euangelicorum hominum, cui ipse se coniungeret, affuturam. Cuius ille videndæ studio incensus, simul ac Patres appulere Louanium, tanquam id quod quæreret, olfecisset, in perpetuum eis adhæsit. Primus eum Strada conuenit: à quo de Societatis institutis edoctus, inspectoq; diplomate Pontificio exultare gaudio cœpit, palmasq; in Cælum tollere, tuere in amplexum Stradæ, & eam, quam sibi narrauerat Societatem, ardentem expetere. Nec mora, Sorori satis ample familiæ procuracione relicta, compositisq; domesticis rebus ad exercitia magno ardore animi recessit. Recessus autem is exitus fuit, vt inter sacrificandum in abditissimis Eucharistiæ mysteriis Christo præsentem, Societatem se vouerit initurum. Quamquam inter exercendum congelare quodammodo visus est, & expers esse lacrymarum, ac gemitus, expers intimi doloris, ac gaudii; quibus animi motibus tangi plerumque solent, qui has primo exercitationes attingunt: vt affirmaret Strada frigidior se in eis vidisse neminem, cum tamen, vel ipsa vociferante fama pernisset, quanti candoris, & innocentie Cornelius esset, qui tam ardenti pœnitentiæ studio corpus domuerat suum, vt quatuordecim ipsis annis, siue ad tutelam Virginitatis, quam perpetuo coluisse creditur, siue ad placandum cæleste Numen nō tam suis, quam alienis cul-

40
Adiungitur Societati Cornelii Vuishauzum.

41
Eius vita ante initiationem.

- 42 *Socij Louanienſis in ades Cornelij migrans.* nis culpis offenſum, textum horrenti crine cilicium continenter induerit. Ceterum ijs exercitationibus folido magis animi fructu, quam ſenſu quodam teneriore perfunſtus, ſuſceptoque certo, ac ſtabili de Societate conſilio, Stradae, ſociisque auſtor fuit, vt relictis, quas conduxerant adibus migrarent in ſuas. In his illi velut in Collegio quodam domoque propria commodius ex Societatis diſciplina vitam inſtituerunt. Ea res Societatis in ea vrbe ſamam, & nomen auxit. Cum enim ex ſociorum praſcripto Cornelius ſacrarum Confeſſionum prouinciam ne apud Sanctimoniales quidem, & gynecæa deponeret, nouum videlicet vitæ genus profitebatur vbi- que: & eam vbi que familiam, cuius in uſum, poſſeſſionemque tranſierat, pertulgar. Hoc Louanij primum, deinde etiam in tota illa prouincia propagandæ Societatis pignus per Stradam pene adoleſcentem diuina nobis liberalitas obtulit. Cornelium haud ita multo poſt alius quidam Petrus Faber de Hallis, natione Belga, qui & ipſe Louanij Theologiæ operam dabat, ſubſcucutus eſt; quem ne nominis ſimilitudo errorem creet, ab altero nos Fabro, patrio, aut etiam gentilitio uocabulo ſecernemus. Horum acceſſione, accedente inſuper exercitiorum uſu per crebro patens tum ianua Socijs noſtris aperiebatur, cum ſecundæ ab Ignatio literæ perferuntur, vt Louanio primo quoque tempore Societas omnis excedat; Strada autem, Quiedusque eum Ioanne Aragonio, qui Louanium dudum venerant, Fabro in Luſitaniam profeſturo præcurrant. Quippe literæ Simonis vrgebant, vt ex Hiſpanis Socijs, quos Lutetia diſceſſiſſe cognorat, nonnullos Conimbricam ſtudiorum ſedem Ignatius mitteret, Rege ad Collegij numerum ampliſcandum intento. Quod Ignatium opinor impulit, vt priuſquam de felici Louanienſium rerum ſtatu cognofceret, (alteras quippe literas nondum acceperat) ſubitam illam Sociorum migrationem imperaret. Ergo tres illi, quos dixi, pariter in Zelandiam opportunitatem aucupaturi nauigij, ſine cunctatione digreſſi reluctantibus uentis, & agrotante inſuper Aragonio, Louanium redeunt ſpe navigationis excluſi. Sub idem tempus Faber quoque Colonia nauigationis cauſa Louanium uenit Octobri circiter ineunte, Cornelio, & Socijs expectariſſimus. Quos vt Pater aſpexit, & iucundiſſimis excepit amplexibus, conuerſus ad Cornelium, qui propter eius aduentum feſtum diem agere uidebatur: Age, inquit, Corneli, ſatis iam habeo te de facie noſſe: quem & ſi meis oculis antea non uidi, te tamen noui. Nihil eſt cur de nobis uehementius angaris: poſt ridie hinc in Luſitaniam obedientia nos auferet. Cui Cornelius, aduerſari, inquit, imperio iſti, & obedientiæ, nec auſim equidem mi Pater, nec omnino debeo. Ceterum illum ipſum, qui & obedientibus fratrum iniicit, cum uſus eſt, Chriſtum inuoco, ne te hinc abire, & auolare permittat: ſed quam diu huic populo uſui fueris, remoretur. Subriſit Faber, & tamen Antuerpiam ad Luſitana inſpicienda nauigia, quæ ad oppidum Veras appuliſſe ſerebantur, poſtero pergit die: quæ vt ad ſoluendum inſtructa, & expedita iam uidit, confeſtim nauigationis ſocios deducturus, Louanium repedit. Vix eo redierat, cum tertiana febris acceſſit. Hæc penitus ſtrauit hominem. & lecto affixit, ne moueri loco poſſet, adeo pertinax (quippe bimēſtris) ut eius iam ſaluti medici, & curationi diſſiderent. Sed cum ei Cornelij preces pro ſua Louanij commoratione ueniſſent in mentem, hominem ad ſe accerſitum rogat, iam uota uertat, & argumenta precandi, & qui tam pertinacem ſcbrim ſuis precibus aduocaſſet, is denuo adhibita precatione diſcutiat. Fecit imperata ſimplici, candido que pectore; & exinde melius factum eſt laboranti, vt è lecto ſubinde ſurgere, ſuisque niti pectibus medico admirante iam poſſet. Decumbentis in ea Ciuitate fructus, ſatis aperte, unde commoratio illa ortum habuiſſet, oſtendit. Nam illud ceitè Medicus aperte profitebatur, nequaquam uideri à natura tantam eius morbi pertinaciam eſſe. Is excitatum Stradae congreſſu Cornelium Societate recepit, & periclitatum, probatumque ad firmitatem intendit: vt idcirco & in morbum uideatur fuiſſe delapſus, & ex morbo Cornelio ſup- plice, releuatus, vt cuius eſſet tanta uox commendationis in uulgus, eius uirtutem & ſanctitatem diligentius excuteret. Senſit enim continuo Faber, ſpericulum eſſe ne viro bono, ac ſimplici Angelus præſtigiator illuderet; eo que exquisitiſſus toto trimēſtri ueluti rudem, integrumque diſcipulum quotidianis experimentis exercuit, modo tolerantia, & ſui ipſius uictoria, modo Chriſtianæ humilitatis, & rerum humanarum deſpicientia, idque non tam

in umbra domestica, quam in luce clarissima Cœnitatis, cuius ille in honore habebatur, ac precio. Exercebat eum per Stradam longe ætate posteriorem nec dum sacris initiatum; & adiungebat concionaturo pedissequum Sacerdotem, ut clepsidra in manus sumpta, de suggesti gradibus coram populo dicendi spatia metiretur. Sæpe etiam hominem increpabat iure, iniuria: sæpe domesticorum in auribus, oculisque quo maiore illum rubore perfunderet, accusabat. Alias etiam ad explorandam in omnem partem æquitatem eius animi, atque constantiam, mutabat ea, quæ deprimebant, cum ijs, quæ tollebant animos, & augebant; Et probra vertebat in laudes, de decora in reuerentiam. Interdum vero iubebat eum aliquid exscribere: quod cum ille ut poterat, exscripsisset, Faber eo conscisso tanquam male, vitioseque descripto rubebat eadem iterum, sapiusque describi; & quo plures haberet ansas ad reprehendendum, modò literarum apices inuenustus, modo crebras lituras, quæ scripturæ speciem obtulerent, vitio dabat: nunc obliquos linearum ductus, nunc asperas papyro maculas, & atramenti labes vituperabat, obseruans interim velut ex insidijs, num quod impotentis animi verbum ex ore excideret; num quid ab eo fieret turbulenter, & iracunde. Consueuerat secundum cœnam ei præscribere, quæ postredie ab eo geri vellet, & ad periclitandam accuratius obedientiam, plurima ei in eam diem, quæ certo ordine, & ratione digereret, imperabat. Iubebat (verbi causa) iter aliquod ab eo suscipi, & simul viarum numerum, & ordinem perturbatissimum describebat, quem in eo itinere conficiendo seruaret, mandabatque negotium aliquod, & quibus simul id verbis gereret perueris scilicet, ac præposteris imperabat. Exacto die rationem mandatorum, & præscripti simul ordinis reposcebat, vtrum in conficiendis negotijs viciniora prius in loca, quam remotiora suo arbitrato, an prius se in hæc, quam in illa præscripto ex ordine contulisset. Similique ratione vtrum hæc, & illa verba, quemadmodum ab se acceperat eodem ordine reddidisset, an commutato ordine suum ad arbitrium exposuisset. Pugnancia quoque, & quæ fieri vno, eodemque tempore, ab eo nullo modo possent, imperare consueuerat: ut quem afferret diuersa inter imperia conatum ad parendum, & obtemperandum ex ipsa animi pugna, atque anticipata cura perspiceret. His demum experimentis Societate repertus est dignus, & contra ludibria callidissimi hostis præmunitus: tum receptus ut frater, cum sua voluntate, iudicioque spoliatus, & altis nixus humilitatis radicibus est inuentus. Hinc eius in Fabrum singularis obedientia tanquam discipuli in Magistrum, filij obsequentis in Patrem, ut in eius conspectu præreuerentia, & pudore vix huseret, mandataque eius vel tenuissima religiosius exhauriret. Nihil vel à principibus rogatus viris, aggredi voluit iniussu Fabri, palameius professus obsequium, nec maioris Patris erubescens imperia, qui patria & ipse potestate ceteris imperabat. Sed Fabri mora non vni Cornelio, sed ipsi quoque Stradæ in ætatis iam se corroborantis gradu disciplinæ aptissimo salutaris fuit: cuius ille ductu, consilij, institutione, multo clarior toto Louanio factus, egregia posuit nouæ prædicationis exordia. Excitauit Tyronem vetus Magister ad conciones latinas in Falconis Gymnasio, vbi Strada ipse de Auditoribus vnus erat. Eaque re & frequenti illius Academiæ iuuentuti, Magistris non modo non inuitis, verum etiam postulantibus, & Stradæ facultati, quæ philosophiæ studijs, intermissis bene dicendi vsu, ut plurimum exarescit, opportune consuluit. Itaque simul ac inflammandæ iuuentutis gratia verba facere acer adolescens instituit, repente ad eum, quem priuatæ iam scholæ prodiderant, ingens Academicorum multitudo confluit, eaque in dies sic augeri cœpta, ut iterum ac tertio fuerit laxiores in exedras emigrandum. Magistri porro omnes quò latius noui concionatoris pateret utilitas, autores fuisse Fabro, ut eum ad Archangeli Michaëlis, quæ de præcipuis Louanij ædibus vna est, festa saltem quaque luce, concionari iuberet. Quorum Faber consilij paruit spe proposita copiosæ frugis, tamen illi partem in eo ipse laboris, atque oneris morbo stratus non subterfugit: qui ut animos adderet in eo genere dicendi imperito, iuuenique, nec Philosophicis studijs cura noui laboris officeret, concionæ ei argumenta, vel de lectulo suggererebat, eaque diuidebat in partes, ut pro lectione vox esset, pro librorum apparatu culti pectoris sapientia: nihil ut Stradæ propemodum præter actionem, vsuque memoriæ, qua plurimum valebat, operis, munerisque relinqueretur. Prodiit igitur animosus adolescens in publicum, & Fabri dimicans armis, ardorem addebat de suo,

48
Iussa. &
auxilio
Fabri Strada
latinas
conciones
habet.

49
Oliuerius
Manaraus
studio So-
cietatis in-
cenditur.

50
Theodori-
cus Hefius
sorum se
Fabro per-
mittis.

51
Faber Co-
loniam re-
dire inbe-

fidelitatemque memoriae; si tamen de suo ardebat, quem Dei spiritus incendebat: quo ille sic aestuabat, ut eodem igne tota propemodum concio conflagraret. Dabant ei operam praecipui Theologiae Doctores tantis plausibus, tantisque motibus animorum, ut lacrymae ex oculis vberimam fluerent. Religiosi omnium ordinum, quotquot Louanii resident, Stradae ex ore pendebant. Concurrerant etiam cum viris faeminae latini imperite sermonis, non tam auscultandi gratia, cuius ad linguam surde penitus erant, quam ut os spectarent Agentis, & ab sancto illo igne calefcerent, quo pectus feruebat orantis. Spirabat in eo mens Fabri, cuius & spiritum haurisse videbatur, & literas. Oliuerius Manaraus, quem nobis Deus ad haec tempora reseruaui, cum adolescens literarum studiis vacaret Louanii, tantam & ipse flammam Strada semel audito, concepit; ut cum is perorasset, ad aegrotantem continuo Fabrum confessionis gratia cucurrerit: multisque, & supplicibus verbis orarit, ut in suum se contubernium placeret admittere, securum se illum, quocumque praerit; profecturum quocumque mitteret. Quem tamen Faber aetatis veritus inconstantiam, & ne puerorum more, quam subito exarserat, tam cito refrigerer, in aliud tempus, diemque distulit, dum & aetatis imbecillitati plus roboris, & suscepta menti plus firmitatis accederet. Sed cum peros Stradae Faber Louaniensium animos incendisset, celebrari quotidie magis Cornelii domus est coepta. Accedebant viri graues grauissimis cum decumbente acturi de rebus: ex eoque tanquam ex oraculo responsa petebant, re ipsa probante, quae de tali viro multorum fama, rumoresque nunciabant. Et quanquam salutantium turba morbi vim non mediocriter intendebat, aeger tamen imbecillitatem corporis, animi virtute superabat: & praestanti quadam erga proximos caritate facillime ad se aditus patere cuique volebat, nec a se quemquam, nisi aequum vsquequaque, placatumque dimitti. His humanitatis, caritatis, industriaeque praesidiis feruere Louanii visa sunt omnia, multique sepositis domesticis curis ad exercendum pie animum excitari. Vnum memoro Theodoricum Hesium Leodiensis Ecclesiae prodecanum, Quaestoremque Catholicae religionis, qui quondam Adriano Pontifici a secretis, & a sacris confessionibus fuerat, imo cuius consiliis Pontificatum ille suum rexisse dicitur, & quem propter integritatem vitae, splendoremque doctrinae, nisi mors interuenisset, in amplissimum Cardinalium Collegium cooptaret. Is cum in has mentis exercitationes esset ingressus, singularem hanc sui fructus significationem egressus dedit, ut ad collocandam in tuto salutem suam totum se Fabro crederet; omnemque vitae cursum tota voluntate permitteret. Faber tamen, & aetatis, & personae ratione habita, quarum altera inclinata iam erat, altera sua sponte spectatissimis ornata moribus, alienis adminiculis non egebat, tum vero Leodiensis Ecclesiae proposito bono, non ei censuit vitae genus, institutumque mutandum. Suasit potius, & quae possidebat in vita bona, & quae regebat in Republica munera ea prudenter administrare, ad Dei scilicet gloriam, & proximorum vtilitatem, esseque in nobili illa Ciuitate probitatis exemplum, propositum ad imitandum, cum populo vniuerso, tum clero praecipue. Amplexatus est vir egregius totis praecordiis salutare consilium & adoptatam actionem, reliquo vitae spatio sobrie, pie, iusteque traducto, tanquam bonus, fidelisque discipulus reuocauit. Faeminarum praeterea coenobijs, quae & ipsae nouae Societatis operam sitiebant, certa quaedam viuendi norma, ad quam religiosae vitae cursum dirigerent, data est. Repressa morum licentia, vetus reddita disciplina. Virgines complures integerrimis nuptiis cum Diuina Maiestate coniunctae, sacris addictae Coenobijs: compluresque in Societatem adolescentes adsciti: tanta denique morum in omni hominum genere facta conuersio; ut iam tum de ordiendo Louanij Collegio viri graues apud Caesarem agendum putarent. Quibus ex rebus, Deo Duce, bene ac fideliter gestis conijci haud aegre potest, quanto commodo inferioris Germaniae semel, atque iterum sociorum in Lusitaniam nauigatio dilata, quanta cum prouidentia diuini Numinis relictus ibi, ubi erat, morbo ingruente, sit Faber. Quicquid enim deinceps in ijs regionibus ad Dei gloriam, communeque Ecclesiae bonum a Societate gestum est, id omne, si verum quaerimus, his debetur initijs. Interim Faber dum diuturno conualescit ex morbo, a Pontifice, quem, ut supra demonstratum est, Poggius admonuerat, Lusitanica profectio in aliud tempus reiecta, Coloniam iubetur denuo se referre, nempe ad eius fulciendas, prohibendasque ruinas, cuius iam

antea

antea fidem confirmauerat vacillantem, præsertim quod auditum forsitan Romæ fuerat, Lusitani Regis filiam, quam comitaturus Faber erat, in Hispaniam appulisse; Salmanticæque celebratas esse iam nuptias. Ex Pontificis mente, suam illico Ignatius quoque mentem, voluntatemque murans, per literas Fabrum admonet, vt Socijs, qui Louanij tum erant, in Lusitaniam cum Strada missis, ipse Coloniam repetat, non prius inde recessurus, quam rursus admoneretur.

Ac ne Societatis in Hispania propagandæ consilium in Regis pectore congelaret, misit ad eum Ignatius ex Italia, id quod Regi pergratum fuit, vnâ cum Araozio socios quinq;, quorum hi Collegij numeros Conimbricentis explerent; ille vero Regis mentem, atque consilium, dum eò Faber appeteret, confirmaret. Discessere sex ab Vrbe Roma mense Nouembri non sine monitis, ac mandatis Ignatij de rebus singulis cum Rege Ioanne gerendis. Quo in itinere pedibus de more suscepto, nullam Araozius tutandi animos occasione dimisit, seu cœlestibus Sacramentis, incensisque concionibus, vbicunque defatigati consisterent; seu opportunitate, familia. itateque congestus, vbi de more procederent. Reducti sunt per huius profectiois occasionem in rectam salutis semitam bene multi, Prato præsertim in oppido apud Hetruscos, Pistorij, & Lucæ. Qua in Vrbe non defuere, qui Patris monitu vel obstinatam hæresim ponerent. Propè Saoniam, nauim inueniunt, ab Hispaniâ prope litoribus, tanquam ad eos excipiendos vi tempestatis repulsam. Quæ non magis opportuna nostris, quam nauis vectoribusque saluti, vt sæpè solet, tempestas fuit. Quippe accommodatis Araozij commonefacti vocibus ne in grauiora recideret mala, apud eum sua quisque peccata contritis dolore pectoribus expiarunt (quorum id multi multos iam annos scelerate neglexerant) ijs insuper, quæ ex alieno rapuerant, quæque diu iniuste possederant, restituitis. Confessionem mensa cœlestis excipit, conuenientibus duodetriginta cum duce nauis, nouo exemplo, spectaculo periucundo. Eares Saonensibus calcar, & ad pietatem incitamentum fuit, repente ex oculis nocte discussa, vt de Cœlo missam lucem agnoscerent, & Sacramentorum, diuinique verbi pabulum flagitarent. Annuit postulantibus Araozius, cuius ad pedes, ac disciplinam, quoniam natalitia Domini iam obrepserant, incredibilis multitudo confluit, utilitate permira. Hinc mitigato iam salo Genuam, inde Corsicam præteruecti, Barcinonem flectunt iter; quo sub anni consequentis initium peruenerunt. Sed prius quam illuc se flectat oratio, pauca sunt perstringenda de Gallia.

In hac vero rem Christianam hæud mediocriter formido bellica retardauit, nec tamen in tantis motibus ijs, qui de Societate Parisijs erant, suis partibus muneribusque deerant. Quin meliorum spe temporum se solantes, fratres suos, qui Regio edicto compulsi, Louanium ante confugerant, ignari quid de his recens statuisset Ignatius, impetrata à Rege venia cupide reposcebant; nequaquam tutam eorum in Belgio commorationem rati, vbi Cliuensis Dux Gallico præsidio cinctus, suis excursionibus vastabat omnia, eodemque propediem ingenti cum exercitu aduolaturus Carolus dicebatur, patrimonij damna, & contumelias vlturus. At Ignatius sociorum de socijs sollicitudine delectatus rescribit, quos requirerent, eos in Lusitaniam missos esse; & simul ex eis quærit, num & ipsi eò sint migrare parati, an & Parisijs in mendicitate manere, vitam & studia sustentaturi precario. His quæstionibus prudens Pater dum filiorum tentat animos, eorum etiam postulara discussit. Quibus tamen illi per literas fecere satis, suam vbique contestati fidem, alacritatemque parendi: seu pede nudo curiendum esset ad Indos, & toto itinere mendicandum: seu Lutetiæ in paupertate manendum, & alienis studia sustentanda subsidijs. Quo præsidio pietatis armati constantissime vel inter armorum strepitus, institutum vitæ, studiorumque suorum in Longobardorum Collegio tenebant. Admittebant ad exercitia Spiritus non sine præsentifructu passim aliquos, Paulo de Achille, qui socijs præerat, institutore; Sacerdosque ex ijs Gallus ad eos transijt homo nauissimus, qui parentes suspicatus discessum suum ægre lauros, quò ab eis abesset longius, in Apostolici Nuntij comitatum (is erat Aquileiensis Patriarcha) qui per Galliam in Scotiam iter habebat, se se occultus iniecit, inde Romam ad Ignatium cum Patriarcha venturus. Scotiam vt ventum est, Ecclesiam illam hæreticorum furore quassatam, aspicere sine suspirio Sacerdos ille non potuit; itaque perinde atque vnus è nostris

52

Araozius cum quinque Socijs in Hispaniam discedit, perituros in Lusitaniam, sed salutari obuijs mora tempestas retardat iter.

53

Status Sociorum Parisijs, qui bns præerat Paulus Achilles.

stris orsus est Catholicæ rei omni ratione consulere, vt eò diuinitus destinatus, non fortuito vide-
retur appulsus.

In Hispania nata sunt Collegij Complutensis initia, tenuiora illa quidem, vt omnium natura fert rerum, sed tamen eiusmodi, vt ex ijs, quæ cernimus incrementa prouenerint. Iecit tanti Collegij semen mira Dei prouidentia, Franciscus Villanoua Placentinus. Is ad Conimbricense Collegium Roma missus, moxque in Patrium Cælum valetudinis remissus causa, cum ex annuo fere morbo, quo peregrini Cæli, & pedestris itineris insolentia conflictatus est, emerisset, postea Compluti primas literas puerorum more perdiscere, iam natu grandior, & grammatices exsorbere molestias, incredibili patientia, admirabili paupertate, & neglectu maximo rerum omnium instituit. Qui cum ex communi, vulgarique vita, nec generis commendationem afferret, nec fauoris, ac gratiæ: ita tamen in Societate præclaris suæ prudentiæ, virtutisque documentis Complutensibus se probauit, vt vniuersorum, & sibi, & Societati voluntates adiunxerit. Itaque tantum abest vt ei quicquam, aut literarum ignorantio, aut generis obesset humilitas, & deformitas oris, vt in eius disciplinam viri docti, grauesque studio incensi diuinarum rerum se sponte traderent: ad eumque velut ad Magistrum discipuli, suis de rebus, quæstionibusque referrent. Adeo vera virtus vbique literis, ac doctrinæ: & pietatis actio naturæ doribus antecellit. Sita quippe erat ante oculos omnium singularis eius pietas, & humanarum rerum despicientia, cum in angusto tugurio, humilique casa à pijs sibi delata Matronis, quasi ludo quodam virtutis apertæ, & se, & alios in oratione Dei, pietatisque muneribus exercebat.

54
Franciscus
Villanoua
Complu-
tum abit
Conimbrice
valetu-
dinis cau-
sa: & sic
Complut-
sis Collegij
semen.

55
Pontius
Cogordanus
Gallus in
Lusitania.

In Lusitania secundo idem cursu res processere. Nauus & industrius habitus inter sodales est Pontius Cogordanus Gallus, qui dum Conimbricæ ad animorum defensionem doctrinarum sibi subsidia parat, quasi prolutione quadam, modo remittendis pro potestate noxis (erat enim iam Sacerdos) modo alijs obeundis ex instituto muneribus præclare animis consulebat. Mulieres non paucas, quæ pudorem suum publicauerant, castè docuit se in posterum gerere. Quibus etiam ne ad eodem scopulos denuo offenderent, Simonis opera Cœnobiorum sunt extracta per fugia, ab eodemque leges, canonesque perscripti, quorum obseruatione, atque custodia, & loca ipsa se se tutari, & qui in ea se reciperet sexus, vitam possit ex sanctitate degere. Probatum in vulgus id operis est, & Academicæ iuuetuti salutare compertum. Hac quippe flagitiorum obstructa ianua, propositisque ante oculos tot recentis Societatis exemplis, instituerunt & illius Academicæ Doctores, Auditoresque literarum studia cum probitate coniungere, eique tam serio, tam constanti operam dare, vt eorum complures totos se Deo cum in alijs familijs, tum in Societate deuouerint. In his Melchior Nunnius, qui in Pontificij iuris disciplina haud contemnendos processus effecerat: quem securi mox sunt, Fructuosus Noguera, Ludouicus de Grana, & Melchior alius Carnerius, is, qui postea Nicææ factus Episcopus in Machao Sinarum insula operam suam sanè quam vtiliter posuit, Consalvus item Silueria Comitissæ Sortellani filius, annorum ille quidem non amplius viginti, sed iudicio tamen, sensuque peracri, & ad pietatem suo nutu propensus. Qui vt nouam hanc salutis semitam inijt, tam mites subito mores induit, tantum Crucis concepit amorem, vt domi, forisque & admirationi fuerit vniuersis, & disciplinæ; Martyrij profecto didemate dignus, quod & Deus iam dudum vocabat, & eius postea virtus in Regno Monomotapensi prouexit. Hunc subsequutus est nobilitate par, pietate nihilo inferior Rodericus Menesius Prætoris filius Olyssiponensis. Cui Conimbricensi ab Vrbe remoto, vt etiam Consaluo, Iacobus

56
Coopertus
in Societa-
tem Mel-
chior Nun-
nius.

Fructuosus
Noguera,
Ludouicus
de Grana,
Melchior
Carnerius

57
Consalvus
Silueria.

58
Rodericus
Menesius,
& alij
multi.

Miro, ne propter eorum nobilitatem, turbarum aliquid oriretur, exercendis operam dedit. Quam mox cognito à Parentibus vtriusque consilio, quicquid ex carne, & sanguine turbarum exitit, quod haud exiguum fuit, id filiorum constantia mirabiliter sedatum. Hæc Academicos allexit alios tum Canonum, legumque peritos, tum Theologicæ disciplinæ: extremo vt anno septè, & quadraginta numerentur adscripti. Quo ex numero Antonius Correa, Nunnius, Christophorusque Riberij, Emmanuel Morales, Paulusque Soarius viri haud vulgares, suisque hodie clari laboribus memorantur, cuius tantæ fecunditatis particulam, Domus etiam Olyssiponensis obtinuit, vbi perpauca Sacerdotes, ac Socij, Simonis excitati vigilijs pari industriæ fructu pro animis depugna-

depugnabant. Simon enim strenue, & sine cessatione Dei causas agebat, non in Aula modo, vbi propter famam sanctitatis venerationi cunctis erat, verum etiam in vrbe reliqua vijs publicis ob- eundis, & nouis semper rationibus indagandis, quibus prædas faceret animorum. quò & dome- sticorum sollicitudinem adiungebat, vt sua vocatione digne vbique Societas ambularet. Rex er- go cum sua consilia cerneret ex animi sententia, & voluntate procedere, ingentem hauriebat ani- mo voluptatem, eoque maiorem, quod & Ciuitas vniuersa, & Conimbricensis Academia, repẽ- rina quadam voluntatum inclinatione, contra quam rerum primordia, & ipsiusmet Regis fere- bat opinio, in Societatem mirificè propendebat. Quocirca tanto animatus ad inchoata perficiẽ- da vehementius, quanto magis ea, quæ iam inchoauerat, arridebant, Collegij Conimbricensis ædificationem curauit ocys ad exitum, finemque perducì. Ac ne quid Patribus exhiberetur ne- gotij, hominem in primis gnarum, atque nauum operi illi præfecit. Iussitque alias insuper compa- rari domos Patrum ædibus continentes, quò laxius amplificata iam familia, dum ædificium per- soluitur, habitaret: itemque omnia ab æconomo suo, quæ ad victum, & cultum pertinent nouis deinceps Collegij Colonis vsque ad ceterisimum, quoad certum vectigal attribueret, suppeditari. Simon autem Conimbricam res Societatis inspecturus abeunte iam anno profectus, suo Socios exhilarauit aduentu, eosque ad meliora, & exemplo promouit, & verbo. Sed quoniam, quos o- portuit parandis insudare doctrinis, ij plurimum ex otio literarum haud leui iactura in ministe- rium rei domesticæ deriuabant, is, vt ei incommodo semel acriter obuiam iret, sex alios magis corporis, quam ingenij muneribus aptos, & quorum humeris rei familiaris onus imponeret, in Societatem sapienter admisit: ad exemplum videlicet Romanæ domus; cuius initio Patres cum verbo, & orationi instantes essent, animorumque procuratione distenti, prudenti consilio deli- gendos Apostolorum more sibi aliquos censuerunt, qui ministrarent mensis, & rem domesticam procurarent. Venerat per eos dies nobilis ex India Legatus ad Lusitanum Regem. Hunc Rex aue- bat Christianum fieri, hortatusque Simone in est, vt inuiseret hominem, & ad Christum omni ra- tione pelliceret. Quem cum Simon frequenter adijisset, vicissimque ille Simonem, congressu blan- diore deuinctus, sensim & ad aures, & ad animum, quæ docebatur, admisit. Ergo breui Deo col- lustrante se dedit, & nefaria detestantia Idola, veterem, per Baptismum abiecit Adam, nouum in- duit, tanto animi ardore, atque constantia, vt quoniam magni apud suos nominis ferebatur, eius speraretur exemplum ad fidem Indis plurimum profuturum.

Sed quando Indorum incidit mentio, eorum hunc annum commemoratio claudet. nam quæ proximo apud eos gesta primo Xauerij in Oram Piscariam ingressu, supra memorauimus, ea in labentis illius anni supremos menses cecidisse ipsius Xauerij testatur epistola Tutucurino data. Totum autem hunc ille annum, & eo amplius in Commorini promontorio magno Christianorum bono, & accessione consumpsit. Nam extremo fere superiore vix Tutucuri- num attigerat, cum ad excolendos incolas, Christumque docendum, animum appulit. De- inde ad vniuersi promontorii Accolas vestigijs, curisque conuersis, non prius ab opere destitit, quam longissimum illum Commorini tractum, triginta amplius Oppidis, vicisque distinctum, vel ad Christi cultum reduceret, vel in eo iam suscepto recenti institutione firmaret. Tutucurine- ses vt ad tractandum lenes, sic in lege Domini plane rudes offendit, vt quid ea ipsa lex esset, quid- ne omnino credendum homini Christiano præscriberet, penitus ignorarent; nullumque Lusita- næ linguæ, cum tamen Lusitanorum satis magnum, haberent vsum. Quocirca lectis Xauerius to- to ex Oppido viris, quos sapientiores ceteris animaduertit, adhibitisque Lusitanæ linguæ peritis, Catechismi summam multorum dierum labore Maluarice conuertendam curauit. Ea quippe lingua regioni vernacula est. Quem cum memoriæ prius ipse mandasset, eo mox coactos tintin- nabulo pueros, Virosque quamplurimos quotidianis explanationibus imbuebat. Cuius institu- tionis vtilitas, quò pateret latius, pueros, quorum expertus erat ingenia, mense fere interiecto, iubebat parentes suos, atque propinquos, totamque deinceps viciniam eadem, quæ ipsi docti essent, edocere vicissim. Dominicis, festisque diebus Oppidanos vniuersos æquè viros, ac fæmi- nas, pueros, & grandes natu, cum vnum conuocasset in locum, exorsus ab inuocatione diuinissi- mæ Trinitatis, cuncta multitudine excipiente, Apostolicum Symbolum, Decalogum, precatione

59
Incrementa Collegij Conimbricensis.

60
Res India.

61
Labores Xauerij in promontorio Commorino.

62
Ratio tradendi Catechismi pulcherrima.

Domi-

Dominicam, & Salutationem Angelicam voce magna præibat. Symbolum vbi communiter ita decurrerat, iterabat à capite solus: insistentque singulis in articulis, cum populum admonuisset, Christianos inde nominari, quod firmiter, ac sine hæsitatione ea duodecim capita crederent: Age, clamabat, vti Christianos vos profiteamini, nonne item hosce articulos fide certissima creditis? statimque iucundissimo plane spectaculo, magnis clamoribus simul vniuersi, brachijs ante pectus Crucis figuratis in modum, firmissimè credimus, respondebant. In qua fidei professione sanè frequenter gregem nouellum Xauerius exercebat. Inde præfatus quemadmodum credendo symbolo Christiani vocantur, ita custodiendo Decalogo Christianos fieri, ac nominari bonos; contraque malos, illud qui violent, præcepta singula percurrerat, tum Christianis, tum Ethnicis eorum cum insito naturæ lumine conuenientiam valde mirantibus. Posthæc decantatis singillatim precationibus, singulari arte Doctor industrius precationes ipsas symbolo, atque Decalogo interferebat. Nam cum rursus primum fidei præuississet carmen; populo pariter acclamante subiiciebat, Iesu fili Dei largire gratiam nobis, per quam firmiter, & absque dubitatione vlla primum fidei credamus articulum: hoc nobis vt des, orationem Dominicam pronunciamus. Ea pronunciata clementissimam Deiparam idem sibi, vt à filio suo Iesu impetraret, verbis propè iisdem, & vocibus precabantur, salutationem Angelicam subiungentes. Quo ordine reliquis decursis articulis, eadem plane ratione interiectis inter singula precationibus præcepta legis exequabantur, Xauerio hæc duo beneficia plurimum commendante, vt sapius flagirarent à Deo. Primum vt constantissima fide Christianæ religionis tenerent dogmata, tum vt, sicut opus est, obseruarent præcepta. His enim exoratis, cetera illis benignissimum Patrem vberius, quam

63
Ingens fr
strus.

nossent petere, concessurum. Documenta fructus ex hac Euangelici Magistri sedulitate, morum commutatio, ingens Ethnorum cursus ad sacrum fontem ex omni ætate, sexuque: cumque de omnibus bene sperabat Xauerius, tum verò nescio quo pacto tenera magis delectabatur ætate, vt quæ, & sitire Christum videretur ardentius, & ad orandi disciplinam multo esse propensior. Quin ab Idolorum cultu sic erat auersa, vt eorum cultores parentes suos grauiter incuaret: cuius iustissimum odium sua sponte flagrans adhuc magis incitabat, acuebatque Xauerius, cum ad eas pestes amoliendas, sicubi eas esse compererat, coacto puerorum agmine signifer anteibat. Quo illi antesignano, duceque concitati vehementius omni imperu itrucebant in spurcissimam simulacra, sputisque & dignis affecta probris affligebant, & prosternebant: agentesque veluti de hoste triumphum comminuebant, & dissipabant. Vt non tam venerationi parentibus, quam ludibrio liberis fuerit insolentissimi superbia Luciferi. Perpurgato insigni oppido Tutucurino, & Christi legi subiecto; alia cœpit Commorini Oppida, Vicosque Xauerius doctrinæ gratia peragrarè, Christum vbique disseminans: paucos vt intra menses tota illa Prouincia magno suo gaudio senserit se esse Christianam. Quanquam enim inter Christianos adhuc multi Ethnorum ritu vivebant, tamen eius rei causam non præfracta hominum ingenia, nec peruicacia aliqua, sed tum Doctorum sustinebat inopia, tum Brachmanum, de qua nos mox, obstinata perfidia. Tanta autem eorum qui Christum agnoscerent fecunditas fuit, vt interdum vno, eodemque die Xauerius vicos totos salutis aqua respergeret; Ea vero baptizandis defatigatio, vt & vires continua agitatione lacertos, & vox fauces iteranda. Catechesi deficerent. Nitidos, & ablutos maiore etiam cura, industriaque fouebat. Nam solis ardore contempto circum vicos, & oppida nudo plerumque pede, ocreis etiam iam vsu detritis feruida arena cursabat, Sacerdotum personas vnus sustinens plurimorum, & singulorum necessitati prospiciens. Hic placandis dissidentium iris, illic Idolorum superstitionibus abolendis, modo confirmandis Christianorum animis, modo Neophytis adiungendis, interdum cæremonijs, sacrisque ritibus sancientijs; interdum inuisendis, & consolandis ægrotis. Quibus Xauerius officijs, & parta strenuissimè tuebatur, & noua continenter addebat. Cuius spectata in vulgus sanctitas cælestibus testata signis, atque prodigijs, non mediocre pondus ad fidem faciendam afferebat. Sane constat compluribus salutem corporis, & valetudinem eius precibus restitutam, qui cum singulorum votis occurrere, oratisque non posset (passim enim eius cognita virtus expectabatur) pueris, Neophytisque mandabat, vt ægrotorum domos adeuntes primum domesticos, vicinosque vocarent, dein-

64
Multa e-
dit mira-
cula etiam
per pueros
catechizans

deinde fidei symbolo vnà cum eis, qui conuenerant, pronuntiatio, ægros ad spem salutis erigerent: tum ijs, qui aderam spe, & expectatione suspensis, certas precandi formulas adhiberent. Ita vna, eademque opera, & corporibus salus afferebatur, & animis. Accedebant excogitata pro animorum salute præsidia, & singularis Patris industria. Qui cum vnus omnia non posset, Neophytorum opera, quorum iam mentes religionis elementis imbuerat, ad imbuendos etiam cæteros utebatur: habitoque ex sedula pietate delectu, eos quoquo versus monitos dimittebat, vt in domibus, publicisque vijs, forisque omnibus Catechismum, quemadmodum à se acceperant, edocerent. Verùm in tam alacri animorum procuratione, tam prospero rerum cursu, gemina adhuc cura pium pectus angebat: altera Parochorum, & Sacerdotum inopia in tanta animarum copia: altera perfidorum reliquæ Brachmanum, hostilesque fraudes in medio Domini grege. Ad lenandam Sacerdotum penuriam Neophytos singulos muneris sui Vicarios, quos Canacopolas appellant, in singulis oppidis, vicisque constituit. Cui hominum generi, quo suo muneri præssent alacrius, eius rogatu pecunia certa quotannis ab Indiæ decreta Pratore, à Rege deinde Lusitanæ aucta, & confirmata est. Ea cum ab Indis Reginæ Catharinæ Soccorum, & crepidarum nomine penderent, autor ei magnopere Xauerius fuit, vt id æris in annum Catechistarum veltigal verteret: in eoque cum ad Reginam scriberet, piè lusit, cum diceret nullis eam Soccis æquè facile scanfuram in cælum, ac precibus Neophytorum, quorum in magistros, atque doctores id opis, subsidijque conferret. Horum instituendorum prima causa fuit, vt essent, qui & periclitantibus pueris Baptisini opportunitate succurrerent, & repentinis in rebus, quoties ipse per locorum interualla non posset, Neophytorum necessitati consulere. Proinde omnibus in locis singulos, binosve delegit, qui Christianæ legis intelligentia, pietatis ardore, morum integritate cæteris anteirent. Qui quidem in suo quisque pago Sacerdotum, vt dixi, penuria Parochorum instar quoquo modo essent, à quibus & sacra curaretur ædes, & Catechismus tam latino, quam patrio, vernaculoque sermone modò vitis, modò fœminis traderetur. Ab iisdem & solennes de more nuptiæ pronuntiarentur, & in discrimine collocati consignarentur infantes. Hos item cum infantium numerum, & natorum annos, tum eorum, qui aut in sinu pellices, aut in pectoribus fouebant iras, vicos reuisenti Xauerio, ex eius præscripto edere diligenter oportuit, quò malis ille præsentibus, quam præsentibus conseruationem auferret. Itares omnes Vir solertissimus vbi que breui, & cognoscebat simul, & imponere, vt quam breuissima interposita mora suam alio locaturus operam festinaret. Iam Brachmanum cauendis insidijs, fraudibusque commode se facturum existimauit, si veluti perpetuus quidam designatus inspector sæpè vicos, & oppida, quæ peragrando docuerat, concursaret, iustratisque ad vnum omnibus, in orbem denuò recurrente labore, ad Vicum vnde initium fecerat, se referret, singulas instar Apostoli confirmans Ecclesias, & Parochorum numeros explens omnes, Brachmanumque commenta dissoluens. Hi sapientes habentur Indorum, vt origine peruetusti, ita tumore nobilitatis inflati, qui & Sacerdotali, & Regia stirpe se progenitos iactant, quamuis ab utroque splendore moribus valdè distent. Horum scitis publica omnia, & priuata iura subiecta sunt. Hi ceremonias, & iusta funebria suo arbitratu præscribunt: ijdemque magno suo quæstu prodigia, sortes, auguria interpretantur. Horum disciplina, institutisque Reges ipsi cunctis in rebus inagnis pariter tenentur, ac paruis. Sagax omninò in eis mens, sed disciplinis non admodum culta: doctrinæ supplementum calliditas. Mendaciorum opifices, & consuetudinis dolis exercitissimi: huc ingenij vires exerunt: hic se totos conterunt, vt mendaciorum portentis, simplicioribus animis fucum faciant; fidem, & auctoritatem tribuit dictis opinio sapientiæ, & simulatio callida sanctitatis: vt quicquid portentosum, vel enorme confinxerint, facile in vulgus probent. Fraus omnis ad auaritiam spectat, vt dona offerantur Idolis, suæ familiæ pabulum: quæ si offerre populus intermittat, denunciant iras Deorum morbos, & neces, & Dæmonum incurSIONES: oblata deinde furtim deuorant, aut domesticum in vsu vertunt. Simulant se carnibus abstinere, & sanguine præditis animantibus: cum tamen & carnes suauissimas gustent, & quicquid ex sanguine concretum est, in occulto conficiant. In Pagodibus, quæ & ædes sunt, & simulacra Deorum, dum

65
Præfectos
quosdam
rerum piarum
vicariorum
insti-
tuit, quos
Canacopolas
Indi
vocat.

66
Canacopolarum munus.

67
Brachmanum genus
& superstitio.

68
 Logues sibi
 seu Gymno-
 sophistis.

de cibarijs populi ventrem farciunt, tympanis perstreperunt non tam harmonico, ac leni, quam ab iurdo, barbaroque concentu: quo multitudini fidem faciant, quam suaves sint Dijs epularibus mille dapes: nam & Deorum fingunt simulacra prandere, quorum ipsi prandia, & donaligunt. Est apud eos Brachmanum genus, quos proprio vocabulo Logues appellant, Posterius ut videtur, Gymnosophistarum Græcis olim celebratorum, qui cælibem vitam agunt. Nam alij & liberis operam dant, & vxorum multitudine quas Pagodum in vsum esse mentiuntur, intemperantissime potiuntur. Logues autem partim longissimè peregrinantur stipem emendicantes, asperiore vestitu, cultuque: partim in subterraneis specubus durissimo vitæ genere semetipsi discruciant, abstinentque ab omni corporis voluptate ad æternum annorum spatium: quo exacto in Abditos (id nomen ordini) magna cum gloria referuntur: ij postea tanquam humano fastigio celsiores, & omnium rerum adepti licentiam, nullis iam tenentur legibus, & in omni scelerum, & flagitiorum genere volutantur impune. Est & ijs maximus Rector, qui vectigalia per ampla dispensat; vocatosque ad se certis temporibus impostores varias in regiones ad prædicandam impiæ vanitatis deliramenta dimittit. Parabrammam nescio quem Deum antiquissimum colunt, & ex eo filios tres: quorum in gratiam terna filia gerunt è collo suspensa. Multis præterea non hominibus modo, sed mutis etiam animalibus cælestes habent honores, & Tempia ædificant sanè magnifica. Fanum est Simio dicatum: cuius dumtaxat pecori in victimarum vsum custodiendo, porticus miram in longitudinem excurrit columnarum septingentarum è marmore miræ magnitudinis. Elephantis etiam religionem Numinis tribuunt; Bobus autem eo maiorem, quod mortuorum animos in eam maxime belluam immigrare opinantur. Multos habent suarum superstitionum libros magno labore, studioque conscriptos: vnde suo arbitratu promant, quæ ad decipiendum populum contracto supercilio, & magna pompa verborum edisserant. Horum omnium Xauerius fraudes cum exagitatet, & vulgo patefaceret, disrumpebantur dolore Brachmanes: cumque se diutius occultare non possent, Xauerium astute conueniunt, eumque, ut in suis fraudibus conticescat, munerum student delinire blanditijs: negant se patrimonium, vnde alantur habere, præter illa simulacra Deorum, quibus si offerri dona desierint, ad vltimam redigantur inopiam. Ceterum vnum se nosse Deum effectorem rerum omnium: cui se pro eo supplicaturos enixe, si suas artes celatas velit. Xauerius repudiatis precibus, præmissisque nefariis, serio admonet impostores decipiendi finem faciant, & salutis iter, quod non ignorent, arripiant: à fraudibus ni abstineant, ne se quidem finem eos prodendi facturum. Transibat multos in obeundis Christianorum vicis aliquando Pagodes, & eorum in vno Brachmanes ferè ducentos offendit: à quibus beneuole exceptus, cupide agere cum ipsis cœpit. Ac primum considerare cunctis iussis, quærere ex ijs, quid eis tandem ad beatam vitam sui præciperent, & imperarent Dij. Illi vero subita interrogatione perstrikti, post longum inter se certamen, respondendi partes octogenatio seni pauidi deferunt. Is non malitia minus quam ætate decrepitus, responsi periculum mutua interrogatione declinans, Ecquid, inquit, vobis ad beatam vitam vester imperat Deus? qua Xauerius calliditate perspecta, negavit se verbum prius esse facturum, quam ipse ad interrogata, ut ferebat æquitas, respondisset. Tum ille suam prodere coactus incitiam, respondit, qui ad Deos ire vellent, ijs omnino duo lege præscribi: primum vt à mactandis Vaccis, quarum specie colantur, abstineant. Deinde vt eorum cultoribus, & ministris Brachmanis de suis bonis, ac fortunis impertiant. Hoc Xauerius responso commotus, elata cœpit voce Decalogi, Symbolique præcepta patri ipsorum pronuntiare sermone, paululumque in singulis exponendis hære. Deinde quid Paradisus, quid Inferorum locus esset: quique huc, quique illuc raperentur ostendere, adiecta ad extremum cohortatione peracri. Vix perorauerat Pater cum Brachmanes veritatis adacti in eius surrexere complexum, vno fatentes ore nullum alium Deum esse præter eum, quem Christiani colerent, & cuius lex, ac præcepta adeo naturæ luminis, rationique congruerent. Tum illi ex Xauerio vicissim curiosius sciscitari permulta: an animus noster

69
 Quæ cum
 Brachma-
 nis egit
 Xauerius.

70
 Brachma-
 num ab
 surda præ-
 cepta.

Numinis tribuunt; Bobus autem eo maiorem, quod mortuorum animos in eam maxime belluam immigrare opinantur. Multos habent suarum superstitionum libros magno labore, studioque conscriptos: vnde suo arbitratu promant, quæ ad decipiendum populum contracto supercilio, & magna pompa verborum edisserant. Horum omnium Xauerius fraudes cum exagitatet, & vulgo patefaceret, disrumpebantur dolore Brachmanes: cumque se diutius occultare non possent, Xauerium astute conueniunt, eumque, ut in suis fraudibus conticescat, munerum student delinire blanditijs: negant se patrimonium, vnde alantur habere, præter illa simulacra Deorum, quibus si offerri dona desierint, ad vltimam redigantur inopiam. Ceterum vnum se nosse Deum effectorem rerum omnium: cui se pro eo supplicaturos enixe, si suas artes celatas velit. Xauerius repudiatis precibus, præmissisque nefariis, serio admonet impostores decipiendi finem faciant, & salutis iter, quod non ignorent, arripiant: à fraudibus ni abstineant, ne se quidem finem eos prodendi facturum. Transibat multos in obeundis Christianorum vicis aliquando Pagodes, & eorum in vno Brachmanes ferè ducentos offendit: à quibus beneuole exceptus, cupide agere cum ipsis cœpit. Ac primum considerare cunctis iussis, quærere ex ijs, quid eis tandem ad beatam vitam sui præciperent, & imperarent Dij. Illi vero subita interrogatione perstrikti, post longum inter se certamen, respondendi partes octogenatio seni pauidi deferunt. Is non malitia minus quam ætate decrepitus, responsi periculum mutua interrogatione declinans, Ecquid, inquit, vobis ad beatam vitam vester imperat Deus? qua Xauerius calliditate perspecta, negavit se verbum prius esse facturum, quam ipse ad interrogata, ut ferebat æquitas, respondisset. Tum ille suam prodere coactus incitiam, respondit, qui ad Deos ire vellent, ijs omnino duo lege præscribi: primum vt à mactandis Vaccis, quarum specie colantur, abstineant. Deinde vt eorum cultoribus, & ministris Brachmanis de suis bonis, ac fortunis impertiant. Hoc Xauerius responso commotus, elata cœpit voce Decalogi, Symbolique præcepta patri ipsorum pronuntiare sermone, paululumque in singulis exponendis hære. Deinde quid Paradisus, quid Inferorum locus esset: quique huc, quique illuc raperentur ostendere, adiecta ad extremum cohortatione peracri. Vix perorauerat Pater cum Brachmanes veritatis adacti in eius surrexere complexum, vno fatentes ore nullum alium Deum esse præter eum, quem Christiani colerent, & cuius lex, ac præcepta adeo naturæ luminis, rationique congruerent. Tum illi ex Xauerio vicissim curiosius sciscitari permulta: an animus noster

noſter ſicut & ceterarum animantium, vnà cum corpore pariter intereat. Deinde quid morientibus exeat: an in ſomniantibus, qui ſibi cum amicis vel remotiſſimis colloqui, & verſari videntur, deſtituto corpore longius abſit. Itemque albusnè, ateruè ſit Deus. Quippe illi cum ſint atro natura colore, eodem autumant eſſe Deum. Ad hæc ita reſpondebat Xauerius accommodato ad eorum ſenſus, captumque ſermone, facile vt ea perciperent, quæ & de Dei natura, & de animi immortalitate humana mens capit. Quibus cum quid opponerent non haberent, vehementer vrgerè Xauerius, Chriſtianorum vt legem, quam adeo rationi conſentaneam, veramque ſentirent, amplecterentur. At illi veriti famam vulgi, ſed multo magis famem, ſi quæſtuolâs artes ſuas deſererent, religione mutanda; dilexerunt magis tenebras, quam lucem. Xauerius igitur, ne ſuam in ijs operam perderet, hanc conuertit ad plebem, multoſque è fallaciſſimis Brachmanum fraudibus traduxit ad lucem: quanquam & inter Brachmanos qui lucem aſpiceret, inuentus eſt vnus. Qui vterat ingenio, moribusque per commodis, ex aqua renatus, & ſpiritu, factus eſt repente de veteratore, & architecto mendacij, veritatis perceptæ Magiſter. Populares ſuos, quos fictis antea fabulis imbuebat, Chriſtianiſtæ poſtea legibus inſtituendos populo admirante ſuſcepit. Cuius Xauerius permotus induſtria, ratus ère Chriſtiana fore, ſi quis alius autoritate præſtans ad Chriſtum ex ea ſecta tranſiret, Brachmanem, qui in celeberrimo Gymnaſio hauſiſſe literas ferebatur, ſine arbitris, & ſine teſte conuenit; in cuiusque familiaritatem ita ſe paulatim inſinuauit, vt ille ſibi cuncta ſuæ academiæ myſteria, quæ Sacramento ad actis enuntiare nefas eſt, aperiret. Ea fuerunt eiſmodi. Vnum eſſe Deum Cæli, Terræque Opificem, quem ſoli Brachmanes venerantur omni ex parte perfectum: Deos autem, qui coluntur à plebe, nihil eſſe aliud, niſi Dæmonum ſimulacra. Scripturarum ſe monumenta quibus Academicorum leges continerentur, habere: è quibus ille quædam (interpoſita ſingulorum explicatione) in medium protulit. Agi etiam apud ſe octauum diem, vt apud nos Dominicum, ſolennem, ac feſtum, eumque præcipuo cultu à ſapientibus obſeruari. Precandi formulam vnâ omnibus eſſe propoſitam, paucis compositam verbis, quæ illud ſonant: Adoro te Deus, & tuam in perpetuum imploro gratiam. hanc illi formulam octauo præſertim quoque die frequenter vſurpant, voce tamen, ne ſilentij iuſiurandum violent, adeo ſummiffa, vt exaudiri vix poſſint. Et quod admiratione dignum eſt, illud in ſuis monumentis ſcriptum reperiunt, venturum aliquando tempus, cum omnes vnâ lege viuant, vnâ omnes religionis diſciplina ſe regant. Hæc & alia huius generis (nam inania quædam tacere, quam memorare præſtat) cum ex ſuis arcanis peritus Academicus indicaffet; ex Xauerio viciffim de ſuis aliqua percunctatur, ea ſe pollicitus nemini proditurum. At Xauerius, imò verò, inquit, niſi Chriſtianorum myſteria te recipias cuiſlibet vulgarurum, ea ex me non audies. cum ille recepiſſet; orſus à Baptiſmo Sacramentorum videlicet ianua, illam Chriſti vocem, qui creditur, & Baptizatus fuerit, ſaluus erit, diligenter edifferit. Deinde ſymbolum & dena præcepta legis breui explanatione percenſet. Quæ poſtea Brachmanes in commentarios omnia retulit, & Xauerio deinde narrauit, ſibi viſum in ſomnis Chriſtianum ſe eſſe iam factum, & ei ſocium, ac comitem acceſſiſſe; proinde ſe optare Baptiſmum. Quem tamen, quia nondum ſatis paratum Xauerius ſenſit, abluendum in præſentia non putauit. Hæc de Brachmanis, deque Xauerij actis in ora Piſcaria: quæ quidem ad Indiæ Prætozem, Epiſcopumque perſeſſa fuere iucunda, qui cum lætiora ſperarent in dies, tam induſtrio præſertim viro apud Indos agente, cœptum Seminarij opus, vnde ad albas iam meſſes opere breui prodirent, ſtrenuiſſimè promouerunt. Porro in eo regendo ita ſe Camers tractauit, vt affirmarit is, quem ſupra nominauit Borbanus, ſe tum demum, quem quæreret, inueniſſe: & Regem Prætoris inuenerit, ſi totas quamprimùm Indias cernere Chriſtianas cuperet, quam plurimos curaret eiſmodi de Societate mittendos. Hi ſunt huius anni labores, in quibus illi præcipua nota felicitatis illuſtres, per quos toto ſuperum exultante concilio mille amplius Commorinences in fan-tes ad beatam vitam ex ipſo penè genitilis vnde gremio peruolarunt. Tanta autem in his locis Xauerij animum gaudiorum copia pertentabat, vt ingentis ſui laboris, ſolicitæque in proximis caritatis, fructum quendam velin hac vita præcipere, & in Cælo conditam præguſtare

71

Brachmanis conuerſo.

72

Brachmanum myſteria.

73

Præclaræ Societati nomen præmorum P. trii iurante, & induſtria partum.

74

Gaudijs caeleſtibus inter ammanni Xauerius, ſi præ quæ capere quæſit. ed plur.

mercedem sibi quodammodo videretur. Et ille quidem cum Romam ad suos scribit, disertis verbis affirmat, tantam esse vim gaudiorum, quæ Deus in ea excolenda barbarie sedulo laborantibus elargitur, ut, si quid est solidi in hac vita gaudij, id vnum ibi esse videatur. Idemque sæpius auditus est inter eos labores, cum cœlestis se iucunditas superfunderet, exclamare, Quæso te Domine, noli me tantis obruere in hac vita gaudijs, aut si pro tua infinita liberalitate his me circumfluere omnino placet: transfer me hinc ocys in istas sedes, regionemque beatorum. Nam qui tuam semel dulcedinem degustauit, is necesse est acerbam prorsus sine te vitam agat. Ergo hæc eorum vel in hac vita merces, qui Christum Iesum & eius animas sitiunt; qui que nihil sibi ea de causa in periculis & laboribus parant, ut vbi nulla est laboris fatietas, ibi nulla sit fatietas gaudij. Quæ si tanta est in exilio, quanta tandem erit in patria? vbi laxatis huius mortalitatis angustijs totos sui pectoris sinus beata mens pandet, & ibi semper satuta sine saturitate potabit, vbi diuini perennique fons gaudij sine cessatione manabit.

75
Ignatius in urbe domesticium S. Marthæ excitat.
 Aderat am annus quartus, & quadragesimus, cum Ignatius insigne & luculentum in Vrbe opus sua industria, & autoritate constituit. Id olim S. Marthæ vulgo dicebatur, duplici ex genere fœminarum; altero earum quæ matrimonij lege solutæ à meretricio quæstu se reciperent, ut inde amplius egredi, nisi vel thori legitimi causa, vel religiosi claustrum nomine non liceret, altero earum, quæ quamuis in matrimonio collocatæ, vitam tamen contaminatam agebant. Hæc cum animum ad pudicitiam reuocassent, in eandem includuntur custodiam, item cum eo, ut ne ipsæ quidem, nisi ad redintegrandam matrimonij fidem extra illa septa prodirent. Harum igitur receptaculum, quod cœnobio Conuersarum, siue coniugij nexu excluderentur; siue quod ad religiosa vota non satis animi haberent, plurimarum sanè commodo institutum est. Has Ignatius diuoribus antea Matronis in officio continendas, alendaque tradere solitus, postea cum earum indices numerus increbesceret; ne cui oneri esset, certis in ædibus includendas, & de publico sustentandas, Pontificio insuper in eam rem diplomate impetrato, curauit. Is primus excitandę nobilitatis causa in summis rei familiaris angustijs nummos aureos centum, redacto ex defossis in area Professorum Domus lapidibus precio, ad eius operis primordia contulit: quod hoc anno cum gestum sit, ea fuit nobis causa operis paulò antè constituti, moxque perfecti hoc in loco memoriam illigandi. Ad eius verò loci custodiam, administrationemque piorum hominum Sodalitatem instituit. Quò postea vel perillustres Antistites, Purpuratique Patres non dubitarunt adscibi: quorum ex collegio Protector etiam à Pontifice datus. His patrocinijs, auxiliisque anno 1546. cum pleræque earum mulierum matrimonij solutæ nexu, ad religiosam vitam animum adijcerent, nec faciles in sanctæ Magdalenæ Conuersarum cœnobium receptus inuenirentur; additum est operi Monasterium sanctæ Marthæ nomine ad eas propriè recipiendas. Quod Monasterium cum sanctitatis fama celebraretur, & à Virginibus quoque cœpisset incoli, paulatim in harum duntaxat usum conuersum, hodie inter Vrbs nobilissima numeratur, primicius instituti fœminis, siue quæ custodirentur ad tempus, siue quæ ex ijs religiosæ fierent in aliam sedem translatis, quæ nunc Domus Pia, & interdum malè nuptarum vulgo cognominatur. At dum noua semper animo in rem communem molitur Ignatius, nihil tamen institutis superiore anno muneribus operæ detrahebat: imò verò ea constanter vrgebat, dum aliquando coalescerent, & suis viribus niti possent. Professorum quidem inchoata iam domus ad eam magnitudinem liberali hominum pietate peruenit, ut omnis Ignatij familia plurimis adaucta socijs eò se conductis ex ædibus Septembri mense transfulerit. Hinc in omnem Domini vineam cultores industrij, nauisque prodibant. Iamque in Italiam, ut supra demonstratum est, Salmeron, Lainius, & Paschasijs varijs dispersi locis, operam locabant suam: ac Salmeron quidem ad huius exitum anni Mutinæ morabatur; Paschasijs verò ex Politano monte, quem colere ad Maium vsque intenta pergebat opera, Regium Galliæ Cisalpinæ ad restituendum mulierum Cœnobium à Cardinali Carpensî destinatur. Is erat Rodolphus Pius, cuius Fidei, tutelæque primæ nostræ Societatis cunabula Summus Pontifex Protectoris nomine commendarat, præstanti prudentia Vir, autoritatis verò tantæ, ut ipso absente Pontifice, secundo in Vrbe

76
Cæpta Roma habitari abria domus.

77
Paschasius Regium in Cisalpinâ Galliam missus.

Urbe Legatus summa cum potestate remanserit. Ab hoc ergo Paschasius ad id, quod dixi, cœnobium cum literis destinatus, etsi perlibenter, vt decuit, primo exceptus est, & pararas ad cœtera Virgines se se profiterentur, tamen vt communes ordinis leges & Religiosos viros, qui ad Omologesim assignabantur, & si qua alio ex cœnobio ad ipsas iuuandas esset accersenda Virgo, reciperet, nullo modo potuere percelli, vt cogeretur homo lenissimus pro potestate accepta, die gloriosi in Cœlum Christi ascensus sacræ eas mensæ communionem priuare. Nec tamen ab ingenita lenitate discedens, blandè illas ad impetrandam gratiam sancti Spiritus cohortatus, peculiarem in Oratione precationem habere iussit aliquot dies, vt quid ipsis expediret, diuinus inspiraret afflatus, idem rogaturum se ipse pollicitus, eius vtique non ignarus, quod tradidit Augustinus, inanem esse strepitum monentis vocis, nisi sit intus, qui doceat. *Ep. 1. Ioan. tract. 3.* Flexit cœleste Numen rigidas mentes, & terribi pulso hoste, fouit frigidas, & direxit errantes, vt, quæ sui Pastoris detrectarant imperium, eæ mox ab oratione digressæ, ministris eius obsequentiissimas se præberent, & quæ salutis medicamenta respuerant, eæ hæc arriperent auidissimè. Tanti est Deo dicatas mentes ex Dei spiritû, & sua ex arte tractare. Laborum merita cummulauit in Paschasio morbi grauissimi patientia. Ægrotauit ad mortem, sed eorum miseratus est Dominus, quorum vitæ per suum famulum consulebat: vt ei corporis salutem redderet, per quem multis parauerat animi. Nondum is viribus recreatus Fauentiam mittitur, eodem Cardinali rogante. quanto illius Ciuitatis bono, quantis quæstibus animarum suis *78 Inde Fauentiam mittitur.* infra locis exponam.

Iam Lainius Collegij Patauini constitutis inijt, dum non vulgari Societatis commendatione ciues ad amorem Christianæ pietatis inflammat, Brixiam iussus se recepit. Hic quâquam consilium eius erat habendis per valetudinaria, Virginumque Cœnobia cohortationibus, simulque tradenda pueris, ac rudi vulgo catechesi, magis vtili, quam specioso labore versari: tamen relictante Episcopi vicario, ac iubente suggestû conscendere, orsus à Quinquagesima frequenti hominum conuentu in Æde Principe conciones, per singulos Quadragesimæ dies, eodem eas concursu, populiq; fructu pertexit: cum tamen alias alijs conciones in Templis inter hebdomadæ ter haberet, crebramq; confitentibus aurem adiugeret. Quotidianâ fructus vbertas, & agri quem colebat necessitas, Episcopi vicarium impulit, vt peractis etiam Paschalibus ferijs rogaret Patrè, ne die saltem festo dicere deinceps ad populum intermitteret; terque idem in hebdomada aliquid ex sacris literis enarraret. Quod Pater cum suscepisset, ne vacuum diem vllum exigeret, reliquis diebus hebdomadæ ad tria cœnobia Virginum verba faciebat. Porrò illud erat potissimum Vicario propositum, vt Ciuitas illa, apud quam Iaium, & Stradam superioribus annis elaborassè docuimus, opinioniones ab orthodoxa religione abhorretes, penitusq; infixas certorum hominum mentibus stirpitus euelleret: & Catholicas, magisq; pias infereret. Qua in re adeo eloquens Lainij pietas fuit, suggerente vim dicendi cœlesti numine, vt mille amplius ipsis ex auditoribus affirmaret Vicarius palam profiteri paratos se, si vsus posceret, pro veritate Catholica iugulû, ac ceruices offerre. Confluebant ad eum seu dilèrendi, seu consulendi gratiâ doctissimi quique: eoq; audito non modo ipsi ponebant errorè, sed libros quoq; vnde errare didicerant, exurebant. Fuit è nobilitate non nemo, qui purgatorium ignè nullum post hanc vitam apud Inferos diceret, idq; ratione demonstraturum se superbe iactaret. Hunc postea cum ad Lainium tribus cum arbitris accessisset, differentis doctrina conuictum, cedere in conuentu ei, quam oppugnauerat, veritati non puduit. Quod idem Cœnobitæ inter suos doctissimo, & alijs, qui iam altè Lutherum hauserant, vsu venit. Confirmatò in Catholica sententia populo, nihil negotij fuit diuinum rursus instaurari cultum, & pietatis prisce vniuersitatem, quæ doctrinis exitiis exaruerat, reuocari. Redditus est suus splendor sanctimonialiam Cœnobijs legum custodia rouocata, Hospitalias culta magis, irarum restinctus ardor, mysteriorum renouata celebritas, contemplationis præcepta tradita, eaq; re perfectum, vt è Clero duodecim, qui remittendis rite peccatis videbantur idonei (nam pauciam reperiebantur, eiusmodi) gratuitam in eam rem operam, assiduamq; conferent, & certo die quoq; hebdomada conuenirent, se seq; mutuo incitarent, deque vijs agerent quantum plurimos adiuuandi. Ergo alia prorsus paucis mensibus Brixia facies, vix vt eadem agnosci pos-

80 *Lacinus Patavium redit.* set. Ea re lætus Vicarius cum retinere hominem diutius vellet, perferuntur ab Vrbe literæ, quæ Patrem iubebant, vnde abierat, se referre. Patavium igitur cum rediret, præclaram Societatis famam Veronæ, Vicentiæ, ceterisque locis Sociorum virtute collectam, studijs confirmare recentibus, atque augere non destitit. Patavij autem ad insequentem remorans annum, & Patavinos, & Venetos gerendis ex instituto rebus, mire sibi, Societati que devinxit. Qui vero de Socijs studiorum causa Patavij versabantur, ij quoque plurimo plurimis ad salutem & que peregrinis acciubus vsui erant, exercitiorum communiione præsertim, quibus & novos sibi socios identidem aggregabant.

81 *Fabri res Louanij.* Faber navigatione Lusitana in aliud tempus protracta, vt supra demonstratum est, reditum suum anni natalentis exordio Coloniam adornabat: sed prius quam se Louanio commoueret, messis particulam, quam & suis concionibus Strada, & sua ipse pararat industria, prætermittendam non putavit. Quippe rumor sparsus de Parrum in Lusitaniam profectam nonnullos ex Academicis excitavit, vt eos sequendi cupiditate mirifica continuo Societatem amplecti, & Rebus omnibus sponte missis peregrinari cum peregrinantibus vellent. Nouendecim se ad iter accinxerant, sed ex eorum numero selecti nouem, Petrus Faber de Hallis, quem post Cornelium ad Societatem applicuisse animum iam docuimus, Theologiæ Baccalaureus, & concionator; Leonardus Kesselius Louaniensis, qui & ipse Societati paulo ante nomen dederat; Hermes Poen Rotoracensis Ecclesiæ Sancti Petri Canonicus in Liliano Collegio Ethicorum explanator, ac doctor; Iacobus Lhostius Duracensis Dialecticæ, Rhetoricæque Magister; Ioannes Couillonius Insulanus, vir & ipse pereruditus, & græci sermonis interpres; qui postea Tridentino Concilio theologus Bavarici Ducis inter fuit. huius deinde uniceps Maximilianus Capella; Daniel Dondramunda Colonienis Sacerdos; Cornelius Vuishauæus, senioris Cornelij Nepos: ac denique Thomas Poghius eiusdem indolis, nobilitatis, expectationis ac ceteri. Omnes erant Latinis exculti literis, & eorum quinque liberalium artium iam Magistri: reliqui aut Theologiæ Baccalaurei, aut Iuris vtriusque discipuli. Qui cum sua Fabro consilia tacitis inclusa pectoribus indicassent, votorum compotes facti sunt. Sed cum per otium meditandis de more diuinis exerceri non possent, satis habuere sua apud Fabrum expiassent peccata, & post cæleste conuiuium antea vitæ reddidisse rationem. Spectaculum æque superis, ac mortalibus gratum, tot Deo victimæ vno tempore, vna animorum consensione dicatæ. Interius cuiusque gaudium, frontis indicabat hilaritas, & thesauri inuenti lætitia præstabat animis contra Saranam, domesticosque constantiam. Iactabantur à parentibus minæ, & ex præcordijs alta suspiria ducebantur, cum è complexu sibi abripi terras viderent in vltimas cara pignora filiorum. Sed ad inulitatem liberum fortitudinem, nouamque pietatem are scebant eorum lacrymæ, remittebantur minæ, paterna flecebatur impietas, vt etiam ad pedes prostrata nonnunquam ab Dei famulis veniam peteret. Adeo bellum est inter domesticos fletus furdus ad Deum auribus properare; & generoso quodam pectore Crucis causa paternas iras, & blandimenta contemnere.

82 *Novem Tyrones in Lusitaniam desinantur.* *Petrus Faber de Hallis.* *Leonardus Hesslius.* *Hermes Poen.* *Iacobus Lb. s. l. m.* *Io. Conilominus.* *Maximilianus Capella.* *Daniel Dondramunda.* *Cornelius Vuishauæus inuener.* *Thomas Poghius.* Pugnabat non cum domesticis, sed secum ipse, is, quem modo dixi, Maximilianus obsurdescens ad Dei vocem. Qui natus annos vnde uiginti, cum ad expiandum rite peccatus apud Fabrum solito crebrius Stradæ concionibus esset inductus, inclinare sensim ad Patres cœpit. Sed hanc mentis inclinationem, propensionemque temere suspicatus ex leuitate quadam potius, quam diuino instinctu profectam, pro nihilo habendam duxit. Commodum Louaniensibus Socijs cum adiunctis sibi recentibus copijs Lusitanæ peregrinationis tempus instabat, cum eadem Maximiliano cogitatio recurrit, inquirensque secum ipse, & identidem consultas profecturis necne comitem se adiungeret, ne tum quidem diuinæ voci patulas aures præbuit. Manendum cum suis staturat magis, quam peregrinandum cum alienis; eamque mentem haud mediocriter confirmauerat auditus concionator in primis nobilis, qui leuitatem hominum accusabat, quod ad vnus adolescentis vocem (Stradam autem describebat) tanta expectatione concurrerent. Placuit tamen officij causâ postremam dicere Fabro salutem. Quem cum ad Cornelij fores offendisset, Faber eius salutationem antevertens, Numne & tu, inquit, Maximiliane nobiscum? Ad quam ille vocem tanquam è Cælo missam, & humana augustiorem sine cunctatione respondit, Volo & ego vobiscum

83 *Maximiliani Capella vocatio.*

cum Pater. Altè quippe vox Fabri animum adolescentis intrarat, & præcordia tota commouerat, vt oblectari nulla ratione iam posset, qui diuturna secum luctatione pugnarat: id quod ipse postea mira cum laude Fabri, & diuinæ admiratione clementiæ suum stuporem accusans, animique duritiam prædicare consuevit. Tum Faber, Ascende igitur & tu Cœnaculum hoc, vbi Strada farcinas colligit. Ascendit ille, quo iuebatur, & duodeviginti reperit eiusdem mentis lectissimos iuuenes. quibus aggregatus & ipse domum redire pertæsus, Amico tradidit cubiculi clauem, qui supellectilem domesticam custodiret, & ad Parentes mitteret. Porro Faber nouem ex eo numero, vt dixi, à se delectos socios cum Strada, Oniedo, & Aragonio ad Rodericium in Lusitaniam destinat, reliquos vero ne grauius Ciuitas commoueretur, Cornelij curæ commissos, Lozanij commouere se vetuit; grauius quippe illa commota iam erat, gymnasiarchæ præsertim, tot Doctorum, Academicorumque tam repentino discessu. Quæ causâ fuit, vt in Fabri, Stradæque digressu Cornelium vnum omnes peterent, autorem, vt dicebant, tantorum motuum, atque turbarum; iisdemque, si quem Societatem odorarentur expetere, hunc Collegiorum claustris arte concluderent. Illuxerat alter ab Epiphania Domini dies cum duodecim Socij in Lusitaniam designati, Antuerpiam contendebant. Ibi Compostellano cum Archiepiscopo, cuius omnem humanitatem toto illo expertierant itinere, secundissimo vento soluerunt, vt triduo penè portum, quem petebant, attigerint: sed mox reflante vento fœda procella in diuersa iactati, & varijs agitatis casibus appulere Corunnam in Gallæcis. Hic à probo ciue perhumaniter excepti, cum ad eos visendos Oppidani concurrerent, Strada velut aduocata diuinitus concione, vîrato cœpit ardore animi, copiaque dicendi de Deo verba facere, fructu præsentissimo. Quippe eo ipso die ex auditoribus Ioannes Beira Sacerdos Ciuitatis, canonicusque, qui dein multa tulit, ac fecit in India, mundum exuens, & Christum induens ad eos, quos dixi, duodecim se adiunxit, quorum vni viribus imbecillo, ægrotoque mulam, qua vehi consueuerat, dono dedit. Hac noui comitis aucti præda, lati Corunna per Compostellam Apostoli Iacobi sacros venerati cineres, perrexere Conimbricam. Simon cum de tot fratribus cognouisset aduentu, ministros, & iumeta ad recreandos pedites, sociosque præterea domesticos, qui propius aduentantes exciperent, obuiam milit. Peruenere tredecim, eò, quem diximus aucti loco, decimotertio Kal. Maij, quanta gratulatione Collegij, quam caris, fraternisque complexibus, quam varijs humanitatis, & caritatis officijs, commemorare superuacaneum est. Propria hæc adultæ, & iam corroboratæ Societatis, quanto magis nascentis?

Faber autem cum duobus Socijs Æmiliano Loiola, cuius supra meminimus, & Lamberto Castrio Leodiensi Theologiæ Baccalaureo ad xi. Kal. Febr. Coloniam rediens in itinere Leodiū, Traiectum, Aquisgranum vsque adeo suis concionibus incitauit, vt ex ijs vrbibus ad eum pluri mi Coloniam se venturos, vel exercitiorum causa, vel disciplinæ reciperent. Coloniam vero Aluarum Alfonso in columen reperit, Canisium autem Patre defuncto profectum in patriam. Hunc igitur per literas consolatur, & consolandæ Nouercæ rationem edocet, simulque ad maturandum reditum cohortatur. Quibus ille perfectis literis, multo Fabri, quam Patriæ cupidior, composita celeriter re domestica Coloniam reuolat, non sine acerbis suorum querelis, & quod paternos fundos exteris erogaret, & quod re familiari temere constituta, hospite in salutato, discederet, tum vero, quia peregrini hominis auaritia (Fabrum autem significabant) fictæ religionis specie à suis se pateretur auelli. Quibus sane querelis quanquam Faber haud magnopere mouebatur, tamen consolandi magis, quam sui purgandi gratia literas ad Nouercam dedit, vt simul intelligeret, nec se pecuniarum spe ad Societatem inuitasse Canisium, nec eam Canisij fuisse pietatem, vt aut suis, aut alienis ad id illecebris indigeret, quæ ipsa potius ad religionem ceteris esset illecebra. Tres enim ille delectos iuuenes secum duxerat, quorum duo Carthusiensi, tertius nostræ familiæ nomen dedit, vt iam tum Societatis Spiritus in Canisio se proderet, cuius Tyrocinum à captandis, & lucrandis animis inchoasset. Iam Faber ad maiora, & difficiliora conuersus, locata Coloniam domo, quod primo strenue, ac fortiter instituerat, id denuo ardentè repetit: vt Archiepiscopum Hermanum in religionis sententia iam ante nutantem, sed tunc etiam ruentem eohiberet à lapsu, & in auita, atque orthodoxa fide contineret. Is absente Fabro,

84

Prator nouem delectos Strada, Oniedus, & lo. Aragonius in Lusitaniam abeunt.

85

Ex itinere lo. Beira adiungitur.

86

Faber Coloniam reuolat.

87

Canisium domesticis rebus compositis cum Fabro coniungitur.

88

Faber perichlanri Coloniam opulentalur.

Fabro, Lutheri spiritu totus afflatus aduocaret è Germania superiore Bucerum, Melanchthonem, Pistorium, Sarcerium, & id genus alia portenta, nequissimaque illius sectæ ductores, quorum pestilentissimis consilijs haultum prius ipse venenum, tota sua Diœcesi longè, lateque diffundi impia dissimulatione sinebat. Faber ergo cum perturbata vidisset omnia, & iam prope ad desperationem adducta, quod reliquum fuit, cauendum Catholico populo, intactæque ab hæresi Ciuitati putauit. Nondum enim veteratores illi admiscere pestem eam passim ciuibus auferant. Huc suæ neruos industriæ, vigiliasque vel morte proposita confert omnes. Plurimis locis plurimas conciones habet, & lectissimos sibi vndique auditores adiungit. Dabant ei operam Doctores varij cum Academicis continenter. Aderant & ex consulibus sæpè aliqui, Procerumque corona Latini non imperita sermonis: complures item ex Clero, Canonicisque, & Leodiensis Episcopus, denique ipsa robora ciuitatis, quæ doctissimis Fabri nixa præceptis, velut murus quidam oppositus Luporum arcebant incursum. Ac dum contagionis pericula propulsantur, opatissimi in animis fructus sua se sponte fundebant. Ingens ad censitenda rire peccata cursus hominum erat: vt cum audiri à Fabro vis tanta non posset, adhibendus ei præterea fuerit Aluarus Alfonsus homo nouus. Eucharistiæ verò pia frequensque oratio, quæ vsurpantiæ vulgo desierat, maiore in pretio præsertim à nobilibus habita. Nec defuerunt ex consulum numero, qui suis cum familijs cœlestes illas dapes sacro Paschatis die de manu Fabri, Parocho non modò non repugnante, verum etiam exultans suscipere. Academicis etiam nonnullis, quos lues importata peruaserat, creptus error, & excussa noctis caligine dies redditus. Religiosa cœnobia passim adita, & suis restituta legibus; eademque ad arma interiora sumenda contra nouos animarum prædones, Diaboli que satellites incitata. His Ciuitati muniendæ præsidij Faber intentus, simul externa iungebat. Is Bruxellas in Aulam Cæsaris ad Ecclesiæ Colonienfis Archidiaconum Ioannem Gropperum, & ad Antonium Perenottum Granuelanum, qui demum Cardinalis fuit, tum Atrebatensem Episcopum, strenuos religionis Catholicæ defensores, acres literas dedit, quibus insidiosas Hæreticorum artes, fallacesque dolos aperiebat, orabatque seriò, vt Cæsarem admonerent, & Colonienfis Ecclesiæ causam, quam consecrata hæreticorum vis sub ouina pelle conaretur euertere, omni ardore defenderent; viderentque vt per Cæsaris iussu Bucerus, & Melanchthon, ceterique tenebrarum principes, qui specioso Reformationis vocabulo, non modò iam conniunte, verum etiam ipso vigente Pastore, cuncta turbarent, confestim è Colonienfis Ecclesiæ sinibus pellerentur. Nam quod longè deterrimè erant, aulos etiam eos esse impudentissimè reformationem illam suam, quo plus haberet auctoritatis, ac fidei, ficto Cæsaris nomine, Gropperique, & virorum clarissimorum confirmare Iudicij: quasi verò satis ipsi non essent impij, nisi pios etiam viros in eiusdem societatem sceleris, & impietatis accerferent. Dum responsum expectat, & eminus pugnam parat, cominus etiam lacessit hostem, Bucerum, & Melanchthonem, & hos nouos Magistros, qui se germanos Euangelij profitebantur interpretes prouocat ad certamen, in omnique congressu manifestissimis argumentis, atque rationibus eorum confutat insanias tanta eruditione, ac varietate doctrinæ, tanta ingenij fama, atque admiratione virtutis, vt qui sibi aliquid esse videbatur, nihil præ illo se esse sentirent, nec tamen vt idem saperent, assentirent. Quippe inflatas opinione sui mentes, vt est inimica superbie veritas, altissima nox tenebat, ne lucis dulcedine, quam pene manu prehenderant, fruerentur. Quanquam accedebat peruicacia obstinatissimæ voluntatis ex insanæ libertatis amore, & putridæ carnis obsequio, vt apertis oculis non liberet aspicere, quod pigeret amplecti. Victa pertinacia non est, sed repressa audacia: vt intra Coloniam debacchari suo arbitrato præsentè Fabro non posset: quin & Præfulis impudentiæ, ne fines transiret omnes iniecti fræni: vt meritò qui rectè sentirent, assererent, nisi Fabri vigilæ interuenissent, perturbationem funditus fuisse Coloniam. Nimirum diuina vir ille pius iungebat humanis, & contentiones suas flagrantibus precibus admiscebat. Abdebat se in sacellum vndique circumseptum ad Beatæ Virginis Vrsulæ, quam auream Cameram vulgus appellat, sanctarum Virginum cineribus, offibutisque decorum. Hic mente, & corpore stratus humi, multo cum imbre lacrymarum in conspectu Dei suam animam effundebat, causamque religionis tanto commendabat ardentius, quanto

vehe-

89
Rem Catholicam
atque per
literas Faber
tueretur.

90
Prouocat
ad certamen
Hæreticorum
primos.

vehementius laborabat. Hic sacris operabatur assidue, hic rerum diuinarum notitias plurimas, & magnas accipiebat: quibus, quo mens eius acrior, & vegetior euadebat indies, eo pericula cuncta robustius, & peruersorum hominum calumnias contemnebat. Vnus ipse pauperculus, humillimusque peregrinus, & hospes terrori erat robustissimis & superbissimis aduersarijs. Nec Coloniam modò clamoribus suis, assiduisque vociferationibus lupos terrebat hiantes, sed Ciuitates etiam longè positas per Epistolas admonebat, rabidas cauerent feras Christi imminentes ouili; simulque eas, & agnoscendi pariter, & declinandi rationem, viamque tradebat. Quæ verò ipse potissimum in curandis eo infectis veneno mentibus norma se regeret, ex epistola ad Lainium plena prudentiæ apparet: cuius exemplar ex Hispano, quàm fidelissimè redditum, huc adscribam.

Gratia, & pax Redemptoris nostri sit semper in cordibus nostris.

Quod à me sæpius per literas postulasti, vt vias aliquas ijs traderem, qui velint inter Hæreticos alicuæ prodesse salutis, nec suæ tamen obesse, iustis ego de causis nondum respondi, tum quia nondum fatis ad cogitandum spatij datum est, tum quia à rebus domesticis nulla quies. Accedit etiam, quod ex imbecillitate præterita minus adhuc est firma manus, vt ea ad scribendum commodè vtique queam: & quod caput est, nihil in mentem venit, quòd ad rem faciat. Scribam igitur ea duntaxat, quæ in buccam veniunt. Ac primum quidem ijs, qui prodesse velint huius ætatis Hæreticis, videndum est, vt magna aduersus eos caritate præstent, eosque verè diligant, pulsus ex animo cogitationibus illis, quæ quoquomodo illorum apud nos existimationem minuant. Proximum est, vt eorum nobis animos, voluntatesque captemus, sic vt ij vicissim nos ament, & de nobis optimè sentiant. Id facillè consequemur, si eos comiter alloquamur; & in familiari sermone de ijs rebus duntaxat agamus, de quibus inter vtrosque conueniat, omni altercatione sublata; vbi pars videlicet altera, alteram videatur abijcere, vel deprimere. Argendum quippe ijs de rebus est prius, quæ voluntates conglutinent, atque coniungant, quàm de ijs, vbi sententiarum inter se pugnantium dissimilitudo nascatur. Quoniam autem hæc Lutheranorum secta filiorum est subtractionis in perditionem; & prius in eis rectè agendi pietas, quam recta fides extinguitur, faciendus est gradus ab ijs, quæ pertinent ad rectè sentiendum secundum affectum, ad ea, quæ faciunt ad rectè credendum, secus utique ac olim in Ecclesiæ nascentis exordio, cum primum homines conuertebantur ad fidem: quo sanè tempore fide primum, quæ est ex auditu, mentes erant imbuendæ mortalium, & ab erroribus reuocandæ, deinde sensim deducendæ ad rectè sentiendum de moribus, operibusque susceptæ fidei consentaneis. Si quem igitur suscipiamus curandum, qui non modò prauitatis erroribus, verum etiam perditis moribus sit imbutus, omni insinuatione vtendum erit, vt eum auocemus à vitijs, prius quàm vllum de prauis eius opinionibus faciamus. Ac mihi quidem vsu venit aliquando, vt ad me Sacerdos accederet rogans, atque obsecrans, vt suas opiniones de Sacerdotum coniugio sanè falsas, si qua esset, ratione conuellerem. Ego verò, cum familiariter in eius sermonem insinuassem, dedissemque, ille mihi se rotum aperuit: deprehendi eum vitam agere in morte peccati, multos iam annos meretricijs amoribus irretitum: perfeci tamen, disputationis pugna remota, vt vita priore damnata ad frugem sua voluntate rediret. Is simul à peccando discessit, Deoque adiuuante, muliercula tandem caruit, continuo sua sponte, nulla illata Catholicæ doctrinæ mentione coniderunt errores omnes; vt qui ex inquinatæ illius vitæ sordibus, & ortum habuerant, & progressus. Quoniam autem in cæteris Lutheranorum erroribus, is est ferme communis, vt humanas actiones, ac facta suis meritis spoliarent, contemptisque rectè factis omnia in fide reponant; idcirco faciendum nobis est, vt in eorum congressibus, atque colloquijs ab operibus, ac rectè factis progrediamur ad fidem ijs perpetuo sermonibus inferendis, quibus eorum ad amorem, ac studium excitentur. Vt, cum negat hæreticus Ecclesiæ licere proposita capitalis peccati pœna, quemquam alligare psalmodiæ, vel Liturgiæ, tum isti adhibenda est cohortatio peracris, quæ cum ad orationis, ac Missæ, tum ad alia huiusmodi incitetur officia: quoniam iste ab audiendi rectè sacri, psallendive pietate certis, statutisque temporibus prius excidit, quàm à fide. Ob-

91

Fabri ad
Lainiū de
modo rectè
curandi

90

Epistola
plena sa-
pientia.

92

Necessarium
primum
caritas.

93

Tum con-
ciliatio be-
neuolentia

94

Dein reuo-
candi prius
ad vitam
bonam.

95

Ostenden-
da bonorū
operum
merita.

Q

seruan-

seruandum est autem sanè diligenter id, in quo Lutheranorum duces, ministrique niti solent, cum aduersus Ecclesiæ præcepta, sanctionesque sanctorum Patrum suos tuentur errores: id autem est nimia imbecillitas virium ad obtemperandum, ac tolerandum aliquid propter Deum;

96 *Addendus animus desperantibus.*
ita. vt eis Ecclesiæ leges, atque præcepta supra vires, minimeque ferenda videantur. Quocirca ad istos erigendos, & animandos plena spiritu cohortatione opus est, vt in spem redeant, & confidere incipiant fore, vt & ipsi queant non modò quicquid imperatur, verum etiam longè maiora Deo adiuuante præstare. Atq; hæc ego sic existimo, si qui efficacitate doctrinæ, aut ardore spiritus persuadere Luthero posset, vt excussis ex animo prauis suis opinionibus, & recepto Religionis ornatu se se alacri quadam parendi voluntate ad ea, quæ imperantur, explenda, & facièda conuerteret, fore, vt eo ipso nulla adhibita concertatione hæreticus esse desineret. Quamquàm istuc quidem maiorem quandam vim spiritus, copiamque desiderat, & multo igne diuino opus esset, vt ad hanc ille summisionem animi, ac tolerantiam, consimilesque virtutes, quas tanta hominis mutatio postulat, perueniret. Quod quoniam sine præcipua quadam Dei ope perditis in hominibus, & iam profusus euersis fieri nullo pacto potest, iccirco perexigua spes est etiam, ac pene nulla reducendi id hæreticorum genus ad sanam mentem. Quisquis autem nullis alijs sermonibus, atque colloquijs, nisi de instituenda rectè vita, de virtutum pulchritudine, de orationis studio, de supremo vitæ die, de æternitate gehennæ, de quæ alijs huiusmodi rebus, que vel ad emendam Ethnicorum vitam pertinent, cum hæreticis congregaretur; nã ille multo magis eorum animis, ac salutem consuleret, quàm si eos autoritatum vi, & rationum copia conaretur obruere. Denique, summatim vt dicam, id hominum genus cohortationibus & opportunis monitis eget ad componendos mores suos, & ad suscipiendum metum pariter, & amorem Dei, amoremque benefactorum: vt hac veluti medicina suis illi imbecillitatibus medeantur, fastidiosoque rerum diuinarum, & euagationibus mentis innumeris, quibus inter cætera mala, morbosque laborant: quæ non continuò mentis apicè, intelligentiamque, sed prius pedes, manusque, cum animi, tum corporis petunt. Iesus Christus Redemptor vniuersorum diuino suo spiritu eorum feriat, leniatque præcordia, qui videt verbum suum in chartis scriptum nequam esse ad permouendas hominum mentes satis. Non dilatabo orationem meam, tantam rogabo, animum vt spectes meum obsequendi cupidum optimo tuæ mentis studio, quo adductus hoc me rogasti. Cum plus otij nactus es, plura forsitan in hanc sententiam: quanquam haud scio, an huc etiam reuocari possint omnia.

98 *Vtilior apud Hæreticorum oratio apta ad merces formidat, quam subsilii dispersio.*
His prudètiæ præsidijs & si Germaniam Faber pro derelicta, ac prope deposita iam habebat, eam tamen vt curaret, recrearetque plurimum laborabat: & sanè per eum vel maximè stetit nutans iam Colonia religio: eodemque impulsore, & autore viri Principes excitabantur ad spem totius restituendæ Germaniæ. Quam cum in Lusitaniam migraturus Ignatij iussu relinqueret, quanto cum illius incommodo, damnoque reliquerit, grauissimis ad eundem Ignatium literis testatu est Iac. Coniiciebatacutissimè in morborum naturas ad eam curandam, iuuandamque nationem; & Hæreticorum tenebat artes, atque fallacias; aperiebat fraudes, redarguebat insidias. Obseruabat eos, qui ab Ecclesia desciscunt consueuisse primum in ijs officijs, muneribusque torpere, quæ sunt secundum gratias Dei, & differentes eius donationes, ac proinde paruipendere, in minimisque ducere quicquid non suo ipsi iudicio, ductuque repererint. Ita fieri vt suæ fidei, suæque spei rationes, causalque requirant, omnia in dubium incertumque reuocantes; istoque modo effundant quicquid in eis à Spiritu sancto infusum est muneris, atque doni, & veram fidem, quæ Fide Catholica, & sanctorum Patrum autoritate nitetur, abijciant. Quibus Dei donis effulis, tum demum suum quemque dogma procudere, & ex suo sensu iudicioque sibi fidem ingerere. Conquirere enim singulos per se ipsos rationes, atque argumenta complura, eaque in se per se discutere, atque expendere, scrutari curiosè locos diuinorum codicum, & eorum enudare sententias, vt propriam, priuatamque fidem, hoc est omnem errorum prauitatem, fecimque colligant. Eodem modo vbi quempiam ad sua dogmata, opinionemque pellicerent, an e omnia dare operam, vt eum diuino fidei lumine, ac donis cælestibus spolient. Quipe ab eo tanquam principium, & fundamentum hoc primum astutè poscere, vt omnem animi affe-

99 *Origo Hæresis in plebisque consensu gratia Dei, & in dicitur per se ducia.*
ctum,

100 *Fraus Hæreticorum in simplicibus decipiendi.*

atum, perturbationemque (sic enim impij interpretantur Catholicæ fidei constantiam) tantisper exuat: & se quadam in æquitate constituat. Quid est autem affectum animi ad eorum normam, regulamque; deponere, nisi fidem Catholicam ponere, atque abijcere? simplicitatem exueret, deserere humilitatem deditæ, captiuæque iam mentis in obsequium sanctæ fidei? Quæ ex captiuitate simul ac isti quempiam abduxerint, tum ab eo insuper petunt, vt ex sacris literis, oraculisque, & inuentis (quamuis hebes & imperitus sit) ab sese rationibus fidem quærant, nullo adhibito iudice præter se. Vbi verò in eum iam locum quispiam venit, vt veram, Catholicamque fidem perdere, vel perdidisse se sentiat, tum suadent etiam atque etiam ad maiorem scilicet Dei, ¹⁰¹ *Quam cõ-* quem tentant, iniuriam, & suas fraudes speciosius obtendendas, fidem à Deo poscat, & vim recte ^{serat Fa-} iudicandi de diuinis oraculis, expendendique sapienter pondera, ac momenta rationum: cum ^{ber ab Ha-} fides sit munus Dei, nec omnibus impertiatur. Atque in hunc modum miseri isti falluntur, & ^{reticis ab-} fallunt, errantes, vt Paulus ait, & in errorem mittentes. Quanquam autem in pertractandis Hæ- ^{horrandis.} reticorum mentibus lenissimus Faber erat, & tanta in eos caritate, quantam supra meminimus, ^{2. Tim. 3.} tenebatur, tamen vt olim B. Antonius, & eos, & eorum omnia sic abhorrenda pijs, Catholicis- que censebat, vt ne tum quidem audiendos esse diceret, cum recta præciperent: negaretque; Di- ¹⁰² uinæ satis Maiestati gratum, vt eorum ad nutum, voluntatemque, vel institueretur aliquid in ^{Colonia} Ecclesia boni, vel meliorem ad formam reuocaretur. Vt enim multa vera interdum Dæmones. ^{iam de So-} non tamen veritatis ex spiritu confitentur, sic illos, & si multa interdum bona, & salutaria præ- ^{citate a-} cipiant, ea tamen, quoniam non bono præcipiuntur spiritu, minimè grata & accepta esse Deo. ^{gebant sex,} Hæc erat Fabro agendi ratio cum Hæreticis; atque hæc ad eos nascendos, atque sanandos præ- ¹⁰³ cepta tradebat. Aderant Coloniz de Societate iam sex pijs omnes intenti curis, nec Proximo- ^{Faber ite-} rum fructu pertenui. Vacabant studijs suis pati contentione, ac progressionem discendi, & vnà ^{rum in Lu-} cum Fabro in domicilio conducto aliena misericordia victitabant Carthusiensium præsertim ^{sitaniam} Patrum, geminæque Matronæ. Nihil autem tam Faber spectabat, quam vt in Germania stabi- ^{profusci.} lem aliquam Societati domum, fundatamque relinqueret. Ideoque Petrus Canisius, tota iam ¹⁰⁴ Colonia notissimus de comparandis ædibus, vnde Collegij duceretur initium, agere cœperat. ^{Redempti} Et res iam bellissime procedebat, adiuuante Carthusiæ Priore Gherardo Hammontano, cum ^{Lusitanis} per Ignatij literas iubetur Faber in Lusitaniam, postulante rursus Rege, & nutu accedente Pon- ^{quinque,} tificis, se conferre: qui ne tantillum ab ea, quam tantifaceret, obedientia discederet, disceden- ^{ex quibus} dum protinus, quamuis re infecta decreuit. Sed in ipso discessus articulo è duodecim illis, quos ^{Leonardus} Louanio Conimbricam miserat, quinque à Simone Rodericio, seu valerudinis causa, cui pere- ^{Kesselinus} grinum cœlum oberat, seu quia Lusitani Proceres iniquo ferebant animo Collegium Conim- ^{Socijs Co-} bricense pro Lusitanis & Indis erectum ab exteris occupari, in Belgium remittuntur. Ex his Fa- ^{loniensibus} ber vnum, & alterum Danielem Donderamundam, & Iacobum Lhostium confirmatis iam ^{bus præsi-} viribus Romam misit. Tres reliquos, Kesselinum, Poghium, & Fabrum Hallium spe futuri Col- ^{ciur: G-} legij remanere Colonia cum superioribus iussit, quibus omnibus Kesselinus ipse præffet, vt ^{Iacobus} præfuit tanto cum rerum successu, vt remissus adeo maturè planè diuinitus videatur. Et quan- ^{Lhostius} quam hoc tempore alia siue studiorum rationibus, siue sanctitati domesticæ, tam perditis Co- ^{Romam} loniæ rebus loca opportuna magis offerebantur, Faber tamen affirmabat interiore quadam a- ^{mittitur.} nimi permotione commonitus saluo se officio non posse, subsidia illa, quæ Deus mitteret, quæ- ¹⁰⁵ que spem optatæ messis afferrent, inde dimittere. Oprobrium autem ijs in locis, non modò exi- ^{Faber Co-} guas illas copias, quæ de Societate remanserant, sed Societatem ipsam pene adesse dimidiam, ^{loniensium} quæ precationum gemitibus, lacrymisque; perennis diuinis leniret iras, & Nationi illi placaret. ^{per studio-} Nec spe frustratus est sua. Hoc quippe iactò semine haud ita multo post, & erecta, ac cõfirmata, ^{suus.} quæ pene iacebat in Germania religio, & plurimis in ea locis amplificata, & propagata Societas ¹⁰⁶ est. His editis vtcunq; principijs, recedit Colonia Faber quarto Idus Iulij cõsalutatis amicis, sua ^{Carrion-} digressionem mœstissimis, præsertim Carthusiæ Patribus. Quos adeò sibi, Societatiq; cõciliãrat, vt ^{siani Pa-} præter alias suæ beneuolentiæ, caritatisque; significationes, frequèti conuentu decreuerint, inter ^{tres ita à} suum & nostrum ordinem peculiaris amicitiz fœdera sancienda, thesaurosque; suos interiores omnes, ^{Fabro com-} & bona omnia spiritualia cõmunicanda nobiscum, id quod summa ab ijs cõsensione concessum, ^{ciliati, vt} ^{cum So-} ^{cistara ger-} ^{manit aut} ^{institute-} ^{rius.}

publicis etiam literis, ac diplomatis testatum, & consignatum esse voluerunt. Placet autem Petri de Sardis maioris Carthusiæ Prioris, & Generalis eorum Patrum conuentus ad B Ignatium literas, hic subiicere, quo testator sit eius Ordinis in nostrum Ordinem beneuolentia, præclarumq; illius de prima nostra Societate iudicium agnosci queat.

107 *Littera Prioris Maioris Carthusiæ ad Societatem.* Frater Petrus humilis Prior Maioris Carthusiæ, cæteri q; definitores Capituli generalis Ordinis Carthusiensis. Reuerendo in Christo Patri, ac deuotis Viris, dominis Ignatio Præposito, suisq; fratribus nouæ Societatis nominis Iesu, vbilibet locorum constitutis, salutem, quam præparauit Deus, diligentibus se. Audita fama odorifera, Fratres in Domino dilectissimi, de vestra exemplari conuersatione, salutaris doctrina, & voluntaria paupertate, cæterisq; virtutibus, quibus in tenebris nostri deplorandi seculi refulgentes perhibemini homines in via perditionis errantes ad arctam viam salutis reuocare, vacillantes stabilire, stantesq; ad proficiendū in virtutibus stimulare, & magnum in Domino Ecclesiæ Catholicæ fructum afferre, gauisi sumus in Domino, gratias illi agentes, quod in tanta desolatæ Ecclesiæ suæ calamitate, qua premimur, excitare dignatus est, & mittere nouos operarios in vineam suam, recordatus misericordiæ suæ. In quo quidem sancto opere cupientes vobis pro nostro modulo cooperari, fraternitatem vestram obsecramus per caritatem eius, qui pro nobis non dubitauit animam suam ponere, ne in vacuū gratiā Dei recipiatis: sed in sancto proposito perseverantes in omnibus exhibeatis vos, sicut Dei Ministros, in multa patientia, non deficientes inter labores, pericula, & persecutiones, que omnibus piè viuere volentibus occurrere solent: tempore enim suo metetis nō deficientes. Et nos, Fratres, si quid poterimus apud Dominum, diuinis sacrificijs, orationibus, abstinentijs, cæterisq; pijs exercitijs, quorum omnium vobis, & successoribus vestris in vita pariter, & post mortem singularem concedimus participationem, vestris pijs conatibus libenter cooperabimur in Domino, postulantes vt nos vicissim in orationum, & bonorum participatione commendatos suscipere dignemini. Datis Carthusiæ sub sigillo nostro: Anno Domini 1544. feria quinta post Dominicam, Cantate, Sedente nostro Capitulo Generali.

108 *Discedit Faber Colonia.* His igitur Faber Patribus pusillum Societatis gregem, quem relinquebat, nouo fœderis & coniunctionis iure commendat. Ipsum verò gregem ad constantiam, & mutuam caritatem, ad omnemq; perfectionem virtutis inflammat: hortaturq; tutelares præcipuè cælites implorare condiscant, eos præsertim, quorum corpora Coloniae solum, terramq; cohonestarent: Tres, inquam, sanctos Magos, & vndena Virginum millia, Societatemque S. Gereonis, illius Ecclesiæ decora, & patrocinia: quorum nixi tutela, rem Ecclesiæ cum animarum causa coniunctam constanter gererent, ardua non refugerent, nec aduersariorum ora formidarent. Denique singulos arctè complexus, illic sui pignora reliquit amoris, vnde nunquam rediturus abiret, secum auerens animo quidem Germaniæ viscera, qui suam sæpè animam pro ea tuenda, ac defendenda tradiderat; Corpore autem præclara sex Craniorum munera ex eo, quem prædixi, Virginū comitatu, quæ sua spõte varia Cænobiõrum liberalitas, ex suis deprompta Thefauris pro eximia in hominem obseruantia, pietateq; detulerat. Louanium cum venisset, Cornelii Vuischauæum Veras vsque comitem habuit. Ea est Lusitanarum nauium statio, & maritimo aditur itinere, tridui ferme Louanio distans. Vix hinc ambo soluerant, cum nauim defecerat ventus, & remiges dabant manus vano labore iam fracti. Qui cum Fabrum, & Cornelium inter se colloquentes, & mæssitantes aspicerent, stomachū in eos cœperunt erumpere, & lingua increpare vernacula: Quid vos inter vos ita garritis? cur non orando satagitis, vt ventus secundus aspiret, quo destituti nunquam Veras hac nocte tenebimus? Faber cum quid illi in se iactarent Flandro ex Cornelio cognosset, reprehensionem placidè ferens, Rectè monent, inquit, conuertamus nos ad preces. Vix eas inchoauerant, vix Dei clementiam primis precibus implorauerant, cum optatus ventus exoritur, & duas intra horas ludibundis pariter, & admirabundis Vectoribus Veras appellunt, humilitatisne potius ope, an orationis ardore non faciliè dixerim.

109 *Louanium venit inde Veras nauis secū do vento concesso diuinitus.* In superiore verò Germania biennium, & eo amplius laius egerat, & eam sibi celebritatem nominis compararat animorum cõmodis procurandis, vt singularem eius virtutè, eximiamq; doctrinam in tanta præsertim Hæreticorū colluione pleriq; Germaniæ sibi Præsules certatim

110 *Claudij Iai res in superiore Germania*

expete-

expeterent. Vicit Competitores suos Otho Truchses, iam Augustanus Antistes, is, qui postea Sanctæ Romanæ Ecclesiæ creatus est Cardinalis, Vir & autoritate in Romana Curia præstās, & apud Pōtificem gratia; vnde & victor euasit: quamuis & opimis stipendijs, & ordinariæ honore cathedræ, atque omni officiorum genere, postremo etiam datis ad Urbem literis Academia Ingolstadiana retinere Iaium tentauerit. Multa quin etiam abeundi ad viaticū Ciuitas obtulit, sed qualibet liberalitate oblata sunt, eadē sunt reiecta constantia. Ex itinere Aistetenfis Episcopus interceptus, deq; Augustani, qui tum fortē Spirensi Synodo intererat voluntate, ad duos habuit mentes, ingenti cum suo, atq; suorum commodo. Absoluto conuentu, honesto cum comitatu, grafatorum metu dimisit, Equo insuper Dilingam vsque ad inuitissimum vehi iussum, & subsidia itineris recusantem. Dilingam vbi peruenit, magnam subito spem concepit Catholicæ rei cum apud Clerum, tum apud populum subleuandæ, eo maxime, quod reperit in Othone Episcopo mirificum & eximium Deo placendi studium, & se, suosq; ad meliora prouehendi: vt maius optare in animarū Pastore vix posses. Is olim Fabro instituyente, meditationes Societatis expertus, ijs iterum percoli, & veluti rudis voluit erudiri discipulus; vt tanto vberius pastoralis à Cathedra sibi creditam doceret plebem, quāto plus ipse priuata in schola cœlestis sapientiæ hauisset. Sed dum in subleuāda pro virili Germania euigilant Iaij curæ, de Fabri discessu ex Lhostio, & Donderamunda, qui Romam Dilinga transibant, non sine suo dolore cognoscit. Hisce igitur dat literas ad Ignatium, vt quanta cum Germaniæ labe, bonorumq; desiderio Faber abscesserit, certior fiat. Cuius vel nomen ipsum in vtraq; Germania Catholicos erigebat, & ad vtriusq; reparandæ spem, viros etiam Principes excitabat. Eodemq; autore lectissimi quique conuolabāt ad Christum, & Societatis instituta petebant. Hoc ad Ignatium Iaij de Fabri iudicium: Cuius collegæ desiderium eo molestius ferre debuit, quod eo absente haud ipse leuibus oneratus est curis. Non enim diu Dilingæ confederat, cum Salisburgum Archiepiscopo flagitante Ducis Bauariæ fratre, proficiscendum fuit. Conuocabatur in eo Oppido Prouinciale Conciliū, cui & interesse Augustanum, & Aistetensem Episcopos oportebat. Ergo & Iaius illuc suam dicturus in omni consultatione sententiam, expetebatur. Quoniam autem proximo Spirensi cōuentu de concilianda opinionum inter Catholicos, Sectariosq; concordia disputatum erat, & erat in proximū Vormatiæ prorogata conuentum, quærebat potissimū, quidnam ea ipsa de re respondendum Cæsari videretur. Hic Iaius quæstionem lubricam, & difficilem odoratus negat primum cōsentaneum esse rationi, vt quem Romanus Pontifex in Germaniam destinasset, is eius iniussu ad id concilium accederet. Deinde docet sibi non licere suam in cōtrouersijs de Religione sententiā, quas Romanæ Sedis arbitrio dijudicari oporteret, palam dicere. Rogat igitur Archiepiscopū, suum excuset accessum. Quem ille sic excusauit, vt tamē sese Salisburgi, quoniā ad urbem Scribere per tempus non licuit, tota illa Synodo contineret. Rogatusq; Iaius ab Episcopis cōsultoribus, priuatim saltem suam sententiam diceret, morem gessit: itaque quæcunq; in disceptationem casura videbantur, ea cum Iaiō communicata sunt prius. Ac dum Synodus vniuersa coiret, in mentē venit, duo potissimum, quo controuersia omnes reuocari videbantur stylo persequi, pluribusq; dissere. Quorum erat vnū, nulla ratione debere Præsules & Episcopos ferre, vt in populari, laicoq; conuentu de religione quicquā ageretur, aut decerneretur. Alterum, Protestantes, etsi cum Catholicis in omni doctrina consentiant, nolint autē Romano subesse Pōtifici, nihilominus pro Schismaticis, hæreticisq; ducendos. Quæ cum Iaius non in aliorū vsū, sed sibi ipsi, quod consulentibus haberet in promptu, quid responderet, velut in commētarios retulisset, simulq; in re tam graui progredi pedetentim, cauteq; cœpisset, Præsul ea cognita diligētia, describēdum sibi elucubrationis illius poposcit exemplum, responditq; benignē Iaiō, nec suo, nec suorum Episcoporum nomine quicquam iniussu Romani Pontificis de Religione in conuentibus ciuilibus actū iri. Atq; hæc totius Synodi clausula fuit. Cui primus ipse Salisburgensis Archiepiscopus, deinde Augustanus, & Aistetenfis, cæteri q; deinceps Episcopi subscripserunt: & Augustanus quidē amittere se denos Episcopatus, & patrimonium, & vitam malle, quam vt vlla in disceptatione cum Lutheri sectatoribus consentiret, asseruit; nec dubitauit eorum se tec hnis, fraudibusq; constanter opponere. Quæ cum ex voluntate fluere omnia, & Salisburgensem

III

Iaij de F.
bro iudi-
cium.

III2

Perussis
Iaij opera
in Salis-
burgo: sibi
concilio.

- genfem Antiftitè, cuius magna erat autoritas, ac potestas, adeo contra Proteftantes obfirmaffe animum Iaius cerneret, vt nihil vlla in re dementiffimæ illorum temeritati concederet, lætus, & alacer ad fingulares animarum prædas Dilingam redijt, recufatis vbique muneribus, quæ pia Præfulis liberalitas offerebat. Sed diebus non ita multis interpoftis Vormatiam ab Antiftite
- 113**
Vormatiæ Iaius aduocatur.
Augustano, qui propter Synodum eò præcurerat, & rem Catholicam peffimo loco offenderrat, euocatur. Accitum hortatur, ad Vrbeni fcribat de Oecumenico conuocando Concilio, ne totius Germaniæ defectionem, & impendentes ruinas breui cogatur afpicere. Quanquam autem Salisburgenfis Epifcopus, alijque paffores, quibus cum Iaius egerat, meliora fperabât; nec concedendum Hæreticorum poftulationi putabant, vt Concilium fingularis Nationis conuocaret; Iaius tamen monendum Ignatium per literas, quo res eflent loco, quæ ue ratione malis instantibus occurri poffet, exiftimauit, à quo deinde Pontifex Maximus derebus fingulis certior factus, opportuna Chrifti gregi præfidia pro fua prudentia compararet. Sed quoniam
- 114**
Bobadilla fudia pro Religione Paffauij.
Vormatiense Concilium altercationibus inutilibus magis, quàm falutaribus decretis intentum, diuturnius fore videbatur, Iaius interim fuo muneri nunquam defuit: fed fingulis adeundis Epifcopis, & ad defenfionem religionis animandis, confirmandisque, Catholicorum partes ftudiofè fouit, publicaſque ad ea priuata Concilia conciones addidit. In eadem Germania Paffauij, totaque illa Diœcefi per ampla Bobadilla autore multa quoque piè, & è re diuina conftituta funt. Nam qua & ipfe apud omnes autoritate valebat, plurimum eius opera vtebatur Antiftes. Qui Spiram ad Synodum profecturus Bobadillam fibi comitem animo designauerat, cuius literis, atque confilio in agitandis rei Catholicæ caufis fubleuantur Epifcopi. Bobadilla tamen eodem, quo Iaius fpiritu, Præfuli non gellit morem, negans id fine Pontificis Maximi autoritate, aut eorum, qui ab eo iubendi potestatem haberent, vlla fibi ratione licere. Itaque illo abeunte, reftitit ipfe Paffauij, propficiendis, vt inftituerat, commodis animorum. Hic præter cætera cum laude gefta, complures in carcerem Sacerdotes facriligis nuptijs, hærefibusque coniectos, frequenti colloctiõne permouit, vt praua dogmata publicè eiurati reijcerent, & digna celerum immanitate fupplicia in arctis luenda Cœnobijs fibi vltro deposcerent. Sed
- 115**
Adie Spi-ram.
qui Paffauium Spiræ gratia deferere haud expectato Pontificis nutu non erat aufus, is ad vocem Alexandri Farnelij Cardinalis, apud Cæfarem tum Legati, Spiræque verfantis, eo confestim accurrit. Res Ferdinando Romanorum Regi, Curiaque Proceribus grata admodum, nec fringifera minus, nauiter animis à Bobadilla defenfis, & re Catholica tum Dei verbo, tum faluberrimis fuffentata confilijs. Eo dimiffio conuentu, cum certatim à Viris Principibus in fuis expeteretur imperijs, atque Prouincijs, is Paffauienfem Epifcopum, qui maximè vrgebat, ex omnibus fequi maluit: cuius ex Diœcefi Viennam paulò poft, quo fe Rex contulerat, accerfitur. Vbi præter concionum labores, curauit etiam Paftorum, Doctõrumque mores ad veterem Ecclefiæ difciplinam Regia autoritate fingendos; rogatusque per fapè de rebus fidei grauiffimis ab Rege fententiam, eadem femper libertate refpondit. Quanquam autem conformationem illam in Clero morum, cum qua populi falutem coniunctam cerneret, exoptabat: nihil tamen de fua vnquam aduerfus omnes Antiftites obferuantia, pietateque remiffit; quin eorum femper exiftimationem, ac dignitatem tum publicè, tum priuatim, & apud Dynaftas, & apud populos tuebatur. Eaque de caufa cum initio Paffauij Regis literas accepiffet, quibus fuam de infpiciendis Auftriæ Cœnobijs voluntatem fignificabat, liberè ad eum refcripfit, caueret prorfus, ne quid in ea re fine Præfulum autoritate tentaret, ne videlicet Monachorum difciplina vulgò deſpectui, & imperitiſſimo cuique ludibrio efllet. Poſtea verò cum ad Vormatiæ conuentum ab eodem Rege velur Doctõr vnus inuitaretur è fuis, is Sedis Apoſtolicæ autoritatem non dubitauit opponere, fine qua fibi non liceret ijs fe cœtibus admifcere, cum mox tamen ad vnus Apoſtolici Nuntij nutum eo repente cucurrerit; quãto rei Chriftianæ bono poſterius indicabitur. Perfequebatur fua Lutetiæ fudia Paulo de Achille Moderatore Societas, non literarum modo, verum etiam pietatis, ac fanctitatis. Multos enim Paulus ad fanctimoniã fuo incitauit exemplo. In ijs nobile concionatorem Auguſtinianũ Theologiæ Baccalaureũ, Sorbonicũ, qui nouæ huius Societatis fama permotus, cū pijs mætẽ

contemplationibus exercuisset, alios repete mores induit, aliud vitæ inchoauit exordiū. Quem honestus Canonicus imitatus, natione Sabaudus, & luculentio Sacerdotio diues, ex eadem spiritus officina ad socios transijt. Verum anno circiter medio cogitur secundo Societas emigrare Lutetia, non quod inde natio exigeretur Hispana, aut ad id Regio, vt antea, compelleretur edicto; sed quod consilij esset in tanto armorum strepitu declinare tumultum. Cum enim Rex Franciscus inaudisset Cæsarem inopinato in suam Regnum ingenti cum exercitu per Germaniam traiecisse, & minutissima quæq; loca partim obsidione, partim irruptione cepisse; veritus ne si serius cohiberetur à Gallis, in ipsa Galliarum viscera penetraret, statuit ipsemet, Lutetia relicta Cæsaris copijs festinanter occurrere. Sed quoniam, vt belli tempore vsu venit, absente Rege quidam Parisijs extitit rumor, Cæsarem haud ita longe ab Vrbe distare, oppressurū utiq; ciues omnes, nudos ab armis, præsidio destitutos; tantus Parisiensibus iniectus est terror, vt nobilissimus, ac ditissimus quisq; vna cum familia alio sese nimia celeritate proriperet. Hanc tantam populi trepidationē, qui sedaret cū esset nemo, eas videlicet partes Parisiensis Academia sibi vltro depoposcit, & è suo numero (is erat numerus ad septē millia) constituto duce, forti animo decreuit, Cæsarem ab Vrbe arcere, tutosq; ciues ab oblidione præstare. Societas ergo sublato pacis otio, quo literarum alitur disciplina, & obsidionis premente metu, sanioribus vsa cōsilijs, loco cessit, ac se Lugdunum transtulit. Verum postea Crepinij (id Oppidum in Suessionibus est) pace inter Regē, & Cæsarem constituta, decimo quarto Kal. Octob. cum rumor ille euanesceret, par sociorū Lutetiā redijt, & præcipitante anno Societas etiam reliqua: cui Ioannes à Prato Turonensis adiungitur, Vir sane pius. Qui cum de ineunda Societate scriberet ad Ignatium, trium sponcione votorū sese Deo in exarandis literis obligauit. Accessit hic ad Emmanuelis Mionæ vicem hominis natū iam grandis; ad quem supra de suscipiendis exercitationibus spiritus literas Ignatij protulimus. Quippe certum iam Societate sequi Mionam, cum in obsidionis discrimine ægrotaret Paulus Mediolanum deduxit, vbi à Clericis Regularibus sancti Pauli Decollati, qui Barnabitarum vulgo nominantur, exceptus sane quam amanter, curatusq;, & pristinae valetudini redditus est: & ab his caritatis inijtis inter eorum, & nostrum ordinem beneuolentia profecta coniunctio. Hæc de Gallia per pauca, iam de Hispania paulo plura. Nam Barcinonem tandem Araozius (vti supra demonstrauius) post quam vna cum Socijs in insulam Corsicam fuerat tempestate delatus, Ianuario mense, summa ciuium gratulatione, peruenit. Apud eos, quanquam in Lusitaniam Ignatij iussu properabat, plurimos tamen coactus est dies, toto illo agro Hybernis imbribus exundante subsistere. Breuis hæc mora, & Proregis fauente pietate, & Consiliarijs eius obsecundantibus, seges fuit vberimæ messis. Erat autem Prorex Aquilaris Marchio, Francisco Borgiæ in ea recens administratione suffectus. Cuius nutu, studioq; multa ab Araozio è re Christiana, & publica constituta sunt, placata odia implacabilia, repressa Bacchanalium licentia, instituta ad vsu Eucharistiæ crebriorem gemina ex Viris, fœminisq; sodalitas, excitatus ardor spiritus in ijs maxime, qui biennio ante eiusdem Patris ductu studijs se pietatis addixerant. Deniq; ex ijs, qui exercebantur, in Societatem cooprtati nonnulli. Reperit hac in Vrbe Araozius, vt ad Ignatium scripsit, puerum quadrimum optimis parentibus natum, qui multa, & mira de Societate prædicabat: cuius dictis autoritatem tribuebat ingenij prodigiū, quo præter omnem naturæ cursu, & Euangelia Domini memoria tenebat, & latina lingua præstantius, quam vernacula loquebatur. Id vulgo prodigij instar habitum est: atque haud scio, an absq; peculiari Dei numine, qui pusionis spiritum, in ea suscitauerat ciuitate, quæ & Ignatij primum, & eius deinde familiæ peramans semper fuit. Dilapsis aquis, imbribusque cohibitis, Araozius imperatum persequens iter Valētiā versus, frustra obnitente Prorege, & Ciuitate perinuita discessit: nempe vt ex itinere Valentinorum animos pertentaret, & spem Collegij, quam iam ante Hieronymo Domeneco dederant, exploraret. Hieronymus enim cum in sua Patria Societatem vehementer expeteret, oblati ex hereditate materna, & è suo Canonicatu redditibus annuis egerat ea de re sedulo cum Ignatio: cuius pijs votis, vt Beatus Pater annueret, Araozius in Hispanijs tunc agenti mandauit, vt Valentiam se conferret, & Petrum Domenecum Hieronymi patrem de filij mente, consilioque doceret. Fecit quod

119
In trepidatione belli summissis Parisijs discedit.

120
Res Hispania.

121
Araozius multa præclarè gerit Barcinone

122
Adit Valentiam.

123
Agitur de instituendo Collegio Valentia.

114
Ad audi-
dum. 1.
raozium
mirus con-
curfus.

quod inebatur Araozius, & sententiam voluntatemque Patris mirè congruere cum pietate filij, sensuque perspexit. Itaque de eius consilio dedit ad Ignatium literas, rem prorsus, ut maturaret, & quatuor, quinqueve de Societate, Valentiam quam primum mitteret. Quo accepto responso Beatus Pater Iacobum Mironem Valentinum, qui in Lusitania Conimbricensi Collegio præerat, euocandum Valentiam putauit, aliosque nonnullos ab Vrbe mittendos. Araozius verò nobilitate rogante, Quadragesima etiam cohortante, verba aliquoties fecit ad populum per frequentem, coronamque tam spissam, ut præ confertissima turba in Templum aditus non paterent. Hac celebritate cum primo Quadragesimæ Dominico die mane perorasset; post meridiem, dum ad ædem S. Mariæ Conueriarum dicitur accedit, non templum modò, sed & fenestras, & vicina tecta, totamque aream oblectam multitudinem reperit: ex qua multi impransè sedes occupasse, alij ieiunium inibi ut cunq; soluisse dicebantur. Ecce autem simul atq; Concionator appropinquans apparuit, ab his, qui Templi foribus excludebantur, tollitur clamor, ut producat suggestus in aream. Eo producto, nube etiam perpetua fauente umbra, prius dicentem vox, & latera defecere, quàm audiendi ardorem populus mitigaret. Eo die Araozius in gemina dictione quinque horas impleuit, pauloque post cum iam discessum ab Vrbe adornas, ad Cœnobium salutandi gratia, ut sit, sese referret, suspicati ciues, qui videre eum, ad concionandum accedere, ira repente vndique conuolant, templumque complerunt, ut religioni sibi duxerit Pater adeo esurientibus animis, quamuis ex tempore panem vitæ non frangeret. Denique summe paratos ad excipiendam diuinam culturam homines sensit, atque in eadem manere sententia, imò etiam ardentiore de collocando in ea Vrbe Collegio. Cuius profectò principia si repetere velimus altius, ab ipso ducta reperiemus Ignatio. Qui cum olim Parisijs de Sociorum, Medicorumque consilio discessisset in patriam, & confirmata iam valetudine Pompeiopolim, Toletum, aliasque Hispaniæ vrbes ad Sociorum conficienda negotia, ut supra demonstratum est, peragrasset, tandem Valentiam venit, ut in Italiam solueret. Qua in Vrbe dum nauigium opperitur, Castrum quendam Carthusianum, Lutetiæ sibi peramicum, suarumque virtutum spectatorem offendit. Qui tam felici gratulatus occurfu, Ignatium ad primarium Patrium, sibi familiarem (is erat Martinus Petrus de Almacano, vir non minore in Deum pietate, quam generis nobilitate clarus) adducit. Apud hunc dies aliquot diuersatus, quotidianis sanctitatis exemplis, perpetuoque tenore vitæ, breui suarum laudum præconem, hospitem ipsum habuit. Cuius vox, patrocinate iam fama, magnos ad beatum Virum concursus hominū excitauit, præparatisque opinione ipsa iam animis sanctus Pater assidua rerum cœlestium tractatione, dicendi que ardore, sic profuit, ut & multis salutis initium fuerit, & suæ familiæ semen Valentiam reliquerit. Hinc nimirum fundatæ iam Societati tam faciles aditus: hinc Valentinorum ciuium ad expetendam, complectendamque Coloniam tanta propensio. Araozius autem Valentiam ad Martij moratus Idus, Gandiam postea salutandi Ducis gratia Francisci Borgiæ contendit. Hic quoque Dei Verbum instituto suo, moreque prædicat, & quam nunc libenter à Duce recipitur, tam mox ægrè dimittitur. Detulit ei suam Dux operam, studiumque ad promouendam rem Valentini Collegij, partemque sibi in eo instituendo & construendo depoposcit. Cui Araozius, actis, ut par erat, gratijs, ne liberalem animum aspernari videretur, rem dixit ab Ignatio Mironi mandatam: hunc Valentiam propediem affuturum, & hunc potissimum consulendum. Fuerat etiam in animo Duci vnum aliquem de Societate à Pontifice Maximo postulare, qui filios Agarenorum, quorum in sua ditione magna vis erat, Christianis moribus informaret, & ad religionis cultum sanctius erudiret. Verum postea re diligentius agitata præstantius duxit Gandiæ collegium, vnde in omnem illam vineam naui cultores existerent, excitare, quàm per vnum, aut alterum hominem vni tantum parti, membrove consulere. Rebus ita cum Duce, Ciuitateque Valentina transactis, coeptum Araozius iter prosequitur, magno vbique sui desiderio relicto quacunque transibat, Madriti præsertim: vbi Maria, & Ioanna Caroli filijs postulantibus, verba fecit. Interim Iacobus Miro acceptis Ignatij literis Valentiam discedebat, tres secum socios ducens Franciscum Roias Castellanum iam Sacerdotem, Antonium Monim Lusitanum, & Iacobum Romanum.

116
Iacobus
Miro Co-
nimbrica
Valentiã
ad incho-
andũ Col-
legium
migrat.

Ignatius

Ignatius vero quatuor alios ab Vrbe misit, Petrum Canalem, & Ioannem Guttam Gallos, duosque præterea Italos, Iacobum quendam Bononiensem, & Iacobum Mariam. Hi cum Valentiam attigissent, omnes à Petro Domeneco Patre Hieronymi, ceterisq; primarijs ciuibus festa gratulatione recipiuntur, quibus & domus illa, quam ad eam rem Araozio designauerant, assignatur ampla satis, & Collegij peropportuna primordijs, nec ignobili Vrbs loco, publicoq; coniuncta Gymnasio. Iam nobili illa in Academia leuiori Sophistarum doctrina, quæ ad eam vsq; ætatem vigerat, explosa, probi tam scientiæ Diuinæ Magistri, quam ceteris tradendis artibus præerant, qui germanam docendi rationem ex Parisiensi formula, ac disciplina tenerent. At Miro cum in studiorum ferias, quæ repeti nisi ad B. Lucæ natalitia non erat mos, eius incidisset aduentus; tantum cœpit temporis in animorum conferre salutem, quantum feriæ illæ literariæ concedebant. Quo in munere ea Ciuitatis approbatione, plausuq; versatus est, vt illa indies magis Societatis lætaretur ingressu, & spem præberet vberiore perficiendi Collegij. Instauratis literarum studijs, quia Theologiæ curriculum Miro, Artium reliqui tres erant ingressi, hanc consulendi animis inière rationem, vt Sabbatum, diemq; Domini, quos feriatos, & inanes habebant, rebus diuinis procurandis, animisq; tuendis, reliquum vero hebdomadæ literarum contentioni dicarent. Atq; hæc temperatione ad menses aliquot, dum neutrum studium negligunt, salutariter vsi sunt. Eadem ferme inira ratio in Complutensis Collegij primordijs. Quorum, vt significatum est, autor Francisci Villanouæ pietas fuit, cum in tota vita, tum in sermone præcipue: quibus ille rebus adeo sibi ex ea Academia optimum quenq; deuinxerat, vt de Societatis inchoando Collegio summa consensione decreuerint. Eius rei causa mittuntur nonnulli Conimbrica: qui cum Villanoua eadem in domo de aliena benignitate victitantes, vna eademque opera, & Collegij statuendis initijs, & literarum disciplinæ vacabant, pari omnes integritate vitæ, pari laboris industria. Nec tamen animorum deferebantur obsequia, concurrente vndiq; ad exempla virtutum magna hominum multitudine, quorum multi, aut vitæ genus in Cœnobijs cum perfectione mutabant, aut in medijs hominibus saltem mores. Ex ea disciplina prodijt F. Iacobus de Yepes, qui Societatem ille quidem in animo initio habebat, sed occasione quadã postea S. Hieronymi instituta suscepit, vbi & virtute, & prudentia, & literis ita præstitit, vt eum dignum Rex Philippus secundus existimarit, quem ad suas Confessiones adhiberet, & postea iunior Philippus Episcopum Turiasonenlis Vrbs, Pontifice annuente, crearit. Tres etiam Societati obulère sese, suoq; ad id exemplo alios quosdam ex Academicis perpulerunt, reclamantibus Principibus viris, & rei insolentiam non ferentibus. Verum Deus (vt est eius consuetudo, infirmissima adminicula deligendi) multos abundantes doctrina, indoctum per hominem Villanouam, perque Ignatij discipulum, qui ipsum septendecim ante annis, Ignatium minus audierant, veram edocere sapientiam gaudebat.

In Lusitania vero ipsa Simon Rodericius, Valentiam, Complutumq; quos Ignatius imperauerat, missis, & ijs, quos dixi, Louanienlibus, in patrium cælum remissis, sexaginta Conimbricæ Socios habebat, designato ijs Martino Sancti crucio Mironis loco Rectore. Hos, quo magis ex instituto, & discendi contentione proficerent, & exercitatione virtutis, sapienter, vt ei diuinus suggererat spiritus, vt ex Ignatij eliciebat epistolis, certis legibus, præceptisq; muniuit. Deus, qui dat incrementa, continentem rigantium adiuuabat industriã, vt verbis exequi nõ satis queas, quotidianos nouæ familiæ, cum in omni varietate virtutum, tum in sui despicientia, & abnegatione progressus. Exemplo fratres suos Simon magis, quam sermonibus incitabat, & quam in ceteris adamabat religiosi ordinis disciplinam, eam ipse vita, & moribus exprimebat; nec Conimbrica prius extulit pedem, quam vt suis spectaret oculis præscriptarum legum in vnoquoq; custodiam. Adiuumento ad hanc præclaram institutionem non mediocri fuerunt Andreas Ouedus, & Ioannes Aragonius multis, & illustribus documentis cum ceterarum virtutum, tum canonicæ disciplinæ, vt in recentissimi cuiusq; pectus horum spiritus redundaret. Nam de Francisco Strada, cuius iam concionum fama, atq; virtutum domesticorum animos occupauerat, cõmemorare quid attinet? Qui cum Conimbricã longo ex itinere peruenisset, in ipso pene aduētu ad abiectionissima munera tanquã ad splendidissimas epulas inuitatur. Quæ is non minore caritate,

127

Datur opera Valentia, & studijs animarum, & literarum.

128

Eadem sic Compluti sub Francisco Villanoua.

129

Secundus Rector Conimbricæ Martinus Sancti crucis Sociam sexaginta.

130

Exemplo sunt Socijs Conimbricæ Andream Ouedus, Io. Aragonium, Franciscum Strada.

atq; alacritate, quam sunt à caris oblata fratribus, obeunda suscepit: vt ea in re Ignatij discipulū posses agnoscere, nec tibi fidem desiderares aurium, vt famæ celebritati concederes, vbi præsentis virtutis testis esset oculus, & aspectus. Ab hoc humilitatis aditu Strada Societatis res vehementer domi, forisq; prouexit. Nec dum ab itinere respirarat, cum à Simone iussus per omnem Quadragesimam festis, Dominicisq; diebus binas in die conciones instituit. Et quanquā egregij concionatores in tam nobili ciuitate non deerant, ea tamen nouo homine degustato ad eū frequens accurrat: vt cum ædes nō caperet vniuersos, aduocanda deinceps concio fuerit in Aula regiam. Fructus porro omni expectatione superior, emendatio morū, vulgi benevolentia, nobilitatis de Societate iudicia sancta. Academicorū præda, quorū se vndecim Societati dederē.

132
Aggregati ad Societatem
1. m. Fran-
ciscus Vei-
ra, lo. Co-
mon, Fran-
ciscus Ve-
trius, Mi-
chael Bot-
rellus, An-
tonius Mo-
nia, Cōsul-
nus Va-
rius, lo.
Diētius,
Georgius
Serranus,
Emmanuel
el Nobre-
ga

Franciscus in his Veira, qui diē extremū in India clauit, & Ioannes Gouea, Franciscus Petrius, & Michael Botellus, Antonius Monis Phæbi frater Regij cubicularij, quem Valentia cū Mironē profectū supra demonstrauius, & Cōsaluus Vazius de Mello, qui Lusitaniæ prouinciæ custos, ac Præpositus obiit. Horū deinde exēpla secuti sunt Ioannes Dictius Flander, & Georgius Serranus, qui itē fuit huius Prouinciæ moderator, ac Præses; & non ita longe post Emmanuel Nobrega Sacerdos, Regij Cancellarij ex fratre nepos, quē & spectata virtus, & Pontificij iuris prudentia cōmendabat; qui primus Brasiliam Prouinciā rexit: sed flagitantiū tantus numerus fuit, vt lectissimus quisq; dumtaxat aggregaretur: nempe, quem vel eruditio non vulgaris, vel eximia aliqua, & præstans in doles cōmendaret. Itaq; Simon, qui prius ex Italia, & Gallia Sociorum requirebat auxilia, postea rogauit Ignatium finem mittendi faceret: tanta erat & ineuntiū Societatem vbertas, & affectantiū. Qui postquam familiam suam Conimbricensem domesticę disciplinæ præsidio circumseptam ad omnem sanctitatis laudem, & generosæ victoriæ sui ipsius exacuisset, media circiter Quadragesima Olisipponem se contulit. Hic non tam secundis rebus præclaros progressus remorante Satana, quam ferendis aduersis, & primi illius tēporis subeunda procella Societatem admodum illustrauit à Ferdinando quodam licentiate, quod eius fratrem veluti otij domestici perturbatorem exegerat è Conimbricensi Collegio, petulantè conuicijs lacessitus, manibusq; per summam contumeliam diuexarus. Nihil tamen inter hæc Simone tranquillius, qui cum vlcisci conuiciatorē, qua valebat apud Principes gratia, percussoremq; facile posset, tamen & suæ professionis, & sui memor officij maluit vltro supplicium deprecari. Sed à iustissimo Rege, quanquam supplicij lenitatem exorauit, impunitatem tamen omnem impetrare non potuit. Nam & hunc & fratrem, quem contra Simonem multa edidisse cognorat, mulctat exilio, totoq; suo Regno pellit. Porro non solum apud multos passim in familiari sermone, sed libellis etiam scriptis, quos & ad Regem ipsum, & ad Henricum Inquisitorem Catholicæ veritatis, & ad Nuncium Apostolicum dedere ipsa Societatis fundamenta subruere conati erant. Omnes fere immunitates, & iura ab Apostolica Sede ei concessa fictis mendacijs cōuellebant, & infirmabant. Docebant falso à Simone iactari Societatem vnus Apostolicæ Sedis potestati subijci, sed omnino ordinarijs Episcopis: vt corrigi ab ijs, & quibus vellent obligari legibus posset. Societate in Lusitania nulla canonum disciplina, nullis certis legibus contineri, sed vnus Simonis arbitrio cūcta regi: qui nisi paucorum gratia, aut etiam imperitorum plausibus niteretur, desereretur à suis, oppugneretur ab exteris. Insimulabant etiam hominem cōtumaciæ, qui contra diploma Pontificis Maximi reuulsis numeri definiti cancellis Societate plusquam sexaginta Sodalibus auxisset. Hæc & his affinia, vt erant excogitata leuiter, & malitiose conficta, ita breui, sua sponte videlicet conciderunt. Nam & binis Sedis Apostolicæ literis, quibus Societatis instituta fanciuntur, exhibitis; & deinde recenti diplomate, quo Societate ipsam Pontifex Maximus priuilegijs ornat amplissimis, in apertum, lucemq; prolato, tota vrbe perspecta magis Societas est, & Simon ipse tanto clarior apud omnes effectus, quanto in vtraque fortuna inuentus est fuisse constantior.

133
Simon &
Societas ex
agitatur,
inde il-
lustratur.

Accesserat interim Conimbricam Araozius adolescente iam vere, & noua, quam inspexerat, Societate lætatus, dedit ad Ignatium literas de eius felicibus incrementis, de disciplinæ religiose ratione, de quotidianis studiorum progressibus, de Academicorum nobili, frequentique conuentu. Deinde Sociorum quinque, quos ex Italia deduxerat adiuncto manipulo, cum &

134
Araozius
Conimbricam
per
uenit.

prua-

privatis cohortationibus, exemploque domesticos, & publicis concionibus incendisset externos, inde Almetinum, quo se Rex cum Curia receperat, est profectus. Eius exhilarati conspectu Rex, & Regina permulta ex eo de Societate cupidius adeo iam late dispersa sciscitanti cognoscunt. Eorumque rogatu Almerini primum, deinde Olisippone, Eboræque, & vbiunque Rex ageret, publicos sermones instituit, mutua sane gratulatione & concionantis, & concionis. Erat enim quod Deo mirifice gratularetur Araozius, cum & Regiæ curiæ ordinem, ac disciplinam, & propensam Lusitanorum in Societatem voluntatem pari veneratione coniunctam intueretur. Cuius vbiq; aures de vijs publicis cum varia Oppida permearet, secundis populorum admurmurationibus, quæ sine rubore audiri non poterant, personabant, modo de se, modo de suis socijs, veluti priscis illis Apostolis, Apostolorumque; Vicarijs. Eadem Regis erant de Societate iudicia, qui Simonem ægrotantem, vt primum se contulit Almerinum, non alienum duxit Maiestate sua, vnâ cum Principe filio, Episcopisque nonnullis inuisere. Nec ita mox Eboræ, cum per æstiuas Gymnasij ferias, illac quidam è Conimbricensis Collegij socijs ad eadem B. Mariæ ad aquas Lupias, Societatis more peregrinarentur, Rex eo, quo incedebant, habitu ad sese clementer admisit, & ad constantiam susceptæ mentis peramicis, & tempestiuus monitis excitauit; sique illac præterea iter peregrinantes haberent, iussit ad se omnes adduci, eorum conspectu quali Pater indulgentissimus gaudens. Erat inter eos is, cuius supra facta est mentio, Olisipponeus Prætoris filius Rodericus Menesius è Regijs olim pueris, præstanti ingenio, atque memoria adolescens, qui vel integras aliorum conciones reddebat ad verbum, literisque mandabat, germanus frater nobilis Virginis ex honorarijs Regiæ pedisse quis. Hunc Soror vt pânosum aspexit, ac squallidum sine lacerna, sine liberali viatoris amictu, dedecus id suum interpretata, eiulare muliebriter cœpit, & discruciare se ipsa. Tantum aberat à vera re: neque eiuscemodi squallorem Christianæ nobilitati probro, sed decori, atque ornamento esse. Ceterum Rodericus cuncto itinere non modo constantiam excellentem, sed etiam paupertatis amorem exercuit, non vt interdû sit rerum toleranda penuria, sed copia recusanda. Namque Mater eius subodorata profectioñe, homines disposuerat, qui equis, ceteroque; suppeditando comœatu peregrinum commode ducerent, vel forte abducerent, alijs interiectis, qui tanquam fortuito facti obuiam mendicanti stipem luculentam ingererent. Sed non minus fuit sagax Rodericus in præsentendis cognatorum artibus, & cauendis; qui tanquam ipsam iam sibi Euâgelicam paupertatē adoptasset in Matrem, vbiq; salubrem eius duritiam Matris terrenæ blanditijs prætulit. Hoc prospero rerum statu ipsis Bartholomæi Apostoli Natalitijs Faber Olisippone appulit: inde Eboram, vbi tunc Aula versabatur, profectus, paucis diebus ita se Regi probauit, vt Rex nō amplius mittere in Castellā, sed apud se retinere decerneret. Excurrit Pater subinde Conimbricā, & inde reuersus, aduentante autumno, decidit in morbum, vnde iustior iam moræ causa homini nata: vt cum regio cōsilio videretur mens etiā conspirasse diuina. Dum Conimbricæ fuit Ioannem Nunnium in Societatem adlegit. Sacerdos is, ideaque Abbas erat, multa prudentia præditus, ad pietatemque longe propensior: qui iam inde à principio ita sibi persuaserat, & in animum induxerat salutem sibi esse in vnus orationis studio, eoque potissimum vitæ genere, quæ contemplatione alitur, collocandam. Præerat Ecclesiæ cuidam non admodum frequenti procul ab Vrbe Bracara passuum mille fere duodecim, loco (vt ei videbatur) ad suæ vitæ rationes apposito. Hic quotidie quinas, senasve orationi tribuebat horas. Multus erat in afflictando corpore: quotidiano etiam Missæ sacro, audiendisque; confessionibus operâ dabat: & gregem suum diuino pascebat verbo, & salutari colloquio: vt iam vulgo factus Abbas appellaretur. Ipse tamen nequaquam sibi faciebat satis: quod Sacerdotij vctigalibus vteretur, suoque; viveret arbitrato, multum existimans ad perfectum sui holocaustum deesse. Inter hos ad meliora vocantis Dei instinctus Melchior eius frater pridem in Societatem admissus. Compostellam ad sancti Iacobi cū peregrinaretur, illac consulto transijt fratris animū tētaturus, possit nec ne de Societatis institutis edoctus, ad eandem & ipse vitam allici. Ille vero etsi de Societate ipsa sentire optime visus est; tamen quoniam ea susceptis vitæ rationibus, quietique propo-

135
Adit Re-
gem, & cō-
sionatur.

136
Regis, ac
Regina in
Societate
voluntas.

137
Roderici
Menesii a-
mor sanctæ
paupertatis.

138
Faber Oli-
sippo rem-
ferunt:
a vocat.

139
Vocatio
regis ad
Societate
Nunnij
qui dein
fuit. E. his
pia Patri.
archa.

litæ aduersaretur, vt quæ non sola mentis agitatione contenta in ipsa quoque verferetur actione, studiorum, institutorumque dissimilitudinem excusauit. Ita dimissus Melchior, neutiquam ob irritum primum conatum, spem curamque fratris, quod vellent, demum trahendi deposuit. Cum igitur Fabrum præclara sanctitatis fama in Lusitaniam præcurrisset, hortatur Abbatem per literas, vt Conimbricam ne grauetur accedere: inspecturus rationem viuendi sociorum, deque suæ vitæ genere communicaturus cum Petro Fabro primo Sociorum Ignatij, Viroque plane insignibus à Deo donis ornato, qui propediem ex Germania expectabatur. His literis ad priores stimulos, quibus à sancto Spiritu dies, noctesque compungebatur, additis, Ioannes certum sacrificiorum fecit numerum, totum se Dei voluntati permittens, enixaque rogans, vt significare, quod sibi futurum esset vitæ genus gratissimum, vellent. Audijt sinceri animi preces clementissimus Dominus, & aperte reuelauit suæ esse voluntatis, vt Conimbricæ se conferret: à Fabro sibi quod sequendum foret ostensum iri, ipsumque in eodẽ viso Fabrum ostendit. Id quemadmodum factum sit Melchior eius frater, qui cetera scripsit, non tradit: sed (vt alij prodiderunt) videre sibi visus est per quietem Sacerdotẽ in sacrosancta Liturgia sacrificantẽ, se vero ministrantẽ: cumque ad pacis osculum, quæ de illius Ecclesiæ more sacris operanti porrigitur, ventum esset, Sacerdotẽ ex dextero porrectam latere recusasse, inuentem sibi pacem ex læuo porrigi: illum verò ex dextero, vt mos ferebat, perseuerasse, vicissimque è sinistro presbyterum: cumque ea de re longior esset altercatio, Ioannem somno esse solutum, & intellexisse Sacerdotem sibi requirendum, qui esset ostensus, & ab eo pacem Domini, vt ille interpretaretur, sumendam. Hæc vbi statuisset, tamen ad certius explorandam Dei voluntatẽ ad Angelorum confugisse Reginam, certo ei sacrificiorum dicato numero, atque Matrem clementissimam videndam ei se præbuisse cum eodẽ Sacerdote ad latus, quem sacrificantem ille conspexerat, ac monuisse, iret Conimbricam, & in Collegio famulum illum suum præstolaretur: ex ipso cogniturum quid à se Dei voluntas exigeret. Nec segnis ad imperiũ Ioannes fuit. Habitu pauperis assumpto Conimbricam pergit, ac velut hospes in Collegio ad quadraginta dies versatur assiduas inter luctantis animi angustias: veritus ne si Marthæ negotijs dato in Societatẽ nomine, nimium premeretur, sancti otij, cui iam insueuerat, dulcedine priuaretur: certisque dimissis sequeretur incerta. En tandem Faber, cuius vt os aspexit, plane simulacrum sibi ante ostensum agnoscens, animum illi suum penitus patefecit: ac genus, quod tenebat vitæ, & varias spirituum commotiones. Cui Pater, postquam cuncta diligenter audierat, Vnum hic ego, inquit, monebo, ne in supremi iudicij die queraris tibi non factis explicatum fuisse. Posthac in tuo secessu, vsuque contemplationis nequaquam tu pristinam pacem animi, & dulcedinẽ experiere. Dum enim illud vitæ gen⁹ sequebare, quod acceptissimum Deo putabas, is tibi fideliter obsequenti cælestium consolationũ copiam large suppeditabat; verum cū iam noueris multo perfectius vitæ genus institui posse; quo in sancta paupertate, atque obedientia temetipsum illi in sacrificiũ mactes, tuamque operam non ad exigui vnus populi, sed ad omnium mortaliũ salutem ex obedientie nutu deriuas, plurimas hauriens ærumnas, inter ipsius vitæ versans discrimina ad gloriam eius maiorem; hinc iam tibi neutiquam cõsuetata aderit in otio tuo tranquillitas: sed assidui peruellent animum aculei, quod declines ærumnas, & Crucem, & vestigia deseras Saluatoris, esca tui commodi, ac priuata quietis illectus. Hac Fabri oratione tanquam diuino oraculo ictus, repente abiicit se eius ad pedes, paratumque offert ad nutum. At Faber, sustine, inquit, consilium in præsentia: surge, vt moris tui est, mediam sub noctem ad preces; totumque te Numini Diuino tradens prouoca Dæmonem, vt, si quid postinam Societatẽ facturum tibi negotij est, faciat in præsens; & cuncta suæ prauitatis tentamenta expomat. Orta dein luce sacrosanctum fac sacrificium, coramque Domino de instituenda vita delibera, & id sequere, quod eo loco decreueris. Cum paruisset, inque prouocando Dæmone, haud parua ex lucta superior euasisset, inque oratione, & sacrificio egregijs Diuinæ clementiæ recreatus esset pignoribus, in Societatẽ receptus est, & statim humilibus exerceri cœptus officijs: quæ tanta administrabat alacritate, rebus in omnibus ita dicto audiens erat Præsidium, vt affirmaret Faber ex ijs, qui iam vitæ spirituali insueuissent, neminem à se perspectum, qui tam facile alieno arbitratu fingi, se cunctis se sineret. Is haud ita longe post (vt suo loco

natura-

narrabitur, *Aethiopiae* creatus est Patriarcha, magnisque ad extremum virtutum meritis clarus consentaneum his inijs vitæ exitum in India Goæ habuit. Calebat tum Xauerius in India, & re Christiana in Commorino bene constituta inter anni superioris extrema, & consequentis initia Goam ad transigenda graua pro religione negotia Indiæ cum Prætorè, reuertit. Deduxit secum adolescentes aliquot è nobilitate præcipua, instituendos in eo, quod diximus, contubernio, magna iam ex parte constructo. Et quoniam præclara iam fama rerum à Xauerio gestarum Goam præuolauerat, reditus nimirum eius maxima omnium gratulatione celebratus est. Hic persolutis Episcopo, Prætorique debitæ salutationis officijs, cum ad diuersandum in valetudinarium, & pauperum hospitium se de more reciperet; inuitus in contubernium illud Præsule iubente traducitur: nec prius Goa discessit, quam illius iuuentutis instituendæ formam, legesque præscriberet. Postea, quæ in rem Christianam à Prætorè postulauerat, impetratis; reuertitur in Oram Piscariam, Mansillam iam Sacerdotio præditum reducens, ac tribus comitibus item Sacerdotibus, quorum industria sollicitudines suas releuaret, adhibitis; non ex eadem illis quidem Societate, sed tamen eiusmodi, vt non inuiti operam ei suam ad animarum lucra conferrent. Cum his prouinciam partitus, quanquam in ijs omnibus, qui ad Christi partes transibant, instituendis elaborabat, plus tamen laboris, ac curæ in imbucendos, ac consignandos infantes, ne vitam prius amitterent, quam innocentiam recuperarent, insumpsit: id quod Mansillæ sollicitus, anxiusque, & ceterorum Sacerdotum auribus inculcabat. Porro Neophytorum animos ita curabat, vt eorum corpora, cum res posceret, non desereret. Nec caruit illustri Dei prouidentia celeris eius in Commorinum reuersio. Nam cum Badagæ populi, fera tum gens, & immanis, Oræ Piscariæ finitimi, seu prædæ cupiditate, seu odio religionis accensi, totam illam regionem depopulando peruaderent, Christiani subita incurfione perterriti, relictis extemplo vicis in maritimos scopulos modico interuallo diffugerant, haud dubie fame, siti, æstu, ceterisque vitæ incommodis perituri, nisi calamitosæ fugæ Xauerius vicinis confestim ætuarijs omni com meatu refertis, & peccunia à Magistratibus corrogata, misericors occurrisset. Eodem caritatis ardore frangere eorum cupiditatem, atque insolentiam aggressus, qui Piscariæ præerant, superboque Neophytis imperabant, cum proficeret nihil, implorandam sibi Prætoris dexteram tum Cocini degentis, existimauit. Eoque tum se potissimum contulit, cum iam prosperos rei Christianæ speraret euentus, & vberem suæ industriæ messem alacer meteret; trigintaque partim vicos, partim Oppida probe iam culta, & instituta relinqueret. Atque vt ex vno eodemque itinere duplicata lucra referret, nauigatione relicta, per Trauancoris Oram terrestri cursu contendit. Est enim Trauancor in Commorini Promontorij latere occiduo tractus maritimus, circiter octoginta millibus passuum longitudine ab Coulano Oppido ad Cuneum summum, vnde Promontorium diximus in Oram Piscariam flecti. Itaque ex Ora Piscaria, quæ Orientali iacet in Promontorij latere, ad Occiduum transeuntes Trauancor excipit. Hinc Malabarica plaga pari, ac Trauancor, longitudine Septentrionem versus Cocinum vsque succedit, Cocinoque demum Goam leucarum centum tractus ascendit. Trauancor vicis ferme triginta distinguitur. Incolæ sunt piscatores partim Ethnici, quos Machoas appellant, partim Saraceni, Xauerio vehementer infensi, quod Parauas accolæ traduxisset ad Christum. Xauerius tamen eorum contemptis iris, & animarum prædæ nihilominus inhians, vel dissuadentibus amicis infestissimam Christiano nomini regionem audacter ingreditur. Hic lóge alia offendit omnia, atque inanis hominum trepidatio depingebat: non tamen diuinæ aliena fiduciæ, qua pectus suum munire, & confirmare didicerat. Sensit ob eundis passim vicis mētes hominum molliores, nec abhorrentes ab euangelica disciplina: vt vel hinc se intellexisse fateretur, & quam sit Deo, in Dei causa, sine hæsitatione fidendum, & quam non extimescendi terrores hominū. Vir excelsi animi, atq; consilij periclitatis prius animis Barbarorum, ad eorum non dubitauit adire Tyrannum, & eum sibi blandis primum conciliare colloquijs, sensimq; monita insinuare salutis; deinde patriam dissuadere superstitionē, in qua plus veneni delitesceret, quam salutis, & cultum veri Numinis suadere, in quo salus hominum sita esset. Quod si fixum, ac certum ei esset, religionis cultum nulla ratione mutare, saltē eius mutandæ potestatem edicto faceret ijs omnibus, quibus præerat. Id à Rege cum Xauerius extorsisset

141

Rat India.
Xauerius
recurris
Goam.

142

Redit in
Comorinū
cum adiu-
toribus E-
uangelij.

143

Succurrit
Christianis,
qui vexabantur
ab Ethnicis.
Et ab
auiaris praesentibus.

144

Transit in
Oram Trauancoris.

145

Impetrat
à Rege
Ethnico
potestatem
populis ad
Christi sa-
cra mi-
grandi.

146

Plurimos
Christo
paris.

inopinato gratulatus euentu totam illam regionem auido pede percurrit tam diuite animarum præda, vt hominum plus decem millia mense vertente salutis aqua perfuderit. Cuius laboris magnitudinem vnus ipse propemodum sustinebat, sed iucunditate animi tanta, vt eam nec stylo se posse consequi (cum ad Ignatium scriberet) confirmaret, nec oratione complecti: quæ quidem tanto erat optanda magis, quanto res inter aduersas probabatur esse solidior. Nam & hic pro grege fuit cum efferatis Badagis non sine capitis periculo dimicandum. Qui dum Trauancoris ingressi fines, Neophytorum vicum vbi tum Xauerius erat, irrumpunt, ingens repente clamor ab incolis tollitur, puerorum, fœminarumque ploratus. Quo Sacerdos misericors excitatus suo neglecto capite in confertissimos barbaros sese iniicit, fide non ferro protectus: furensq; adeo vultu ipso, verboque conterruit, vt illi tantæ constantiæ obstupescerent miraculo, partim metu, partim pudore perfusi, sponte diffugerent. Hoc memorabile Xauerij facinus pietate plenissimum, non minorem ei tota illa regione gratiam, quam opinionem, famamque comparauit, vt vulgo magni Patris vocabulum reportarit, & Rex ipse toto suo regno cunctis edixerit, vt magno Patri, perinde, ac tibi cunctis in rebus obtemperarent. Itaque prodeuntem in late patentes cum pos verba de Regno cœli facturum ex diuersis vicis cateruæ ad quina, vel sena millia sequebantur, & odore sanctitatis illectæ, & suauitate doctrinæ. Cumque opportunitatem suggesti, humilis camporum planities, & solitudo negarent non alienum ducebat suæ esse personæ, ac dignitatis occurfantium cacumina arborum, vnde diuina semina longe, lateque iactaret, ascendere, tanto in suis mox fœcundiora segetibus, quanto & solertioribus essent excussa manibus, & terræ sinu auidiore concepta. Hunc in modum totam illam regionem sine defatigatione pererrans, & Christi iugo submittens, curauit certis erigenda locis sacella viginti: ne aut sub arborum opacitate, vt ante fieri cōsueuerat, aut nūtrico sub linteo, carbasisque præsentis peragerentur Diuina mysteria. Eandem hic & Baptismo expiandi rationem, & Neophytos instituendi formam (quam in Ora Piscaria vel per se, vel per idoneos viros singulis solebat in Pagis) perpetuo tenuit. Nec minora in hac, quam in illa Ora contra inanes, & commentitios Deos odia reperit incolarum: vt, & disturbatio ignominiosa sanorum, & simulacrorum declarabat euersio, Adeo vt nullum ei spectaculum lætius, iucundiusque quam cum à suis cultoribus impura illa euerterentur Idola: & probrosa illa Numina protrita, ac conculcata, ludibria fierent puerilis ætatis. Manareses Insulæ finitimæ populi noua hac Parauarum, Machoarumque pietate permoti, supplices & ipsi Patrem per internuntios ad suum euocauere Baptismum. Pater autem ne ab alijs pro animarum salute negotijs, grauissimisque Dei causis abduceretur, Sacerdotem operæ suæ Vicarium ad eos legat. Qui cum iam plurimos piaculari tinxisset aqua, Iafanapatanius Ceilanæ terræ Tyrannus, cuius in ditione Manarensis erat Insula, Idolis suis ad amentiam addictus, immissa in nouellum Christi gregem militum manu, miserabiles edidit strages. Sexcentorum cædes illa fuit Patino in Pago, qui tum in India perobscurus, nunc incolarum Martyrio nobilis, Pagus Martyrum appellatur. Hæc Tyranni sæuitia Xauerium impulit, vt sine cunctatione Cocinum peteret, Prætorianam opem teneræ illi imploraturus Ecclesiæ. Quo ex Oppido datis ad Mansillam literis, iubet eum confestim ex Ora Piscaria in Trauancoris Regna migrare, ad gregis ab se relictæ custodiam: & ex itinere Macueum Commorini Oppidum, quod rogatus ipse per negotia grauiora non potuit, sacro fonte lustrare. Cocini igitur Michaelem Vazium Vicarium Episcopi generalem conuenit, hominemque Diuinæ gloriæ sua sponte percupidum impulit, vt coram ad edocendum Regem in Lusitaniam renauigare non dubitaret. Praua omnino apud Indos, & perniciofa vigeant instituta, quibus acriter occurrendum fuit. Goæ Brachmanis fauebatur. Dæmonum simulacra multis locis colebatur impune. Neophyti tota in Ora Piscaria Regijs ab Ministris opprimebantur. Cocinensis Rex, quanquam cum Lusitanis amicitia fœdere copulatus, bona omnium, qui baptismum susceperat, proscriberebat: quæ res multos à Baptismate deterrebat. Quibus rebus & ex Michaelis coram, & è Xauerij literis Rex cognitis, non solum animum adiecit, vt operas quamplurimas, & lectissimas in Indiam mitteret, sed etiam grauissimis literis Prætori madauit, vt toto agro Goensi impura Dæmonum signa, nec publice, nec priuatim vlla ratione permitteret, & in quos tantæ impietatis vel tenuissima suspicio caderet, in eos grauitur

147

Maximo animo infersit se in periculum, ut Neophytos tuatur.

148

Magnus Pater, si cognomen sit.

149

Concionatur in late parentibus campis ex arboribus

150

Excitatur Sacellum finis.

151

In Insula Manaria sexcentis Christiani ab Esbni eo Rege occiduntur. pro reliquis Xauerium elaborat.

152

Mansilla in Trauancoris Ora mittit.

153

Multa ab Rege Lusitano pro Religione petrat.

grauiter, ac seuerè animaduèrteret. Itemque ne Brachmanum, Ethnicorumque solennia, festi- que dies agitentur; neque publica munera, quæ paulo ante mandari Ethnicis consueuerant, ijs in posterum mandarentur; sed ad honores, & Magistratus nouella deinceps Christi sobols vocaretur, quò & à ceteris Christi Religio susciperetur alacrius, & maiore vulgo haberetur in pretio. Similiter ne Mancipia Saracenis, ac Mauris ex Ethnicorum numero venderentur: quò facilius traducerentur ad Christum. Porro Tempia vero, æternoque Deo varijs locis extruerentur: Christianis in posterum parceretur, intactis eorum à Cocini Rege fortunis: ad quem etiam ea de causâ Rex ipse Lusitanus ardentès literas dedit. Quæ quidem omnia, & id genus alia facile impetrarat ab eo Xauerius, sed in exhauriendis Regijs mandatis Ministrorum desiderata se- dulitas est. Tanto rei Christianæ emolumento Xauerius Cocini ex itinere factò ad Prætorem, qui Cambaiam versus tendebat, euolans Iafanapatanijs Regis in Manarenfes crudelitatem ex- posuit. Sosa audita tot innocentium cæde, sic in Tyrannum exarsit; vt efferuescentis iræ flamma mulcenda Xauerio fuerit. Opportune per eos dies ad eundem Prætorem Iafanapatanijs Regis germanus frater Regni hæres, fraternæ crudelitatis metu confugerat, vltro, serioque pollicitus, si Lusitanis armis in Regnum suum restitueretur, cum Regni se Proceribus Christianum fore. Quo promisso Prætor adductus, iubet è vestigio ad Nagapatanum, Lusitanorum in Ora Pisca- ria Oppidum, quod contra Iafanapataniam situm est, validam ornari classem, vt Tyranni frater, si Christiana sacra susciperet, restitueretur in Regnum. Tyrannus vero ipse, tot innocen- sium carnifex, vel eodem sæuitiæ iugularetur exemplo, vel ad Xauerij mulctaretur arbitrium. Sed rem totam vt opportuniore loco commemorabitur, casus inopinatus euertit.

(••)



HISTO.

HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Quintus.



I
Decem
Societatis
hoc tem-
pore domi-

cilia, Ro-
ma, Pata-
uij, Colo-
nia, Loua-
nij, Pari-
fis, Com-
plusi, Va-
lencia, Oli-
sippone, Co-
nimbricia,
Goa.

2
Cura B.
Ignatij in
delectu Ty-
ronum,
& sedibus
novis reci-
piendis.

3
Guiliel-
mus Postel-
lus ab So-
cietate a-
mandatur

RIEBATVR in eodem seculo annus quintus & quadagesimus, cum sedes, domosque decem in varijs Orbis terræ partibus constituta Societas incolebat. Proximè namque ad superiores domos accesserant in Hispania Complutensis, & Valentina, in Germania Colonienfis; quibus merito adnumeratur è suscepta iam dudum Seminarij procuratione Goënsis in India. Erant tamen adhuc sedes istæ sine suo censu, sine prouentu, nec præter Romanam, & Lulitanas, vlla erat ad diuturnitatem fundata, & constituta satis. Omnia quippe tum rudia, atque inchoata, vt rerum ferme ceterarum initia, sed tamen eiusmodi, vt tanquam in sementi futuræ messis vbertatem aspiceres. Quanquam autem alienis vbique subsidijs suam Societas mitigabat inopiã, tamen non idcirco sinum coarctabat suum, nec se petentibus denegabat. Verum curis suis in Deum, vnde erat suspensa, proiectis, quotquot illa Maiestas mitteret, admittebat: quorum eo maior in dies numerus erat, quo sincera eius in homines studia in dies magis celebrabantur: eaque de causa passim à populis, passim à Principibus expetebatur. Sed ne nimium secundo cursu naufragij aliquid faceret, caute omnia circumspiciens Ignatius, statuit apud animum suum duo sibi antiquissima semper fore: alterum, ne quempiam sine magno delectu Societate reciperet; alterum, ne quis in eam iam receptus ad animarum ante causas adhiberetur, quam multa, & magna suæ documenta virtutis, atque prudentiæ domi, forisque dedisset. Vsu quippe quotidiano reddebatur. Beatus Pater in tractanda Societate solertior, & Occumenico iam instante Concilio facile poterat admoneri, laborandum suæ esse familiæ de tuenda opinione iam parta, si & Concilij Patribus sua vellet instituta probari, & cunctæ simul Ecclesiæ, qualis hæc Societas esset, quibusque imbuta moribus, declarari. Hisce animi decretis, ac legibus ita parebat, vt cum multis ex partibus Dynastarum, ac Præsulum postulationibus vrgeretur, suorum potius paucitatem excusaret, quam vt in aliquod discrimen Societatis nomen, si temere annuisset, offerret. Cumque ex omni ætate complures Societatis ineundæ gratia concurrerent, is ita cuiusque naturam, atque indolem, vires, ac propensiones explorabat; ita vitam omnem, ac mores excutiebat, adhibito non domesticorum modo, verum etiam externorum, notorumque testimonio, vt neminem non ad id natum, ac prope factum in suum cœtum, numerumque conscriberet. Malebat quippe, quod crebris solebat vsurpare sermonibus, Societatem virtute præstare, quam numero: & re magis ipsa, quam nomine, cultuque distingui. Et quanquam studio ad eos maxime ferebatur, quorum iam cernebat haud exiguos in doctrina processus; tamen ad instantia Ecclesiæ tempora, non tam eos, qui doctrina, quam qui rerum vsu valerent, & in communi hominum cœtu gradu aliquo dignitatis excellerent, exigebat: quod horum breui in Societatem suus fructus extaret, & auctoritas ipsa iam parta plurimi momenti esset, siue ad grauiora gerenda negotia, siue ad agendum pro dignitate cum proximis, virisque Principibus. Quanquam id genus hominum B. Pater eo periclitabatur attentius, quo notabilior eorum in vtramque partem expectabatur euentus, qui si voto, expectationique minime responderent, non dubitabat eos, humanis iudicij, sermonibusque neglectis, de suo cœtu dimittere. Erat Gallus quidam, vt hoc de multis, egregiè literatus, ac doctus, Mathematicis præsertim literis, ac varietate linguarum Guilielmus Postellus,

stellus, qui non exigua in speciem etiam pietatis documenta præbens ad Tyrocinium admissus est: sed breui deprehendit Ignatius hominem non prophetico, vt ille opinabatur, afflatum spiritu, sed plane spiritu erroris inflatum. Itaque nullam contumacis doctrinæ, quæ cum sapientia vera pugnaret, rationem ducendam ratus, mature ab Societate Mathematicum ita secretauit, vt vsu, colloquioque eius vniuersos Socios interdiceret. Qui demum fertur ætate decrepita Catholicus obijisse Parisijs. Vt autem hunc Beatus Pater ex suo grege reiecit, sic alium longe ante probauit, & prius quam se ceteris aggregaret, ad suæ vitæ rationes maxime idoneum sentit. Hieronymus Natalis is erat, qui cum Parisijs primorum Patrum tempore versaretur, Miona optimo Sacerdote, beatique Ignatij magno admiratore, & confessorio, vti supra significatum est, qui deinde etiam in Societatem est coopertus, ad confessiones suas vti cepit. Quæ res & Lainio primum, & postea etiam Fabro facile persuasit, vt cum eo congregari ausi de ordianda perfectiore vita studiose agerent. Neuter tamen profecit aliquid, ne Miona quidem, qui cum studeret hominem ad Ignatij ductum, consuetudinemque pellicere, non tulit id sedate Natalis: præciseque negauit: & addidit. Cur tu Ignatianus non es, & esse me vis? Cum eo tamen nonnullum vsum habebat Ignatius, qui ne ad pietatem sua natura propensum, earumque partium negligeret virum, in ædem ab interpellatoribus liberam aliquando seduxit. Hic eo audiente longas sane literas, quas ad Nepotem suum in Hispaniam de rebus deserendis humanis, & via ingredienda salutis accurate perscripserat, recitat. Qua Natalis incitatus epistola, & ex altera parte diuinis oblectans impulsibus, Euangelij codicem profert, & ad Ignatium, en, inquit, quem ego sequar. Non enim te, qui quem exitum cum socijs tuis sis habiturus ignoro: & simul enolat è conspectu. Ex eo tempore diu ille nec Ignatium ipsum vidit, nec ex eius Sodalibus quenquam. Inde varia in loca digressus, duodequadragesimo eius seculi anno in maiorem Balearem in patriam redijt. Vbi ad initium anni quinti, & quadragesimi in summa iucundæ vitæ materia mœstissimus, & valetudine incertissima conседit: vt posset animaduertere se nequaquam in suo loco versari. Nec acres à Deo stimuli defuerunt, eius vt iniret, & perambularet itinere. Ac primo quidem incitamento fuit constans hominum prædicatio de sanctitate cuiusdam Virginis Elisabethæ, & quamdiu superstes fuit, & mox demortuæ. Cuius etiam vitam eo lectitauit ardore, vt ab ea lectione vniuersæ vitæ suæ maculas confessione deterferit. Nec minus ad incitandua virium habuit familiaris vsus cum Antonio quodam Anachoreta viro eius opinione sancto, qui cum antrum quoddam diu incoluisset, iam in cisterna arida morabatur. Eius sermonibus aegritudinem leniebat: eodem autem piæ precepcionis studio se totum dedit: in eoque dum perenni exercitatione se continet, subijt animum aggregare sibi quam fidissimos socios, quibuscum solum verteret, & vberiore disciplina percepta, comparataque in populares conciones diuite impellente, totus deinceps in subleuandis animis elaboraret. Agebatur ille tam tum Societatis spiritu, si testatissimam Dei vocem exaudire vellet. Sed nescio quo modo bonum nostrum stupidi non sentimus, nec ad Dei vocem aures faciles admouemus, nisi nostræ faucat, ardeatque sententiæ; perinde, ac si vox Dei humanis sit metienda iudicijs, non expendenda diuinis. Accerrimus omnium stimulus fuit Xauerianæ exemplar epistolæ ab amico missum: vbi post commemoratam ingentem inter Indos animorum mellem, de confirmata Societate ab Apostolica Sede Francicus plurimas Deo gratias agebat. Quod tum primum ad Natalis aures cum venisset, vehementer commotus percutit palma mentem exclamans. Hoc iam aliquid est. Nuncius quippe confirmatæ Societatis excitat illi memoriam illius quondam Parisini colloquij, quod cum Ignatio habuerat. Itaque tanquam postremis eius verbis exclamationem subiiciens, significabat, postquam summi Antistitis adesset autoritas, iam Ignatij res in exitum opinione sua longe meliorem euadere: & certi aliquid apparere, quod tuto sequi liceret. Quis hic non admiretur Dei sapientiam, rem Romæ in luce Christiani Orbis, ac prope domi gestam Natalis nunciantis ex India? Nimirum, vt tanti viri ad Societatem accessio præcipue deberetur Xauerio, qui tempore eodem haud multo minus nostrum hunc veterem mundum epistolis, ac rerum fama gestarum, quam nouum illum præsen-

4
Hieronymi Natalis Vocatio.

5
Postquam unus esse dicitur primis Patribus, sed noluit initio Ignatium sequi.

6
Incitatur epistola B. Xauerij ex India scripta.

7
*Venit Ro-
 mam. sece-
 dit ad ex-
 exercitia
 spiritua-
 lia.*

tia, ac labore demerebatur. Ergo Natalis nulla mora interposita Romam constituit petere, tum ut maiora sibi quæreret adiumenta doctrinæ, tum ut ex Ignatio peteret pie viuendi præcepta: & Sociorum interim paupertatem opportunis leuaret subsidijs. Nam commutandi vitæ generis nulla menserat. Consultus ea de re, cui plurimum tribuebat; Anachoreta, suauiter prorsus ne id iter vlla conditione omitteret. Itaque bona suorum venia, qui discessum eius grauiiter, ac moleste ferebant, eodem anno, Iulio ineunte discessit: inchoatoque Octobri se Romam contulit. Hic à Domeneco ad Ignatium adductus, pro voluntate cum Beato Viro sapius egit. Confirmato dein vsu de Lainio conqueri, & Domeneco cœpit, quod quædam ad exercitia spiritus trahere conarentur inuitum; quæ vtique non ignoraret, quantas haberent ad persuadendam Societatem vires, cui multis se nominibus minime idoneum, habilemque sentiret, ac protinus totam suam vitam aperuit. Quæ cum attente Beatus Pater audisset, suauiter, id modo respondit. Bene est, si Deus huc te vocarit, non deerit in quo recte, apteque labores. Proinde suis illerebus melius expensis, agitatique ad ea, quæ formidabat Exercitia se contulit; quod Ignatius pro se (vt idem ipse loquitur) preces ad Deum fecisset, iam omnia caduca fastidians, ac moræ omnis impatiens. Ac dedit operam prudens sancti Patris caritas, vt locus amœnus ad hominis ægrotudinem leniendam idoneus quæreretur. Hic duce Domeneco (qui ipsiusmet Natalis testimonio plurimum ea re semper valuit) Exercitationes exorsus, initio totus ardebat cupiditate, vt aliqua sibi visio, aut reuelatio, vel tale extra ordinem signum ostenderetur. Vitam omnem apud Ignatium expiauit: secundumque confessionem hoc illi Pater monitum dedit. Velle Deum, vt quemadmodum viribus, ac facultatibus animi, corporisque abusi sumus, ipsius vt contra nutum faceremus, gratia eiusdem abiecta: ita recuperata per pœnitentiam gratia, iisdem viribus ad vitæ emendationem vtamur. Quod in illud Apostoli recidit. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. In secunda Exercitiorum hebdomada singularem ex meditatione Regis, ac Vexillorum profectum sensit. Tum deliberationem de vita instituenda ingressus, vsque eo commotus, ac perturbatus est, spiritu cum carne luctante, vt non ille mente, non corpore consisteret. Scribebat multa in partem vtramque suadentia religiosam vitam, atque dissuadentia: sed nox omnia erant, ac cœcæ tenebræ: obscura mens, voluntas dura, corpus ipsum ab stomacho, & capite infirmum, vt Domenecus animum desponderet, merneretque re illa infecta pergendum ad reliqua. Ac Natalis ipse missam rem facere staturerat, nisi proxima nocte summum adhibenti conatum succederet. Illuxit ea ipsa nocte pie perseueranti radius cœlestis, tetraque discussa caligine, totum in virum alterum commutauit. Itaque post diligentem consultationem ad nouum è cælo lumen, arrepto statim calamo, vt spiritus agebat Christi, summo cum animi solatio hæc exarauit, quæ ex ipso autographo deprompta vulgare iuuat. Hactenus (inquit) collegi, quæ potui pro vtraque vita, & comperi, quæ religioni contraria offeruntur, tam esse nihili, vt necessum non fuerit illa nominatim diluere. Imò verò ea ipsa, quæ refragari videbantur, re vera suffragia sunt. Ceterum quod me grauissime mouet illud est: quod rem plane nullam inuenio, quæ contra pugnet, præter quandam animi abalienationem, ac fugam. Id autem maximum, ac certissimum signum est eam Vlle Dei voluntatem: quandoquidem sensus ei, ac deprauata voluntas, & mundus, honor, ac genus quoddam infidelitatis, cogitando nimium difficultates, aduersantur, quæ percipere non possunt regnum Dei, & contraria sunt spiritui. Itaque quamuis obstarent, oppugnarent, terrent omnes difficultates, & multo plures, quam sensi ego, vel omnino vllus vnquam mortalium sensit, vel obiectare Diabolus potest, ego in nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris, IESV CHRISTI, & Spiritus sancti statuo; ac propono sequi consilia Euangelica cum votis in Societate IESV: & animo paratus sum facere, quæ ad illam attineant, etiamsi velinti vt statim voueam. Idque nunc cum summo timore, ac tremore, & Domini Nostri IESV

8
*Vouet So-
 cietatē in-
 gressurum.*

Christi

Christi, ipsius summa fretus, qua in me vsus est, misericordia, Voueo tota anima, tota voluntate, tota virtute. Sit illi gloria. Amen, die vigesima tertia Nouembris post decem & octo Exercitiorum dies. Voto huiusmodi nuncupato incredibilem addit non solum animi voluptatem, ac pacatissimam quietem hausisse, sed etiam corpori leuamentum: vt tum demum intelligeret, quanti sit liberalem in Deum esse, qui se vinci liberalitate non patitur. Ergo auctis animis, & nouo igne concepto, die eodem addidit votum, etiamsi Societas ipsum non reciperet, nihilominus tria se Religiosorum vota facturum: quod paucis post diebus cum iam tertio Kalend. Decembris vsitatis percunctationibus antegressis, domum ad Ignatium migrasset, ita coarctauit, vt nollet sibi libertatem alibi vouendi remanere, nisi quando nulla re, nullo modo, ad nullum ministerium etiam infimum aditus in Societatem pateret: nec demum si excluderetur, nisi vbi illa consuleret, voturum. Tanto animo ei se cœtui dedit, à quo tandiu fugitaret. Potuit hic vnus è Principibus huius esse familiæ, si suspicari posset vnquam quid tenuissimis illis Deus ordiretur initijs. Sed vt vnus adhuc de populo, humano contuebatur oculo diuinos orsus: nec citius oblata lux est, quia specie ductus externa sero introspexerat, quod latebat: sero Dei munus, quod offerebatur, agnouit: vt esset seges humilitatis, quæ fuerat causa tarditatis. Nihil enim illo deinceps humiliter, atque modestius; quia memoriæ continenter hærebat, quam respuisset ingratis, quod Dominus offerebat; & qui cum primis huius operis fundamenta non iecit, certe proximus primis inchoatum vt opus vrgeret, labori, & operi non pepercit. Quo domum receptus est die, monuit beatus Ignatius, vt biduo post ministrare Coquo, & Hortulano inciperet; & quotidie caput ex Gersono, in quo meditaretur, legeret: tum alia capita, vt necessitas, vel infirmitas postularer. Idq; dixit Beatus Pater cum mirifica, vti semper solebat, laude eius libelli, addens fore, quod in se ipse quidem esset expertus, vbi etiam fortuito aperiret, vt quæ præsentī necessitati conuenientia essent, occurrerent. Prima inter experimenta, siue fodienda humo, siue opera Coquo nauanda magnis cumulatæ cæli voluptatibus: paulatimque agritudines, quibus ante consistebatur conscientiæ tranquillitas, ac Dei famulatus absterlit. Numerat ipse in singularibus è cælo delibatis iucunditatibus, inter vescendum oblatam cogitationem, quod sese Deus aleret. Ita enim res habet: quanquam Deus aperiens manum suam implet omne animal benedictione; tamen viros religiosos, qui ipsi non seruat, aut congregant in horrea, præcipua cura pascit. Itaq; cum alij labores manuum suarum manducant, hi laboribus manuum Christi vescuntur. Fames, ac sitis Christi emit illis, conditque cibaria: Christus sua impellit gratia fideles ad benigne eis faciendum. Idem se fidei usorem pro ijs, imo Vicarium constituit. Caritas Christi corda etiam fratrum ad omnes domestici vsus labores incitat. Ac proinde Christus est vere, qui religiosos pascit. Et hæc dum versat mente Natalis, tanquam paupertati recens susceptæ ab suo Christus calice stillam infudisset, nil mirum, si tanta est delibutus dulcedine, quantam exquisiti caducarum epularum sapes elaborare non possunt. Ac de hoc quidem pio, strenuoque viro suis plura locis. Quinquam autem in improbandis, probandisque Sodalibus lentus admodum erat Ignatius, & in maturandis, suspendendisque Principum postularis sustentabat ipse sese, non tamen Collegiorum cœpta, quæ sine Sociorum copia perfici, atque amplificari non poterant, deserebat: sed eadem animi magnitudine, qua noxia reprobabat, adsciscere vtilia: & quæ bene inchoata iam erant, perpolienda curabat: Vt Patauinum Collegium, quod triennio ante nostri nominis studiosissimus Lypomanus, vt supra demonstraui, extraxit, ac fundare decreuerat. Hic enim ea de causa in Patauini fundamenta Collegij Prioratus sui bona (eorum parte dumtaxat ad victum sibi referuata) vltro, ac libens Ignatio obtulerat; modo eam rem Pontifex suo probaret, ac confirmaret assensu. Quod à Pontifice impetratum Lypomani animum ad cogitata perficienda, & cedendum possessione omni sui Prioratus Collegio, incitauit. Ea que mox insequenti anno assignatio gratis imperante Pontifice transacta est. Quanquam Ignatius pro eximia sua grati animi pietate, omnium voluit eorum fructuum plane integrum Lypomano vsum relinquere. Per idem fere tempus nonnulli etiam ex Ecclesia fructus, eodem

9
Quæri faceret B Ignatius Gerson, id est, libellum de imitatione Christi.

10
Singularis consolatio Natalis sub ingressum Societatis ex cogitatione, Quod se Deus aleret.

11
Patauino Collegio attributus Prioratus à Lypomano.

- 12 *Et aliquid Collegio Valentino à Domonecco.* dem annuente Pontifice, in Collegij Valentini primordia per Hieronymum Domenecum deriuati, collatique sunt: quæ prima habuit Societas domicilia nonnullo annuo firmata in perpetuum censu. Atque his subsidijs auctus ab Vrbe tam Patauini, quam Valentini Collegij numerus. Cum lauit hanc liberalitatem Sedes Apostolica spiritualibus facultatibus, publico diplomate rite dato: quo Societati potestatem faciebat amplissimam cum Eucharistiæ, Pœnitentiæque mysteria vulgo ministrandi; tum etiam Euangelij toto Orbe Christiano disseminandi. Respondit pro virili tantæ beneficentiæ Societas, multo iam laborum, periculorumque contentione maiore pro ea tuenda, ac defendenda suscepta. Ac Romæ quidem, vt ab ea domo, quæ reliquarum parens & exemplar est, ducatur inirium, desudabant pro communi Ecclesiæ bono de Societate triginta: tantoque ab eis accuratius diuina res agebatur, quanto eis vicissim Deus maiora indies commoda suggerebat. Cumque in reliquis ex instituto curas piè, strenueque suum tempus impenderent, haud modicum conferebant in flectendas ludæorum mentes, & conuertendas ad Christum. Quorum erat eo mollior, crebriorque conuersio, quo liberaliorem dexteram ad leuandam Catechumenorum inopiam, tam Pontifex, quam Romanus Populus explicabat. Augebant Patrum onera piæ fœminæ. Matronæque nonnullæ, quæ quo certius, atque exploratius in tuendo vitæ cursu Diuinæ se Maiestati probarent, eorum sese imperio, atque obedientiæ, obsecundante Pontifice subiecerant. Principe Elisabetha Rossella, quæ inde ab initijs Ignatij (vt supra memoratum est) eius sanctitate perspecta, eiusdem in studijs paupertatem deinceps constanti pietate leuauerat. Ferebant curarum pondus Iacobus Eguia, Elpidius Vgoletus, & Petrus Codacius: tum Hieronymus Domenecus, & qui Mutina non ita pridem ad Urbem remeauerat, Alphonfus Salmeron. His duobus proximis, quia maioris erant in Vrbe nominis, ad conciliandos iratos utebatur Ignatius. At Elpidius cum Ribadeneira, & Iacobo Salmerone Alfonfi minore germano Patauium autumnò discessit: quo vix peruenerant, cum Iacobus die Sanctis omnibus sacro ad eorum Concilia religiosè migravit in cælum. Venerat & Lainius Romam Quadragesima iam exacta, quam Bassani cõcionando consumpserat, siue vt de Patauino Collegio cù Ignatio coram ageret, siue vt ab Vrbe, Concilio Oecumenico iam indicto, cui interesse debebat, non abesset. Bassani autem, ne rem commendatione dignam silentio prætermittam, non hæreses modò, quæ toto exortiri oppido ex Germaniæ vicinitate iam cõperant, sua prædicatione discussit, verùm etiam incolarum animos in religionis sententia adeo confirmauit, vt eius post discessum contra latentes pestes ad defensionem denuo sollicitantes, acerrimè se defenderint. In vrbe verò ipsa, vt laboris partem cum socijs sibi diuideret, instituit ad Beati Laurentij in Damaso matutinis, pomeridianisque temporibus, nobili coròna, nec plausu minore verba facere. Tanta quippe de eius doctrina, ac sanctitate continuis incrementis fama surrexerat, vt non deessent, qui ei iam Infulas, Pedumque deferrent. Urbanus certè Labacensis Episcopus postulauerat eum sibi primò in Episcopatu collegam, mox etiam successeorem: sed serio reluctante Iacobo facilè senlit contra honores, & ambitionem, quam clausi in Societatem cuncti sint aditus. His Patrum in Vrbe vigilijs respondebant foris cæterorum curæ sòdaliùm. Agebat in Æmilia Paschasius, & Cardinali rogante Carpenfi, Fauentia substiterat: nempe in ea Ciuitate, quæ mirum in modum cælestis erat indigens opis, & in qua morum probitas, & sacrorum vsus magna ex parte conciderat: intemperantia, inimicitia, maledicta larè dominabantur. Nullus pene Sacramentorum vigeat vsus, maledicendi verò creberrimus, & quidem in ipsis puerorum ætatulis. Iam infamis Concubinarum a maior praua consuetudinis æstu, ne peccatum quidem, aut res nefaria numerabatur. Inimicitia terebant æuam, & centesimum transgressæ annum viridissimæ adhuc velut in flore pòsteri in medullis hærebant. Hinc per omnem Prouinciam irarum propagatio, & partium contentiones acerbissimæ, rixarum procreatrices, ac cædium. Morum porrò corruptelam sequebatur, vt se solet, opinionum peruersa temeritas. Iræperant quippe Lutherani Ministri hoc aditu patefacto, Bernardinus præsertim Ochinus nobilis eloquentiæ, & à natura multis ornatus donis, nisi quod datum esset ad salutem, in perniciem conuertisset. Hi suis insulis in ciuitatem venenis, velut viperæ turbant omnia; passim vt in tabernis, officinisque pesti-

pestilentis venena Magistri impunissime tractarentur. Paschasius igitur ciuitatis perfecta lue, & Fauentinorum pertentatis ingenijs, quæ videntur elatiora, timide primum, ac pœdetentim ad ea mutanda, & curanda descendit; communicatisque cum Vicario Præfulis suis ante consilijs, præstantissimum quenque, & præ ceteris ad pietatem propensum, blanda oratione demulcet: deinde, quo faciliorem, & ad sanandos mores, & ad faciendam religionem sibi aditum aperiat, ab officiorum pietate, benefactorumque disciplina institutionem suam, & curationem aggreditur; haud ignarus benignitate potissimum, ac recte factis Diuinam prouocari clementiam: ab eaque subministrari vires, ac facultatem ad possessionem perfectæ iustitiæ. Erat tum ingens in ea Vrbe pauperum, ægrorumque turba; quibus vt pro Christiana pietate succurreret, ciuibus autor fuit, vt ea de re Sodalitium instituerent. Cuius dux operis Paschasius ipse delectus, Sodalitium, quod à caritate nominari placuit, suis cum legibus condidit; quibus non alienis modo sodales illi corporibus, sed suis etiam animis laborantibus opem ferrent. Ac ne tam oratione, quam re sodales ipsos impelleret, ijs secum adhibitis, totam lustrauit Urbem ad inquirendos, & consolandos egenos. His ad sacramenta salutis erectis, Medicorum, Medicinarumque, ac consentanei victus in omni morborum perpetuitate præsidia comparauit. Progressio operis sane opinione felicior, quotidianæque pietatis in Sodalibus incrementa magnos vbique fecere motus: nec minorem certe famam peperere Paschasio. Cuius ille ope grandiora pro animis auctus; publicè se ad explananda Christianæ legis initia sine pompa, sine ostentatione conuertit. Ea res, vt ibi noua, atque insolens, sic ætatum est omnium, & omnium ordinum celebrata concursu. Porro quam in Templis publice Christi legem, eandem priuatim multis in Gymnasijs teneræ enucleabat ætati, magistris, ac parentibus non inuitis: quos eadem opera, vnde pueritiæ erudiendæ formâ peterent, edocebat. Nam cû in ijs scholis pueri versarentur ad quadringentos, ita suum quisque didicit obseruare, & castigare sermonem; nullius vt ex ore, vel iusurandum excederet, vel maledictum: qua in re si quando consuetudine impellente delinquerent, continuo se criginis insimulabant, pœnasque à Paschasio sibi deposcebant. Accedebat publicæ concionis hortatus ad populum vniuersum, & priuata cum vnoquoque congressio: quo vtroque præsidio Fauentinorum prope iam desperata religio, demum in integrum renouata, & restituta est. Cõplurium & virorum, & fœminarum flagitijs addicta iuuentus, ad pudorem, & sanctimoniam reuocata. Pax etiam frequens inter primarias constituta familias, vt aliquando homines amplius centum principe in æde ex inueteratis inimicitijs mutuas sibi iniurias, indignasque cædes populo inspectante, donarint, vbi lætam celebritatem Paschasij pauca, sed grauius verba de pacis bono, odiorumque pernicio clausurunt. Hisce animi prauitibus, moribusque sublatis, nõ magni videlicet negotij fuit prauas etiam ex hominum mentibus opiniones euellere; & sanis doctrinis, atque dogmatibus Hæreticorum refutare conatus. Quicquid autem veneni furtim sparserant, omni animi prouisione compressum est, & semen ipsum obrutum, ne nouam daretur in segetem; quod si quorundam iam præcordia vitiatas, adhibitis præceptorum saluberrimis curationibus, quicquid illi obiberant, vomuerunt; & in Orthodoxæ religionis sinum, gremiumque, vnde Lutherana fraus abstraxerat, reuolarunt. Dum in his curis, laboribusque non Fauentiæ modo, verum etiam in alijs Familiæ partibus Paschasij, defixa mens est, totus ei, & hic, & consequens fluxit annus.

Interea Pontifex Paulus ad Oecumenici Concilij curas, rebus iam inter Galliæ Rëgem, Cæsaremque compositis, triennij interuallo se reuocat: iamque ad id suos de more legatos Ioannē Mariam de Monte, Marcellum Ceruinum, ac Reginaldum Polum ex Cardinalibus designauerat. Hos centum amplius ex Italia sequebantur Episcopi, frequensque ex Hispania, Lusitania, Galliaque Patrum numerus. Principum insuper Legati omnium, & ex vniuersæ Ecclesiæ Clero, Religiosisque familijs doctissimi quique. Theologorum item pars, qui pro Pontifice Maximo in tanto concessu de religione dissererent, Apostolicis legatis placuit supremo Antistiti ex ea potissimum adiungi Familia, quæ cum iam pridem Romano se Pontifici deuouisset, Religionem cernebatur auitam contra Hæreticorum temerariam audaciam omni vbiq; doctrina, ac sanctitate defendere. Leui sunt igitur Iacobus Lainius, & Alphonsus Salmerton, notæ vterque atque

ry

Pe. operi
miserico-
dia ali-
moris me-
dicinam
Paschasio
incluans.

20

Successus
optimus
Fauentia
ex opera
Paschasij.

21

In Conci-
lium Tri-
dentinum
designan-
tur Lai-
nius, &
Salmerton.

eruditâ probitatis. Quod & si magnum, & amplum ad Societatis videbatur existimationem, tamen quoniam noua plerumque, subitâque amplitudini comitatur inuidia, Ignatius tenero suâ familiaritatis ortui haud in rebus prosperis minus, quam in asperis cauens, delatum munus honoris sedulis tuendum votis, atque accurata precatione putauit. Sentiſſet Vir nimirum prudens, non ab Hæreticis modo, verum etiam ab ijs, quos aliena felicitas vrit, haud exiguum imminere periculum: & Patrum virides spectabat annos pronos ad plausus, procliuiorē ad gloriā; quippe quartum & trigefimum Lainius annum, alterum & trigefimum Salmeron vix agebat. In quibus ne qua fieret pietatis virtutisque iactura cum insigni aliqua Societatis nota, cultus illi personam in celeberrimo illo totius Orbis Terræ Theatre gesturi mox erant, plurimis eos ante quam discederent, & suis, & alienis precibus, hostijsque munuit, & sapientibus instruxit monitis, ac præceptis. Quorum hic ego summam, quoniam non vulgarem prudentiæ disciplinam continet, non grauoabor attingere. Ad maiorem Dei gloriā, inquit, Quemadmodum in vsu, consuetudineque cum multis ad salutem, & spirituale commodum animarum multū proficitur, si Deus adspiret: ita è contrario nisi nos aduigilemus, ac Deus adiuuet, magnum & nos facimus damnum; & interdum etiam illi, cum quibus versamur. Ceterum quia pro instituti ratione abstinere ab hoc genere commercij fas nobis non est, quanto præmeditati magis, ac præmuniti accesserimus, & aliqua norma directi, tanto expeditior in Domino erit progressus. Eam ob rem quædam significabo, quæ aut ipsa, aut eorum similia addendo, seu demendo vobis vsui in Domino erunt. Tria igitur omnino, vt vniuersè loquar, in obeundo munere isto spectare vos volo. Primum in ipso Concilio maximam Dei gloriā, communeque Ecclesiæ bonum: deinde extra Concilium antiquum vestrum tuendi animas institutum: quod quidem potissimum nobis in hac profectiōne vestra propositum est. Denique domi, & inter vos priuatam animi vestri curam, studiumque; ne vos ipsos negligatis, ac deseratis, sed assidua vos cultura, ac diligentia quotidie magis reddatis idoneos ad sustentandas impositas partes. Et in Concilio quidem decet vos in loquendo tardiores esse, consideratos quidem certe, ac beneuolos in discernendis præsertim, quæ aguntur, quæque agendæ sunt, rebus: in audiendo vero attentos, atque sedatos; & ad perspiciendam eorum, qui dicunt, mentem, studium, nutumque sagaces; quo faciliorem arripiatis ansam, siue respondendi cum vsus fuerit, siue silentio conueniendi. In disputationibus, quæ inciderint, in vtramque partem momenta erunt afferenda rationum, ne vestro addicti iudicio videamini; perpetuo id studendo pro viribus, ne quis vnquam ex oratione vestra minus æquus, placatusque discedat. Rerum, quas afferetis, neminem è viuus autorem appellabit, præsertim de primarijs, nobilibusque, nisi diu, multumque rebus agitatis, atque perpensis: æqui omnibus, obnoxij nemini. Si res, quæ in controuersiam venerint, eiusmodi erunt, vt vocem vestram eliciant, dicetis sane animo perquam sedato, ac modesto sententiam vestram: eamque hoc, aut consimili claudetis exitu, saluo meliore iudicio. Denique illud persuasissimum vobis esse debet, quæ ad doctrinas pertinent, siue humano studio partas, siue haustas, inditaque diuinitus, plurimum ad ea valere tractanda, si de ijs sensim, sedendo, & quiescendo, non cursum, & velut ex itinere disleratur, ac proinde æquum fuerit disputandi rationem non otio, commodoque vestro, sed eius, qui cum agetis commodo, ac conditione metiri, vt quo Diuina voluntas duxerit, eo feratur. Iam vero extra Concilium nullum munus bene merendi de proximis prætermittetis. Quin aucupanda occasiones erunt, modo audiendi, & condonandi peccata, modo habendæ Orationis ad populum, interdum etiam excitandi homines ad cælestia per salutaris contemplationis otium, nonnunquam imbuendæ Christi lege puerilis ætatis, denique conuiscendi, & fouendi Nosocomiorum ægrotos: vt vis Diuini Spiritus in omne Concilij corpus eo descendat affluentius, quo fuerit tot humilitatis, & caritatis officijs euocata feruentius. In concionibus nullum locum attingetis, vbi cum Protestantibus non conueniat Orthodoxis: sed ad mutandos mores, & persuadendam Catholicæ Ecclesiæ obedientiam omnis vestra spectabit oratio. Crebrâ tamen mentio extremis præsertim concionibus, sacrisque scholis erit ingerenda Cõcilij, pro quo Deo populū supplicare iubebitis. In auscultandis rite peccatis sic habetote, quicquid in aurem confitentis dixeritis, prædicandū super te cta: ac proinde ea semper animi prouisione ad auscultandū accedetis, ac si

22
 Quis B.
 Ignatius
 & precibus
 ad
 Deum in-
 uis.

23
 Ex monitis
 sapientibus
 quorū
 summa
 narratur.

24
 Quo modo
 agendū in
 rebus. Cõ-
 cilij pro-
 prijs.

25
 Quo modo
 de summo
 in animis

ac si dicta vestra omnia enucianda essent in vulgus: sua vero peccata confessis statueris pœnitentiæ loco preces aliquas pro secundo euentu Concilij. In explicandis item spiritualibus exercitijs, vt etiam in omni colloquutione priuata, idem tenete præceptum, vt in publico vos puteris habere sermonem. Et in exhibendis his, quas dixi, Meditationibus id vniuerse tenendum erit, ne cuiquam ad commendandum alia proponatis argumenta præter ea, quæ prima hebdomada proponuntur, nisi fortè perpaucis; & ijs, qui de vitæ genere per electionis locos deliberare velint. Quos tamen ipsos non permitteris vllis se votorum sponsonibus obligare, nec arctioribus inter initia cubiculis includeris. Quin etiam exercitij leges, atque præcepta, cuiq; erunt mitiganda pro tempore, idque tum maximè, cum vni omnia meditationum argumenta præscribenda videbuntur. In erudienda pueritia docendi ratio ad ætatis imbecillitatem accommodanda erit instillandis sensim Christianæ legis elementis, & pro auditorum genere, captuq; enucleandis. Quam legis explanationem claudet item perbreuis cohortatio ad placandum precibus sanctæ Synodo Deum. Publica valetudinaria quarto quoque die frequentabitis alternatim, horis scilicet non importunis ægrotis, quorum & peccata rite solueris, & dolorem consolando lenicis, non orationis modo præsidio, verum allato aliquo pro facultate munusculo. Eisdemque, & inchoati Concilij in suis sint memores preces, admonebitis. In omni hominum congressu, colloquioq; captandum erit tempus cohortandi homines ad pœnitentiam, & sacrosancta mysteria capienda, proposito ante oculos non modo cuiusq; priuati bono, verum etiam Christiani Orbis vniuersi tenente Concilio. Deniq; vt quæstionibus finiendis utilis est sermo cõsideratus, & parcus, quemadmodum dictum est, ita excitandis ad pietatem animis prolixa, apta, beneuolentiæ, affectusq; plena commendatur oratio. Restat tertium, quod in munere isto pro dignitate gerendo spectare vos conuenit, quod quidem in vobis ipsis tuendis, conseruandisq; positum dicebamus. Quinquam enim vos non ignorare necesse est, quæ professionis sunt vestræ, tamen hoc in primis meminisse æquum est, vt summa sit inter vos animorum conspiratio; mutua consiliorum omniium, sententiarumque societas: neue suo quisquam iudicio, prudentiaq; præfidat. Et quoniam propediem Claudius Iaius, quem Cardinalis Augustanus procuratorem suum ad hoc Concilium mittit, vnà etiam vobiscum coniungetur, horam aliquam dicabitis de nocturnis, tum cuiusque diei actis inter vos conferendis, tum quæ postridie videbuntur agenda: priuataque vestras, siue per vocale suffragium, siue alia quapiam ratione deliberationes habebitis. Deinde quo maiore vos, & humilitate, & mutua inter vos caritate cõrineatis, rogabit quisque singulis noctibus alternatim reliquos socios duos, vt ipsum corrigant, & vbi visum fuerit, libera oratione castigent: nec castigantibus causam facti reddet, nisi postulatus, & iussus. Martini temporibus, quemadmodum per diem gerere vos oportet, vnà deliberabitis, rationemque vitæ vestræ quotidie semel, atque iterum à vobis ipsi reposcetis. Hæc autem ad actionem quinto, postquam Tridentum perueneritis saltem die, memineritis reuocanda.

His prudentissimis præceptis filiorum discessum Beatus muniebat Ignatius: quibus illi nec recentis splendore muneris, nec tot vndique virorum illustrium elati concursu, tam adnutum, tamque subinillis animis paruerunt, vt mirum non sit, si qui dat gratiam humilibus, is præcipuam eis suæ gratiæ opem ad sustinendum cum laude impositum munus, vt insequens docebit annus, attulerit. Inchoata est sacra Synodus anno ciciter exeunte Idibus Decembris, & tum primus Patrum confessus est habitus, nec alius hoc anno postea. Quocirca, & nos tribus his Patribus in discessu relictis, ad Ignatium recurremus. Qui quanquam sese nauiter cum Socijs in omni pij muneris varietate versabat, foris tamen non deerant persæpe onera, curæque pergrandes, siue quas Principum virorum fides, siue quas communis vltro caritas commendabat. Qualis illa, qua pacem induit, concordiamque inter Ioannem Lusitanæ Regem, Romanumque Pontificem conciliare. Ardua sane res, & implicata satis: in qua diuultumque sudandum Beato viro fuit, grauius exacerbat in vtrinq; animis Michacis Syluij Visensis Episcopi, eiusdemque Cardinalis causa: vt mira Deus prouidentia tanquam in eius difficultates temporis pacificatorem præparans, tantam & apud Pontificem, & apud Regem Ignatio auctoritatem fecisse videretur. Is pro eo quantum & causæ grauitas postulabat, ac se, uam

26

Quo modo
in dome-
stica disci-
plina.

27

B Ignati
difficili-
inter Pon-
tificem, &
Regem Lu-
sitanæ re-
solvit.

se suamque familiam vtrique debere Principi intelligebat, forti animo Prouinciam hanc, partesque suscepit: & pijs precationibus Societati imperatis post diuturnam contentionem singulari Dei beneficio exitum pacis, qui satis vtrique parti faceret, inuenit, suæque industriæ, ac laboris fructum, & multo magis in Deum fiduciæ, constantiæq; tulit, impetratis etiam à Pontifice, quæ Rex sacro quæstorum tribunali postulabat. Nec minus sane feliciter ab Hispaniarum Principe Philippo commissa sibi pietatis negotia apud Pontificem explicauit.

28
*Res in Ger-
mania.*

*Ep. 77. ad
Olimp.*

29
*Obstitit
semper So-
cietas ne
ferat Na-
sionals
Conciliū.*

30
*Iaij. & Do-
badilla
conatus.*

31
*Vormati-
ensis con-
uentus
existit.*

In Germania Vormatiensis conuentus superiore anno, vti diximus inchoatus, etiam tum, quæ temporum iniquitas erat, perseuerabat fructu minimo. Namque inter salutare Germaniæ leges vna cum sit, vt perturbatis rebus communi otio, conuocandis his cœtibus consulatur, animaduersum nuper est, nihil in eis contra Lutheri contagia fuisse præsidij, nihil medicinæ. Quippe toties non Vormatiæ solum, verum etiam Ratisbonæ, Spiræ, Norimbergæ eo nomine celebratis nunquam tamen clementia, ac facilitas Cæsaris impetrauit, vt liberæ Ciuitates, Principeque viri, aut viciatæ religionis cultum desererent, aut castæ suscipiendæ gratia ad Conciliū Occumenicum se conferrent. Fiunt enim, Nazianzeno teste, Principum lenitate deteriores Hæretici, nec humanitate fleuntur. Itaque modo Concilij sedem, modo eos, qui Concilio præerant, criminantes, anxijque rerum euentu, publicum illum declinabant, horrebantque congressum: Cæsaremque sperabant in suam perducì posse sententiam, de conuocando Germanico, patrioque Concilio: vbi non modo de publicis Imperij legibus, verum etiam de rebus ipsis Religionis vnà Germania delibaret. Cui rei Societas, ex quo in Germaniam pedem intulit, semper se constanter opposuit, & tam de superiore loco, quam de plano; tam scriptis, quam oratione disturbare temeraria Hæreticorum consilia, machinasque conata est; id quod in Iaij, Bobadillaque cernilicuit: quorum ille cum Augustano Episcopo, hic cum Apostolico Nuncio Hieronymo Verallo Vormatiam venerat. Vbi dum soletter ambo peruigilant, omnique ope contendunt, ne quid in tam celebri conuentu, in quo & Cæsar, & frater eius Ferdinandus, & omnis fere chorus Antistitum cum Germaniæ proceribus aderant, contra Romanam decerneretur Ecclesiam, declararunt profecto suam erga sanctissimam Petri Sedem, & voluntatem, & fidem. Ac Iaius quidem ad cetera officia sacras prælectiones, ac conciones adiunxit, & vniuersæ Quadragesimæ spatia Procerum audiente corona & ipso quoque Romanorum Rege confecit, tanto animorum motu, tanta pietatis, eruditionis, & eloquentiæ fama, vt ad audiendum interdum ipsam quoque Cæsarem excitaret, mirificum suæ laudis, doctrinæque præconem. Sed Diuina eius dicendi vi Rex tenebatur in primis, vt etiam perinuito concionum extorqueret exempla: quæ mox communicata cum alijs præsertim Episcopis, Proceribusque, tota fere Germania circumferebantur. Hic ille Ferdinandus est Rex, qui postea ad Tergestinum Episcopatum (vt id ipsum suo loco fusius) prouehere conatus est Iaium. Sed perennes Iaij labores, quantum & ad rem Catholicam promouendam, & ad eludendas Protestantium artes, quantum vero ad ornandam, & illustrandam in Germania Societatem attulerint opis, locupletes fuere testes, seu Legatus Apostolicæ Sedis Alexander Farnesius, seu comites eius perillustres Antistites. Ac Legatus quidem tanti hominem fecit, vt eius, & ad conuictum familiaritate, & ad res grauissimas Consilio, operaque plurimum vteretur. Vormatiensis porro conuentus, quanquam diuturnus, non eum tamen exitum habuit, quem aut Cæsar ipse, aut optimus quisque Catholicus expetebat. Verum tamen aduersus rem Catholicam, bonis pro ea omni opè pugnantibus, nihil est decretum, nec admissa Hæreticorum iniquissima postulatio de domestico, patrioque Concilio, quâuis illi & numero superiores essent, & insolentia. Quin vt ex rebus minus commodis solet plerumque Deus commodi aliquid, & vtilitatis excerpere; sic ex eo conuentu geminum Ecclesiæ commodum, & opportunitatem elicuit: alteram, quod Cæsar subiectorum improbitatem, ac peruicaciam in suâ maiestatis dedecus redundantem, planius iam perspectam edomare armis, & coercere constituit: id quod haud ita post, Pontifice opitulante, perfecit: alteram, quod prudentes Germaniæ Pastores animaduersa vbique luporum fraude, atque rabie, qui in vestimentis ouium Domini caulis totis faucibus imminebant, intenderunt vigilias suas ad custodiam sibi crediti Gregis, optimo Iaij vñ Consilio. Qui eis magnopere autor fuit, vt quoniam

niam Theologicæ literæ vulgo sordebant, cum Sacerdotium ipsum, propter quod illæ addif-
cuntur, iaceret; eoque Doctores, & Curiones, & Concionatores Catholici deficerent, in sua
quisque Episcopus Diœcesi Collegia è lectissimis adolescentibus institueret tenuiorum, vide-
licet Catholicorum liberis, qui diuinas literas ad euertenda noua opinionum commenta scho-
larum more perdiscerent, & in pastores, custodesque Christianæ plebis succrescerent. Hoc con-
siliū decedenti ex Vrbe Iaio peropportunè suggestit Ignatius; quod Episcopis illis vsq; adeo
probatum est, vt ad id suscipiendum, & adhibendum paratissimo animo Salisburgensis, Aistercē-
sis, & Augustanus præsertim Antistites inuenti sint: sed antequam dimitteretur cōuentus, Iaius
à Germanis inuitatus Episcopis, vt suas secum obiret, & visitaret Ecclesias. Ille tamen de man-
dato Pontificis Augustano semel additus, alijs. obsequi pro volūtate non potuit. Quoniam ve-
rò Salisburgensis, vt Ingolstadium ad docendi munus reuerteretur, virgebat, is, dum ea de re Ig-
natij nutum expectat, Dilingam cum Augustano cōcedit: eoque in agro, vt etiam in Bauariæ si-
mira cum vtilitate versatur, vt non paucos cerneret, qui cum à Luthero desciscerent, Catholi-
cæ Ecclesiæ sinum collacrymantes expeterent. Sub idem ferè tempus postulatur à varijs Prin-
cipibus opera Iaij: adeo secundi manabant de eius integritate, atque eruditione sermones. Sed
indictum Tridenti Concilium, quo & illi properandum erat, omnium vota & postulata dire-
mit. Quippe Augustanus Antistes delato sibi per id tempus à Pontifice Paulo honore Galeri:
Iaium suo nomine, vt supra significatum est, ad instantem iam Synodum cum Ecclesiæ suæ Ca-
nonico, docto viro, legendum putauit. Quo cum Decembri circiter ineunte venissent, à Tri-
dantino Cardinali perhumaniter sunt excepti. Sed paratum Iaius recusans hospitium ad publi-
cum Xenodochium, Præsule illo repugnante, diuertit. Hunc postea Cardinalis familia ad Apo-
stolicos legatos procurationis literas exhibiturum honoris ergo deduxit. A quibus item publi-
co, vt mos est, exceptus honore postridie etiam priuatim, dum officij gratia vnumquemque sa-
lutat, præcipua quadam amoris significatione suscipitur, non tam Augustani commendatic ne-
grauissima, quàm quod iam esset rerum gestarum prædicatione notissimus. Hæc de Iaio. Nam
de Bobadilla nihil præter illud ad nos peruenit, eum Ferdinandi Regis curiam secutum, Syno-
do Vormatiensi dimissa, reliquum hunc annum cum multorum exegisse salute: eumque con-
tra Lutheri scholam, contra quam & Ferdinandus ipse Cæsaris ex præscripto, Boëmiæ copias
instruxerat, sua arma sumpsisse; ministerium videlicet Verbi Dei, Sacramentorumque & varia
Christianæ benignitatis officia, modo in omnem castrensem turbam, modo in morbidum, &
ægrotaantem militem.

Coloniæ paucis mēssibus à Fabri discessu subsecuta mors est Lamberti Castrij vnus è nouem,
qui illic de Societate degebat, haud exiguo & ipsius Societatis, & rei Catholicæ detrimento,
siue quod ætatis, ingenijq; robore primā lauteam in scientia rerum diuinarum Louanij sibi cō-
quisierat, siue quod Fabri educatus in gremio virtute iam diues, & per quam optimus eius agri
colonus euaserat. Primus ibi de Societate functus est vita, & apud Carthusiā sepulturæ manda-
tus. Per id tempus maius adhuc in commodum in ea Vrbe Societas tulit. Erat inter Colonia: so-
cios, quemadmodum à Fabro didicerant, eadem tecti, eadem mensæ cōmunio, idem quoque
studiorum cursus, idem pietatis institutum: tanta verò animorum concordia, exercitatioq; vir-
tutum; vt Ciues omnes in sui venerationem, admirationemq; conuerterent; & quāuis corpore
Faber abesset, totidē tamen videretur sui studij reliquisse Vicarios. Ita pro Colonia omnes con-
tra Hæreticos intentis animis excubabant. Talis erat Aluarus, talis Kesselius, talis & Canisius in
primis, qui tamen cōmendationem nō habebat ætatis; nec dum orbem omnem scientiæ Diui-
næ confecerat, Fabri tamen exemplo, consilioq; excitatus, publicis, priuatifq; sermonibus Ca-
tholicorum tollebat animos, & incendebat. Hæc igitur sociorum laus velut seges, ac fomes in-
uidiz, vt Coloniensem populum, qui se fideli Cæsari, & Deo Catholicū præferbat, recreabat
maximè, sic vrebatur, & fodiebat Hæreticos: quibus velut anfrax quædam Societatis insimulanda
dabantur, & eius cursus optimos retardandi. Quippe Hermannus Archiepiscopus post Fabri
discessum diuturnæ dissimulationis impatiens, spreto Cæsare, Christi; Vicario nouū Religio-
nis cōmentum, sed diu animo inclusum, specioso reformationis vocabulo tentauit inducere:

T cumque

32

Vtile com-
siliū Iaij
ab Ignatio
suggerit
de excita-
tis Semi-
narijs.

33

Iaius ad
Concilium
Trident-
inum mis-
situr.

34

Colonia
mors
Lamberti
Castrij.

35

Procella
adu rsus
Coloniens-
es Socios.

cumque nefarijs suis consilijs aduersari Societatis instituta sentiret, rem per otium aggreditur,
 publica q; administrationis nomine Senatui conatur obtrudere, ne contra Agrippinensium de-
 cretum, nouas Religiosorum familias admittat; Societatemque ausam Senatus iniussu Colo-
 niam accedere nominatim exturbet. Senatus, qui probabilem in primis vitam, doctrinamque
 Societatis non ipse probabat modo, verum etiam probari à bonis omnibus sentiebat, agendum
 tam seuerè nullo modo censuit: sed ea prius admonita, edixit nouo decreto, ne qui de eius fa-
 milia Coloniae degerent, religioso ritu viuerent; mutuoque potius à se ipsi disiuñti separatis in-
 ædibus habitarent: ac ni parerent, Vrbe sanè excederent. Nostri tamen prudenter obtemperan-
 do, quiduis potius perpetiendum putarunt, quam vt Dei causam, locumque desererent; excep-
 tique sunt vagi, errantesque partim à Carthuziæ Priore Gherardo, partim à licentiato Andrea
 Barnther, quem Faber ad Coloniaenses Socios scribens, singularissimū refugium appellat. Quo-
 mens iniecta Tyronibus adeo congruere cum huius disciplinæ spiritu visa est, vt eius deinceps
 proprium quodammodo fuerit nō domicilij modo discretos, verum etiam toto cultu corpo-
 ris immutato, medios inter Hæreticos, Barbarosq; versari. Nec alia fuit aut Ignatij in Vrbe sen-
 tentia, aut in Hispania Fabri: qui segregationem illam eodem quasi ducti spiritu ita collauda-
 runt, vt ad eam constanter retinendam per literas hortarentur, quarum hæc erat ferè sententia.
 Licet inter vos tecto sitis, corporibusq; sciunt, Diuina tamen ope facile consequemini, vt fra-
 ternis inter vos animis semper esse, versarique videamini, cum & in voluntario disciplinarum
 studio, & in vitæ proposito, susceptisque rite votis tam arcto inter vos nexu ad Iesu Christi glo-
 riam ipsi vos adstrinxeritis. Cuius veluti glutino caritatis, totam hanc conglutinari familiam, &
 copulari par est. Ceterum diuinæ tutelæ fuerit, vt cuius causa ista periret, is aliquando disper-
 siones congreget Israël. Hæc ferè illi tametsi alter ab altero longè distaret, vt appareat eodem
 spiritu, vt dicebamus, illa fuisse dictata. Cuius vtriusq; dispersæ sobolis congregandæ lata pro-
 nissio haud inanis, atque irrita fuit. Quippe hoc ipso anno extincto in annulo de Societate ru-
 more, non sine eius, quem nominavi Prioris, amicorumq; labore, at ussile Senatus deferbuit:
 meliusque de rebus nostris edoctus, permisit eos tranquille, & libere Coloniae degere. Ergo Iu-
 lias ante Kalendas, & aucti in ea Vrbe numero sunt, & prohibente nemine, habitatione coiun-
 cti, non religioso illi quidem ritu, ac cœnobitico, sed Academico, & per contubernia variæ, &
 plurimæ iuuentutis: ex qua multi vitam admirati cornu partim suam exepere corrigere, partim
 inire quam viderant, non tam vestis mutatione, quam inuiciorum. Ita quæ intruxerat Satanus in per-
 niciem, reuertit Dominus in salutem. Interim ne per Urbem distracti, quæ necessarios ad vltius
 pertinent, socij nostri desiderarent, aut ab instituto propter inopiam decederentur, Ignatius ex
 Italia, Faber ex Hispania subsidiorum interdū aliquid submittebant. Nec defuit illis cum Vor-
 matæ degeret Iaius accepta à Cardinali Farnesio in eam rem sipe. Accessit & caritas Bobadil-
 læ, qui cum Apostolici Nuncij comes transiret, & re sodales iuandos curauit: & sui recreauit
 opportunitate consilij, facile, vt appareat, quanto animi robore Patres illi resistendum impio-
 rum conatibus existimarent, vbi spes aliqua affulserat vel communis tuendæ salutis, vel gloriæ
 Diuinæ propagandæ. In ea disiuñtione Tyrones illi sæpè se vicissim, vt peramantes fratres, in-
 teruisebant, mutuaque consiliorum, sermonumque societate iuuabant, vt eorum ipsa dis-
 iunctio coniunctionem potius animorum acueret, quam dirimeret. Quanquam & illud com-
 modi, eo quasi diuortio, dissidioque consequebantur, vt Urbis statum vniuersum, & aduersa-
 riorum callerent intudias, simulque operam darent, tum vt Hermannus Antistes, tum vt eius si-
 miles intelligerent se ex illo Senatus consulto, odioque malorum non modo animos non abie-
 cisse, sed sumpsisse maiores. Quamobrem Canisius, vt ingenij acumine, & dicendi facultate
 præstabat, sic in re tuenda Catholica, primas sibi laboris, atque operis deposcebat: ac præter
 Germanicas suas statis ferijs in Capitolio conciones, aggressus est insuper sacrosanctum Euan-
 gelium in Gymnasio Montano, & epistolas ad Timotheum in ipsis Theologorum exedris ex-
 planare. Quo industria genere mirum, quam aduersarij subito congelarint, & sibi ipsi Canisius
 primarios, ciuitatemque omnem adiunxerit, vt etiam ad res eum grauissimas adhibendum pro
 communi salute ciuitas ipsa censuerit. Quippe clesi vniuersi rogatu legationem ad Principem
 obiit,

36

Segregantur
 in Ilesia
 Senatus.

37

Probatur
 Ignatio,
 & Fabro
 ea separatio,
 ne Coloniae
 desererent.

38

Iurati con-
 uentum.

39

Inuenitur
 ab aben-
 tibus Pa-
 tribus con-
 silij.

40

Res à Ca-
 nisio gesta.

obijt, Clerumque Leodienſem contra Coloniae Praefulem Hermannum, eiufdemque rei gratia poſtea Vormatiam legatus ad Caſarem eſt. Quibus ille ubique negotijs ex animi ſententia cōfectis, magnum attulit, & Eccleſiae Coloniae praefidium, & ſtudijs ſuis Theologicis optatum otium. Qua in diſciplina cū longè admodum videretur excellere verita Theologorum Academia, ne alio forte, ubi ſtudia literarum magis florerent, abduceretur, dat ad Ignatium, & Bobadillam literas ardentiffimas, Caniſiū, vt tantisper Coloniae relinquat, dum ſpatijs ſacrae doctrinae decurſis, Doctoris cum inſignibus, tituliſque condecoret: id enim & Academiae honeſtiſſimum fore, & Ciuitati ipſi in tanto Religionis diſcrimine, ſalutare. Non abnuit Ignatius, quae erat prudentia, tantorum poſtulationi Doctorū, dum pariter ſocijs ſuis conſultum cupit; quānis ex aduerſo Cardinalis Auguſtanus vrgeret, vt ad Tridentinam Synodum Caniſium cum ſuo mitteret. Et verò Caniſio Coloniae praefente, noſtri non modo benignius, pauloque tractabantur humanius, ſed ipſimet & ad artium diſciplinam, & ad alia pietatis munera incitabantur ardentius, tantus iam eſſe coeperat domi, foriſque Caniſius. Idem B. Patris iudicium fuit de ijs, qui per diſcendis literis apud Louanium operam dabant, vt quamuis ab nonnullis illius Academiae Doctoribus non aequis oculis aſpicerentur, praefertim Cornelius Wiſhauzus, de quo crebra iam mentio facta eſt, ſua tamen ſtudia conſtanter tenerent, nec procurationem alienae ſalutis, quantum per ea liceret, omitterent. Erat autem Louanij puſillus noſtorum grex, cuius vtilitatem incrementis officiebat Magiſtrorum conſpiratio, dum ſuos Auditores Collegiorum ſeptis in cluſis, noſtrorū vſu, congreſſuque prohibent, veritine verborum allecſti blāditijs eorum veſtigia ſectarentur, qui ſuperiore anno Societati addicſi in Luſitaniam, vnā cum Strada repētinō auolauēre nauigio. Pariſijs magis ſecundae res noſtrae fuēre. Nam cū in Lutetiam, bellorum trepidatione tranſacta, Mediolano Paulus Achilles, Lugduno reliqui de Societate ſe retuliſſent, omnes in Collegio Longobardorum, & amāter recepti, & numero aucti. Erat in his Ioannes Baptiſta Viola, & Ioannes Pellerarius, qui quanquam ex Societatis lege viuere per initia illa nō poterant, neque ſe in vulgus indicare, tamen dum inter oria literarum, modò caeleſtibus ſacramentis, modò ſaluberrimis exercitiorum praecipis ſuam cuique operam nauant, contubernales, externosque collegas, miſericōe ad pietatem, & omnem officij laudem inflamabant. Nec minus belle, proſpereque in Hiſpania Societas procedebat: ac primos quidem huius anni labores, ac ſtudia Luſitaniae Faber, Araoziusque dicarunt. Faber cū ex morbo ſe recreaſſet, E-bora Conimbricam ad inſpectanda per otium Collegij fundamenta ſe retulit. Conſedit hic ad dies aliquot praecclaris exultans inijtjs, & eximio fratrum delectatus obſequio, moderatione animi, atque cōcordia. Diſcipulos noſtrates offendit ad ſexaginta, pari omnes animo, voluntateque cum in ſententia permanendi, tum ad virtutem currendi contentius. Cecidit per commodè, vt nobilis illa Academia, quae in Vrbe infera, & à Collegio noſtro diſiuncta ſuas obire literarias exercitationes conſueuerat, in ſuperam, & noſtris proximam ſe transferret. Vbi cum Regis munificentia conſequeſtis vndique excellenti doctrina magiſtris ſtudia calerent, noſtri priuatis exercitati Gymnaſijs, & emulatione accenſi domestica, quouis doctrinae genere inter Academicos ſe probabant. Nec tamen in tanto literarum ardore ſpiritus diſciplina languebat, ſed in diſſimili ſtudio aequis prope paſſibus currebatur, admotis praefertim à Fabro ſacris concionum, priuatorumque ſermonum: a quo quae admodum & literarum ſtudia Societatis ex inſtituto tractarent, & ſemetipſi tueri poſſent, ne ea fraudi eſſent diſciplināe virtutum, probe edocti, & inſtituti ſunt. Atque haec quidem Faber intus. Nam foris tam ipſe, quam Strada ſacro quoque die, vel in aede principe, vel apud votas Deo Virgines, alijsque locis magnos per Euangelium ſecere motus. Teſtabatur id praeter cōſtrentium turbam, exercitia flagitantium vis: quorum ex reſceſſu, quamuis multi multis onuſti bonis in ſua tecta diſcederent, in Sociorum tamen numerum non admodū multi, verum leſtiſſimi quique venerunt, inter ceteros Ludouicus Conſaluius à Camara, Praetoris Materiae Inſulae filius, vir claro loco natus; nec ingenio minus, doctrinaque; varietate nobilis, Graecis, Hebraicisque literis eruditus, vt qui Pariſijs praefantiffimis Doctoribus operam dederat. Emmanuel Sa apprimè doctus, & ingenio valens adoleſcēs: Antonius Gornius acerrimo inter Conimbricēſes ingenio, Philoſophusque; Pontificij item doctus iuris, qui per amplum in-

41
Sociorum
Louanien-
ſiū ſuas.

42
Status Po-
riſienſium

43
Res Fabri
in Luſita-
nia.

44
Status
Collegij
Conim-
bricēſis.

45
Societati
addit
Ludouic-
us Con-
ſaluius à
Camara.

46
Emma-
nuel Sa,
Antonius
Gornius.

super patrimonium pios in vsus pro Christi amore conuertit. Sed præter socios inter anni huius initia præsentem Fabro receptos, alijs ferme triginta bimestri vix spatio Societatis iniecta mens est. Quibus cum primo vitæ suæ ratio explicata non esset, nec satis cõstitutum quid sequendum foret, postea cum Fabri in agendo suauitas, & salutaris colloquij vis accessisset, decreuerunt denique in hunc quasi portum se salutis recipere; sed non omnibus continuo, vt significauimus, pro voto patefactus est aditus: erant adhuc & ipsi periclitandi magis, & res melius constituendæ Collegij. Quorum autem studijs, reliquo anni tempore, mos est gestus, accedente post Fabri dis-

47

Emmanuel Morales, Franciscus Hieronymus, & alij.

cessum, Simone Conimbricam, hi ferè sunt, Emmanuel Morales, Franciscus Henricius, quorũ iam vterq; Sacerdos in Indica expeditione decessit; Alphonsus Barretus Portuenfis, Ambrosius Herrera, Consalvus Rodericius, Henricus Henricius, etiã num cum hæc scribebamus, in Commorini Promontorio superstes, Nicolaus Vincetius Rodericius, Georgius Vazius, Michaël Sosa, & Ioannes Azpilcueta Martini Nauarri viri doctissimi consobrinus, qui in Brasilia extremum vitæ diem morte confecit. Faber igitur cum tam florentem messem Conimbricæ reliquisset, & apud illos ciues opinionem de Societate conceptam mirum in modum auxisset, Eboram ad Regis Curiam Februario ineunte se retulit suo more ita terens Principum limina, vt secum religiosæ solitudinis secretum assidue circumferret. Querebat nimirum vbique Christũ,

48

Fabri vel in multis vultus animi solitudo.

& vbique reperiebat. Incidit aliquando cum egrederetur è Regia, frequentissimam in equitum turmam, quæ Duce[m] quendam magnificè exceptura conuenerat: cumque ad id spectaculum maximus vndique cõkursus fieret, ipse de via, curriculoq; deflexit, dum turba deflueret, & proximam in ædem sacrã secessit. Verum hic visendi studio, id quod declinauerat leuiter subeunte, oculos in Christi signum Cruci affixi repente coniecit, & omnis ille animi motus, cupiditasque ita deseruit, ita euauit, vt solutus in lacrymas, ex intimis sensibus in actiones gratiarum eruperit, collaudans Dominum, qui se suo dignaretur aspectu, reputans id demum verũ, & iucundum spectaculum esse; si tibi ante oculos quis constituat assumptam ab eo humanitatem nostrã, & in celeberrimo totius orbis terræ theatro nequissimos inter latrones durò in patibulo constitutam. Proinde huc curiosos oculos retorquendos, hic mitigandos, sanandoq; non oculorum modo, verum etiam aurium, ceterorumque sensuum insatiabiles appetitus: quippe cum infinitis sit partibus melior huius spectaculi nuda cupiditas, quàm spectaculorum omnium, quæ subiecta sunt sensibus insidiosa voluptas. Solenni luce Mathiæ Apostoli è sacris cranijis Virginum, quæ Colonia tulerat, geminum Regi, ac Reginae dedit ea cum præfatione, se cupientem earum Virginum honorem non potuisse excogitare, quemadmodum cumulatis honoraret, quam si in talium Regum manibus collocaret. Gausi sunt dono Principes, & ab ipsomet voluere Fabro in Oratorio Reginae decora in capsã reponi. Et sanè non est facile cogitatione, ne dum stylo assequi, quam multus esset Faber in cultu Beatorum, sacrarumque eorum reliquiarum. Didicit afflante spiritu memoriam cuiusque Beati cum pietate coli, si quis primum gratias ageret Diuinae clementiæ, quod eum iam inde ab æternitate prædestinasset, & vocasset ad gloriam, ad eamque suis itineribus, & quasi gradibus perduxisset. Deinde si easdem sacratissimæ Dei Matris gratias, Angeloque eius custodi persolueret, & ijs Cælestibus singillatim, qui ad eius salutem & gloriam aliquid contulissent. Postea si & ad Deum, & Sanctum illum pro ijs, qui & præcepto eum colerent, aut coluissent honore, preces sterneret. Tum si Deum ipsum studiosè rogarer, vt eius literarum monumenta, si quæ forent, rerumque ab eo gestarum memoriam custoditam, & cõseruatam vellent: deniq; si pares eius ossibus, vbi vbi essent, tribueret venerationis honores, & ex ijs aliquid vnde se muniret, & tueretur, exquireret. Porrò tam erat in colendis Beatis Faber attentus, non modo ad eorum, ac Dei laudem, sed etiam ad degentium in terra præsidium. Nam cum tantum intersit pietatis publicæ summorum ad eam Principum habere propensos animos, ipse interiore præsensit admonitu, eoque perillustri, cælestium omnium tanti esse suffragia, vt vel vnus præsidium plus efficacitatis habeat ad corrigendos hominum mores, quàm cunctorum edicta Regum, industrijque conatus. Hoc igitur impensius studebat ipse ad causam pietatis humana, & cælestia sociare præsidia, & ipsis quoque Regibus patrocinia conciliare Beatorum. Quibus Præsidibus Ioannem subinde Regem, Reginaeque Catharinam affatus de

49

Pulchra Fabri de Sanctis meditatio

50

Quantum præsidium sit in Sanctis ad rei publicæ bonum.

51

Faber, & Araozius in Castellam adiecerunt.

suâ.

sua in Castellam profectioe ita cum illis egit, vt tandem eorum bona cum venia sibi cum Araozio liceret abire, manente in Lusitania Simone. Egrè illi quidem passi sunt tantos à se Patres, quibus tantopere vtebantur, auelli; sed Societatis videlicet bono sua commoda posteriora duxerunt. Abeuntibus commendatitias ad Philippum ea tempestate Hispaniæ Principem, eiusq; coniugem dedere literas, deinde ipsis peramica mandata, vt sicubi suum studium opportunum sibi esse sentirent, se per litteras admonerent; nullo loco se monentibus defuturos, & nisi Castellæ per necessaria vtriusque opera videretur, rediret saltem alter in Lusitaniam. Horum post discessum, quarto nonas Maij Conimbricam Simon venit. Vbi cum feruere suos apud socios mortificationis studia præter modum, præterq; morem animaduerneret, operæ pretium duxit nimijs ardoribus moderari: & quanquam ille quidem ad prudentiam Præpositi referenda putabat omnia, per eos tamen dies, quibus illic substitit, sicbat interdum ab eo satis ampla perceptas, vt ad obtinendam animi sui victoriam nonnulla in eo genere, quæ prodesse etiam proximis gererentur. Atque vt pauca de multis. Ambrosius Ferreria cum Vrbaniamici per motus exemplo ad Societatem animum appulisset, iussus est, periclitandæ constantiæ causa per urbem mediam sine pallio pileoque ipsa meridiana luce cadaueris cranium dextra præferre, atque hoc ferculo, habituque in obujs templis ad preces faciendas tantisper subsistens ad Patres recta procedere. Qui dum libens obtemperat, & tota notus vrbis præsertim musicæ artis, canendiq; claritudine per frequentissimam ciuitatem ferali illo incedit ostento, sibilis & conuicijs excipitur, insequente à tergo velut amentem lasciuiente puerorum turba. Tali experimento edito societate tandem recipitur, haud eorū indignus numero, qui stulti fieri pro Christo non abnuunt, vt sint denique sapientes. Iubebat etiam Simon è socijs aliquot nocturnis tenebris voces illas cum terrore iactare, Infernus, Infernus his, qui mortifero vrgentur crimine: Alios autem passim eleemosynam tritis emendicare lacernis, quæ res vt noua, & id tēporis inusitata, sic ad incutiendum ruborem valuit plurimum. Quosdam verò primis se intendentibus tenebris mittebat foras, vt medijs in triuijs, compitibus edita voce clamarent, Heu, Heu peccatores à peccando iam desistite, moriendum cum sit vobis. Quibus aliquando carminibus probus quidam admonitus Clericus, protinus occurrit, & cum viarum teneret itinera, salutares illos præcones in vrbis loca deduxit, plurimis nobilitata flagitijs: illic vociferare iussos. Nonnullos eodem modo in mediam hominum turbam mittebat Simon, qui contentis vocibus ingeminare identidem. Terra, Terra ad forum adfuit auditura verbum salutis. Cumq; ad dicendum vnus aliquis è Collegis haud imparatus accederet, popululq; tumultuariè ei pulpitu excitasset, eo ille cōscenso præmonebat initio Stradam posttride verba facturū, adessent frequentes: interim nonnulla breuiter se quoq; dicturū. Atq; hoc exordio de supremo vitæ die, formidandoq; iudicio, deq; reddēda Deo ab vnoquoq; ratione cōmodum instituebat, frugiferumq; sermonē. Die insequente cōuocata à fratribus cōcione Strada eodē vestigio præparatis iam animis ad accipiendos diuini verbi satus suam habebat orationem. Quibus sum sermonibus, tum clamoribus, varij existebant inter homines motus pro cuiusq; animi affectione, vel sensu. Quidā intimo dolore saucij ab inueterata peccandi conluerudine abducebantur. Alij contra liberius obrectantes Patrū facta carpebant. Prudentiores verò, aut qui tales sibi videbantur, in ea fuere sententia, vt nimij illi reprimeretur ardores, duobus, tribusve ex eo numero coercendis. Qui verò se ipsi penitus ignorabāt, nec sua satis peccata pendebant, aiebant terrores illos ad Niniuitas aliquos pertinere: qui tamen sine animorum ingenti fructu, cōmodoq; non erant. Nec verò è spiritualium exercitiorū secessu minora cernebantur in animis lucra, cum ex eis tam cōmutati homines prodirent: vt miraculo patiter, & incitamento cæteris viderentur. Quippe tanto ardore animi magnalia Dei loquētes audiebantur, vt illud in eos aptè caderet, quod & à multis satis in tempore iactabatur. Musto pleni sunt isti: hinc & illud in vulgus fluxit, quod & valdè percrebuit, qui apud Patres se semel exercebant, eos sæpè visa videre. Quæ fama ipsum quoq; Cardinalem Henricum, Eundemq; supremum in hæreticos iudicē tandem impulit, vt per hominē fidelissimum de re tota cognosceret. Dederat autē id negotij Rectori Academię fratris Iacobo de Murcia ex familia S. Hieronymi, ita tamen, vt dissimulauerit, & sine Societatis nota in eos, qui exercebantur, inquireret. Qui dum

52
Exempla
mortifi-
cationū
publica-
rum Co-
nimbrica
notabilia.

53
Varij ser-
mones de
mortifi-
cationib.
publicis.

54
Inquiri-
tur in
exercitia
Glas.
dantur.

facit imperata, legitimeq; fratres nostros de obiectis visis interrogat, inuentus est, qui (Rodericum Menesium fuisse aiunt) se visa vidisse diceret, & quidem horrida. Cui Rector, & quænam, inquit, sunt ista visa, quæ dicis? scribamque suum simul admonet, vt quæ narraret, exciperet. Ille vero memetipsum, inquit, vidi, quem nunquam antea probe videram, tetrum sane monstrum, & cuius simile numquam vidi. Ita dum inuestigatur improbitas, probitas illustratur.

55
Studium
precandi
Conim
bricensi.

Quotidiana porro sociorum domi, forisque palestra, nulla ferme alia, nisi continens erat precatio, vt instar criminis haberetur, si quis domo egressus non pium aliquid ad commentandum passim inter itinera comparasset. Solenneque omnibus erat, vt prius quam tecto pedem efferrent, in sacellum se reciperent ante Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, dum futuræ præcationis argumenta colligerent. Ex quo haud raro fiebat, vt multi in itinere actu contemplationis abrepti, in obuia quæque, seu homines seu lapides, seu oneraria iumeta velut capti oculis, nec sentientes incurrent: occurfantium ludibrium in terris, quorum in cælis conuersatio, iplis admirationi Angelis erat. Accedebat in ore pallor è præcationis assiduitate contractus, tantaq; macies, vt ioci causa dictarent homines, palearum illos fuligine eum sibi colore accersere.

56
Ioannis
Suarij Co
nimbricæ
sive Episcopi
in So
cietatem
studium.

Ac ne cœnationis quidem tempore contentionem remittebant orandi. Quam ipsam pius inter epulas Anagnostes, vt solet, alebat. In libandis autem cælestis aræ mysterijs fratrum pietas tam erat incensa, & ea vis lacrymarum, vt ad id pietatis spectaculum non modico itineris interuallo cõplures Academici conuolarent. Atq; hæc domestica, illa externa. Magnæ hominum ceterarum nõ ex ciuibus modo Conimbricensibus sed ex proximis etiã pagis ad expiãdos apud illos animos confluerunt. Quibus in audiendis, periteque tractandis egregiè verabatur in primis Andrea Ouiedi, & Ioannis Aragonij lenitas singularis. Conimbricensis etiã Episcopus, qui sacris à concionibus paulò antè Regi fuerat, & Principis institutor, ex Augustiniana familia, Ioannes Suarius vir de Societate inde vsq; ab eius in Lusitaniã accessu, perpetuis & maximis officijs optime meritis, nouo sibi onere imposito, ad id sustinendum, alias præter Societatis, quam tantum cõplectebatur, operas non quæsiuit. Cuius & hortatu præcluum orbitati Virginum domicilium magnis ad urbem sumptibus extruendũ, vnde vel ad honestas postea nuptias, vel ad sacra Cœnobìa dote dicta dimitteretur, curauit. Extrat adhuc huius pietatis Conymbricæ monumentũ, cuius Societas ipsa primordia, quoad suis progressionibus vteretur, & ministris committeretur idoneis, aluit, ac sustentauit. Hic erat Societatis in Lusitania cursus, eum in eo quoque Regno Concilium Tridentinum indictũ est. Quò cum Regij Legati, Lusitaniq; de more Præsules vocarentur præstãs pietate Rex de religionis propagatione, morumq; confirmatione sollicitus per literas Simononi mandat, vt cum eruditis de Societate Patribus accuratè perpendat, quænam potissimum ad celeberrimũ illum totius Orbis conuentum suo referenda nomine viderentur. Eisdemq; postea Cõcilio Societatem nostrã cum studiosissimè cõmendasset, graui oratione testatus est, quam illa nõ in Lusitania modo, sed in ipsis etiã Indiã regionibus pro Dei gloria, & animorum cõmodis defudaret. Addidit & id Societati oneris Rex, vt Simon loco Ioannis Suarij, quem Conimbricensi Ecclesiæ præpositum diximus, institutionem susciperet Principis, rogato Ignatio, vt ad id muneris permanere cū in Lusitania sineret. Dudũ siquidẽ B. Pater cauebat, ne nimius Aulæ vsus, ac fauor Simoni, Societatiq; in commodaret. Sed neq; pietati eximie Regis, neq; ingentibus erga Societate meritis, quod is adeo sancto cõsilio postulabat, potuit de negari.

57
Simon in
stituendo
Principi
præficiatur.

58
Res Arao
zij, & Fa
bri in Ca
stella.

Faber interim, & Araozius cum ex Lusitania in Castellã iter facerent, subistere Salmanticę, vbi suis concionibus Araozius totã ciuitatem incedere, ac permiscere cœpit: Faber autem priuatis colloquijs, & cõceptos fouebat ignes, & novos denuo suscitabat. Multa se ad animorum tutelam aperiebant viæ, & laboris vndiq; suggerebatur occasio. Tum demum in ijs prouincijs Societas perspici, quæ ad id tẽpus pene ignorabatur, est cepta: tum à Principibus viris eius expectita Collegia. Florebat tũc in Academia Salmanticẽsi ex B. Frãncisci familia Alfonso de Castro. Ex Dominicana Franciscus Victoria, clari vterq; nominis apud scholas; nec pietatis sanè minoris. Qui Fabri quę Lutetiæ iam antea norant, Araozijq; aduentũ non modo omni beneuolentiæ significatione complexi sunt, verum etiam Societatem ipsam adeo in vulgus cõmẽdarunt, vt Salmãticensium de ea vocanda consilium, ac voluntatem accederant. Ar Patres cum satis haberent

59
Salmãtica
Societate
illustrant.

berent in praesentia prima, quasi semina procreandarum frugum in tam nobili ciuitate iecisse, ceptum iter profecti, Pintiam, quam & Vallisolerum vocant, ea tempestate regni sedem, decimo septimo Kal. Aprilis appellant, & pauperum ad hospitium suo more diuertunt. Hic & commendatitijs Lusitani Regis epistolis, & Lusitanorum Procerum haud minus benignos, quam expeditos aditus ad Philippum Principem, & Mariam coniugem naeti sunt. Ab his primo comiter excepti, postea etiam per otium ad colloquium inuitati, tam propensos in Societatem eorum animos perspexerunt, vt latissimum tota in Hispania campum explicari suis laboribus iam tum cernerent. Tantorum igitur Principum nixi praesidio, sed multo magis Dei, quod maior in alias mox Hispaniae oras aperiretur ianua, Vallisoleti primum, & in ipsa Curiae luce Societatis exequi munera, eamque velut pennicillo adumbrare rebus ipsis instituunt. Itaque & in Templis, & in foris ad populum frequenter agere, crebro Christianis rudes, puerosque, moribus & institutis imbuerent: crebro nosocomiorum, in quibus etiam pernoctabant, publicique, carceris limen terere. Qua studiorum assiduitate, varietateque, munerum caterum videlicet hominum, velut graui excitate veterno, & ad aspectum nouae iucis, & ad deponenda peccata conuolabant. Quorum fama rerum publicis est plateis in Curiam, & ex Curia in omnem pene transuolabat Hispaniam, vt multis esset, & admirationis materia pariter, & sermonis. Aiebant aliqui Vallisoleti Ignatianos seu patria voce Inghistas, quidam autem Papistas (nam Pape, sedi que, Apostolice praecipuo eos voto deuinctos, iam fama vulgata) apparuisse. Nec pauci similitudinis errore decepti Theatinorum eos vocabulo, quorum item sacer ordo haud dissimili cultu, nuper surrexerat, describebant. Quidam vero quoniam nihil nisi morum conformatio eorum in ore resonabat, malebant eos, vt multis etiam locis in Italia, reformatos Clericos appellare. Nec deerant, qui cum forte altius de Patrum virtute sentirent, dictitarent eos esse Apostolos magni Dei, qui ruentibus ad Tartarum animis tempestiuas porrigerent dextras. Erant tamen omnium iudicia iudicio Curiae, & euentuum expectatione suspensa, nec audebant in vulgus vitio vertere, quod consentiente regio Principe gerebatur. Quibusdam autem instar erant miraculi: quod cum omni genere, sexuque, promiscuo tam versarentur innoxij. Nec dubitauit in media Curia Melchior Canus belle iocari, Patres Societatis Iesu herbam quandam secum solitos circumferre, quae vim haberet interimendae libidinis: eoque velut antidoto tuto posse inter foeminarum versari greges, & consentibus puellis aurem, salua integritate praebere. Ea vox seu candido, sinceroque, ex animo, seu quo alio profecta, admirationem certe multis attulit: sensimque, sparsa per Curiam ad Principis peruenit aures. Qui rei audita curiosus inuestigator Ioannē de Zuniga (eiserat ei velut morum magister ac custos) ad Patres misit sciscitatum, quod herbe genus illud esset, tantę potestatis, ac virtutis, quam illi perhiberetur habere. Fecit imperata Ioannes, expositisque, Philippi mandatis ab Araozio cotendit, vt rem sibi totam, quam mox ad Principem referret, exponeret. Hęsit hic paulisper Araozius, tum rem totam indicaturum se esse respondit, modo is eam Principi, quemadmodum ab se acciperet, accuratę, fideliterque, referret. Cum ille se reciperet, verissimum, inquit Araozius, est, quod de huius nostre herbe potestate narratur: tantum quippe virtutis est, vt non modo nobis ad frangendas cupiditates, libidinesque, sit vsui, verum etiam tutum quoddam ad continendam linguam, & conterendam elationem animi, & omnia vitia praesidium. Eademque tam multas facultates, proprietatesque, complectitur, vt e quidam valde velim & Principi, & toti Curiae eius vsus notum, ac familiarem esse. Porro nemo nescit varias a Deo virtutes inditas herbis, quarum beneficio solus potatur, qui cognitis & inuentis utatur. Acuerunt hęc cupiditate Ioannis, qui vt sine mora sibi nomē ederet tam salutaris herbae, nec se diutius properantem ad Principem cunctaretur, ac suspensum haberet, acrius instituit. Cui Araozius, hęc, inquit, herba communi sermone, Timor Domini, nuncupatur. Is eas omnes, quas enumeravi virtutes, ac multo etiam plures, quam dixi, continet. Eo nos quotquot de Societate sumus, frequenter vtimur: eius praesidio innoxij in medijs flammis, periculisque, versamur: eo instructis, ac bene munitis vbi que gentium bene nobiscum agitur. Hoc igitur Principi velim referas: hoc fideliter narres. Qui si me autorem in animum induxerit suum, eo, quoad vixerit, vt praesidio, Timore, inquam, Domini, ne ille magno suo bono experietur, quam admirabiles fructus paria, quantarumque, sit virtutum. Acquieuit respōso Ioannes, & amplius quod requireret, non habuit.

60

Aduentus
Philippi
Principis
& Marię
coniugem
Vallisoleri

61

Pij labores
ad populum.

62

Varij no-
minibus
appellatur

63

Qua her-
ba Socie-
tas uti-
tur aduer-
sus intern-
perantiam.

64
Amici So-
cietatis in
Curia
Philippi.

buit. Principi autem, quæ acceperat ad verbum reddidit. Ea mox per omnē peruagata Curiam, secundissimis excepta sunt auribus. Princeps autem eo pergebat alacrius præclaris Patrum fauere cœptis, quò eorum manabat latius, & fructus vbertas, & opinio virtutis. Cuius honestissima de Societate iudicia ipsa quoque Curia lumina, vt consimili eos honore colerent, admonebant. Iam qui Principis arcanis præerat, is ad sacras cōfessiones Fabrum sibi delegit, quem & ex regio consilio, & ex prima nobilitate secuti sunt multi. Primas autem ex fautoribus obtinebant Cardinalis Toletanus Ioannes Tauera summa integritate, ac sapientia Vir, quem Philippus ipse propter consilij prudentiam, atque fidem verebatur vt patrem; & Bernardinus Pimentellus Tauera Marchio, qui & Fabrum ad confessiones adhibebat; deinde Apostolicus nuncius Poggius, cui in Germania plurimis iam pridē experimentis perspecta fuerat Fabri virtus, & industria laborum. Huius sic ad Ignatium meminit Araozius. Habemus hic Poggium nunciū tam bene in Societatem affectum, vt ad tēporales quidem res, alter Petrus Codacius; ad spirituales verò alter Iacobus de Eguia existimari possit: nec alio nisi Fabro à confessionibus vti placet. Apostolico porrò nuncio, Cardinaliq; adiungebantur, quotquot ferè in Aula morabantur Episcopi, Salmaticensis in primis, & Calaguritanus. Nam Pompeiopolitanus cum alia multa de Societate probabat, cōmendabatque, tum institutū condendi Collegia, quæ cunctis Pastoribus veluti Seminaria quædam suarū Ecclesiarum fouenda, & promouenda dicebat. Probabant autē & id vehemēter quod nouus hic Ordo nullo à ceteris discreto cultu, sed eo, qui cum Clero regionis cuiusq; congrueret, vteretur. Sic enim fore, vt is omnē oram, ac regionē ad sanandos mores, & curanda vitia minimo negotio peruaderet. De Doctore Ortizio, cuius in Societate humanitas supra demonstrata est, deq; cōmendatarijs maioribus Castellæ, ac Legionensi, omninoq; de regij Consilij Præside nihil attinet dicere. Quorum vt erat pietati mens dedita, ita & in Societate pia in primis, ac beneuola fuit. Nec minus ab hæresum vestigatoribus huic familiæ nominis, & autoritatis accessit. Quippe horum in eo regno potestas summa cum sit, quicquid ab his pium, sanctumq; probatum fuerit, probatur à cæteris: probant autem nihil ex his, quæ ad Deicultum, quæq; ad Catholicam religionem pertinent, nisi vt par est, censorio quodam, seueroq; iudicio. Ergo hi Fabro, Araozioque agentibus apud populum auditis, vberimaque ex eorum laboribus messi, tum etiam eximia erga sedem Apostolicam fide comperta, voluerunt & ipsi suis Societatem cohonestare iudicijs, eiuſq; tum prudentiæ, tum doctrinæ captiuos quosdam, & inclusos hæreticos, qui suam detestati proteruiam in Ecclesiæ sinū reuolare decreuerant, cōmiserunt. Erat tum summus in hæreticos iudex & inquisitor Iacobus Tauera Cardinalis Toletani propinquus haud familiæ nostræ minus, quā Cardinalis ipse beneuolus. Horū erga Patres honestissimis iudicijs satis declaratū est, quam temerè ad eorum tribunal, fuerat olim delatus Ignatius: quaq; fuerit, & vitæ grauitate, & doctrinæ constantia sanctus ille præditus Pater, cuius filij tantæ sanctitatis & eruditionis documenta iam darent. Tum demum improbiſſimi calumniatorū, qui ad eam diem de Ignatio, Societateq; vigeant, euauère rumores. Nam quanquā alias cum Ortizio Faber, vt supra significatum est, varijs in Hispaniæ locis, atq; in ipsa etiam Curia dictis, factisq; notitiam aliquam Societatis attulerat, id tamē ex itinere, & cursim fecerat, mox in Germaniam rediturus. Nunc autem aptissimum tempus nactus Philippo Principe, coniugeq; propitijs id ipsum per otium & accuratius fecit, vt quæ se absente prauæ de Societate opiniones emerſerant, noua sua præsentia discuteret, & tanti Patris reuerentiæ cōsuleret: dum obloquentiū ora minime reformidans vltro conuenit vnumquemq; & de suis studijs, institutisq; responderet. Quo etiam nomine nobilibus quibusdā Lusitanis plurimum Societas debet, qui Mariā Principem ex Lusitania comitati, & in eius perseuerantes Aula nō ad alios se in Castella curadi animi causa, nisi ad Fabrum, & Araozium adiunxerunt, cæteris suo exemplo commonitis, vt omni suspicione deposita, tuto Patribus se committerent. Illud insuper Curie testati Societatem in Lusitanæ regno, totisq; ferme Indijs, non Ecclesiæ modo, religionique, verum etiam publico otio, tranquillitatiq; mirificè profuisse. Quod sanè testimonium recentissimæ Xauerij litteræ, Prætorisq; Indici maximè confirmarunt, quæ à Lusitano Rege missæ, & de suggestibus in concione perlectæ, mirum est quantum in hominum pectoribus ardoris iniecerint.

65
Sacrorum
Quæſitorū
de Socie-
tate hono-
rifica iu-
dicia.

Gestic-

Gestiebant vniuersi læticia nouæ sobolis ad Christum accessu, & sui conscientia repositæ, metu quodam intimo pulsabantur, ne quod de Iudæis olim pronunciauerat Christus, multi ab Oriente venirent; & cum Abraham, Isaac, & Iacob recumberent in regno cælorum; filij autem regni eijcerentur in tenebras exteriores. Id erat plurimis vitiorum frænum, & melioris vitæ stimulus ordiendæ. Certabat cū plebe nobilitas, Principes cū priuatis in ornatu morū, cultuq; iustitiæ: delectabant Philippi, Mariæq; coniugis incensa studia: qui dum & suis, & alienis animis cōsultum volunt, omnem sui adeundi copiam Patribus faciebant, & quicquid in eam rem opis expeterent, porrigebant. Quorū etiam in gerendis rebus animaduersa prudentia, integritateq; non dubitabant ad grauissimas vti causas, vix vt interdum populo mos, qui frequens vndiq; ex omni genere consuebat, à Patribus geri posset. Ipse verò Ioannes, quem supra nominaui Zuniga, eiusq; coniux Stephania Requesensis Patres frequenter adibant, cū eisq; de animi salute audivissime cōferebant. Aluarus verò de Corduba Regij Princeps stabuli, Patrum vsu, colloquijsq; adeo se pietatis studijs, & caritatis addixit, vt eius vxor Maria Aragonensis pari pietate fœmina dicitaret, se ante Patrum aduentū Aulico fuisse Equiti, postea rari exempli Equiti collocatam, qui recte factis insisteret, & cōfectis quotidie suis cū Philippo negocijs in interius cōclauē se abderet, aut si forte versaretur in Pardo (regium id erat nemus) opacæ arboris latebrā quæriraret, vbi de more se ad orandi munus, ac pensum referret. Præcipua eius exercitatio caritatis in proximis erat; eaq; de causa in Valetudinario, vbi & ægrotis suis manibus ministraret, & eorū indigentiz cōsuleret, multus, & frequens erat: primisq; se intēdentibus tenebris vnā cum equitibus alijs, quos eius excitaret exemplum, sese ad Nosocomiū sublatis in humeros culcitris conferebat, vt Christo in suis minimis lectum sternerent. Nihil his inferior erat Ferdinandus Sylua Comes Cifontanus magno apud Carolum loco, à quo & filiarū custos, quas Infantens appellat, & rotius illius Curiz quati Magister est factus. Is eam de Patribus opinionem hauserat, vt cum ad eos adiret, illud fere haberet in ore, Conferamus nos ad Clericos sanctos, tanta erat de sanctitate vtriusq; opinio. Ab eisdemq; voluit scripto sibi tradi præcædi viam, & sui peccatoris discutiendi præcepta. Confluebat ad Xenodochium, quo Patres primo diuerterant tanta hominum vis, tum ceterorum, tum Procerum, vt amicorū rogatu coacti sint sedes illas pauperibus cedere, & in alias ipsi paulo commodiores, quas eis Princeps instruxerat, immigrare. Nec vero Vallisoleti modo, eorum se nauitas continebat, sed bona Principum venia Madritum Faber excurrit, vbi Caroli filias, ijs iam æque notus, ac carus inuisit. Apud has verba fecit, & ad paratas meditationes haud inuitas admisit. Quarum natu grandior, cum de more rogaretur à Fabro, quid ex adhibita cōmentatione commodi percepisset, respondit. Roga mi Pater Dominum, vt me sibi talē instituat, qualem vestra Societas optat: concepta videlicet animo vota perfectæ virtutis interpercepta commoda numerabar. Hinc Faber ad Cardinalis Toletani ditionem, quæ Madriti reliquerat, flexit iter: quibus locis quod tribus fere ante annis industriā in defendendis animis singularē ostenderat, hoc nunc auidius ab vniuersis excipitur. Hic re bene gerenda cupiditatē Societatis cum alibi passim, tum Toleti, vbi ad excitandum Collegij decus multorū se benignitas obtulit, incitauit. At Faber, qui prius in ipsa Regni sede, quam vsquam alibi vberioris spe fructus collocare Societatem malebat, satis habuit in præsentia prolixam Toletanorum voluntatem in posterum confirmare: & haud inani spe data, Vallisoletum Iunio exeunte se retulit. Quippe visa Principibus ac Proceribus diuturnior oprati hominis est absentia: reuersoq; se uere mandatum à Curia in posterum ne discederet. Interim multæ Ciuitates studio Societatis accente eam ad sese per literas euocabant. Quarum ne contemnere Faber preces, ac vota videretur, Ignatio vrgente præsertim, vt inchoati Valentini Collegij haberetur diligens, ac potior ratio, Araozium ad eas destinat. Cuius ciues Vallisoleteni discessum autoritate Principis interposita impedire conati, nihil scilicet profecerunt. Nec enim exorari causa cognita Princeps potuit, gauisus potius tot ex partibus Societatem acciri, quam vt vni loco esse iuberet affixam. Interim ex Maria coniuge Carolus nascitur Kal. Iulij. Cuius partus lætitiā, mors funestissima Parentis (quæ rerum humanarum inconstantia est) paucis diebus extinxit, vndecima videlicet à partu luce: quanto omnium mærore, fletuq; quanto Principis luctu, cui carissima & vere con-

66

Fabri. & Araozij auoris in aula, & fructu.

67

Faber excurrit Madritum.

68

Et Toletum.

69

Marius vxor Philippi Principis Madritæ ex partu.

intererat, quid attineret memorare? Ingenti quoq; si sensum hominum spectes, nostræ Societatis in hoc mundo, cuius illa faucebat initijs: quanquam Societas iam tum tacite admonebatur haud humanis, sed diuinis nitendum esse præsidijs.

- 70
Araozius in dit Complutum.
Compluti Araozius Rectorem Collegij maximi, quod appellant, oprantem aliquotè Societate Theologos ad instituendum sacræ doctrinæ in eo Gymnasio Collegium primum adiit. Deinde ex ceteris, qui propensiores ad Societatem videbantur, Ioannem Medinam Virum ap-
prime doctum, magnæq; autoritatis, nominisq; conuenit. Qui de huius constitutione Collegij consultus, respondit non tam id ductu Societatis inchoandum, quam in eiusdem Societatis v-
sum conuertendum. Sic fore vt nec Collegij decus ei abesset Academicæ, & nouo insuper Socie-
tatis decore, quod, expeteret, augetur, in eoq; cum grauissimorum virorum mente, sensuque,
Medinæ sententia congruebat. Illud tamen Araozij aduentu Compluti perfectum, vt alij de
71
Emmanuel Lopius in Societate Vallisoletensi receptus.
Societate discipuli Villanouæ adijcerentur, auctumq; Sociorum numerum ædes laxiores exci-
perent. Accesserant autem huc ex Lusitania Maximilianus Capella, & Vallisoletio Emmanuel
Lopius nuper ibi receptus, qui vnâ cum ceteris literarum studijs intenti non intermittebant ad
fancienda Collegij primordia, aliquid etiam foris nauare proximis. Sumprum suppeditabat il-
lustrium Matronarum pietas, Eleonoræ Mastarenæ, coniugisq; Cifontani Comitis Ferdinan-
di Syluæ, & quas primum nominare debui, ipsæ Cæsaris filix. Quarum perenni benignitate,
Nostrorum & studia nitebantur, & vita. Rebus Complutensibus ita compositis Barcinonem
72
Barcinone expeditur Societas, & gesta ibi ab Araozio.
Araozius recta properat; vbi meliore etiam loco, & solutiora offendit omnia. Iam Societatis a-
mici ad vsum Collegij parauerant ædes, iam satis ampla librorum supellex à Ioanne Puzale viro
pio, & erudito, Beatiq; nostri Patris amico de vita abeunte legata. Iam Sacerdotes duo nomina
Societati daturi partes eius, ac munera in præparatis ædibus incenso animo, populiq; approba-
tione susceperant: quibus & tertius post Araozij aduentum, adiunctus est socius: selectique in
eundem nunterum de multis alij, quibus eadem à Deo donata mens erat. Quos inter Antonius
deinde Cordelius præstantia virtutis, ac rerum gestarum excelluit. Accedebat optimi Præfulis,
Prætorisq; voluntas, qui & de Societate præclarissime sentiebat, & Araozij concionibus supra
modum oblectabatur. Araozius tamen ipse, cum ad explendas omnes partes, numerosq; Col-
legij nondum promptum animaduerteret, quod satis esset argenti, Barcinonensibus spe iniecta
Collegij, bibliothecam duntaxat, & domiciliū, vt vsui futura mox Socijs, admisit: ceterū prius
omnia dixit cum Ignatio Societatis Præposito communicanda, & mentem eius per literas ex-
quirendā. In eo autem domicilio tribus illis Sacerdotibus collocatis, præside Ioanne Queralt-
ta, cui postea in bene cæptis firmitas defuit, meliusq; de rebus Societatis edoctis, & ad constan-
tiam incitatis audiendi, remittēdiq; de more peccata ius impetrat: reliquos eiusdem mentis, ac
propositi viros bona spe complet, quoad recens Dei vocatio pia precatione, diuturnitateq; suā
quasi maturitatē assequatur. Hunc in modum confirmatis Barcinonensium animis inde migrat.
73
Stratus Societatis in Valentia.
Ignatiumq; de re Barcinonensium, ac Complutensium per literas docet. Cui rescripsit Ignatius, videri
sibi vt in Hispanias, vbi & Societatis instituta vulgo nota, probataq; iam essent, & antiquæ sus-
piciones excussæ, socij alij mitterentur. Ad extremum Barcinone relicta, Valentiam, Nouembri
ineunte, perrexit. Hic Ciues reperit plane nostros: & quanquam Valentia non dum Templi
copia Sodalibus facta erat, nec per literarum studia vacare proximis satis poterant: curtebatur
tamen ad eos certatim mysteriorum gratia, & studio salutis. Et ij quidem ne plane sui essent, sed
q; aliquid ceteris impertirent, duos ex hebdomada dies mysteriorum procuratori dicabant:
74
Laudacobi Mironis.
cetera compensabant exemplis, quibus acrius humana pectora, quam disertissima oratione
ciebant. Quippe elucebat in eorum victu frugalitas, perpetuus in disciplina tenor, in afferendo
consilio prudentia, in quotidianis cōgressibus ardor spiritus, in omni deniq; actione modestia,
75
Ludovicus Cõsalum Conimbria Valentiam misit.
vt maior ex ipso aspectu, quam ex verbis disciplina virtutis existeret. Ac de Mirono quidē, qui
ceteris præerat, scripsit ad Ignatium Araozius, egregiū se innocentia reperisse cultorem, qui que
apud eos ciues mira sanctitatis opinione floreret: in ceterisque laudibus splenduisse ieiunio, vt
qui nullo sæpe cibo biduum, triduumue traderet. Auctior autem idcirco Mironis familia,
Collegijque tum erat, quod Ignatius impetratis ab Apostolica Sede redditibus in fundamenta
Colle-

Collegij, continuo illuc de suis aliquot ab Vrbe miserat, nonnullosq; de Lusitania Simon, in
 ijsq; Ludouicum Consaluiū, cuius inductioni animi, consilioq; tota se propinquorum, amico-
 rumq; nobilitas opposuerat. Nec tamen hoc Valentini Collegij incrementū profus detrime-
 to vacauit: vt rara inter homines lucra non damnis immista sunt. Quamquam & hoc damnum
 summa bonitas demum in lucrum vertit. Antonius Monis (quem huic Lusitania missum su-
 pra docuimus) sensim languidior in disciplina factus, tum occulto germani, qui ad id Valentia
 Olisippone venerat, colloquio delinitus, cum ei, quas ante Collegio Conimbricensi donarat,
 facultates suas donasset, cœpit inquietior agere, & respectare mortalia, seu vitam affectare va-
 gaz, liberiorisq; sanctitatis. Missus ad Fabrum curandus, perrexit in Lusitaniā. Ibi cū stimu-
 lante conscientia, tum Satana illudente, nullo remedijs loco relicto, è Conimbricensi fugit
 Collegio. Ruebatur cœcus in exitium, nisi (vt iure postea ipsemet interpretabatur) tanquam ca-
 rena fratrum precibus teneretur. Cum enim in Montem Serratum venisset, nec diutius ferre
 conscientia diurnam, nocturnamq; luctationē possēt, eam prodigi filij vocem vsurpans: Ibo ad
 Patrem meum, Romam iter arripuit per summas brumæ rigentis iniurias, & ærumnas alias, vn-
 de grauitere, diuq; Auenionem decubuit. Vbi attigit Romam, nō ausus coram Beato Patre iniuf-
 sus apparere, per epistolam ex Hospitali domo sancti Antonij Lusitanorum veniā suppliciter
 petijt in eius conspectū veniendi. Totus erat squallore deformis, ac macie, crassa tunicala teatus;
 & suppeditari necessaria, tamen ad duodecim dies ab suo conspectu arcuit, vt & ipsi, & alijs pro-
 dederet exemplum. Quos dies in luctu totos, ac lacrymis egit Antonius: & incitante ardore ali-
 quando ab cingulo superne nudus, crudo se flagello cruentans sacras stationes obiuit, aliaque
 moliebatur, nisi mature Beatus Pater admonitus vetuisset. Admissus tandem ad conspectum,
 complexumq; dulcissimi Patris, & Sociorum conuictum non longo superfuit tempore, sed ea
 virtute, vt videretur labi permissus, quo excitaretur robustior. Ac ferme lic vsu venit, vt tepido-
 rum non sit potentior medicina, quam publica, & grauis ruina. Sed vt redeamus Valentiam;
 cum ad duodecim Sociorum cœtus excresetet, laxiores migrarunt in ædes optimo loco sitas,
 & publicum propter Gymnasium, sed mercede conductas: quas tamen mox emendas curauit
 Araozius: & sumptus quidem, dum fructus capere ex Ecclesie prouentu per Apostolicum di-
 ploma licuit, suppeditabat Petrus Domenecus, Hieronymi parens, vir egregie pius, & Societa-
 tis, cui se filius peramans consecrarat, studiosus in primis, quam & in partem hereditatis filij,
 viuens ipse, vidensq; vocauit. Araozius autem vrgebat de more verbo, ceterisq; suæ disciplinae
 praesidijs. Cumque Ciuium cepisset animos, & in Societatem confirmasset, loci vicinitate ad-
 monitus ad Gandia Ducem Franciscum Borgiam, seu officij gratia, seu vt de re Collegij cogno-
 sceret propius, excurrit. Iam enim norat postularum à Duce Collegium, camque rem ad Fa-
 brum, cum in Castellam venisset, ab Ignatio fuisse reiectam. Tamen postea longiore Fabri,
 Araozijque in Lusitania mora, sex è Societate ad initia Gandiensis Collegij impetrauerat Dux.
 In his Andream Ouiedum, quo moderatore strenue sane Gandia promotae res est. Nam & ad
 populum stans ferijs nauus Pater agebat, & in æde quadam addicta Collegio rite animos ex-
 piabat. Nec deerat viciniae pagorum solita Catechesi, ceterisque animorum subsidijs, diui-
 sa cum fratribus cura: sed spes scholarum, quo non modo Ciuitas, verum etiam ipsa vicinitas
 inuitata iam erat, solatio fuit: quibus paucos intra menses apertis, & docendi onere leuaretur
 Ouiedus, & longe plurimorum consuleretur inscitia. Quicquid ab his gerebatur, probaui. A-
 raozius. In Duce porro singularem pietatem animaduertit, adeoq; propensos in Societatem a-
 nimos, vt iam tum audiret illum velut vnum se de societate iactantem. Quamquam autem no-
 strorum Dux ipse vitis, studiisque satis ille quidem affatim consulebat, nihil tamen adhuc cogi-
 tati operis inchoauerat. Cunctationis causa eius scilicet animi magnitudo, quia per amplum
 moliebatur amplae familiae Collegium ad propagandā inter Mauricos (eos ita nominant, qui ori-
 riundi ex Mauris Christiani facti sunt) quibus ea redundabat Regio, religionem, ac fidem, tum
 etiam Ignatij prudentia, qui non ignarus inchoata praclara nimia saepe festinatione peruerti,
 progrediendū pedetentim existimabat. Dux autem & si ad rem Collegij multa poscebat, omnia

76

Antonij
 Monis post
 fugam ab
 Societate
 insignis
 paucitiam

77

Araozius
 adis Gan-
 diam, ubi
 inchoatū
 Collegium
 Ouiedo
 praegressa.

tamen ad Ignatij referebat arbitrium: adeo ex animo vereq; Societatem, quam verbo profitebatur, induerat. Ergo per Andream Ouiedum prima est operi admota manus, nam supremam imponendam à Fabro in Italiam redituro proximus indicabit annus: in quem nos, & pij Ducis ad Societatem accessum, & Collegium Gandiense reijcimus. Dum in his locis, muneribusque ad insequentis anni primordia Araozij labores euigilant, moliens Faber Vallisoletani fundamenta Collegij apud Philippum, vt diximus, versabatur. Complures ibi de primarijs, Episcopis que ad exercendam de more mentem, quod paulo ante videbantur horrere, mira comitate perduxit. Quos medij homines imitati complures, in alios repente viros, magno Aulae miraculo, commutati sunt, alijs aliud salutis iter ingressis, & expetentibus Societatem non paucis. Extra Curiam vero dum in Euangelio suæ non parit operæ, pene innumeros parit Deo: vt ipse met nonnunquam admiratione perfusus benignitate tam clementis Numinis erubesceret, quæ suos non aspernata labores, tanta fecunditate donaret. Ac ne tam prospero efferretur euentu, modestiæ causâ dictitabat, nisi olim Ignatij calamitates, & tempora præcurrissent, merito se potuisse tam secundum Hispaniensis rei cursum habere suspectum: vt quia vfu didicerat, quod B. Marcus Anachoreta prodidit, Deum explorata indignitatis nostræ ratione pleraq; hominibus auxilia consueuissè, præuia calamitate conferre. Sed quoniã partam tueri prædam vix vnus poterat: non dum enim, quibuscum suas diuideret curas, habebat, consilium cepit, vt ex multis, quorum corda inter exercendum tetigerat Deus, optimum quemq; diligeret, & in Societatem adscriberet. Nam haud ita pridem Sacerdos quidam Iacobus Mendius, & alij quatuor, daturum nomen accesserant; quorum explorata iam Faber animum miris modis, & saluberrimis experimentis instituit. Hunc numerum alij auxere mox quatuor, vt iam delecta familia præter commune teetum, vbi ad Societatis normam dirigeret vitam, nihil vltra requireret. Commodum Philippus Princeps extincta coniuge Vallisoletano Madritum cogitabat, cum Faber non cunctandum ratus, de constituenda in ea Vrbe domo Principis ante discessum agere per opulentos viros instituit: tulitq; celeris industriæ fructum, domicilio confestim, & alimentis inuentis. Nec defuerunt, qui large oblata pecunia sacram ædem inchoare percuperent. Favit tam pijs conatibus præter ceteras ea, quam supra memorauimus Eleonora Mascarenia; quæ & Philippi pueri curam gesserat, & Caroli nuper nati gerebat. Ea Fabrum priusquam Madritum infantem auheret, vt ei benediceret, & bene precaretur, accessit: tanti apud eam & Fabri sanctitas, & Societas erat, vt merito Beatus Pater eam Societatis Matrem appellare consueisset. Ex his initijs magnitudo Vallisoletani Collegij, quam hodie cernimus, & Professorum luculenta domus extitit. Faber autè è nouem quos delegerat Socios eos modo quos sensit idoneos, sed præcipue Iacobum Mendium, Ioannem Cofaluium, & Hermetè Flandrum Vallisoletici reliquit: reliquos Madritum secum, vbi commodè eis habitatione parauerat Princeps, abduxit. Hic commendatis Beato Ignatio per literas Germaniæ partibus, quarum pro salute superioribus annis adeo sudarat, & allebat, præclaros animi sui impetus ad omnè laborè pro Hispaniarum quoque salute renouat. Ne quem autè commoueat quod Faber, & Araozius Curiam coluisse dicantur, à qua potius longè abesse, si disciplinæ ratione consulas, oportebat. Illis enim initijs vehementer intererat nascentem Societatem, & obscuram, & quam Satanas maleuolorum sermonibus omni ope conabatur obruere, ante omnia summis probari capitibus, vt inde ad subiectos populos tanquã semen suæ propagationis acciperet. Nec tamen cessabat Beatus Pater identidem admonere, vt nulla re nisi obeundis religio:æ disciplinæ muneribus, solidæq; humilitatis exemplis, cum prodesse salutis cõmuni, tum Societate euulgare studerët. Nec omnino Araozium laudabat, qui quanquam non sine publico ingenti bono, tamen plus nimio videbatur Procerum consuetudine vti. Quippe ea erat sapientissimi Patris sententia, non vfu Magnatum, & tractatione ciuiliū rerum, quod seuerissime interdicebat, sed constantibus laboribus, vita irreprehensa, Diuini verbi prædicatione Apostolica, terendis Nosocomijs, publicisq; custodijs, & id genus caritatis, & humilitatis officijs colligendam esse approbationem, & autoritatem, quæ necessaria est euangelicis operarijs, vt labores in subleuandis animis salutariter ponant. Deniq; quam ipsis hominibus Religiosis fugiendas aulas, tam enitendum vita, rebusq; gerendis, vt de

toto ordine bonus in eas odor ad Dei gloriam penetrat. Hactenus de rebus Hispanis, sequuntur Indica, clausula haud iniucunda lectori. Versabatur Cocini Xauerius extremo anno superiore: cum idoneis autoribus est allatum, duos è Macazaria regno Dynastas ad ouile Christi frequentis comitatu per Mercatorem Lusitanum Antonium Paviam non multis ante mensibus accessisse: euocatisque Malaca legis diuinæ Magistris confirmasse: sed ad id tempus pecudum ritu vixisse: ceterum in posterum Dei notitia, cultuque imbutos, hominum more victuros. Est autem Macazaria insula ingens, leucas ab Cocino in ortum prope quingentas, ab Molucis insulis item in ortum circiter quinquaginta distans, trecentas ferme ambitu colligens: sub idem fere tempus ex Ceilano insula nuntiabatur præcipuum eius regni Dynastam Regis filium natu grandiore, cum Lusitanorum exhortatione Christianus fieri multis cum alijs decreuisset, à barbaro Rege parète cum alijs septingentis fuisse necatum; visaque post eam interneccionem Cruces duas, alteram in cælo igneam, alteram in hiatu terræ, vbi patrata cædes erat: quarum hanc cum barbarorum perfidia, sepe ingesta humo conaretur opprimere, semper tamen emicuisse, eoque prodigio complures fuisse permotos: Regis autem filium natu minorem cum regis primarijs, & consanguineis aliquot ad Christum esse conuersum. Qua gemini lætitia nuntij Xauerius anceps, dubiusque in Macazaria ne Regnum latissimum Euangelij campum, an in Ceilanum excurreret, cum illuc ipsa longinquitas ad labores, huc propinquitas ad celerem fructum accerferet, statuit denique, quoniam & nonnulla Sacerdotum auxilia in Macazariam à Malacæ Præfecto missa erant, & ipsum oportebat ad expeditionem, quæ Nagapatani contra Regem Iafanapataniæ parabatur, adesse, Macazaria tantisper dilata in Ceilanum proficisci, paratam Classem primo quoque tempore cõscensurus. Adiacet Ceilano Manaria insula, vbi sexcentos ab impio Rege Neophytos superiore anno cæsos esse memoriauimus. Anno igitur ineunte Mansilla comite Cocino soluit, Ceilanumque delatus in insulam, incidit in Regis filium: ex quo rursus, & quæ de fratris, aliorumque nece nuper Cocini nunciabantur, accepit, & admiranda cognouit ostenta, studiaque populorum inclinantium ad Christum, & ipsum denique clam baptismate cum sobrino suscepto, Proceribusque nonnullis, ad Indiæ festinare Prætorem, contra paternam sæuitiam, fidem imploraturum, & opem. Quibus rebus Xauerius cognitis dat è vestigio literas ad Paulum Goam, duos vt è Patribus, qui ex Europa propediem expectabantur, ad Ceilanum rem Christianam curaturos cum his Dynastis restituendis mittat. Ipse vero remisso in Commorinum Mansilla confestim Nagapatani, qua significauit de causa, ex Ceilano traiecit. Hic classicum illum apparatus ad nihilum recidisse, & pene de manibus elapsam esse victoriam, incredibile suo dolore cognoscit. Nam nec Rex ille, qui se Christianum fore sponderat, in suum restitutus est Regnum, nec tot innocentiū Manarensum cædes merito expiata supplicio. Nauigium quippe Lusitanorum onustum mercibus, dum è Peguano regno in Indiam remeat, ad Iafanapatani Regni fines appulsum, & à Tyranno tanquam pignus ad impetrandam confirmationem pacis opportunum, protinus occupatum, ponere tantisper arma suasit, quoad recuperarentur amissa, ingenti Francisci dolore, quem tamen sapienti animo, ac silentio pressit. Ceterum vlttricem Numinis dexteram, & si paulo serius intentam, non diu tamen contractam Tyranni crudelitas sensit. Nam & Manaria insula non longo post tempore ab Indiæ Prætore spoliatus est, alijsque affectu cladibus, & Manarenses ad vnum omnes fugerunt ad Christum: vt paucorum pro Deo mors obita velut semen innumeris fuerit & libertatis, & vitæ. Sedit Nagapatani Pater ad dies aliquot: cumque regredi in Commorinū vellet, & ventus regredienti aduersus, progredienti secundus esset, is obsequens vento, nouum iniit pro sua pietate consilium. Nouerat Meliaporam Nagapatano passuum millia non amplius centū, & quinquaginta distare (Lusitanorum id oppidum est frequens, & copiosum, omnis autem regio Choromandel vulgo dicitur) in Ora Indiæ maritima eoi lateris Goano obiecti, leucis ferme centum, ac quinquaginta à Commorino Promontorio, parique intervallo ab Goa, si transuerso itinere Indiæ latitudo secetur. Vistur hic cædes Apostoli Thomæ loci religione percelebris, quam ipse ex Idolorum Fano, vero, viuoque Numini concinnauit, dedicauitque; nec Christianorum modo peregrinorum, verum etiam Ethnicorum, & barbarorum frequentia nobilis: vbi proximo in Colle cæsus, & sepulturae mandatus Aposto-

83

Xauerius
de Maca-
zaria in-
sula. &
Ceilano
Iasa co-
gnoscit.

84

In Ceilano
tenet.

85

Apparatus
contra Iafanapatani-
am Regem em-
nesca.

86

Xauerius
S Thomæ
Apostoli
sepulchri
visu.

lus perhibetur. Cernitur, & hic saxum eiusdem Apostoli cruore respersum, quod singulis annis triduo ante ferias Apostolicæ mortis, inter sacrum Missæ rubescit, cum ipsum candidum sua natura sit, sanguineoque velut rore, quamdiu diuina res agitur, stillat; quæ peracta redit ad naturam suam, & quem exuerat, candorem reperit. Inde tanta loci vel apud Ethnicos veneratio. Ergo Xauerius Quadragesima occidente Nagapatano soluit: eodemque mox tempestate reiectus, cum in itinere sine vilo cibo totam traduxisset hebdomadam sui propositi tenax, pedes Meliaporam venit: vbi Apostolicos cineres, sedemque generosæ mortis auida religione salutat. Erant tum in Oppido Meliapore, cui ipse Apostolus melius iam nomen dedit, præter frequentes indigenas, Lusitanorum familiarum amplius centum: quarum curandis animis Præfules Vicarius

87
*Meliapore
pietatem
excolit.*

88
*Ab Demo-
nibus co-
ditur, &
miræ con-
stantiam
resinat.*

89
*Ad confi-
lia Euan-
gelica Ioa-
nem Durū
traducit.*

90
*Malaccam
adit cuius
f. eius descri-
bitur.*

Galpar Coëllius præerat. Huic Xauerius secundum Apostolum salutato, consilium exponit itineris sui, eumque adeo sibi, veteri sua in omnes Præfules reuerentia, insitaque sermonis affabilitate deuincit, vs cum Meliaporæ Valetudinarium, Cœnobiumue Religiosorum, quo diuerteret, nullum esset; Vicarius eum domi suæ non tam hospitem, quam contubernalem, quatuor-ipsius mensibus continenter habuerit: quanta cum fruge, testati sunt Oppidani, quorum ille mutuas, & implacabiles leniuit iras, & vitia inueterata curauit. In tradenda rudi populo Christi lege, quoniam latè patebat inscitia, nunquam pepercit operæ. Prauas consuetudines studiose minuit, & quæ corrigi, sanarique nulla Vicarij autoritate potuerant, vna Xauerij comitas emendauit. Apud hunc Xauerius ipse, cum ad orandum nocte intempesta de more surgeret, in ædem venit Diabolis infestissimam: ab ijsque inter ardentes preces truci fremitu, horridisque clamoribus verberatus, è plagarum acerbitate triduo fractus, debilitatusque decubuit. Nec tamen aut institutam ea nocte precationem abruptit, aut à nocturna illa orandi consuetudine discessit vnquam, adeo tartareas illas potestates irrisit, ac pro nihilo duxit. Interea cum incertus esset animi, pergeret ne ad Macazarios, an permanerent in India nocturnis, ac perennibus precibus (nã diurnis per occupationes non satis poterat) voluntatem diuini Numinis exquisiuit, & deprecatore Apostolo Thoma persensit, interiore lætitia indice, eam eius fuisse mentem, ac voluntatē, vt Malacam, inde vero in Macazariam se conferret, non tam ipsos Macazarios instituendi gratia, quod intellectum est postea, quam vt exitinere, populis plus egentibus opem ferret. Proinde illud apud se certum, ac fixum habuit, vt quod diuino instinctu conceperat, id omnino perficeret, & tempora captaret omnia transmittendi Malacam tanta præditus Dei fiducia, vt si forte deesset Lusitani nauigij facultas, non dubitaret se Malacam petenti vel Ethnicæ cuiquam scaphæ, saracenæ committere. Prius autem quam Meliaporæ solueret, in Lusitanum Mercatorem incidit, qui diuinis eius delibatis sermonibus sensit alias quasdam latere merces longe suis pretiosiores: quibus cum ex Euangelij consilio cupidius inhiaret, homo locuples, perpetuusque mundi miles in ipso ætatis flore decreuit abijcere iuas, ijsque in egentissimum quemque diuisis, pauperem cum Xauerio vitam in Societate traducere. Iohanni nomen erat, annorum quinque circiter, & triginta: in cognomine tanto variant vetera manuscripta: de Airo magis conuenit, quamquam de Eyro, vel Durum autores Xauerianæ huiusmodi maluerunt. Qui tandem, vt Xauerius prædixit, religiose vitam inter Franciscanos absoluit, cum aliquot annos Xauerio non tam adiutor laborum, quam seges patientiæ fuisset. Et quidem ad paupertatis experimenta, vt seculi negotijs, tractandique argenti dulcedini infueuerat, vix nauigium, merceque vendiderat pretium collaturus in pauperes, cum alio quam occultissime comparato nauigio fugam cæpit intruere. Sed Xauerium cælesti lumine collustratum nullæ hominum latebræ fefellerunt. Accersit hominem, & nihil tale opinanti, peccasti Iohannes, peccasti, ingeminat: Qua voce nõ quasi ab homine, sed tanquam ab contuente pectora Deo missa, mercator cõterritus, expiato per penitentiam animo, totum se maiore constantia ad abditum Euangelij thesaurum inuestigandum recepit. Hoc auctus socio Xauerius, & de voluntate diuini Numinis iam certior factus, Augusto exeunte Malacam soluit. Hic suum Macazaricæ profectiois consilium Præfecto aperit, qui cū paulo ante Sacerdotem quendam religione præstantem in naui bene instructa cum Lusitanis aliquot eo misisset, vt Neophytorum saluti consuleret, iussit Patrem, dum nauis illa rediret regionis illius, morumque nuntia, subsidere Malacæ. Interim Xauerius huic nauat operam vrbi.

Est

Est autem Vrbs nequaquam hac tempestate pristinae suae magnitudini par, tamen nobile emporium, frequensque, sita vltra Gangem in Aurea Chersoneso, æquinoctij subiecta signo, à quo duos ferme gradus septentrionem versus abest. Distat ab Vrbe Goa leucas fere sexcentas. Imbres ibi fere quotidiani, quibus & nimij Solis temperantur ardores, & perpetua tellus viriditate vestitur: vt inanis iam illa Poetarum, aut Philosophorum videatur opinio, regionem hanc quippe à Sole rubentem, torridamque semper ab igne, nequaquam habitabile esse. Hac in Sinarum regionem, Iaponiamque, hac ad Molucas, Bandam, Iauam, hac ad alias nobiles insulas *cursum est*. Xauerius nihil hic sani moris inuenit. Quippe inter gentes diu commisti incolæ fide dumtaxat salua, eorum opera iam didicerant: sensimque tantus eos stupor mentis oppresserat, vt ne vitiorum quidem turpitudinem sentirent satis; & quod deterius est, admota medicamentis respuerent. Verum, qua solebat, ægrotantium vulnera, placida Xauerius manu pertentans modo publicis, modo priuatis colloquijs, pharmacisque dissimulatè adhibitis, cœpit eos paulatim ad aliquem morborum sensum, & ad amorem Christianæ elegantiae, vnde olim defluerant, reuocare. Itaque eo demorante Malacæ paucis mensibus immutata Ciuitas est, plurimique vetere castigata, nouæ vitæ dedere principium, nemine fere ex oppidanis inuento, qui non ei se totum, vt à peccatis solueretur, ostenderet. Fuit ei rei adiumento nõ leui prodigiorum, quæ per Xauerium Deus edidit, insolentia. Quorum ille fama Sancti cognomen in Indijs paulo ante relictum, hic etiam apud Malacenses inuenit. Nam præter reliqua, quæ ab alijs copiose tradita, nos consulto mittimus; Malacensis fœminæ filiam, quam ipse nuper ad Christum adiuuauerat, excitauit à mortuis. Cuius rei testes Malacensium literas sane graues Borbanus accepit, vt eas exemplo ad Lusitanæ Reginam Catharinam mittere non dubitaret. Eademque in Vrbe Franciscus Lopius Almeida eques teterrimo oppressus morbo, simul ac capiti manus visitans Xauerius imposuit, recreari vires sensit, morboque omni leuari. Multosque ibidem alios, sacrosancti Euangelij verbis pie recitandis, sanauit ægrotos. Sed viri sanctitatem non tam prodigiorum admiratione, quam vera humilitas, & ardens caritas illustrabat. Qui vt Christianam disciplinam fœde iam labentem erigeret, haud contentus veteribus, noua insuper Christianæ pietatis excogitauit officia. Nam vbi Sol se conderet, & opacare nox terras inciperet, is a repto tintinnabulo totam quotidie urbem vespertinus obambulabat, & excitatos sonitu ciues elata monebat voce, vt eorum pro animis, qui vel igne apud Inferos purgarentur, vel mortifera noxa inter homines *urgerentur*, diuinæ clementiæ supplicarent. Quæ lugubris, & plena pietatis vociferatio, vt Malacensium auribus insolens, sic erat animis ardens calcar, seu ad concipiendam misericordiam in mortuos, seu ad auerſandam ex culpa contractam, funestissimam viuorum mortem. Cumulabat hunc laborem occupatio alia non leuis, studium latini catechismi in Macazarienſem vertendi linguam vsuiam docente, quanti referat eorum, quibus cum agas, callere sermonem: acuebatque priuatam hanc curam spes fructus exploratissima: quod gens illa ad veri Dei cultum miserè perhiberetur idonea: vt quæ nulla haberet Deorum fana, nec superstitionum magistros, aliosque, qui ad colenda Idolorum portenta compellerent; nec præter Solem, cui cælestes honores tribueret, numen vllum. Quamuis bellicosa gens esset, & quæ discordijs ciuilibus, ijsque contentibus vreretur. Inter has curas, & Ignatij ab Vrbe, & Simonis ex Lusitania literas longo intervallo Xauerius optatissimas accipit. Eæ nunciabant Sociorum ex Europa subsidia mitti: qui Goam cum peruenissent ex eorum propius literis de ipsorum aduentu cognoscit. Quibus rescriptis illico, vt ex ijs duo in Commorinum Promontorium, dum Ceilani petendi maturitas esset, diuiderentur, opem laturo Mansillæ, quem cum tribus ibi Sacerdotibus in Christianorum institutione reliquerat. Tertius vero in Goana ciuitate resisteret, grammaticam traditurus Alumnis in Collegio sanctæ Fidei. Mansillæ interim in Commorino Promontorio nunquam intermissi labores plurimis fuere salutis, qui quanquam nulla penè habebat adiumenta doctrinæ (grandior enim ad Societatem accesserat) aliquandiu tamen satis habuit ad tolerandos pro Christo labores & in animo spiritus, & firmitatis in corpore: quoad inani laborum metu segnior ad parandum factus, ab sociorum numero segregatus est. Tanti Xauerius obedientiam, vt egregius Ignatij discipulus faciebat. Tradebat ille hoc tempore magnæ Neophytorum turbæ clemen-

91

Deprauatos Malacensium mores Xauerius corrigi.

92

Edidit miracula.

93

Præclaris laboribus Xauerij in Malacensium cultura.

94

Mansillæ labores in Commorino: qui propter inobedientiam ab Societate dimissus.

95
Pauli Camerensis labores in regendo Seminario Indorum.

elementa doctrinæ, quam innocentem veluti gregem voce duntaxat non difficile agebat. Baptismo excipiebat Infantes, funera Christiano ritu curabat, commissas suæ tutelæ Commorini & Trauancoris regiones crebro interuisebat, ac cōfirmabat. Camers vero haud minoribus Goæ premebatur oneribus, puerorum institutioni præpositus: nempe in eo Collegio, quod & familia satis ampla, & linguarum varietate constabat. Sexaginta in eo intra decimum & vigesimum ætatis annum educabantur adolescentes, barbaricis iam inde imbuti moribus, adeoque ab omni humanitate magnam partem remoti, vix vt distarent à bestijs. Et, quod grauius est, inuiti sub ea disciplina plerique: vt qui piorum liberalitate per Paulum, & Borbanum à dominorum seruitute redempti, Christi cultum necessitate potius, quam sua voluntate susceperant. Qua in re præter laboris patientiam, Pauli se prodebat prudentia, dum & ad Episcopi, aliorumque moderatorum nutum se totum fingit, atque accommodat; & tamen nihil abhorrens à suis legibus, & institutis admittit. Habebat ille quidem adiutorem in eorum catechesi Borbanum, Lusitanosque præterea duos, alterum adolescentem nondum sacris initiatum legendi, scribendique vix gnarum, alterum Sacerdotem cuiusdam Sodalitatis ædituum, minus illum quidem plumbeum, sed parum tamen ad docendum aptum. Horum magisterio utebatur mercenario, vt Lusitanè, larineque loquendi, scribendique principia teneræ instillaret ætati. Verumtamen hi ipsi tam multis erant implicati curis, vt in vnum Paulum diurnæ, nocturnæque sollicitudinis pondus incumberet. Accedebat procuratio rei familiaris. Quæ quamquam ex primarijs quibusdam viris Collegij Patronis pendeat maxime, nullus tamen Paulo rei familiaris administer adhibebatur, præter vxorium quendam virum, qui diurna cibaria, & quotidiana subsidia à propala cōparabat. Paulus tamen proposita sibi ante oculos per omnem Orientem fidei propagatione, & religiosæ memor obedientiæ, quæ tatum oneris subire compelleret, omnes videlicet molestias, & absorbebat alacriter, & concoquebat. Is adeo omnibus se probauit summis, medijs, infimis; vt ad euocandam ex Europa Societatem, cum omnium animos incendisset, tum præcipue Principum, Xauerij iam ante rebus gestis, & præclaris facinoribus excitatos. Sane fructus eius perhibentur eximij, adolescentium ad virtutem progressio, morum institutio, linguarum in vnam domum introducta varietas, quibus omnes fere loquuntur Indi, Canarina, Malabarica, Ceilana, Bengalensi, Peguana, Malacensi, Sina denique & Abissina. Præstantioris etiam indolis adolescentem, natuue grandiores adeo sibi familiarem vtramque linguam Lusitanam, ac Latinam assiduo vsu, exercitationeque reddiderant, vt nullo iam negotio disciplina Christianæ summa in omnem posse transferri sermonem. Ita quisquis diuersis è prouincijs Christianæ legis gratia Goam Indus appelleret, eius Seminarij beneficio perbelle poterat edoceri. Pauloque duce illud est in more positum, vt ex omni adolescentium numero peritissimus quisque ad Neophytorum Paræcias vrbi proximas mitteretur; vt quod ipse in eo Collegio ad salutem hauisset, id eorum vernacula lingua pro suggestu ceteris impertiret. Res cedebat ex sententia haud mediocri animorum prouentu prorsus ad laborante Camerte, & in cudendis idoneis operis excubante. Cuius ad opem, atque subsidium expectati ex Europa locij quarto nonas Septembris cum Ioanne Caltrio in Soæ locum nouo Indiæ Prætoris, sublequuti sunt Antonius Criminalis, & Nicolaus Lancillottus Itali; ac Ioannes Beyra Hispanus; is, quem ex itinere Belgico Societati auctu à Strada narraui. Hi de discessu à Simone præmoniti, non æquissimis modo, verum etiam gratissimis, & libentissimis animis, ac Beyra etiam genu flexus, tanti erroris exceperunt imperium. At Criminalis cum ex eo sapius periclitandi gratia perquireret Simon, vtrum de duobus eligeret, si daretur optio, in Italiam ne redire, an trajcere in Indiam; vt suam penitus voluntatem abdicarat, vnum & idem semper respondit, se paratum ad omnia: se pari animi æquitate futurum siue ad Turcas, Tartarosue proficiscendum esset, siue enauigandum ad Indos: id modo se dolore, quod Indicis ærumnis esset indignus. Eadem animi æquitate idem in Indiam iter superiore anno susceperat monitus vt postredie discederet, sed post iactationem nauis Olisipponem regressa non tenuerat cursum. Horum & nauigatio classarijs peropportuna fuit, & aduentus tam gratis animis Goæ exceptus, quam ardentibus expeditus. Sed quoniam hæc, vt significauimus, auxilia Marsillæ destinata iam erant, dantur confestim supplices ad Xauerium literæ pro eis Goæ retinendis,

96
Veniunt in Indiam Antonius Criminalis, Nicolaus Lancillottus, Ioannes Beyra.

nendis, adhibendisque tanquam pueroꝝ educationi magis, quam ipsi Mansilla, ad eius Promontorij culturam accommodatis. Dum responsum expectatur, Socij inter se ad commodam eius Collegij administrationem de munerum partitione deliberant. Ac Lancillottus quidem ceteris omnibus Xauerio absente, præficitur: qui tamen ipse grammaticam docere cœpit. Neophytorum Magister, Paulus Camers eligitur qui inter eos diuersaretur, & rudia eorum ingenia ad civilem pariter, & christianam excoleret elegantiam. Idemque coacinentibus canonicas horas adesset in æde, ne quid facerent indecore, & Missarum solemnia, festa quaque luce alternantibus alumnorum choris, modulato cantu perageret. Criminalis ædituus simul, & custos ægrotorum, Beira ianitor constituitur. Verum suo quisque muneri ita præesse debuit, vt ceteris in obeundo suo, si quando usus esset, vicissim adesset, & à valentioribus iuuaretur infirmior; omninoque linguarum disciplinæ operam darent. Hac munerum distributione familia illa, quæ nondum in Societatis potestatem venerat, nec ad eam alendam certum vectigal habebat, cœpta est augeri. Erat tamen eis cum Neophytis mensa communis: tamen è moderatoribus externis pendebant omnia, nec ita multo post in Commorinum Criminalis, & Beira perrexere. Per hoc ferme tempus ecce tibi Dynastæ illi, quibuscum in Ceilano Xauerius egerat, Goam veniunt: ac subinde nobilis alter Dux magno cum eiusdem nationis numero, vt veri Dei adepti notitiam, castissimum eius cultum suas in patrias, vel cum sanguinis profusione referrent: testati ea se de causa non modo æquo animo tantum iter emensos, sed coniuges etiam, liberosque, & bona sua vniuersa in potestate reliquisse Tyranni, Lusitanorum imploratuꝝ arma, viresque, nisi aliter ei Regno Salus, quo iam per Lusitanos tanta lux esset illata, parari posset. His igitur honestissima tam Cleri, quam Magistratum, totiusque nobilitatis pompa Indiæ Prætor exceptis, & catechismi, Baptismi que causa sacrorum Antistiti commendatis, Ceilano Regno consulturum se esse respondit. Antistes autem suam receptos in fidem, Societatis in disciplinam tradidit, quam illi quotidie tanquam imperiti pueri frequentantes, non erubescabant audiendis, describendis, memoriterque, quæ docebantur, reddendis repuerascere quodammodo, atque renasci, quo citius in Christo per baptismum renascerentur. Verum de hoc anno hæc tenus, qui domicilijs tribus (vt verbo colligam) iisque diuersis, Vallisoletano in Regno Castellæ: Gandiensi in Valentino, Barcinonensi in Catalauniæ, Societatem auxit; per opportunis vbiq; sed maxime salutare fuit missam Indijs subsidium: vbi regiones illæ albæ iam erant ad messem: & populus, qui ambulabat in tenebris currebat ad lucem, sponteque sua, Deo dulciter attrahente, fontem expetebat salutis. Cum ex altera parte messis vbertate neglecta, miserandum in modum hebescerent operarij, vt mirari iam desinam tam crebras, tamque incensas Xauerij voces flagitantis ab Europa subsidia, & dulcissimos ex India sodales ad paratissimas animarum escas, euocantis

& inuitantis.



X

HISTO.

HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Sextus.

1546.



1
Influit unum
in So-
cietate Co-
adiutores
spiritua-
les, ac tem-
porales.

2
Quam fo-
lix fors Co-
adiutorii
temporalii.

3
Causa ad-
legendi
Coadiuto-
res spiritua-
les.

4
Sunt vere,
ac proprie
religiosi viri,
Coadiutores.

PROPETEBAT ANNUS sextus, & quadragesimus, cum & maior Sociorum in dies numerus, & sedium amplificatio Ignatij curas, atque vigilias amplificabat. Fuit is annus eo præcipue Societati memorabilis, quod suis quasi partibus, & membris est absoluta ad scholasticos, atque professos, quos ad id temporis vnos complectebatur, gemino ordine Coadiutorum spiritualium, ac temporalium addito. Ac temporales quidem adlegendi Coadiutores causa in promptu est; ut essent, qui Sacerdotalibus occupatos muneribus, & animarum causis intentos in vitæ domesticæ vñibus subleuarent. Quorum multis nominibus beata fors est.

Nam thesauri, quem clariorum tractatione munerum reliqua Societatis congerunt membra, participes, & procul à periculis absunt, & curis, quæ ipsa munerum procuratio habet adiuncta: & sancta caritatis obsequia, quæ Christus Dominus in quemcunque suo collata nomine, tanquam in se se collata recipit, multifariam cohonestant: quod viris re, ac spiritu pauperibus, quod religiosis, & sacris, ac personam Christi præcipue referentibus exhibent; quod demum ijs, qui pro communi animarum salute dies, ac noctes tanquam succincti excubant, depugnantque: quo fit, ut opera quoque ipsorum spiritualis negotij naturam postremo induat: ac sicut de Philippensibus Apostolus ait, ipsi etiam, imo longe quam Philippenses, interius Euangelio communicent. Præterquam quod sitientissimus animarum Ignatius, ubi se opportunitas daret, voluit eos quoque pro suo modulo pijs colloquijs, adhortandoque maxime ad frequentem vsum sacramentorum, quodque norint docendo, ad maiorem proximorum vtilitatem eniti. Spirituales verò Coadiutores adlegi eo necesse fuit, ne in tanta varietate functionum, ac munerum, quæ pro animis Societas tractat, operarum aliquando vbertatem desideraret, & copiam. Namque Professi cum ex quarto voto se nominatim Pontifici ad quascunque fidei causam missiones obstringant: & grauitas rerum huic voto, ac professioni subiectarum non eximiam solum virtutem, atque prudentiam, sed etiam multum postulet literarum; admodum multi esse non possunt. Diuino ergo prope excogitauit instinctu Ignatius, ut deligeret aliquos, quorum pietas, ac prudentia cum idoneis coniunctæ literis, & ad rem gerendam diuinam, & ad animarum causam procurandam, adiumento sibi esse possent. Hos Coadiutores spirituales appellare placuit. Eosque pariter ac temporales ceteris socijs sic aggregare; ut datis suæ virtutis experimentis, & ad maiorem merendi facultatem, & ad suauiore quendam pietatis gustum tria religionis vota publico ritu, ac ceremonia susciperent; nulla tamen solemnem Professionis lege alligarentur, sed meritorum in partem, benefactorumque Societatis vniuersæ, perinde atque ipsi Professi vocarentur. Quæ vota, quanquam ex eo genere sunt, quæ simplicium nomine continentur, in ijs tamen intimam, absolutamque contineri religionis naturam; & eos qui ea suscipiunt, vere & vsquequaque religiosos esse, velut eiusdem Societatis, ceterorumue Ordinum Professos, posteriores declarauere Pontifices. Eaque de causa: si sito vitio, ac voluntate se se ab hoc corpore segregauerint, velut amputata membra, mortem noxæ capitalis incurrere, nec effugere posse Pontificum anathemata, quæ Religionum sunt transfugis, Apostatisque proposita. Ex quibus illud

illud etiam efficitur, quod & in Apostolicis literis scriptum est, ut neutrum Coadiutorum genus possit, cum ad hunc gradum peruenerint, non secus atque Professores hereditates vllas iure successionis adire, nec eorum nomine Collegium vllum, Domusue Societatis, si eorum propinqui moriantur intestati. Vt autem gemina hæc Coadiutorum classis autoritate, nutuque Sedis Apostolicæ sanciretur, supplicatum est à Patribus, & impetratum: eaque de re luculentum à Pontifice Romano Diploma acceptum est, facta insuper potestate cum spiritualium Coadiutorum viginti communicandi priuilegia Professorum, quæ deinde anno millesimo quingentesimo, quadragesimo nono vniuersis sine exceptione sunt data. Cuius adiunctio, & constitutio classis quàm diuinum B. Patris inuentum, quamque opportunum Societati, totique Ecclesiæ salutare fuerit, longus iam, & quotidianus ostendit vsus. Ferunt illi egregie suam laborum partem: ac præter cetera munia totos dies affixi sunt templo, admirabilique audiendi sedulitate pœnitentium celebritatem, atque frequentiam tuentur ac fouent: ijdem nocte intempesta interrupta quietis, somni que dulcedine excitantur ad ægros, & moribundos: carceris limen terunt: publicum valetudinarium inuisunt: pie, officioseque comitantur eos, qui rapiuntur ad necem: concursant Pagos, & Villas catechismi gratia: sæpe etiam ad sacras Virgines, sæpe ad multitudinem verba faciunt. Demum voluntate diuina è Præsidium suorum interpretatione contenti, cum sciant religiosi obsequij perfectam laudem nihilo sibi minus, quam cuius membrorum corporis huius patere, ac remotiora esse pericula, gaudent hac sancta distinctione, & varietate partium, quæ necessaria corpori est. illud modo solliciti, ne membra se ipsi minus commoda, & digna præbeant. Ignatius autem dum totus in fingenda, formandaque Societate versatur, præclara etiam passim prudentiæ suæ, sanctitatisque vestigia in administrandis, gerendisque negotijs relinquebat. Nam quæ ad fortunas, & rem familiarem pertinent nolebat, nisi parcissime, cumque per alienos nequiret, per suos geri. Rogatusque à Lusitanis, vt de fructibus Ecclesiæ quibusdam Collegio decernendis in Vrbe transigeret, hanc ipse curam ad Lusitani Regis Procuratorem reijciendam putauit, quod diceret, magis consentaneum suis hominibus esse diuina, & æterna, quam humana, & caduca tractare. Quædam verò, quoniam Societatis moribus minus congruere visa sunt, ea ne per externos quidem confici, tractarique passus est. Nam cum eius perstudiosus Ortizius opimum Sacerdotium ad alenda Nostrorum Compluti studia liberaliter obulisset, modo vnus aliquis è Professoris per Apostolicæ Sedis autoritatem animarum procuratori præfesset, Ignatius in summa rei numerariæ caritate id à Pontifice peti veruit: actisque tantæ pietati gratijs rescripsit ad Ortizium non opes querendas esse Professoris, sed sine omni præstandam votæ Deo paupertatis inopiam. Pari constantia tribus, quatuorue Professoris Episcopatus oblatos tamen non dum lex vlla propria de repudiandis honoribus lata erat, sed tantum hic sensus inde à principio Patrum infederat mentibus, obfirmato tamen animo recusauit. Quanquam ab admittendo Aethiopici Patriarchatus honore, quem tum nostris Professoris Lusitaniæ Rex deferendum curauerat, Fabrumque nominauerat, non abhorruit: quod ea muneris legatio non tam honoris esse, quam multi oneris videretur; nec ram dignitatis, & copiæ, quam humilitatis & inopiæ. Quin Aethiopicam profectioem adeo è re, gloriaque diuina sibi esse persuaferat, vt, si ceteri eam abnuerent, sibi ipse deposcetet, ni Societas intercederet. Probabant autem ad id ipse, & Iaius, & Lainius, & alij cum rerum vsu, tum morum, atque etiam corporis habitu ante omnes Paschasium; sed legatione dilata nemo nisi multis post annis est missus. Quanquam autem interiores, & domesticæ curæ satis impeditum, districtumque habebant Ignatium, non tamen in eo tuendorum hominum suscepta semel sollicitudo languebat. Ac Romæ quidem præter quotidiana Dei verbi, & sacramentorum præsidia, quibus salus animis parabatur, Iudæi, Turcæque non pauci apud cathemenos Christi baptismate tincti sunt. De medijs etiam lupanaribus pessime institutæ puellæ, & iam ruinæ proximæ in contuberniorum traductæ perfugia: aliæ vero ex ipsis ereptæ flammis ad Sanctæ Marthæ destinatæ Cœnobium. Quarum vna ab insano amatore diuulsa, Matthia

5
Lauu, &
labores Co-
adiutorū
spiritua-
lium.

6
Cura B.
Ignatij in
paupertate,
& boni-
tatis confirmatio in-
tenda.

7
Repudian-
tium Episco-
patus.

Tuam
P. Societatem adu-
sus calum-
niam.

curforum Magistro: infixos in eius præcordiis reliquit aculeos, quos cum miser ille ferre non posset, turpes delitias sibi fremens ereptas in eius diuortii autorem exacuit dentem, Ignatiumque, & eius familiam carpere vbique cœpit, & lacerare conuiciis, vellicare passim famam, & nouum Ordinem apud omnes in inuidiam vocare. Qui quoniam Pontificis in Aula gratiosus erat, & vir in primis acer, nec manu minus, quam lingua promptus, laborandum vehementer Ignatio fuit tribunalibus imploratis, ne qua Societati vix ortæ labe aspergeretur, neve maleuolorum sermo partas iam laudes, & bonum nomen obtereret. Res est publicis transacta iudiciis tanta huius commendatione familiæ, vt nisi offensa diuini Numinis intercurret, emenda potius ei fuisse, quam defugienda procella temporis videretur. Ergo & calumniatorum obstructa ora, & ipse sceleris architectus vxore ducta, cum ex ea postea liberos suscepisset, & fractis libidinibus vt iam mente cœpisset, superioris vitæ agnouit erratum: odiumq; in amicitiam, iniurias in beneficentiam vertit, & suo deniq; perdocuit exemplo, quanti sit audacter, minimeque timide materiem, & alimenta subtrahere libidini hominum vel inuitorum. Inita est, & concordia conciliandæ ratio nobiles inter viros, & prouocationes ad singulare certamen (non dum enim in id pœnam anathematis Synodus Tridentina contorserat) impeditæ. Nec verò ab iis fouendis, quos morbus strauerat, cum per negotia grauiora licebat, curasque domesticas, cessabat Ignatius. Quo in genere illud sane commemoratur insigne, & ad vtilitatem pariter, & miraculum. Petrus erat Ferrus Patauinus admodum pius; & si cultum spectes externum, vnus aliquis de populo; si vitam, Religiosus. hunc pestilens febris, quæ tertium iam & sexagesimum tenebat diem, ad extrema perduxerat, nec in humanis artibus spes erat vlla. Accessit de more, vt eum videret, & confirmaret Ignatius; omni que asseueratione prædixit, breui enim à Dei Matre sanandum. Nocte insequente cum totis sensibus vigilaret ægrotus, grauis se Matronda, & ad aspectum decora spectandam præbuit candido amictu, nobilique Virginum stipata choro, quæ cum ex eo quæsitset, cuperet ne conualescere, sanitatiq; restitui? & ille protinus annuisset, expressam in papyro sui oris effigiem similem eius, quæ ad Cryptæ Ferratæ, nono ab Vrbe lapide, pie colitur; ægro dedit; eamque iussit admoueri præcordiis: qua ille ad pectus admota somno est consopitus. Dein ex interuallo excitatus, liberum se ab omni morbo, & vacuum sensit, haud dubius acceptæ salutis, & relegatæ febris, sed inuentæ penes ipsum icunculæ nulla mentio. Nimirum sic in eius animo sui speciem aspectus ille Dei Matris impresserat, vt effigie non egeret externa. Postridie reuersus Ignatius hilari præter solitum ore, quasi noui non ignarus euenti, Petrum, qui valeat rogat. Cui, cum ille recte respondisset: subiecit Ignatius, Non ne ego dixi fore, vt Dei Genetrix te sanaret? Hoc ex ipso Petro iure iurando interposito postea compertum, qui prædictionem illam ortam ex sancti Patris precibus, quas ille Virginis ante genua pro sua salute fuderat, intellexit. Multa alia in Vrbe sunt gesta. Sed aurum occurrendum satietati prætermittendis quotidianis, & vſitatis.

9
B Ignatius fuit
vra prædixit.

10
Iacobus
Lhostius
de Societate
primus
Siciliam
ingredi-
tur. Et ab
eo gesta
vri.

Hoc anno primū missus est in Siciliam de Societate Sacerdos Iacobus Lhostius, vnà cū Præfulis Agrigētini Vicario (Cardinali rogante Carpēsi) cuius in tutela ea versabatur Ecclesia. ergo is in eā cum venisset in sulā, Drepani primum docere Christum pueros, ac rudes instituit, & ritē contentibus aures dare: quamuis id temporis probro propemodū erat crebra, & aperta confessio. Aegrotis in Valetudinario officiosus, ac sedulus aderat: & ad leuanda peccatorum onera assiduis hortationibus inducebat. Studuit & cum Vicario conuulsam Gynecæorum disciplinam modò priuato, modo communi reuocare colloquio: nec ex inclusis illis fœminis defuere, quæ ad antiquam formam se denuo fingi, & tanquam recudi paterentur à Patre. Comes autem Pater ipse mox additus in inspicienda sua Diœcesi Vicario tradebat vbique Christum. Eosdemque Saccæ labores in erudiendis populis, reformandisque mulierum contubernijs, spe quam optima renouauit. Sacerdotum insuper tentandam scientiam Vicario iubente suscepit, eosque ad sustinendas illas cum dignitate personas, obeundasque suas rite partes incendit. Eadem quoque atque his affinia ab eo Biuone curata. Patauij confirmabatur in dies, & sua

& sua capiebat incrementa Societas. Tres Theologiæ perfoluto curriculo, Frusius, Otellus, & Polancus, Venetias, & hinc Bononiam discesserunt. Bononia autem, cum aliquandiu substitisset, is, quem nominavi postremum (nam Romam comites perrexerunt) ad domesticas concionum, ceterorumque munerum occupationes, adiunxit etiam varia in oppida profectioes. Pistorium autem in Hetruria, quod vigesimo milliario Florentia distat, postulante de Sociorum numero pio Præsule, eodemque Cardinali Roberto Puccio cum venisset, Præsulem ipsum sanctis meditationibus, ut exoptabat, instituit; rogantemque ut de sui muneris cura sibi aliquid ederetur, & scriptis instruxit, & verbis. Itaque iam sua sponte pius Pastor incensus acriores concepit ignes, & præter illorum temporum mores ad prædicandum Dei verbum induxit animum ingenti gregis comodo, secunda populi admurmuratione. Pater autem cum omne genus civium ad omnem Christianam laudem vñtatis rationibus inflammabat, tum in Sodalitio quodam è prima nobilitate conflato, vbi omnis erat exercitatio pietatis, crebros cœpit habere sermones, tâta auditate, ut eum sibi omnes nec opinantem sui Sodalitij Rectorem, & ab Antistite coram, & ab Ignatio per literas depoposcerint. Sed res non erat huiusmodi, quæ Societatis in hominem conveniret. Ceterum quod erat legibus consentaneum, id prolixè datum, ut plusculum cum ijs Patri liceret esse, modo cohortandis, & animandis sodalibus, modo pernoscendis, & remittendis ritè peccatis, cum tamen alibi bis in die, interdum etiam ter ad populum diceret. Res eo deducta est, ut Collegium ex peteretur: quo domi in posterum continenter haberent, vnde optatum pabulum suis animis quotidie peterent. Pratum deinde profectus inter Pistorium, ac Florêtiam denis passuum millibus ex æquo distans, conciones & in eade maxima, & in frequenti foro nunquam habuit. Per finitimos etiam cucurrit pagos prospero vbiq; successu. Cumq; Florentiæ dux Cosmus communibus significasset amicis sua se in vrbe Societatis optare Collegium, ad eum se Polancus contulit, ut eius mentem propius inspiceret. Quem cum in eadem mente, sententiaque reperisset, & demonstrata sibi ad Collegij sedem loca plurima perspexisset, vnum præ cæteris cum æde probavit. Per eamq; occasionem bene mereri in ea ciuitate de animis cœripit: & puellarum pudori, quæ nec in Cœnobio, nec in matrimonio collocari per egestatem poterant, opportune consuluit: ne vel concepta Deo famulandi vota, ut vsu sæpe venit, amitterent; vel quod grauius est, ipso flore abuterentur ætatis. Autor quippe fuit, ut ad Romanæ ciuitatis exemplum, miserabilium puellarum Cœnobium, ædesue aliqua cõderetur, vbitam diu florens illa ætas ab amatorum procul insidijs teneretur inclusa, dum vel honesti, sanctique coniugij oportunitas aliqua, vel sacri claustrî sese facultas offerret: simulque facilem, & expeditam ostendit viam tam egregij operis inchoandi. Quod misericordiæ genus, adeo est quorundam cõpleta pietas, ut bonorum suorum alij partem dimidiam, alij domicilium, prædiumue, matrona etiam quædam aureos mille, & suam ipsis operam vltro deferrent. Ergo semel inchoatum, atque extructum id opus, sua sponte causa patrocinate coaluit. Porrò Bononiæ hoc anno primum ducta sunt initia nostri Collegij. Cum enim Franciscus Palmius, Benedicti, de quo mox agam, frater, inter Sacerdotes Curiæ Sanctæ Luciæ diuersans, nostrorum Parmæ conciones scilicet ardentissimas audisset, postea Bononiam reuersus, & sua sponte, & multorum civium studijs, qui primorum Patrum concionibus interfuerant, incitatus, tres, quatuorue ab Ignatio de suo numero postulavit. Eo igitur priusquam Tridentum se conferret, missus est Salméron. Is tota Quadragesima non matutinis modo temporibus ad frequentissimam multitudinem, verum etiam pomeridianis ad Monachas verba fecit, cum turbæ insuper contentium multam operam sæpe daret, vix ut ad ea commentanda, quæ pro concione diceret, otij aliquid superesset. Inducta est nouo more frequens Omologesis, frequensq; Synaxis, & iam tum singularis seu mensibus fere ducenti, seu hebdomadis ad tricenos horæ sanctitatis fontes inibant. Abeunt Salmeroni Tridentum suffectus est Domenecus, deductique aliquot è Societate discipulis primaiecit fundamenta Collegij. Nondum in eorum numerum Franciscus Palmius venerat, sed operarij hominis partes nauiter iustinebat: & tanquam vnus è Socijs animo, ò cultui, curæq; cum Sacerdote vacabat externo. Ipse autè victum, ac cultum ex hominum misericordia comparatum nostrorum suppedirabat inopia, & ad S. Luciæ ad diuersandum dedit hospitium. Hic dicere de superiore

II
Frusius,
& Otellus
Romam
adeunt
Patauisio.

12
Polancus
Pistorium:
remque
pietatis
gerit egre-
gie.

13
Inde Pra-
tum adit
tum Flo-
rentiam:
vbi auctore
ipso rece-
ptaculum
puellis pe-
riclitanti-
bus comi-
sur.

14
Bononiens-
is Collegij
prima ori-
go.

Domenec-
us es ri-
mus oria-
nat.

loco Domenecus instituit, hic mederi contritis corde, & peccata pro potestate laxare: Nec interim aut Monacharum claustris, Vicario flagitante deesse, aut nobilium institutioni Virorum commentationibus exhibendis. Ager erat corpore, nec parcebatur aegrotis. Tantus erat ardor vndique confluentium: quorum dum studet animis curationem afferre, sui corporis negligentia haud mediocriter morbi vim intendebat. Incitati sunt alij Ordines, vt diebus sacris concione nouo aduocarent exemplo: pijsque è marronis instituta Sodalitas, quæ respicientibus è flagitiorum sece mulierculis tuta perfugia compararent. Iamque ex ijs aliquæ sui pertæsa de decoris, induxerunt animum ad Cœnobium, & bona sua vniuersa eo secum, omnemq; supellectilem deportarunt. Sed haud scio an maximum priuatim, ac publice fuerit emolumentum, iuuenum par egregium per commentationum secessum, quibus dictandis semper vt supra indicatum est Domenecus excelluit, sacrae Christi in Societate militiæ partum, Annibal Codrettus Gebennensis, & Benedictus Palmius Parmensis, Francisci, cuius modo memini, frater. Is dudum adolescentulus Parmæ ex Fabri, Lainijque institutione, & vsu degustata pietate cœpit ad summum eius decus ab Sancto Spiritu incitari, testante iam tum Lainio ad verbi diuini prædicationem cum vocari diuinitus. Sed dum robur ætatis expectat, ac Bononiæ liberalibus disciplinis excolitur, parum abfuit, quin religionis conceptæ semina, condiscipulorum vt sæpe fit, licentia elideret: præsertim cum graues ea tempestate Bononiensem Academiam distraherent factiones. Deo autem cuncta suauiter temperante, euenit, vt Benedictus ex morbo relatus in Patriam, corporis valitudinem breui quidem recuperaret, sed varijs conflitari angoribus mentis inciperet. Colluctabantur scilicet aduersi inter se spiritus, reluctantemque adolescentem assiduis moribus vellicabant. Quibus super angustijs cum Baptistam Pezzanum grauem, ac sapientem Sacerdotem ex primis illis Fabri, Lainijque discipulis, qui & ipse tandem Societatem inuit, consulisset: is non solum palam cruciatus causam aperuit, quod cælesti vocationi durus obliteret, sed etiam ad Iuliam Zerbinam virtutis opinione inclytam, de qua item nos quædam alias memorauimus, duxit. Ex ea cum idem prorsus audisset, cedere tandem Deo statuit: continuoque, quasi debellatum iam foret, pacem animi miram adeptus, Bononiam redijt. Hic vero cum se excolendum Domenecco tradidisset, ita liberali pectore superam hausit flammam, vt sua sponte tria religiosorum consueta vota conciperet. Bononia Romam profectus, receptusq; ab Ignatio domum, tâto sub magistro dignum præstanti indole tyrocinium posuit. Fauentia Paschalius agebat, vbi & per Episcopi Vicarium, & per vrbis præfectum qui magistratus illos nuper inierant, ipsumq; libenter audiebant, in sanandis vitijs elaborabat. Habebat quotidianas scholas de Christiano officio ad Sacerdotes admodum indigos eius opis, nec tamen interim aut conuersis ad pœnitentiam feminis sua voce deerat, aut ei, cuius iam meminimus, sodalitis. In gymnasijs etiam enucleabat legis diuinæ præcepta, & quæ in Nosocomijs, ceterisque pietatis officinis proximo inchoauerat, ea hoc anno feliciter Deo obsecundante perfecit: multis etiam per Diœcesim à Vicario inuisente circumductus ad ornatum, cultumq; sacrorum, & morum correctionem præclare decretis, ac gestis Venetijs & Bassani, alijsque finitimis locis Lainius, & Salmeron prius quam Tridentum attingerent, rem animorum strenue promouerunt. Agebat iam tum laius ab huius anni ortu Tridenti, Augustani Præsulis Procurator, vt supra demonstratum est. Quoniam autem supra designatos tertium hoc anno de Societate Theologû Pontifex Max. suo nomine mitti voluit, placuit Ignatio ad Lainium, & Salmeronem, Fabrum adiungere. Sed hunc Romam ex Hispanijs, vt inde ad Concilium pergeret, reuocatum febrium ardore consumptum, in Cæleste Conciliû sua merita vocauerunt. Cuius de obitu, virtuteq; nos plura posterius. Duo igitur illi sanctæ Synodo, & Iaius interfuerunt. Ac Iaius, qui ad anni superioris occasum ante præcurerat, graues adhibebatur ad causas, magnoque erat apud omnes Tridenti loco. Consulebatur in circulis de Concilij rebus, & à Præsulibus multum adhibebatur. Vocabatur & ad communes, ac generales, & ad priuatos, propriosque conuentus: nec tamen vsitata Societatis munera, cum se dabat occasio, prætermittebat. Facta erat ei à Ludouico Madrutio Tridentino Cardinali potestas cum prædicandi Verbi Dei, tum expiandi animos sacramentis, quam cum ijs etiam liceret, quos idoneos comperisset suo arbitratu communicare. Ea cum alias subsocijs horis, atque momentis,

16

*Instituta
Marronarum
Sodalitas
perflagi-
tiorum
emergens
à
flagitijs.*

17

*Societati
incit. Anni-
bal Co-
drettus,
& Benedi-
ctus Pal-
mius.*

18

*Ros Pascha-
lij Fauentia.*

19

*Faber in
Tridentino
Concilio
de-
fensa: ur.*

20

*Iaij studia
Tridentis.*

tis, rùm Quadragesima senescente, bene, & nauiter vsus est. Amabat fidem hominis Tridentinus Antistes, & cum eo liberius interdum, ac familiarius agebat. Qui cum pro sua pietate beneficus in pauperes esse vellet, quinta sacrosanctæ hebdomadæ Feria vno adhibito laio conclaue clam intrat: vbi opipare extructa mensa mendicorum turbæ nudo capite ministravit: deinde futuris infudit aquam: & noua singulos veste donauit: crumenamque aureo iniecto nummo viri-
 tiam dedit. Ad extremum breui habita cohortatione, quorum pauerat corpora, eorum refecit & mentes: ac tum demum ipso labore iam fessus dimisso inope, cum Patre discubuit, illatisque inter epulas de pietate sermonibus simul animum pauit. Interim Lainius ac Salmeron varijs ex laboribus ad Concilium Maio mense perueniunt, vbi & ipsi à Legatis Apostolicis, altero Cardinali de Monte, altero sanctæ Crucis peramanter excepti: cum lectum & commeatus liberaliter offerrentur, maluerunt ad B. Elisabethæ, vbi locum parauerat laius (erat enim ad Societatis functiones magis appositus) quam apud tantos Præsules, vel splendidius habitare, vel laxius. Indictus erat in diem septimum Iunii confessus quintus, qui dum appetit, pij Patres ex Ignatij præceptis publicum adire valetudinarium instituunt: laborantibus eque animis, ac corporibus, aures, ac manus pariter admouere: puerulis in tradenda Christi lege magistris, egenis in quærenda stipe tutores, patronosque se dare: nudis vestem, sedem vagis pios per homines comparare. Tantaque Tridentivis erat pauperum, vt ad eorum leuandam inopiam in suburbanas reiecti sedes, Legatorum, & Antistitum eleemosynis essent alendi. Quibus modo re, modo verbo frequentes aderant Patres, vicissimque apud eos rem diuinam matutinis temporibus faciebant. His videlicet caritatis officijs certam sibi viam ad dicendam cum vtilitate, & dignitate sententiam muniebant, & in hunc modum sese cunctis Patribus, & eruditione doctrinæ, & ingenij facultate, & modestiæ significatione probarunt; maximamque sibi apud omnes, & auctoritatem conciliarunt, & gratiam. Tum demum intellectum est, sapientiam interdum sordido latere sub pallio. Nam cum initio pannosi, & male vestiti in illius theatri conspectum sese Patres illi dedissent, nec obsoleti humilitate vestitus tot Senatorum ora refugerent, erant videlicet plerisque despectui, & ipsis quodammodo Hispanis horri. Qui mox vt reconditas intus opes, abditosque insperexere thesauros, agnouerunt populares suos, & suæ gratulati nationi lætis eos oculis aspexerunt, quos tristi supercilio paulo ante despexerant. Adeo cultui corporis præstat animi. Quamquam & corporibus postea suus est adhibitus cultus, veste à Cardinali Legato, quò maiore cum dignitate prodirent, suppeditata. De Præsulibus multi suam, & coram, & scripto sententiam, priusquam eam in clarissimam illam Concilij lucem proferrent, nostris cum Patribus conferebant. Latinam quoque Salmeron Orationem habuit elegantis illius conuentus auribus dignam, & quæ tot Præsulum iudicio mox edita ad nostram vsque seruaretur ætatem. Veniebat in disceptationem de diuina hominis iustificatione satis apud Theologos implicata, & agitata quæstio; sed in qua Patrum sapientia, & singularis modestia se proderet. Ac Lainio quidem cum pro ea, quam gerebat in eo Senatu persona, princeps deberetur in dicenda sententia locus, maluit primis Salmeroni delatis sustinere postremas. idque à Legatis vel inuitis extorsit. Gloriosa humilitas, & vt intellectum est postea, non inopportuna Concilio. quæ & pectus illud scientia exuperans honestissimo illi theatro monstrauit, cum de iisdem rebus tot iam Doctorum disceptatione discussis, nouo quodam dicendi genere, noua doctrinæ varietate differeret; & occultum quasi iudicem dedit earum rerum, quæ à prioribus disputatæ, & agitatæ iam essent. Multa quippe refellenda, ac confutanda, quæ non tam vere, quam acute dicta, multa etiam aperienda, ac distinguenda fuerunt, quæ minus essent explorete prolata. Itaque quod Lainij fualit humilitas, Legatorum id amplexa prudētia, eam sibi veluti legem ac canonem in posterum statuit ad moderandas, temperandasq; sententias: vt inter Theologos primo loco Salmeron, postremo Lainius de re proposita disputarent. Cum autem inter illius Concilij Præsules non deessent, qui nouas opiniones quanquarationi illas quidem admodum consentaneas, in medium afferrent; Ignatius suam ea de re sententiam Lainio, socijsque significauit, serio commonefactis, ne nouam ullam opinionem firmis licet rationibus nixam, proferrent in medium, quæ vel ad Hæreticorum commenta desisteret, vel ad eorum, qui noua sectantur, opinionem videretur accedere: Et quã-
 diu

21

Lainius,
& Salmeron multa
præclara
Tridentis
grauas.

22

Opem faciunt egenis.

23

Paulatim eorum sapientia enotescit.

24

Salmeron orationem Latinam habet.

25

Primus Salmeron postremus Lainius dicebant sententiam.

26

Ignatius monet, ne doctrinas nouas sequantur.

27
Munera
ijs impo-
sita ab Apo-
stolicis Le-
gatis.

28
Dant si-
mul opera
pietatis o-
peribus.

29
Pars So-
cietatis in
Concilio e-
gregia exi-
stimato.

30
Concilia-
tus Clara-
montanus
Antistes
trium post
ea Colle-
giorum
fundator.

31
Ferdinan-
dus Rex
Iaio Ter-
gestinum
Episcopatu
curas tra-
dendum.

diu Catholica ab Ecclesia pars non definiretur alterutra, à probabilissimis etiam rebus, & assensum colliberent, & linguam. Quotidiana vero Sociorum experimenta Legatos Apostolicos impulerunt, ut eorum pereruditis ingenijs, & ad faciendum de iustificatione decretum, & ad grauissima quæque concilij negotia plurimum vterentur. Iusserunt inter cetera Lutheranas ab eis hæreses vniuersas, exceptis quæ ad originis labem, quæque ad Iustificationem pertinent, in compendium, summamque conferri. id quod ab ijs magna est laboris impensa, & summa fide perfectum. Cum à Concilio vacabant, rediebant ad officia pietatis, dabant operam verbo Dei, & rite confitentibus crebras aures; reuiebant Nosoconium, & Mendicorum turbæ pulchris artibus consulebant. Apostolicis quippe legatis, & Cardinali Tridentino consultis, Antistitum, Orationumque omnium, & eorum, qui maioris cuiuspiam in Concilio videbantur autoritatis, sibi indicem confecerunt, stipemque à singulis, facta à Legatis initio, per certum hominem corrogarunt. tantumque subito corrogatum est æris, atque argenti; ut nudis egenorum corporibus sex, & septuaginta subministrata sit vestis. Qui cum per urbem composito agmine ad ædem, vbi concionem alter habebat à Patribus, conuenissent, verbo Dei primum, deinde extructis epulis sunt excepti, totique pasti ad sua tecta dimissi. Ea res ita est probata Principibus, Legatisque, ut cum Germanico ex bello contra perduelles Hæreticos, de quo nos postea, miles plurimus reuertisset, egestate fatigatus, & morbo, Cardinalis Sanctæ Crucis Patrum eum pierati, fideique commendandum putarit. Nec pium Præsulem sefellit opinio, ære confestim diligenter à Patribus & ad vestienda nuda corpora conquisito, & ad reficienda fame, morboque confecta. Itaque recuperata valetudine, breui in Italiam, vnde abierant, reuerterunt. Quæ omnia reuocandis ad actionem Ignatij præceptis, quæ supra descripsimus, quanta cum Societatis existimatione sint acta, nihil argueret dicere. Nam cum in omnium oculis sita esset egregia Patrum & in proximis caritas, & in se ipsos despicientia, nunquam tamen intermissa cogitatione Concilij, vagari scilicet toto cœpit Orbe terrarum, tantarum fama, rumorque virtutum: eodemque tempore omnis, vel ab hæreticis, vel à maleuolis in Societatem intentata calumnia, sua sponte refutata cõfenuit. Quin & Concilij Patribus, quorum sane multi familiæ huius rationem funditus ignorabant, licuit eam in viuis illis expressam imaginibus intueri. Qui vero fictis iniquorum adducti mendacijs minus commodam de eadem opinionem hauserant, hanc illi compertis rebus, commutauere cum optima. Nec deerant multi, qui ut animarum onere leuarentur, Societatis operas flagitarent; domique suæ Collegiorum molirentur initia. Claramontanus certè Episcopus Guilielmus de Prato, vnus è Concilij Patribus Gallicanis, prius cum Iaio, deinde cum Lainio de Societatis institutis sermone collato, duo Collegia (quibus demum & tertium addidit) meditabatur extruere, alterum Parisijs, alterum Billoni in sua Diocesi, Collegijque in vsum ædes Episcopatus, quæ in via Cytharæ Parisijs collocatæ sunt, à Pontifice Maximo, cum ad Urbem se contulit, impetrauit. Quocirca iure Araozius cum ex Hispanijs ad Ignatium scriberet, affirmavit nostros illos Tridenti Patres, plus in Hispania paucis mensibus Societati nominis attulisse, quam compluribus simul annis quotquot de Societate in eo Regno fuissent. Iam Concilij studia bello Germanico deferbuerant, cum Lainium Ignatius, ut Florentiam mitteret, reuocabat. Quod ut sensere legati, ceterique Præsules, qui Lainii præsentiam, sententiamque ad Iustificationis causam maxime requirebant, datis ad Ignatium literis eius reuocationi grauer intercesserunt, ne prius Lainius inde discederet, quam inchoatum de Iustificatione decretum ad calcem, finemque perducerent.

Per hoc tempus Tergestinoꝝ Episcopo vita functo (est autè Tergeste Istriæ vrbs in Italia, qua cõtingit Illyricum) Romanorū Rex Ferdinandus Ecclesiam illà Iaio tradere, cuius & vitam admirabatur, & literas, cõstituerat. Mouebant pium Regem, & communis calamitas temporum, quæ tanquam hæresum luem Christianum effudisset in Orbem, & orbẽ illius discrimen Ecclesiæ, quæ Germaniæ iam deprauatæ propinqua sine acerrimo, vigilantiq; custode contra gliscentem pestem vix, ac ne vix quidem seipsa defenderet. Vrgere igitur per literas Iaio, ut prouinciam sua vigilia, & caritate dignam, si à Pontifice maximo imponatur, accipiat. Nihil eum aut sibi gratius, aut populo facturū vilius. Iaio vero, qui & iudicio bene instituti animi (Nam etiam num

adole-

adolefcens in libello horarias Deiparæ preces continente Augustini, Gregorij, & Bernardi ceteras sententias de fugiendis honoribus ad perennem memoriam scripserat) & adiumento doctrinæ, & Societatis maximè disciplina ab his honoribus abhorrebat, simul ac eius rei nuntium accepit, non modo animum suum cōtra oblatas infulas acriter obfirmavit, verum etiam communem parentem Ignatium per ardentem literas obsecrauit, vt & suis, & suorum votis deprecaretur à Deo, ne tantum onus in suos humeros rueret; verum ab ea cogitatione mentem pij Regis auerteret, idque ipsum apud Pontificem, & quoscumque; oporteret omni ope curaret: se quidem, nisi obedientia Tridenti teneret, rem omnem fuga, & latebris discussurum. Et iure vir sapiens sibi metuebat, qui metuentes sanctos viros in accipiendis Ecclesiæ gubernaculis sæpè legerat, aut viderat: nec ignorabat, quod scriptum Nazianzenus cū Episcopatum fugeret, reliquisset, metum hunc omnium maximū metum esse, & hoc periculum vnū omnium periculorū extremum. Itaque cū Labacensis Antistes, qui Regis confessionibus præerat, Venetias eo se cōsilio contulisset, vt de Tergestina Cathedra Regis nomine cum Iaio ageret, & Iaius illuc de Legatorum sententia se transtulisset, prudens Pater, audita ab Episcopo Regis mente, quanquam quid respondendum esset, constitutū animo iam habebat, tamen ne præcipiti consilio, aut ceco videretur imperu duci, horæ spatium ad deliberandum in precationibus postulauit. Deinde secundum precem, conscientiam suam, fidemque; testatus affirmavit illud suis humeris impar onus nullo modo suscipiendum sibi videri, ac Regi quidem beneuolentiæ, tamque; honesto de se iudicio multam se pro eo, ac debere habere gratiam; ceterum rogare summis precibus infimisque; vt ad eam prouinciam aliud sibi genus hominum, ac de Societate perquireret. Id quod in Bobadillæ gratiam addi placuerat, nam & ipse non ita multo ante oblatam ab eodem Rege Episcopi Cathedram constantissimè recusarat. Nec vacasse prouidentia diuini Numinis animaduersum est, quod Labacensis Episcopus, quo die tractaturus cum Iaio negotium Venetias nauigabat, tantum non in Adriatico merisus est; vt infelix ipse nauigationis cursus, præsensque discrimen admonere posset hominem, quam importunè cursum illum, quamque inuito Numine suscepisset. Ergo Iaio frustra tentato, Rex faciliore via negotium confici posse ratus, si Pontificis Maximi nutus, atque autoritas intercederet, dat ad ipsum Pontificem literas, eumque orat atque; obsecrat, vt recusantem Iaium Tergestinæ ciuitatis Episcopatum, virum ceteroqui, & eximia probitate, & singulari doctrina, ad id munus ornatum, recipere pro potestate iubeat, si illū Domini gregem in tanta Hæreticorum importunitate saluum, & à luporum incurisibus tutum velit. Proprias etiam ad oratorem suum Iacobum Lassum, literas dat, vt cum Pōtifice coram agat. & Tergestinæ Ecclesiæ causam maturè, & accuratè conficiat. Eam strenuè, vt erati iussus, vt gebat Orator, & ad exitum iam penè perduxerat, cū ad eam disturbandam, & euertendam Ignatius post acres vigilias, perenneque; labores sensit omnes gratiæ aditus interclusos. Nam nec ab Oratore, quem vt regijs mandatis exhauriendis maximè intētum, ita sibi aduersarium grauissimum sensit; nec ab amicis Cardinalibus, aut ab ijs, qui in Aula aliquid gratia poterāt, nec ab ipso Pōtifice, quem æquissimæ Ferdinandi postulationi obsequi cupientem, multis frustra rationibus ante docuerat, quam ea res Societati noxia, quamque; periculosa foret, ab horum inquam nemine sperare aliquid opis aut gratiæ poterat. Ergo in tanta rei desperatione vna erat, quam assiduis & intentissimis alebat precibus, Dei fiducia, quæ tot incassum itineribus pertētatis perfacilem demum, & expeditam disturbandæ rei viam, rationemque; suggestit. Ea fuit, vt Regem ipsum à suscepta reuocare sententia per accuratam conaretur epistolam: vt ille ipse telam retexeret, qui fuisset exorsus, & qui fixisset aculeum, is euelleret. Cōsiliū inuentum est fuisse diuinum. Nam quanquam postridie quàm ad Regem scriberet, dicebatur in Concilium Cardinalium de Tergestina Cathedra referendum, tamen impetrata per Margaritam Austriacam, cui à Confessionibus Ignatius erat, otij morula, literas ad Regem in hanc sententiam dedit.

Nobis, Rex præstantissime, & optime, neque; Maiestatis vestræ voluntas, Societatem nostram ornandi, neque studium animabus vestrorum populorum consulendi obscurum est. Quæ de vtraque re gratias agimus, habemusque; quantas maximas humilitas nostra potest, illud precantibus à summa bonitate, atque sapientia, vt Maiestati vestræ rationem inspiret, qua quæ sancto

32
Iaius constantissimè recusat.

33
Conatus Iaii ad disturbandum regium.

34
Ignatij littera ad Regem Ferdinandum,

ne vel. in
Societate
honores
iungetur.

zelo expetitis efficere opportunissime possitis. Ac nobis quidem illud beneficium erit maximum, si se fauor amplissimus, si nos ad viam professionis nostrae syncerè, ac fideliter prosequendam inuenitis. Cui rei ita aduersari honores persuasum habemus, ut planè, deq; animi nostri sententia pronunciemus, si cogitatione fingendum sit, qua nam ratione posset hic ordo euerri, ne scire nos quicquam excogitare Episcopatum receptione deterius. Nam qui primi in hac conuenere Societatem ea singularis mens, illudque propositum fuit; omnes ut terrarum partes ad Summi nutum Pontificis religionis causa peragrarent: ita ut primus, atque germanus huius familiae spiritus sit cum omni humilitate, atque simplicitate ex vna in alias, atque alias Ciuitates, & Proaicias pro Dei gloria, & animarum salute cursare: certa que nulla regione operam suam concludere. Quod vitae institutum, non sedes modò Apostolica comprobauit, sed etiam aperta praeiuit è Caelo documenta Deus: quibus placere sibi ostendit vario, multiplicique prouentu pietatis, quo hominum nostrorum labores sua clementia fecundauit. Itaque cum in conseruatione primi spiritus quati anima sita sit Religiosorum caetuum, haud dubium est, quin eo retento, nos conseruaturi; deserto perdituri Societatem nostram simus. Quanquam & inde intelligere aperte licet, quanta nobis pestis Episcopatum recipiendis impendat. Nam cum hoc tempore professi haud plures nouem simus; atque eorum quatuor aut quinque delati Antistitum honores sint, quos constantissime pro se quisque repudiavit; si iam vnusquispiam admitteret, idem alij licere sibi putarent: neque iam solum à pristino suo spiritu Societas haec degeneraret, sed membris hinc, & inde dilapsis penitus solueretur. Denique cum sanctae humilitatis, ac paupertatis exemplis multum adhuc pusillus hic ordo profecerit, si nos iam populi honoratos, & copiosos spectent, omnis ea praecelara opinio in aduersam mutabitur, cumque multorum scandalo etiam bene gerendae in posterum animorum causae ianua praeccludetur. Sed accumulare rationes necesse non est. In clementiae vestrae, sapientiaeque sinum confugimus: vestrae nos fidei, vestro patrocinio dedimus, orantes, obsecrantemque; per Iesu Christi sanguinem, ut quoniam certum habemus hinc impendere Societati nostrae exitium, Vestra Maiestas pro sua benignitate ac religione talia à nobis propulset, arceatque; discrimina: & pusillum hunc recens editum gregem suum existimet, saluumque; & conseruatum velit, ad Maiestatis aeternae gloriam: quae religiosissimam Maiestatem Vestram tucatur, assiducumque; vberius caelestibus donis suis ornet, & cumulet.

35
Permissum
Regem Ignatij
epi.
Sola.

36
Causa pro
pter quas
honores
Societas
repudiat.

37
Prima
causa.

38
Secunda
causa.

39
Tertia
causa.

Haec rationes, Ignatijque auctoritas, ac praecipue Deus, qui suorum famulorum pia vota respexit, ita Ferdinandi animum inflexere, ut Oratorem suum ex templo monuerit, ut inchoata ab actione, & iam pene transacta desisteret. Iam verò Rege ipso mutato, cui gratificari Pontifex vellet, quid ni & ipse Pontifex Ignatij praesertim rationibus animo obuersantibus mutaretur? Non enim ea duntaxat, quas ad Ferdinandum epistola breui perstrinxerat, sed aliae permultae causae grauissimae Beatum virum incitabant, ut contra primos honorum impetus tanta contentione pugnaret. Ac primum quidem quia cum plerumque ad Ecclesiae vocentur honores, quos excellens aliqua laus in his familijs, caetibusque nobilitate; paucis annis leuissimorum hominum flore familiae ipsae priuantur: & suis velut exhaustae medullis, ac succo quantum amittunt ex viribus, tantum de subleuandae Ecclesiae facultate deperdunt. Declarant nobiles in Orbe Christiano familiae, quae cum excellentium viro rum gloria, ac copia non multis annis ante florent, postea ipsis luminibus ad Episcopatus & honores euectis, minores haberi sunt coeptae: nec modo suam Ecclesiae operam, proximiisque; de more nauare, sed ne se ipsae quidem fati tutari, ac suis niti viribus potuerunt. Deinde, quia vni delatus honos, aliorum, qui silebant, animos saepe comouet: & qui nihil de honoribus à conspectu remotis, & longè positis cogitabant, eos quoque praesentium fulgore deceptos ad ambitionem accendit. Omnes enim gloria ducimur, & magis virtutis insignia, quam virtutem ipsam plerique sectamur. Porro spectandis honoribus nihil rectè agitur: quia vitiosa ex mente, velut ex vitiosa radice ea quoque, quae ex ea prodeunt, benefacta vitiantur. Perit & sincerissimus religiosi pectoris candor, ubi tota honoribus mens intentata per variae dissimulationis ambages ad eos sollicita peruenire contendit. Itaque nihil in dictis simplex, nihil in conuictu sincerum, sed sempiternis fucis, & occultis artibus plena sunt omnia, ut iam in ipsa Religionis tecta, pulsa religione, conspicias mores irrepisse politicos, & in

haec

hæc spiritus domicilia se se Aulam obtulisse. Et sanè hæc in primis Beatum Patrem ratiocinatio commouebat. Duccenti ferè nunc in Societate numerantur, qui ad eam accessere humilitate pellecti: horum alij nouo honorum accipiendorum instituto quasi iam Societate euanescente offensi diffluent: alios ambitionis sollicitabit ille cebras; ex ingressuris verò, quos incitabat amor humilitatis, id est, optimi quique retardabuntur: & è contrario quosdam ambitio ipsa pelliciet: quo ex semine nihil bonæ frugis sperari possit. Tum verò in tanta studiorû diuersitate alijs probantibus honores, alijs damnantibus, præter cætera damna, etiam animorum abalienationes inter socios, & dissidia necesse erit existere. Hanc inquam rationem magni æstimabat B. Pater. 40
Quarta
causa, quæ
maximè
commoue-
bat B. Ig-
natium.

Accedit quod cum semel admissis cõmunes in cõtus honoribus existere cõpuit ambitio, distrahuntur hominum studia, & laudatissimæ illæ curæ, quas magna animorum contentione in suâ quisq; familiæ commodû conferebat, diuisæ languescunt; dum spei nouæ velificans ad priuatas utilitates, ac lucra studiû omne conuertit; quanto Religionis incommodo, atq; pernicie, vel ex priuati cuiusq; familia in cõmuni vita conijcias, quæ tam diu augetur, ac floret, dum in ea sua quisq; lucra in commune confert, & caritate quadam fraternæ concordie in eius familiæ bonû vniuersi conspirant. quod si distractis emolumentis, ac lucris, suâ quisq; augendæ rei priuatim intendat, doctus illa breui dilabitur, & ad inopiam, famemq; redigitur. Eadem & in Religione labes, vbi propositis honorum ille cebris suas quisq; agitare spes incipit: & Religione ipsa posthabita, cui prius desperatis honoribus studio omni, curaq; seruebat, necesse est conuerti curis atque vigilijs suæ deinceps utilitati, gloriæq; de seruiat. Nec minoris illa momenti, & propria Societatis est ratio: quod patefacto in eam honoribus aditu desideraturi sunt in posterum Romani Pontifices, qui de nostro numero gratitam, ac voluntariam non mercenariam operam sibi nauent: aut suspicari certè poterunt spe præmiorum eos duci in suscipiendis, gerendisq; negotijs. Vbi autem spes, aut metus interuenit, quæ potest esse in agendo libertas? Quæ quidem eo est necessaria magis, quò grauiora sunt illa, quæ gerunt præsertim apud Dynastas, ac Reges, si legatione fungantur. Quam igitur fidem nostris hominibus habeant Põtifices Maximi, si quorum prudentiæ confidunt, eorum integritati diffidant? Aut quam habituri sunt Reges ipsi, si speratis eos honoribus, & domi iam cõditis agi perspexerint? Quin illud etiam necesse est Pontifices angat, & sollicitos habeat, quod cum rei bene gestæ remuneratio debeatur, multosq; ad graues & varias Ecclesiæ causas prospero sanè successu de grege nostro frequenter adhibeant, vix fieri potest, vt in remunerandis, cuiusque laboribus, ac contentionibus æquè omnibus satisfaciant; ne vbi par est magnitudo laboris atque virtutis, merito doleat se relictum, qui in honoribus præteritur. Sæpè etiam nostri homines in gerendis pro Apostolica Sede negotijs, Pontificios Ministros, & Apostolicos Nuncios, qui apud Reges, Principesq; versantur, tanquam suæ gloriæ æmulos & aduersarios grauissimos sentient, iniquo ferè animo sibi quenquam in negotio administrando præferri, mittiq; homines de longinquo, qui suas in partes inuolent, & in propinquam suæ gloriæ segetem irruant. Nulla enim potest esse concordia, vbi est de honore contentio: & quem extra honoris aleam fortè diligas, in honorum cursu non feras. Quid igitur agant aulicis artibus eruditi, ne speratum sibi gloriæ munus præripiat quisquam? Certè nihil aliud, nisi vt eorum clam conatus euertant, consilia, & benè cõpta disturbent, & quicquid illi scitè construxerint, ipsi destruant; vnde necesse sit innumerabilium oriri dimicationum semina: & negotiorum expeditos exitus impediri. Vel certè Religiosi ipsi ad eorum se voluntates, quos aduersarios reformidant, accommodabunt: cumq; ijs mutuæ apud Sanctissimû Dominum commendationis inuito fœdere, non legationi, sed ambitioni seruiant. Porro ipsa officiorû ac munerum dignitas, quæ Societas administrat, si suspicio exoriarur honoris, hæc bescit quodâ modo, & obscuratur. Vt enim si Dei gloriam præclara illa munera tantum spectent, splendorem suum obtinent, ita si referantur ad nostram, continuò sordeant, in minimisq; ducantur. Quid gloriosius, aut ad speciem amplius, quàm propter Christû itinera longa suscipere, vltimas peragere terras, certa adire pericula, primariosq; inter viros stabilire concordiam? quid illustrius, aut honestius, quàm religionis proferre fines, Catholicorum tueri partes, Petri Sedem, Pontificum autoritatem, fidem, exultationemq; sacri Senatus ab Hæreticorum moribus,

latratuque defendere? At si in his gerendis, quæ tantam ex suo genere speciem habent, appareat ab ijs, qui ista gerunt, emolumenta perquiri, captari gloriam, mercedem ab hominibus expectari, quam ista subito contemnuntur, & sordent? Ut enim ea, quæ nihil ex se splendoris, ac dignitatis habent, si Dei caritate gerantur, continuo pulchritudinem, & lucem induunt; sic quæ ex sua natura pulchra, & speciosa sunt, si nihil altum spectent; nihil æternum, sed ad priuatas rationes, & terrena commoda referantur, in noctem incidunt, & redduntur obscura. Tales autem necesse est Societatis conatus, & functiones euadant, si in eam inducantur honores. Nemo enim persuadere sibi poterit, eas gratis, & recta mente suscipi, ac non potius emolumentis gratia, & propter iam communicatos, & propter iam paratos honores. Quid? quod ipsi Ecclesiæ Præsules, & qui in ea amplum aliquem dignitatis obtinent gradum, nostros iam sibi dignitate pares, & quali de honore certantes haud æquis oculis intuebuntur? Neque enim magna vacat inuidia, habere iam æmulos, atque pares, quos modo subiectos, atque inferiores habebas. Declarat id in viris amplissimis frequens vsus, qui cum priuatos homines, quamdiu in Religionis humilitate se continent, eximie diligant, eorumque sint peramici familia; postea cum & illi ad eosdem euehantur honores, vbi emolumenta se vicissim expungunt atque extrudunt, eos continuo deserunt: totaque amicitia repente in similitatem, benevolentia in alienationem commutatur; ut in eorum quoque familiam vnde prodierint, eorum sæpè causa ire, similitateque reddunt. Nec in postremis ea est habenda ratio, quod qui vocantur ad honores, cum sæpè in his familijs alios habeant, quibus præ cæteris sint amici; alios, quibus haud ita beneuoli, necesse est ut honoris potestatem adepti, faucant illis, his aduersentur. Quorum vtrique suos item amicos habent, quos suas ad partes adiungant: & hi vicissim alios, qui sibi pariter adhæreant, & adiungantur. Quod nihil est aliud, nisi perniciosas fouere factiones, alere in religione dissidia, Societatem sanctam dirimere, & corpus omne discerpere, atque distrahere. Ut merito interdum à summis Pontificibus cautum videas, ne Religiosorum ordinum Protectores ijs præponantur ordinibus, vnde ipsi prodierint; sed eum quisque ordinem, ac cœtum protegat, qui cum nihil attingat, & in quo nulla possit esse gratiæ, iræve suspicio, sed eadem omnes æquitate cõtineat, ut pax sit membris, & non sint in corpore schismata. Adde quod isti, qui ad amplissimos Ecclesiæ honores, & Præfecturas ascendunt, sæpè Religioſæ Oeconomix, & eorū, qui præfunt administrationi plurimum obsunt. Nam cum eorum qui parent, sæpè causas, partesque suscipiant, si quod rogantur, & rogant, importunis precibus impetraint, audaces eos, qui parent, in eos qui præfunt, reddunt, obedientiam infirmant, atque debilitant; & ex eodem grege complures vnus lacessunt exemplo, ne suos Præpositos vereantur, ac timeant: sed excusso disciplinæ iugo audacter ad se confugiant, ut quod detrectant, abijciant; quod concupiscunt, exorent. Sin autem repulsam fortè tulerint, nec quod rogarint, extorserint (Præpositi enim qui res proprias attingunt, acrius plerumque vident, quid è re diuina sit potius, & iustam habent denegandi causam) tum isti veluti se contemptos putent, grauitè offenduntur, iras suscipiunt implacabiles; & si qua in re incommodare, aduersarique toti Religioni possunt, oblata occasione non parcent. Denique cum ita comparatum sit, ut optimus quisque religioſæ vitæ cultor sanctæ humilitatis latebras amet: ut quisque minime esset virtutis amans, atque adeo etiam ad res piè, ac prudenter gerendas idoneus, ita ambiret maximè lucem, & speciosa munera, per quæ gradum sibi faceret ad honores, & tandem iuratæ obedientiæ iugum excuteret. Qua ex re non Societas modò, quæ suam libertatem, simplicitatemque tueri non possèt, sed vniuersa Ecclesia, quæ ministros rebus agendis, & honoribus administrandis parum idoneos haberet, detrimentum haud dubiè magnum acciperet. Hæc, aliæque rationes B. Ignatij menti obuersabantur, quamobrem Ecclesiæ honores quamquam per se bonos, hominum tamen vitio, qui suis emolumentis metiuntur omnia, minus querendos, præcipuè tamen in Societate, & ut noxæ omnis amputaretur occasio, & propter peculiare institutorum eius genus, existimaret veluti materiam periculorum, segetemque superbix, ac totius ordinis perniciem, totis viribus declinandos. Quod illud etiam indicat, maximum meo iudicio, atque haud scio, an omnium grauissimum argumentum: quod viri sancti, & omnium iam virtutum absolute perfecti, in quibus haud ita multum periclitatur

46
Decima.

47
Vndecima.

48
Duodecima.

49
Tertiadecima.

50
Quarta.
decima
cuius.

clitatur humilitas oblatas infulas, togamque purpuream non modo obfirmatis animis, iudicijque recusant, sed ne offerantur, aut per vim obtrudantur, in longinquos sæpè recessus, & occultissimas latebras sese abdunt; non tam de honoribus cogitantes, quàm quemadmodum venientem iram effugere queant, vt de se ipse Nazianzenus fatetur. Nec quenquam ex eis fanè *In Apologetico.* reperias, si præteritos euoluas Annales, & ab vltima antiquitate memoriam replicas, qui delatos honores, ac magistratus, nisi illustris aliqua diuinæ voluntatis significatio facta sit, aut sua voluntate admiserit, aut non strenuè constanterque repulerit. Longum esset sanctorum fugas enumerare, & nimium aberraret oratio, si id susciperem: sed plena est omnis antiquitas, plena literarum monumenta cuique prompta, Quod si sanctorum omnium iudicio, atque sententia non tam ambiendus in Ecclesia Dei, quam fugiendus est honor; quanto magis in his sanctitatis ordinibus, qui singularem humilitatis disciplinam continent: & vbi prauis, ac propinquis exemplis magis coniuncta, quam dispersa multitudo se inficit, danda est opera, vt omnis gloriæ cupiditas, omnis honorum relegetur ambitio? Libet hoc loco illud Patriarcharum par, geminum Ecclesiæ lumen, nostræ testes proferre sententiæ, Dominicum & Franciscum. Quorum vterque cum apud Ostiensem Cardinalem versaretur in Vrbe, disertis verbis quid de admit- *si* tendis in suas familias sentiret honoribus, declarauit. Nam cum Antistes ille studio religionis *Quid SS.?* incensus suam deploraret ætatem, quæ tales ferret & educaret Episcopos, elatos, vanos, & quæ *D. mini-* sua sunt, non quæ Iesu Christi sunt, quærentes; desideraretque nascentis illius Ecclesiæ primordia, in qua Pastores animarum nullis inflati diuitijs, nullo fastu tumidi gregem Domini singu- *cus &* lari modestia & caritate regebant, subijt animum priscos Ecclesiæ mores posse faciliè reuocari, *Franciscus* si ex nouis Dominici, Francisci que familijs deligerentur Antistites; qui paupertatis in studijs, *de admit-* & humilitatis educti, aut prisca illa Apostolorum tempora toti terrarum orbi referrent, aut *tendis ho-* meliores certè euaderent suæ tempestatis Episcopis. Placuit igitur ex vtroque quid in re pro- *noribus* posita sentiret, exquirere. Verùm hic sancto quodam ex humilitate certamine inter egregios *sanferint.* Patriarchas exorto, vter altero prior pio Præsuli responderet, post multa Franciscus, qui primas sibi depoposcerat humilitatis, obedientiæ primas Domino detulit. Qua vir Sanctus impulsus, sententiam suam paucissimis indicauit, & conuersus ad Præsulem: Satis, inquit, Præsul amplissime, honesto excelsoque loco Prædicatorum ordo versatur, si dignitatem suam agnoscat. Nam ego quidem quantum in me erit, nunquam profusus assentiar, vt mei Ordinis Fratres ad altiore confendant honorem. Deinde Franciscus magno quodam excitatus ardore perpaucis & ipse suam in hunc modum sententiam dixit. Mei Fratres, Antistes optime, minores iccirco vocantur, ne optare vnquam audeant se esse maiores, sed ipsa nominis appellatione commoniti, perpetua se in humilitate contineant, insistantque vestigijs humilitatis Christi, quod post hanc vitam ad Beatorum veros & æternos honores euehi queant. Et vos Antistites, si fructus in Ecclesia Dei, quales optatis, nostris ex Fratribus expectatis, nolite illos extollere, sed in ea, qua degunt, humilitate seruate: & cum senseritis eos studere gloriæ, & contra suæ Professionis propositum sublimes cathedras affectare, comprimate cupiditatem, ambitionem retundite, nec gloriæ stimulis indulgete. Quibus vtriusque præstantis Patriarchæ sententijs satis, opinor, declaratum est, quid de accipiendis in his familijs honoribus sentiendum sit. Quod *52* si corroboratis iam vetustate familijs, nec ad eandem formam conditis id curandum & prouidendum est, quanto magis huic modo natæ Societati, nec ad cæterarum institutæ formam, sed *Propria* *causa cur* *Societati* *visandi* *honores.* præcipuo quodam sacramento in speciosis muneribus, atque functionibus Romano obligatæ Pontifici? Nam & nouitas ad ferendam tantam vim onerum, atque munerum satis roboris plerumque non habet, & notitia Pontificis Maximi, cuius est egregia in Ecclesiam merita, insignemque virtutem dignis condecorare præmijs, obuios semper habebit, quorum labores, atque virtutem ex hac sibi addita cohorte, vel ipsis repugnantibus, cohonestet. Quid igitur ijs silentibus, & annuentibus? aut quid vltro quærentibus, aut petentibus? Omnino quod ferendum forsitan in alijs sit, & exaltationem iustam habeat, id in hac profusus familia, nisi omnem obstruat honoribus aditum, intolerabile videatur. Iccirco sanctissimis in ea legibus, institutif- *que ca-*

que cauetur, vt ad excitandam stirpitus ambitionem, in sollemnī se quisque Professione votorum, voto insuper alio Deo obliget, ne vel domesticos, vel externos honores, non modo rectis studijs, planoque cursu, sed ne transuersis quidem, & obliquis itineribus aucupetur. Quod si quem fortē talem in Societate deprehenderit, & odore vllō suspitionis olfecerit, statim prodar, Præpositisque denunciēt. Proditusque, si manifesto crimine teneatur, perpetua n. ultetur ignominia, omnisque suffragij iure penitus spoliētur. Delatos autem, & imperatos honores, nisi diferti præcepti vis adigat, & Pontifex ipse compellat, eadem voti religione recuset. Quanquam veri, germanique filij Societatis Iesu, non tam metu capitalis fraudis, quàm studio imitandī Christi Iesu, & amore virtutis honores fugitant. Et quilibet in accipiendis, aut non accipiendis honoribus studiosè disquirat, quouique progredi reluctando debeat, ne mortem criminis, aut gehennam incurrat, adulterinus, non verus filius agnoscitur, qui agatur à Deo, spirituque proficiat.

53
Res Germanica.
54
Bobadilla abit Colonia ad Ratisbonensem conuentū.
55
Dein sequitur castra Caesaris.
56
Præstatio No. socomio militari Italorum strenue etiam agro. sui ipse.

Referamus nos ad historiam, & extremam linquamus Italiam, Germaniamque proximam penetremus. Erant Bobadilla, Canitiūque ineunte anno Coloniae magno cum illius Ecclesie bono. Sed diu hic Bobadilla, Catholicis quamuis enixe renitentibus non confedit, vtiliorem se Colonienibus arbitratus fore, si cum Apostolico simul nuncio Cæsaris curiam sequeretur. Erat quippe Romanorum Regi percarus, & Cæsaris amicis amicus: nobilitatemque; tibi curiae, cuius magnam partem confessionibus operam dabat, adiunxerat. Literæ abeunti sunt datæ, vt Colonienſis Ecclesie nomine Cæsaris maiestatem, eiusque; Concilium alloqueretur. Id ille valdè ex animo, & cumulatè fecit: nec præsentè apud Cæsarem modò, sed absentè apud Pontificè quoque; patronum se per literas præbuit. Cuius patrocinium, & Pontifici ipsi pergratū viliū est, & eius vicissim literis, vt de Germania bene mereri pergeret, collaudatum. Spem ergo se contulit, deinde Ratisbonam ad indictum in ea vrbe conuentum: vbi Catholicis pariter, ac Protestantibus priuatis studuit prodesse colloquijs. Quanquam autem conuentum hunc, œcumenico iam inchoato Concilio, Catholici Principes non ferebant; eum tamen Cæsar, qui Tridētinum à Protestantibus reijci iam perspexerat, ne qua in parte conciliandæ paci, otioque; publico defuisse videretur, haberi permisit: ita tamen, vt acta singula ad Oecumenicum demum essent referenda Concilium, & vniuersæ Ecclesie Synodo Synodus priuata subesset. Bobadilla verò præter alia piè, ac salutariter gesta, librum, quem de Christiana conscientia cōscripserat, exponendū certis diebus pro concione suscepit, idque; latinè, maxima procerum, Antistitumque; corona, varijs intermissa nationibus, Germanis, Gallis, Italis, & Hispanis. Deinde sequenda mox Cæsaris castra fuerunt, & ad exiguum tempus Ratisbona relicta, in milites curæ vertendæ. Deceuerat in Ratisbonensi conuentu Carolus Imperator ferreum os Protestantium, quod nec ipsa poterat Maiestas imperij, nec sancta Synodus sua auctoritate frangere, pertinaci ferro subigere, & quos clementia non flexerat, animaduersionis seueritate domare. Acuebat Cæsaris animos præstas studium Romani Pontificis, qui ad opprimendas illas pestes nullis neque sumptibus, neque vigilijs parcendū ratus, fortissimo cum exercitu Ducem Octavianum, & Alexandrū Cardinalem Farnesios, illum copiarum ductorē, hunc Apostolicū Legatum ad eum miserat. Inchoatoque; bello dum nauiter ferro miles, Bobadilla votis, & roborando milite suas etiam egregiè partes implebat. Omnino erat eius sine cessatione contētio, copijs iam vtriusque coniunctis, Cæsaris, & Pontificis. Aderat sedulo morbo affectis, siue vt animos sacramentis, siue vt corpora quacunq; posset ope, leuaret. Nempe illum Cardinalis Farnesius Italorum nosocomio præfecerat, quo crebro inferebantur ex pugna saucij. Res quippe gerebatur ardentē, & tormentorum vis innumera, densusque telorum in:ber sternebat passim corpora, & inutilia reddebat. Ergo quotidianis prælijs curæ Patris intendebantur, & noui conflictus seges erant noui laboris. Non poterat animi roboti par esse corporis: tentari & ipse cœptus est morbis, & ex laboribus haurire vulnera, quæ manus non imponebat hostilis, quanquam ne ab hac quidem semper intactus, immunisque; fuit. Capiti aliquando inslictum est vulnus, & nisi plage impetum, petali crassitudo retunderet, haud dubiè lethale. Pari Dei prouidentia pestilentie vulnere saucius breui conualuit. Admira-

tione

tione porro non caruit, quod ager & imbecillus, cum vix hæretet vestigio, & succideret genua, nihil propemodum de laboris contentione detraxit, ne quid debilitatis, ac faucijs de expectata caritate detraheret. Accedebat nocturnæ quietis asperitas, quam non in molli culcitra, leætu- loque, nec in letui, delatoq; robore, ac ne veste quidẽ detracta, sed in ipsa soli duritie cum diur- no amictu carpebat. Quid enim ei iam difficile & arduum esset, cuius præcordia caritas occu- paret? Porro cum integris, ac valentibus, longũ esset dicere, quam ardens in cohortandis, quam lenis in admonendis, quam assiduus in audiendis, expiandisq; rite fuerit. E castris cum Ratisbo- nam se referret, partam tolerantia palmam noua quædam illustrauit occasio. Iter ingresso re- pente grassatores occurrunt, hominem spoliant, & acerbis plagis afficiunt: inhumanius forsitan tractaturi, nisi tribus Italis apparentibus, dum ad eos se conuertunt, ille nudus cum solo aufu- gisset indulsio. Fuerat in animo Ferdinando Bobadillam destinare Tridentum, sed castrensis ne- cessitas, ac solitudo militum prohibuit: nec ipse forsitan Bobadilla tam insignis patientia meritis, & tot vndique conglobatis occasionibus abundasset. Tolerantia porro laudem egregia cu- mulauit humilitas, cum vti supra significauimus, oblatam ab eodem Rege Pontificis cathedram non accepit: testatus se à Deo non ad honorem & amplitudinem, sed ad paupertatis humilitatem, obsecratumq; potius vitam fuisse vocatum. Sed dum & armorum terrore Cæsar, & Oecumenici conuocatione Concilij Pontifex religionem auitam ab Hæreticorum furore defendunt, cum his quoque Deus quasi quadam conspiratione consentiens, portentum illud orbis terrarum, seminatore malorum omnium, & huius temporis Antichristum de medio sustulit. Piget in- ferrum hoc monstrum suo nomine, nominare. Ille, inquam, Catholica Religionis transfuga, desertorq; Cœnobij, instaurator hæresum omnium, illud Dei, & hominum odium, duo de trigesimo suæ defectionis anno cum laurè, & splendide cœnatus esset, facetijsq; de more lusit- set, ea ipsa nocte repentino morbo correptus, iugulatusq; sceleratissimam animam vomuit, gratissimam Satanæ hostiã, qui se talibus oblectat eicis, vnde eius saturaretur ingluuius. Poterat ad huius nuncij famam, tanto velut onere releuata Catholica respirare religio, poterant boni omnes, & Orthodoxi diem festum agere, si is funditus periisset. Sed reliquit regulus virulentus viperinam in Orbe terræ progeniem ingenti rei Catholicae labe, & viuit adhuc in semine haud minus exitialis humano generi subleuatus è viuis, quam fuerat inter viuos. Vbi enim iam non extant eius immanium scelerum impressa vestigia? Aras euerfas, disturbata Cœnobia, sacra om- nia polluta, supremam denique vastitatem in amplissimis ab eo relictam Europæ regnis, atque Prouincijs, ingenti nostro cum dolore perspicimus. Quò nostris hominibus elaborandum est magis, vt omnem huius furia sementem comparandis excellentissimæ sanctitatis, doctrinaq; prælijs, quantum in ipsis est, enecent, & extinguant: omninoq; sibi persuadeant cum refracta- rijs hominibus, & Catholici nominis inimicis sempiternum bellum sibi esse susceptum.

In Hispanijs inchoatum superiore anno Gandiense Collegium Ducis benignitas augebat, & suis omnibus explebat numeris. Additi Ouiedo & alij, quos huc missos supra memorauimus, socij quatuor Franciscus Onofrius Gallus, Ambrosius Belga, Albertus Caballinus Italus, & Petrus Canalis item Gallus; quem Dux numerum augere ad duodecim minimum Academi- cos cogitabat. Faber autem, cum hac ad Urbem iter haberet, per salutato Duce in ædificij fun- damenta, quæ tum ponebantur, primum lapidem rite iecit. Scholæ deinde apertæ, & philoso- phia tradi cœpta ab eo, quem primum nominauimus, Francisco, antegressis in aula Ducis ad in- genij specimen, atque doctrinae de eadem disciplina, diuinaque scientia disputationibus eruditus: & postremo etiam oratione latina; quæ Dux omnia cum erudito, item nobilique conuentu cohonestauit, & verbis amplissimis commendauit. Vnde autem hæc docendi consuetudo, quæ primis annis nulla memoratur, extiterit, facillè intelligitur, si scholarum or- tum, quantum ex vetere memoria collegimus, repetamus. Tenendum est autem inter Collegia Societatis, & Professorum domos indicatum initio discrimen: quod in domibus plerumque degunt, qui sine disciplinis imposto, proximorum vtilitatibus toti seruiunt, & li- berali hominum misericordia, nullis redditibus sustentantur. Nullas enim non modo priuatas, sed

57
Spoliat
& vult
ratur à Li-
tronibus.

58
Re:nsat
Episcopi:ii

59
Mors Lu-
theri.

60
Res Hi-
spanica.

61
In Colle-
gio Gan-
diansi pri-
mum de-
ore Socie-
tatis cepit.

62
Vnde in
Societate
docendi
origo.

63
Discrimen
domorum,
& Colle-
giorum.

sed ne communes quidem fortunas stabiles, fundatasque vel habent, vel habere domus illæ possunt; ac ne Collegiorum quidem iuvari subsidijs. Hoc enim seuerè interdictum voluit B. Pater, vti prorsus necesse erat. Nam cum vellet perfectissimum illud Euangelicæ paupertatis genus in professis vigere, si licuisset, quemadmodum ab cæteris fidelibus elemosynæ conquiruntur, ita eas ab Collegijs accipere, iam hæc vel fuissent, vel videri poterant, non minus certæ, quàm fundorum proventus. In Collegijs autem varia literarum eruditione iuuenes nondum publicis, aut solennibus deuincti votis, quamuis verè ac propriè religiosi sint, excoluntur. Quorum accuratæ disciplinæ, ne quid inferat moræ quotidiana mendicitas pastus, sapienti consilio constitutum est, vt annuis ea fructibus ac prouentibus gaudeant. Sunt igitur in Societate Collegia suis alendis excogitata discipulis, non ijs, qui disciplina percepta, cooptatiq; certum in gradum proximis toti vacant. Atque initio quidem in illa lociorum paucitate, ea, quam dixi, doctrina publicis ex Academijs, Gymnasijsq; petebatur; domi autem dumtaxat erant literarum exercitationes, quò & inhærent audita tenacius, & postea publicis in gymnasijs specimen præberetur illustrius, tum celeris, & præstantis ingenij, tum exquisitæ, & singularis industriæ. Interdumq; ad domesticas altercationes, disputationesq; externi quoque Condiscipuli, quod postea constitutionibus confirmatum est, Dominicis quibusq; ferijs inuitabantur, vt per eam occasionem; viam sibi domestici ad instillandum eis aliquid de suo spiritu, virtuteq; munirent. Postea Societate crescente, cum & priuatis, assiduisq; exercitationibus, & ingeniorum, quæ plurimo cum delectu admittabantur, celeritate complures in disciplinis quotidie præstantes euaderent: vt iam tradere alijs, & communicare cum suis, quæ ipsi ab exteris accepissent, pari propemodum cum laude possent: accederentq; subinde insigni doctrina viri, omniq; eruditione perfecti, qui suam continuo possent in erudienda iuuentute operam Societati nauare, visum est eius etiam modi Collegia instituire, in quibus & domestici præceptores traderent disciplinas, & eas cum externis quoque communicarent. Et sanè incredibilis fœcunditas fructus latis est argumenti id inuentum cœlestis fuisse consilij. Scholarum quippe beneficio, quæ gratis cuique patent, præstantissima multorum ingenia, quæ rei familiaris angustijs, sordidis perirent in artibus, è tenebris quotidie emicant, & sese conferunt ingenti sæpè reipublicæ commodo, magna sui nominis gloria. Id autem quanti tandem apud Deum est, tantam vbique vim pauperum sine mercede docere, ne neglecta iaceant, quæ nata in sordibus iacerent ingenia? Quod si misericordiæ putatur eximix pascere famelicos, aut subministrare nudis, vnde se tegant; quantæ misericordiæ fuerit, non modo ingeniorum famem exsaturare doctrinis, & inscitia, erroreq; detracto, mentem scientiæ cultu, bonisque artibus exornare: veiùm etiam tradere ea, quibus hæc insuper in egeno corpore consequaris: & huic amplas diuitias, atque fortunas, ex animi diuitijs, ac bonis pares? Nam quid ego de pietate dicam, moribusq; Christianis, qui inter docendum, teneris mentibus instillantur? vt vel hoc nomine, si non alio scholas habere nos iuuet, vt ad virtutis decus, pietatisq; permulti sola doctrinæ trahantur illecebra. Quibus verò copiosa est domi res, & ad alendos magistros abundè suppetit, quia tamen tanti interest, cui quis tradatur in disciplinam, præbent hæc scholæ magnum conscientiæ leuamentum, cum missis ad eas liberis suis acquiescunt: satisq; factum officio putant. Ipsa deinde scientia fructuosior & ad huianas res, & ad diuinas existit, quod recte ferè (vt sæpè discentes monentur) mente percipitur; & ex fonte timoris Domini, vnde ratio postulat, hauritur. Porro si Ciuitatum, ac rerum publicarum status, si Clerum omnem Catholici gregis, si Religiosorum Ordinum septa pererres, si cuncta denique animo, ac ratione perlustras, quàm multos vbique reperias harum scholarum alumnos, & huius vestigia disciplinæ? Quos enim pueros in firmis erudimus ætatibus, ij postea veluti per exigua quædam semina in egregias educti plantas, suis fructibus implent omnia, ij suos vicissim liberos piè, ac prudenter instituunt, vt Dei numen reformident, & eius præceptis obtemperent, ij sæpè dominantur in ciuitatibus, & reipublicam tenent: ij pijs moribus, & recòditis literis autoritate iam parta, in omnibus ferme cœtibus primas obtinēt. Si Clerum spectes, ad hos præcipui Ecclesiæ; præser-

64
Vtilitas
publica &
Societatis
gymnasijs.

65
Prima vtilitas.

66
Secunda
vtilitas.

67
Tertia vtilitas.

68
Quarta
vtilitas.

69
Quinta
vtilitas.

tum

rim vbi cetera genus illustrat, deferuntur honores. Ex his animarum prodeunt vbiq; Pastores. Ex his Pontificum & Antistitum egregij consultores, & administri leguntur. Ex his deniq; inter ipsos frequenter Antistites, ac Præsules, viri lectissimi cooprantur: hodieq; multos iam cernimus in toga splendere purpurea cum Senatoribus orbis terræ, quos non multis annis antepriuatos, & auditorum è numero nostris in exedris cernebamus. Si vero Cœnobiorum claustra penetres, quam multos in ijs. ex eadem scholarum disciplina reperiatis? Nam vt omittam Societatem hanc nostram, quam non inficior his se plerumq; alere, ac propagare subsidijs, quis non videat ex tanta iuuentutis copia, quanta in omnem locum nostris redundat ex scholis, ceterorum quoq; Ordinum claustra, cœtusq; compleri? Non enim omnes ad vnã familiam vocat Deus, neq; ad eam facti sunt omnes, sed qui cunctos fabricatus est Ordines, & singulari prouidentia cunctis prospicit, is alios ad aliam vocat, & alijs alias habilitates animi, & dona distribuit: vnde ad alium alios procreatos & institutos intelligas. Quod cum Patres illi, qui discipulorum apud nos animos tractant, & pietatem promouent, animaduertant, student & ipsi inditos à Deo nutus alere, prudenterq; ad cuiusq; naturam, ac propensionem, institutionem suam accommodare. Itaq; scholarum nostrarum bono gaudent Ordines vniuersi, nec exigua nobis laborū videtur merces, cum varias in familias adolescentes se nostri contulerint. Nec mirum si ex celeberrimis alioqui Academijs, & gymnasijs florentissimis non perinde multa ad eas, vt è religiosis deciderent vberitas. Illa quippe literarum potissimum eruditionem in auditorijs spectant suis, eoq; se putant satis muneri suo fecisse: hæc in suis cum pietatem in primis, morumq; probitatem, tum interiores etiam literas, exquisitamq; doctrinam: cuius vtriusq; rei coniunctio eadem est, quæ, & si id non agas, ad Dei Regnum teneras adolescentium mentes effingit. Refque vitæ perfectioris, si verum querimus, magna ex parte ad adolescentulos & iuuenes redijt, partim quia robustior ætas institutum iam vitæ cursum ægre deserit, alioque detorquet; partim quia in robustas item mentes, & humi defixas haud ita diuina vis influit, vt in teneras atq; molles, quæq; non ita hærent in luto rerum humanarum. Omnino tenera flectuntur, ac mollia; annosa, & inueterata non item: vt non mirer, si instituendæ apud omnes gentes, atque respublicas adolescentiæ tanta vbiq; sit cura, tamq; multa à sapientibus, ac Philoſophis ea de re præcepta tradantur. In quam se præptiam multa sane diserte, copioseque Ribadeneira noster: vt & singularem eius muneris vtilitatem, & consentaneam rem esse doceat Societati nostræ, teneræ, rudique ætati primas quoq; literas tradere. Hæc igitur causæ fecere cur moliente Francisco Borgia Duce Gandiæ Collegium, in quo ex Mauico genere innocentes ætates religione sincera imbuerentur vna cum literis, eorum institutionem, publicamq; aliorum doctrinam Societas, vt supra cõmemorauimus, susciperet, non leui ob hoc quoque tam publice salutare institutū Francisci Borgiæ merito, vt eius inuitatu primum in Europa ludum literarum Societas aperiret. Ouidus inter hæc magnis animo incitabatur ardoribus. Tanti Societatem faciebat, vt quoniam indignum rebatur se, qui per vota solennia in eius corpus coopretaretur, votum ediderit eidem in ianitoris, aut coqui, aut alio famulari ministerio seruiendi, præclare secū actum iri cum gaudio cogitans, si qua re inferuire ei liceret. Et admirans, laudant que erga hunc cætum Dei clementiam, in rebus, quæ ad eam pertinerent, profitebatur singularem se operum summæ eius Maiestatis sentire, quam non item experiretur in alijs. Quo autem ipse vehementius caritatis igne succendebatur, hoc ad alios inflammandos & diligentius elaborabat, & fortius. Ad studium sanctæ contemplationis ex Ignatij præceptis plurimos exercebat: tantusque erat hominum ardor, vt vno eodemque tempore, vnus ipse quatuordecim exercebat, & nemine ferente moras, aut in eo quemquam libi præferri, sæpe esset de loco, & principatu contentio. ceteri Socij certatim tali Rectoris exemplo ante oculos constituto animorum etiam cõmodis inhiabant: & quo acius persuaderent dicendo, vita in primis, moribusq; docebant. Erat admirationi singularis eorum frugalitas, frequensque ieiunium, vt qui pane duntaxat arido, olei stilla, saleque consperso famem suam mitigarent. Precaione, diuinæque contemplationis vñ omnium in se oculos conuertebant, qui quo liberius, vberiusque Dei spiritum haurirent, hominum vitata frequentia interdum se in nemora, sylualque abdebant: ac rupes asperas, & ardua iuga petebant: sæpius ta-

70
Sexta vtilitas.71
Cura Ouidii Gandiæ.

72
Borgia li-
beralitate
in Societa-
te insignis.

men in publico valetudinario solandis ægrotis, riteque expiandis operam dabant. Pueros ca-
techesi, concione populum instituebant; nihil deniq; ex statis laboribus ac muneribus missum
faciebant. Miro autem Valentia ex ijs, quos ad perfectam vitam informabat, aliquot Duci per
literas, vnde suum posset amplificare Collegium, identidem offerebat. cui item per literas Dux,
Modo ne cesses, inquit, Gandiæ quidem nunquam eis, quos miseris locus deerit. Qui portò
decesset, cum vir ille liberalissimi in pietatem pectoris nequaquã domestico cõtentus Collegio,
de aliorum alibi cogitaret initijs? Ac Compluti quidem certum nostrorum numerum suis iun-
pensis alere, ac redivisus cœpit. & ad Toletanum Archiepiscopum Ioannem Silicem literas de-
dit, vt quam ad bene merendum suis semper de liberis propensionem, voluntatemq; præ se tu-
lisset, eam in sustentandos nostrorum Compluti labores, operasq; conuerteret. Ad Cæsaraugu-
stanum item Archiepiscopum Auunculum suum Ferdinandum Aragonium, & ad Aragoniæ Pro-
regem, Virosq; primarios milit, vt sedium aliquid Cæsaraugustæ nostris hominibus inchoarent:
quos vt factis magis, quam sermonibus incitaret, fortunas in eam rem aliquas, & domicilium,
quod illic habebat, primus obtulit. De alio item ponendo Hispali Collegio cum Matertera (ca
Medinæ Sidoniæ Comitissæ vxor erat) & cum vxore Marchionis de Piëgo consilium suum com-
municauit: statueratq; ex suæ Præceptoris fructibus, quæ propter Hispalim sita erat, decerpe-
re aliquid in alimenta nostrorū. Acquum quippe dicebat esse, vt vbiq; Dei liberalitate bo-
norum aliquid accepisset, inde suam Deo decimam in hac Societate persolueret. Nempe egre-
gia pietas, Societati cum arte coniunxerat, & ea crescebat in dies: tantosq; habuit à funebri il-
lo Imperatricis elatæ spectaculo continenter progressus, vt vir grauissimus, idemq; doctissimus

73
Michaelis
Turriani
ad Socie-
tatem vo-
catus.

Michael Turrianus cum ex Vrbe in Hispaniã hoc ipso anno reuertisset, Ducemq; consalutasset,
vehementer sit eius, & altissimam humilitatem, atq; modestiã, & eximium candorem pectoris
admiratus. Hic est Michael Turrianus, quem pupillam oculi sui aliquando vocauit Ignatius:
tanti faciebat hominis sapientiam: vsq; eo candidissimum ingenium, & mores optimos diligebat.
Complutensis erat Doctor è maiore Collegio, inque causa eius Academię grauissima Procura-
tor lectus, & missus in Urbem, B. Patris congressu aliquandiu, ne qua ex illius veteribus per His-
paniam calumnijs labes sibi aspergeretur, abstinuit. Sed vbi primum Nicodemum in ritu clanculum
virum Dei conuenit, vix dena is verba protulerat, cum ei penitus Doctor se se permisit. Ad ex-
ercitationes spiritus, ipso instituentem Ignatio, secedit in Villam: vbi cum ad deliberationem de
genere vitæ legendi venisset, noluit quicquam per se transigere, id solum figit, sibi id vnum
sequendum, quod videretur Ignatio. Qui cum super ea re hostia sacrosancta ter o blata, videri
sibi optimum referret, vt lucris animarum, Societatiq; se dederet, ac rationes præterea consilij
huius vellent adiungere: vetuit Doctor. verbum addere. Nam si rationibus, inquit, finienda res
esset, fortassè mihi non deessent, quibus diluerem tuas. Sed mihi abunde est ita tibi videri. Hæc
anno secundo super quadragesimo gesta. Ex quo tempore animo se tanquam vnum de Socie-
tate gerens, addito eius inuenturæ voto, iussus est à B. Patre differre tantisper ingressum dum Aca-
demiæ causa confecta, reuertens Complutū rerum ab se gesta: ū ratione redderet. Huius rei gra-
tia hoc anno per autūm ex Vrbe recedens, accepit multa ab Ignatio in mandatis: interq; ce-
teia, vt Gandiam ad mutandū Ducem accederet: quo scilicet mutuo de rebus diuinis affatu,
tantorum virorū pietas confirmaretur magis, & incalesceret. Igitur Gandiam vt venit, continuo
Ducem adiit, spectator eius futurus virtutis, cuius iam fuerat auditor, hominē religiosum, non
Ducem reperit. adeo se Franciscus in studia veræ pietatis abdiderat: præsertim quod paucis ante
mensibus cõiuge morte sublata, liber iam ab rebus humanis, desiderat esse diuinus, vt solū quo-
modo placeret Deo, nō quomodo vxori, suo in animo pertractaret. Ergo ad effectæ vitæ stu-
diū effusus habens currebat: & quoniã à fundamentis nouerat inchoandū, quo hæc altius, fir-
miusq; locaret frequens sibi velut gymnasiū humilitatis extruxerat: in quo dū dies, noctesq; se
cōtinuat, quotidianis exercitationibus, quibus se ad deponendū fastū, & demittēdos spiritus sti-
mulabat, libellū sane referat, Michaelis sententia salutarē, quo etiam autore in lucem editus,
ab ijs, qui stadium, curriculumq; pietatis ingredi volunt, perutiliter etiamnum, iucundeq; tra-
ctatur. Ignatij vero libellum, qui contemplandi præcepta, virtutesq; complectitur, auide vni-
uersum

74
Borgia
Ducis vir-
tus.

uerfum exhaustis, & ad multos dies haud oscitanter adhibitum, atque perlectum, ita suspexit; vt quo tutius degustaretur ab alijs, nec quemquam rei nouitas deterreret, contendendum à Pontifice maximo existimaret, sua vt auctoritate, iudicioque tam salutari suffragaretur opusculo. Itaque facta ab Ignatio potestate, id ipse supplices per internuncios, ac literas à Pontifice postulauit: eiusque postulationi Pontifex altero post anno adeo prolixè, ac liberaliter annuit; vt in Apostolicis literis, quibus has institutiones Ignatij suo patrociniò, & auctoritate communit, non modo eas approbet atque collaudet (vt suo loco reddam) verum etiam singulos vtriusque sexus hortetur, vt ijs se se excoli, & pie vti non dubitent. Ab eodemque Dux Borgia impetrauit, vt quisquis ijs vreretur, & inter eas esset exercitationes vniuersæ vitæ peccata confessus, is pro Apostolica mansuetudine cunctis noxis eximeretur. Cumulata erant iam boni Ducis, & vitæ communis officia, nec ad exhauriendam omnem laudem restabat aliud, nisi vt Christi consilia secutus ad perfectæ niteretur iustitiæ fastigium. Huc quippe illum cælestis Spiritus velut occultis itineribus adigebat, & huc denique, eo duce, Dux ipse conscendit, statuitque funditus humana deferere, quò ad diuina raperetur ardentius. Itaque eam ex omnibus disciplinam, quam sectaretur, arripuit, vnde & cælestem hauserat contemplandi rationem, & tot quotidie suis etiam ciuibus adiumenta petebat. Id Ignatio per Fabrum, cum Romam venit, significauit ipse silentio, Societatem se pollicitus initurum, cum primum grauiora quædam explicasset in sua ditione negotia.

Valentia, Mirone duce, Societas ingeniosis, & eruditis est aucta tyronibus. Faber autem cum hac transiret, eorum in literis incitauit ardorem. nec minor erat de eorum in doctrina processu Ignatij sollicitudo: qui ne spiritus inter ardores, vt sæpe fit, res tanta frigeret Theologorum, Philosophorumque theses; eorum vero, qui se literis perpolirent, humanitatis orationes, & carmen, ad se mittenda curabat. substitit & hic menses aliquot Araozius, & suis concionibus, atque exemplis cum multos ad pietatem incendit, tum multorum ex animis suspiciones, quas obrectatorum improbitas grauibus etiam viris iniecerat, aperiendis institutis nostris euellit. Quin ipsimet sacræ religionis Inquisitores, peruestigatis rebus omnibus, accurateq; perspectis fauere Societatis cœperunt industriæ, cuius antea metuebant inuidiam. Quos cum Præsul ipse Thomas Villanoua præclara sanctitate vir, tum alij cõplures, & literis, & nobilitate præcipui in tuenda Societate secuti sunt. Verum dum hic Araozius pulchram sementem facit, in Curiam reuocatur à Fabro, propediem ad Concilium Oecumenicum discessuro. Hic strenuus erat vtriusque labor; nec huic dispar euentus. Nam quæ per Fabrum in Curia priusquam discederet, Deus egerit, in ijs præsertim, qui columnæ videbantur in Aula, ea Araozius cum ad Ignatium scribit, lanè prædicat admiranda. Nec dubitat quin si ceteris ille sit ita perspectus, vt sibi, qui eo miser carere debeat, gratias acturi sint Deo, quibus tanti liceat frui Patris aspectu. Ait animam illam eius esse refertam misericordijs, qui & Pater misericordiarum, & totius consolationis est Deus. Sancti viri abitum, quoniam plurimæ nobilitatis in sacris erat confessionibus anditor, plurimæ quoque subsecutæ sunt lacrymæ. Abijt laboribus penè fractus, & Barcinonem versus, vbi & vires reficeret, properabat. Ipse vero Araozius perseuerabat in Curia: tamen si non raro etiam ad finitimos excurreret. Complutum inuisit, & in Collegio, quod Maius appellant, factis de Deo verbis eam admirationem, assensionemque commouit, vt insignes animorum commutationes inter collegas effecerit. Fuit qui Patre inscio aspero sacco, & pedè nudo panem, ac stipem Ciuium in oculis emendicaret: cuius singulare factum propter eius auctoritatem, nobilitatemq; multum valuit ad exemplum. Apparebat autem Compluti facies aliqua iam Collegij, cui præerat Villanoua. Socij autem piæ precationis, ac pietatis haud minus, quam literarum curis intenti, semper in id attentis animis excubabant, vt discipulis prodesse externis. Et quo commodior nostris esset suæ pietatis alendæ materies, Eleonora Mascarenia lectissima scemina (cuius supra meminimus) instrumentum eis Sacelli domestici suppeditauit: in quo erat A a perelegans pennicillo elaborata, Regina quondam Elisabethæ, deinde Philippi Principis ad Eleonoram dono translata. Quamquã autem huius Matronæ benignitas numquã non prompta, & exposita cuique erat: adeo tamen extrema Sociorum erat egestas, ac pene fames, vt panem

75
Curat confirmationem Pontificiæ libelli exercitiorum: & indulgentiam exercitibus.

76
Statuit Societati se tradere.

77
Cura B. Ignatij vs proficere in literis.

78
Araozij testimonij de Fabro.

79
Egestas Sociorum Complutensium.

nem sæpe desiderarent, nec alia re quam coctis cœnirarent olusculis. Itaq; partim paupertatis, partim laborum incommodis, cum primum vires intendi cœstas: (quæ grauior est plerunque Compluti) plurimos morbo strauit. quos, ne rerum necessariorum desiderio plane deficerent, eiusdem Elconoræ consilio, impulsuque Caracam vicinam Oppidum, vbi parata erat apud Infantes habitationis opportunitas, Villanoua traduxit. Cuius eximia tum in imploranda priorum misericordia sollicitudo, tum in ministrando, & consolando caritas, (erat enim ægrotantibus minister, & coquis,) morbi molestias non mediocriter mitigauit. Habebat autem sui laboris adiutores Araozius in hac prouincia minime segnes: & præter Villanouam, cum, quem supra meminimus, Aemilianum B. Patris nostri nepotem, qui non exiguos capiebat ex suis concionibus fructus. Is dicendi vsu in optimorum concionatorum numerum iam peruenerat. sed labores eius acriores, quam diuturni fuerunt. Nimijs enim contentionibus arteriam fregit; & sanguinè excreauit, vt Araozij iussu cessandum deniq; ei fuerit, nec multo post in flore ætatis, & summa omnium expectatione, singularique suorū Cantabrorū dolore excessit è vita. Sed bene cum illo actum, nec male cum proximis, quibus suo patrocinio facilius apud æternum in cælo Verbum, quam hic verbo & oratione consulere. Araozius in Curiam reuersus audiendis vniuersæ plurimorum vitæ peccatis, & pijs huiusmodi assiduo labore distinebatur officijs. Adfuit Vicecancellario Aragonensi supremo eius vitæ die, plurima non morientis modo, verum etiam viuorum, qui lectum eius de principibus circumstabāt, utilitate, vt affirmarent deinde nonnulli, nihil se tam malle, quam Patris in amplexu, gremioque emori: ab alijsque euocari deinceps in eorum de vita discessu summo cum studio cœptus sit. Occurrēdum etiam fuit clerici cuiusdam amentia, qui de Societate vulgo habitus (nihil enim cultus corporis seiungebatur à nostris) magna cum offensione Madriti concionem aduocabat. Et quoniam vestis ipsa paulo contemptior erat, existimabatur ceteris esse præpositus. Quoties pro suggestu verba faciebat, aliena loquebatur, & mirabantur homines concionem ei dari, cui simul ac fari cœpisset, desinere per sanos omnes liceret. Nempe exierat de potestate mentis, quod postmodum patefactum est; cum foras egressus pugnis obuium quemque male mulcrauit. Ergo Araozius sacrosancto Pentecostes die, quo complebatur omnis amplitudo Basilicæ; postquæ & crebris assensionibus, & multis admirationibus verba fecisset, eripuit omnibus hunc errorem, & sparsos temere de cœtu nostro sermones, rumoresq; compressit, vt Angelum, non hominem locutum vulgo dicerent: nec tam illius consecutus amentia communis hominū hostis, quam huius videretur perdidisse prudentia, cui ob hoc aliquid audere permittitur, vt Leo Pontifex ait, vt à Fidelibus, Christi gloria maiore vincatur. Araozius autem dum labores laboribus cumulat, ipse quoque grauiore tentatus est morbo: in eundemque iterum, ac tertio recidit, vt eius iam salus desperaretur à medicis. Curatus est Philippii iussu per diligentem, ac peramanter, qui eam Antistiti Pompeiopolitanæ curam, & Gubernatori mandauit. Medici quatuor de nobilibus ei semper aderant, & tanquam destinatus, sedulusque minister Nuntius Poggius. Visitabatur à multis, & Dei verbum extorquebatur ab ægro. Vix febrium remisit ardor, vix dolor aliquid relaxauit, cum ad dicendū importunis precibus in ædem trahunt. tanta erat sitis diuini verbi, nec mirum si alieno homines non parcebant, qui sibi ipsi parcere in animarum causis, periculisque non poterat. Ægrotabat ad mortem coniuix Comitiss de Palamos, & ab ægroto ægrota poposcit opem. Surgit Araozius festinus è lecto, & imbecillo spreto corpore, ad emigrantem animam languidos artus trahit. Totis duabus noctibus ei affuit, somni & quietis oblitus, vt ad æternæ quietis portum animam illam, quæ tertia demum luce migravit, animando, & confirmando proueheret.

Barcinone qui de nostris agebant haud segnem operam in fouendis animis collocabant: & ad cetera benefacta illud adiunctum, quod puerorum orbitati, ac solitudini parato Guiomaræ Grallæ sumptibus domicilio consultum est, candidoque amictu puerorum turba distincta. Pia nobilisque Matrona Fabrum ad animi sui curam adhibuerat, & ex præstantis magistri præceptis parè virtutis hauserat disciplinam, tota pietati, ac recte factis intenta. Faber autem ipse cum ex Curia laboribus Romam pergeret, febribus æsturans ad dies aliquot Barcinone quieuit. Dumque ne hic quidem in Confessionibus, ac concionibus parcat sibi, sed honestè quoq; piget quietis,

80

Aemilianus Loiola laborū cōtentione arteriam rumpit: unde anno 1547. mortuus.

81

Quidam parū sanus pro vno Sociorum habitus toti orōini sanus cōcionibus constat inuidiam.

82

Araozius ager iumenta est cura Pr. nciū pibus Ep. 36.

83

Eius agri cura alicui salutis.

84

Barcinone conditum Orphanotrophium.

85

Faber agros Barcinone: pergit Romā alieno tempore: moritur.

quæretis, & otij; cui fatis exhibebat tertiana negotij, serius conualefcit, seriusq; in Urbem intrat. Feruebant iam caloribus omnia infesto Caniculæ signo. Nec probabat B. Pater eo articulo in Urbem ingressum. Sed cum adhibiti in consilium Patres contra censerent, vimque eleuarent discriminis, uti his Ignatius, ita Faber utriusq; pio, ac cæco quodam obtemperâdi studio cessit. Romam, quò non raro vel valetibus, mordente sidere, pestifer est accessus, imbecillus, ac prope æger accedit. Hic paucos intra dies morbidum corpus nouus æstus adigitur, noua morbi vis arripit, & interficit. Cecidit præcipuum Societatis columen, & cunctos socios mæror ingens inuasit. Ipse vero B. Pater Ignatius, quo putas animo carissimi sodalis occasum tulit? Si mortui bonû spectes, non nisi æquò, quem ex medijs laboribus in illam requiem excessisse sine dubitatione credebat; sin autem suum, & Societatis commodum, non nisi ægro: quoniam carebat eo, quem ex cunctis Socijs principem Christo genuerat: desiderabat singulare virtutis exemplum: requirebat hominem ad res gerendas nauum, diuinæ gloriæ percupidum, sitientissimum alienæ salutis. Multa de hoc heroe disperse hæctenus, diffuseque sunt dicta. Multa adhuc dicenda supererant: quæ tamquam Euangelici operarij, exemplar, ut haberentur ad manum, proprio includere visum est, & vulgari volumine. In præcipuis eius laudibus est conuersatio quædam perennis in Cælo, vltusque continuus cum augustissima Trinitate, Christo Domino, Deipara, Angelis, & hominibus sanctis, hoc insignior, quod ex occupationibus tantis, totq; peregrinationibus animarum causâ susceptis, non ea laxamentum, sed pabulum, & incrementa capiebat. Quin ipse profitebatur etiam in meditationis quiete, plus sibi iucunditatis, succique solidi affluere ex agendis cum Deo, atque Cælestibus mortalium causis, quam ex rerum consideratione altissimarum, scab omni eam vel viuorum, vel mortuorum vtilitate seiungeret. Quicquid vnquam accideret, mente emicabat in cælum, gratiasq; agebat suo, aliorumque nomine; seu veniam, aut opem pro re, ac tempore precabatur. Vt cumque nouus animum tangeret morus, mira illum dexteritate assueuerat statim sustollere ad æterna; ad fidei normam dirigere, & in lucra conuertere. Deniq; aduersus imbecillitates humanæ naturæ experimento comperit nequaquam dimicatione anxia digladiandum; sed remedium efficax, si animus sublime habitaret: quo carnis non aspirarent iacula, totamq; mentem occuparent cælestia, ne locus terrenis pateret. Ex hac cum summo bono coniunctione perpetua, familiaritateq; Cælestium, itemque assiduo in ijs implorâdis studio fiebat, ut semper sensu pietatis dulcissimo quasi exundans, facillime omnium, ad quos accederet, pectora quoque compleret: vnde tanta in eius dictis vis, tātus è consuetudine familiari quæstus pietatis: tanta, quod minime agebat, existimatio eius, atque celebritas. Nec minor ab euntē ad superos veneratio est prosequuta. Scripsit Gandia Romam Ouiedus personam apprime sanctam, & Dei spiritu mire præditam Fabri post obitum confirmasse indicatam sibi fuisse diuinitus admirabilem eius, qualis sanctorum est, gloriam, ipsumque conspectum multa luce fulgentem Patrem; Ex quo multa, & præclara audiuerit de Christi Domini obedientia, deque gaudio, quo ipse quoque propter oppetitam mortem obedientiæ nomine in beatis illis sedibus frueretur, cū sane domum illud obitæ ita mortis obedientiæ causâ magnificaret. Gandienses autem nuncio migrationis accepto publica gratulatione, lætitiâq; diem illum tanquam eius celebrasse natalē; & tanti viri patrocinio nixos mirificos in pietate fructus, & progressiones deinceps expertos: & Collegij socios illum sibi eo etiam titulo adiciuisse Patronum, quod in fundamenta Collegij lapidem primum ipse misisset. Ouiedus quidem singularis deinceps annis quibus Gandiæ fuit, candidum in urbem æreum misit, rogans B. Patrem, ut ardētem tumulo Fabri iuberet imponi, quo sibi ille spirituale lumen à Patre luminum impetraret: idq; esse significabat priuati sui cultus testimonium, quoad ut sperabat, communi & publico efficacius oraretur.

Ex Lusitania nouem ad Indos rogante Rege missi sunt, quorum Franciscus Petrius, Alfonsus Cyprianus, Franciscus Henricius, Nunnus Riberius, Henricus Henricius sacerdotio præditi: alij suo tempore initiandi, Nicolaus Nunnus, Adamus Franciscus, Balthasar Nunnus, & Emmanuel Morales iunior, qui mox rebus in ora Piscaria multis præclare gestis ad extremum non tenuit in Societate constantiam. Hi omnes in classe, quam Laurentius Petrius de Tauora duxit, tribus nauibus ad vectorum adiumenta partiti, sexto Idus Aprilis Olisippone soluerunt. Simon

86

Fabri præstantes viros.

87

In Indiam missi Franciscus Petrius, Alfonsus Cyprianus, Franciscus Henricius, Nunnus Riberius, Henricus Henricius, Nicolaus Nunnus, Adamus Franciscus, Balthasar Nunnus, Emmanuel Morales.

Z 3

autem

autem impositam sibi regij filij prouinciam gerebat accurate: sexta quaque feria confitentem de suis noxulis audiebat; & erat illi in moribus, ac virtutibus magister, & pater. Is non amplius decem natus annos, iudicio præcurrebat ætatem, vt altero tanto natu grandior videri posset. Erat læta messis in Curia, & qui superioribus annis Curiam ipsam propius inspexerat, is sine magna sua voluptate non poterat tam insignem commutationem animorum inter Proceres admirari. Id quod ille verbo Dei, diuinisque sacramentis acceptum referendum putabat: quo velut ex fonte complura alia pietatis officia, & benefacta prodibant. Conimbricensē Collegium constabat iam sodalibus octoginta, & eorum quindecim continenter cognoscendi, ac remittendi peccata ius exercebant: nec deerant qui Dei verbo frequenter insisterent. Vnus Strada, vt erat fortis actor, & vehemens, incendebat vniuersa: vt interdum prodeundum esset in publicū, cum denissimum auditorem magnitudo templi non caperet: dicendi ardore calebat frigidus auditor, seu dum è face vitiorum emergit ad frugem, seu dum è populari turba transuolat ad cœnob-

88

Ingréditur Societate Gaspar Berzani Belga.

89

Certa v. Etigalia Conimbricensi Collegio attributa.

enim Conimbricæ versaretur, Stradæ concionantis inductu Societati nomen dedit. Cuius vii virtus, sanctissimiq; labores pro animarū salute suscepti, suo reddendi sunt loco. Vt autem suum quisq; munus cum laude tenebat, ita ne diuinæ quidē benignitatis desideratæ sunt partes. Certis quippe Collegium vctigalibus instrui cœptum: cui & Arriaga quidam Musicus bonum pecuniæ numerum in morte legauit: & geminum Rex Cœnobium, Pontifice annuente, decreuit alterum è Benedictina, cui à sancto Felici nomen est, alterum ex Augustiniana familia, quod appellant S. Ioannis de longa valle. Nostri autem ne pluris cespites, atque glebas, quam animas, & res diuinas facerent, in eorum possessionem profecti, spargere in arua pectorum diuini verbi semen, & repurgare animos sacramentis instituunt: vt Deo Monachi illi, coloni; passis manibus gratias agerent, quod tales in manus potestatemque venissent. Pauci quippe qui supererant ex

90

Strada peregrinatur euangelizans: in qua urbe Portus singularis pariter visus.

solitarijs illis Monachis, cum susceptæ vitæ ducibus, pedagogisue carerent, spiritalibus exercitationibus expoliti ad normam veteris disciplinae mores suos fingere, atq; instaurare cœperunt. Ad Stradam vt me referam, is post magni Ieiunij saluberrimos quotidie diuersis in Templis dicendi labores, ad S. Iacobi in Compostellam peregrinationis nomine, nobilem simul plagam Durium inter, ac Minium amnes suæ opibus linguæ ditaturus, rite cum socio mittitur. Subsidium itineris obuia hominum misericordiae, rectum Xenodochia pauperum suppeditarunt. Nec tamen à dicendo, vbi se facultas obtulit, aut ab alijs instituti sui muneribus cessauit vnquam. Vtrem, quæ Portus dicitur, vt peruenit, statim postero die, qui S. Michaelis apparitioni sacer erat, patenti in area ad populum dixit, quo pars maxima Ciuium publica in supplicatione conuenerat. Probatus est populo viri ardor, adeoque aures omnium, animosq; retinuit, vt cum ter, quaterue in die dicere instituisset, terna amplius hominum millia ad se audiendum alliceret. Duos in ea Vibe retentus est mensis ingenti vniuersorum non populi modo, verum etiam Cœnobitarum, Monachorumque bono, qui se novos animos induisse, & novos impetus confitebantur expertos ad progressionem spiritus, ac pietatis. Nec defuerunt, qui de suis domibus, complexuque parentum ad paupertatem, crucemque cœnobij sponte confugerent. Ex ijs aliquot Societati dedere nomen, quorum Vascus Ferras adolescens in eadem ciuitate Canonicus, & Ecclesiæ bonis satis locuples, cum se Conimbricam silentio proriperet, parentes, qui in eo spes suas iam collocauerant, vt filij sensere fugam, mittunt illico, qui filium præcurrentem consecuti, reducāt. In reditu cum ante fores Hospitalis pauperum domus, vbi Patres diuersabantur, iter haberet, in eorum hospitium euolans, negauit se, vt ad suos pergeret, vestigium esse moturum. Nec aliter fecit, ac dixit. Nam & parentis autoritatem, qui cum primarijs viris dissuadendi gratia eo venerat, parupendit: obijcientemque quartum de parentum honore præceptum, ille vicissim commemoratione primi, quo Deum iubemur super omnia diligere, confutauit; & maternas, Fraternalque

91

Constantia Vasci Ferras adolescentis in Societate scilicet.

nasque

nasque blanditias, stultasque lacrymas, & omnium insidiosum propinquitatis amorem, non tam ingenita nobilitate reiecit, quam pia crudelitate contempsit. Quin etiam serico detracto vestitu, quem poposcerant, & ipsis quoque calceamentis, quæ non poposcerant, procul abiectis, famuli vestem induit; ut eum famulari imitaretur amictu, qui cum forçibus, serutisque mendici splendida quondam vestimenta mutarat. Magni prorsus animorum motus in ea vrbe Strada faces subijciente sunt facti. Quidam vitam in paupertate traducere; alij vastis in cremis se se condere. Nonnulli etiam in gloria, ignobileque peregrinari longo tempore decreuerunt. Vis porro confitentium tanta fuit, ut cum tertius in auxilium accitus aduenisset è collegio Conimbricensi Sacerdos (nam alter comes erat Stradæ) quartusque ex eadem ciuitate se ad illos insuper adiunxisset, à prima luce ad tenebras, accedentibus morem gerere pro voluntate non possent. Gratiarum præterea reconciliationes, nec pauca, nec exigui momenti factæ, odia inueterata finita, alienum æs suis dominis perfolutum, adita valetudinaria, ægrotisque cum relaxatæ rite noxæ, tum diuisa passim emendicata benignitas. Eadem collata in vincetos officia, omni prope humano, diuinoque subsidio destitutos. Rarus quippe ad eos vel sacramentis expiandos, vel Dei verbo confirmandos aspirabat sacerdos: raro apud eos res diuina fiebat, viuebant propemodum Ethnicorum instar, & ritu pecudum decedebant, nullo sæpe adhibito sacramento, nullo sacerdote qui fugientes animas contra hostiles communiret insidias. Stradæ igitur eximia charitas, & ijs instituendis, subleuandisque; & eorum expediendis, conficiendisque negotijs operam dare semel aggressa, rationem etiam iniit, quemadmodum illi, & sacrosanctæ Liturgiæ mysteria spectare possent, aut ijs adesse præsentis. Quippe areola dono accepta, conquisitoque ad id argento facellum condidit, & exornauit, quò non solum vincetorum sacrificij tempore, veium etiam aliorum penetraret aspectus. atque ut perenne sacrificium in eo fieret, nec deesset minister assiduus, institutus est certo stipendio sacerdos, cuius in potestate facellum id esset. Deinde tribus honestis ciuibus ad captandam erga id hominum genus misericordiam, maturo consilio constitutis, ipse abeundi veniam petijt, abeuntemque persecutæ sunt lacrymæ, & desideria multorum. Quocumque progrediebatur, auidissimum vbique reperiebat auditorem. Cumque per Bracarensem dioccesim iter haberet, Archiepiscopi iussu, qui eum comiter, & humaniter exceperat, in eadem maxima verba fecit, tanto concionis frequentissimo studio, silentioque, ut cum ad duas dixisset horas, tùm tamen videretur incipere. Compostellam properantem fama præcurerat, & Redódelam aduentanti parabatur plurimus auditor, tintinnabulo circūstrepente per Oppidum. Hic quoque ut fari cœpit, suo more incendit omnia, non tam orationis humine, quam lacrymarum. Clericus etiam diues, apud quem ille diuerterat, paulo dissolutior, pia hospitis colloctione respicit: adeoque à se discessit, ut etiam fugam meditaretur ex sæculo. Strada vero imperata peregrinatione perfunctus, accepta à Simone mandata, ut Conimbricam rediturus in Vrbe Portus tanis per hæeret. Id enim Ciuitas ardorem experta vini per graues adeo literas atque nuncios repoposcerat à Simone, ut diceret se à Summo Pontifice, si opus foret flagitaturam. Hic ille & inchoata perfecit spatio sequientis, & perfecta tutatus est: excitamque ad omne officij munus sollicitatem in sententia confirmauit: quæ Dominica quaque luce suos conuentus agebat apud Henricum Goncanum: vbi & ratio eorum, quæ ab Sodalibus in proximorum commodum gesta erant, reposcebatur; & de ijs iterum, quæ gerenda deinceps viderentur deliberabatur. Sane hæc Stradæ peregrinatio multum in Lusitaniæ Regno Societatem, eiusque institutorum genus nobilitauit: ex eoque tempore multus de ea, & honestissimus passim sermo. Plurimum autem admirationis habebant cum gratuita caritatis officia, quæ spectabantur in Socijs, tum mens simplex ac pura, seu diuinæ quærendæ gloriæ, seu humane tuendæ salutis. Ergo expetebantur vbique, & à Pastoribus flagitabantur assidue, ut partem oneris sustinendo leuarent. Nec deerant, qui partiendis suis cum Societate redditibus amplificare Conimbricentem Collegium vellent, & nouas quoque ei sedes, ac domicilia construere. Conimbricenses vero Collegæ non minore studio in sui ipsius victoria, quam in perdiscendis literis toti erant: quo in genere adeo multa tentabāt, & audebant, granibus ut interdicitis eorum esset fiananda licentia. Aucupabantur tempora omnia, nec dimittebant oblatæ. Fuit Leo Henrici. Ty. onū è numero, qui peregre de more profectus,

92
Fervor in-
ter Portu-
ensis exci-
tatum.

93
Succurrit
viniis in
carcere.

94
Reliqua
peregrina-
tio Strada

95
Redit in
Vrbem
Portus.

96
Leonis Hen-
rici fervor

fectus, dum reputat secum qua nam re posset insignem sui ferre victoriam, in eam venit mentes id fore, si nudus. quantum pateretur in modestia per oppidum, quod primum occurreret, mendicaret. Id cum stetit, simul in oppidum venit, quia frigidior afflabat aura, timens valetudini, aliquid diu hæsere anceps: tum animi illa sui excelsitate superuacui & pudoris, & timoris victor, exiit vestes, oppidumque nudus mendiculus totum obit, statura etiam perpufilla opportunus contempui. Ita, quod quærebat, abunde collegit, pretiosam ludibrii stipem, atque probrorum. Iter tum prosequutus, metam ubi attingit præscriptæ sibi peregrinationis, petulantem in templo hominum turbam inuenit, quæ lasciuus id canticis, & amatorijs saltationibus funestabat. Enumvero res indigna ardentissimo Tyrone visa domum orationis fieri speluncam latronum: indicoque de superiore loco silentio, de his ipsis Domini verbis, Domus mea domus orationis vocabitur, differere ardentem instituit. Disrumpebatur hic inuidus Satanus, nec poterat tantam notam diu tacitus ferre. Ergo ex suis saltatoribus vnum aliquem manu promptum instigat, ut interpellatorem lætitiæ dicere aggressum pariter interpellat. Itaque ingesto conuicio desinere hominem iubet: cumque ille dicendo pergeret, colaphos ad conuicium adiungit: ut quem minarum terrore non posset, alaparum nota compesceret. Ille vero ne ex eorum numero esset, qui, quod sibi ultro susceperint, lat placide ferunt, quod vero ab alijs illatum fuerit, sedato animo ferre non possunt, Deo primum pro accepto munere (sic enim colaphos illos interpretabatur) gratias egit; deinde humi prouolutus, pedesque hominis osculatus, dexteram illam, quæ probrum intulit, ad osculum petijt. Quod tantæ moderatiõis exemplum, nisi natura barbarum, agrestemque; animum Satanæ spiritus occupasset, flectere utique, & mitigare posset, suum ut scelus, & tam nefarium crimen agnosceret. Sed derisit velut insanam pij hominis humilitatem saltator insanus, & illum ebrium temulentus exclamat. Ille vero & sobrium se dixit esse, qui contumeliam illam in Dei beneficium reponeret, quamuis id derisor ipse non caperet, nec intelligeret quanto se bono affecisset: & concionem, quam instituerat persequutus eo plus fidei nactus est apud populum, quo magis orationis pietatem actionis sanctitas commedabat. Per lato ex Vrbe diplomate, quo duplici Coadiutorum gradu addito suis omnibus membris iam Societas absoluebatur, id Simõ cum socijs promulgaret, iussit scripto quemque edere, quem possimum gradum adamaret. Tunc vero pulcherrima patefacta ambitio est, & studia diuersa vnum, idemque petentium. Berzæus Gaspar ad Religionem se venisse respondit non ministrari, sed ministrare: proinde penitus tradere se in perpetuum adiutorem Professorum, siue domi in culina, vltimove alio ministerio, siue baiulandis quocumque; locorum, terra, marique; epistolis & mandatis inter Turcas, Ethnicos, Hæreticos: siue inter nolo comia in leproforum, pestilentium, & quorumuis agrorum obsequijs; siue peragrandis India, Ethiopia, & cunctis barbaris terris vlla sine exceptione, in fame, & lit, in frigore, & nuditate, per æstum, per imbres, per niues: demum Agnum se quocumque ierit obedientia monstrante paratum sequi, Christo passo eadem cogitatione armatum. Ioannes à Sancto Michaeli, posteaquam per voluntatem Præpositorum voluntatem suam Deo sacrificarit, semper se habuisse persuasum, velle suum sibi non esse: nec restare optandum quicquam, nisi quod Præpositis videretur: eodemque sensu ad durissima quæque; Deo adiuuante vel inter Ethnicos, Mauritanos, Turcasque; perpetienda in præsens paratum. Melchior Nunnus æquata in læce ad omnia se esse. Si tamen Professio plus aliquid dignitatis, aut gratiæ apud homines, aut commoditatis ferat, malle se adiutorum temporalium esse coquum. Si plus afferat perfectæ virtutis, plus crucis, plus tolerantia dedecorum, & iniuriarum, plus ærumnarum, atque periculorum ad excolendam Domini vineam & propagandam, se quidem talia cupere. Emmanuel Aluarius, Nihil, inquit, mihi melius, maiusque; eligere est, quam obedientiam parentem felicitatis. Melchior Carnerius, Statuo in hac sancta Societate perpetuus adiutor esse temporalis in humilibus ministerijs ad maiorem conscientia meæ securitatem. Antonius Quadrius Paratissimus, inquit, sum summis & infimis de hac Societate Dei mei, & Domini Iesu Christi inservire. Id vnum cupio, nihil ut mihi vnquam mandent, vel mādare omittant, vel concedant, quo mihi indulgeant: sed me Præsides libere omnino, seuereque; ad suam voluntatem regant. Emmanuel Nobrega, Velim, inquit, nec scire quicquam velle: sed in omnibus Christum modo, & hunc crucifixum velle. Alij alia edidere

97
Conimbrici
censuram
sociorum
obediuntia.

didere magni animi responsa: sed hæc ad specimen satis. Sociorum neq; numerus, vt plerunque solet, virtutis ex ardore crescebat, & quanquam assumebantur multi quotidie, multo tamen plures aut differebantur, aut omnino missi fiebant. Quoniam vero Societas ipsa quotidie magis suis vndique partibus explebatur, hoc anno primum ea, quæ in Lusitaniæ regno degerebat, Prouinciæ nomen accepit: hoc Prouincialis creatus Præpositus Simon Rodericius: hoc votorum renouatio in communi conuentu fieri cœpta tanto animorum motu, sensuq; tam ingenti collacrymatione cunctorum, vt tum primi ad Societatem accessus renouari latitia, tum repræsentari suæ cuiusq; iucundissimus dedicationis dies videretur. Cuius cælestis consuetudinis ortus ab eo nimirum repetendus est tempore, quo B. Ignatium memorauimus cum delectis Lutetiæ Socijs consueuisse quotannis prima illa vota, quæ in Monte Martyrum nuncupauerat, renouare. Quippe vt id Pater ad continendos in sententia Socios prope diuinitus excogitabat, sic qui Societate deinceps suâ inire vellent, dum ijs periclitandis opera datur, ne à proposito resiliant, eos eodê modo voluit vota illa, quæ Tyrocinio exacto nuncupauerant, non modo semel, verum etiam iterum, ac bis in anno repetere: diuinû profus inuentum, & superioribus antea seculis inauditum. Quod triplex sua sit vtilitas. Prima, quam modo dixi, vt qui biennio expleto religiosa vota susceperint, ij inter literarum, & experimentorum curas magis in sententia confirmantur. Altera, vt sponsonis Deo factæ nulla vnquam obrepit obliuio. Tertia, vt exardescat acrius concepta per initia iam pietas; & quæ forte studiorum contentionibus exaruerat, reuiuiscat. Quæ quidem omnia magno nunc suo bono posteritas sentit, & sibi quisque etiam num satis locuples testis est, quoties hæc vota renouat, & instaurat, quanto pietatis sensu tangatur, quantis motibus agitetur, vt sibi semper videatur incipere, & recens hæc claustra, atq; hæc Gymnasia sanctitatis adire. Quod si id nostra quoq; sentit, & experitur ætas; quid mirum si prima illa in tali instauracione lacrymas non tenebat? Per idem tempus ex Africa in Lusitaniam Christianæ religionis causa traiecit nobilis Saracenus, Dux equitû, & qui domi suæ conditiones honestissimas, Christianus vt fieret, recusauerat. Illuxerat videlicet ei Christus, & è cæcis superstitionis tenebris vocauit in admirabile lumen suum, vt velut ictus sagitta ceruus conuiescere omnino non posset, nisi velocissimo cursu peteret vitæ fontem, & mystico partu renasceretur in Christo. Is commendatus à Rege Simoni breui Christum ipsum didicit: tum sacris initiatus Conimbricam venit, vt quem imbuere vsquequaq; præpropere pietas non permiserat, eum nostros apud Patres, & dies erudiret vberius, & viua fidei roborarent exempla.

Eodem tempore Societatis apud Indos nomen propagabatur, & fructus. Iam eò manipulus ille, quem supra significauimus Sociorum appulerat: & duobus locis cunctus erat numerus bipartitus, Goæ, & in Ora maritima Commorini. Si tamen posteriores Socij certo potius confidisse dicendi sunt loco, quam omnem illam permeasse prouinciam. Reliquerat in ea Mansillam Hispano cum sacerdote Xauerius, tribusque nuper initiatis indigenis: cum eisq; se Criminalis, & Beira magno cum animorum bono coniunxerant, Christianis compluribus factis. Duos tamen ex eo Xauerius numero Molucas ad Insulas euocauit: quorum in loco totidem ex Lusitania suffecti sunt socij. Regionis horror, ac sterilitas, tum etiam ingeniorum, incolarumq; ferocitas mutuis semper incensâ discordijs Patrum animos vehementer angebat, perpetuo periculorû meru suspensos; sed dilatabat obsequium Dei, & spes vtilitatis oblata, ne periculis, angoribusque concederent. Iam Xauerius qui Malacæ menses aliquot expectabat, dum de sacerdote, militibusq; ad Macazares superiore missis anno, nuncius aliquis referretur, (eo enim, vt supra docuimus, parabat iter) vbi nihil inde renunciari perspexit, Macazariâ petere sine cunctatione constituit. Quarto igitur Idus Ianuarij, Duro comite, socioq; Molucâ versus, Malaca soluit; placidoq; vento ad Amboinû, vbi præsidium Rex Lusitanus habebat, est vectus decimo sexto Kal. Martij. Distat hæc insula ab vrbe Malaca passuum millia fere nongenta, frequens indigenis, aduenisq;. Ea circuitu millia passuum amplius octoginta complectitur, & vicis frequentibus habitatur, Christianis tûm quidem septem, sed sacerdotum præsidio funditus spoliatis. Ceteri ex Ethnicis, Saracenisque constant, quorum hi numero vincuntur ab illis, & feris odijs inter se certant, propterea quod Saraceni cogunt Ethnicos vel Mahometanam coplecti sectam,

98

In Lusitania Societas Prouinciæ primâ habuit sub Prouinciâ li Simone Rodericio.

99

Vota communiter cœpta renouari: eistisq; rei utilitates.

100

Nobilis Saraceni ad Christû conuersio.

101

Indica res.

102

Xauerius in Ambonû aduenit sedulo religionem excolit, & propagat.

vel sibi esse subiectos; cum tamen illi nec Mahometis vocabulum queant, nec tolerare seruitium: longeq; minus à Christianis sacris, quam à Mahometanis abhorreant. Septuagesimum iam annum, cum eò Xauerius appulit, Mahometica superstitione tenebat, quorundam improbitate Caciziorum, qui illuc ex Vrbe Meca (ea est in Arabia, vbi spurcissimum Mahometis cadauer execranda ceremonia colitur) aspirarunt. Saraceni tamen indigenæ suæ seclæ rudes, imperitiq; spem Xauerio dabant suæ migrationis ad Christum. Christianos autem pagos Xauerius ipse concurfabat alacriter, & infantes, puerosque non dum saluari tinctos aqua sine cessatione lustrabat. Quorum multi simul ac emerissent è fonte, perinde ac si ad eam horam reseruati diuinitus essent, è vita migrabant. Plane eiusmodi erat Xauerij caritas, quæ ad laborum amplitudinē, molemq; se ipsa corroboraret, longiusque porrigeret. Et quasdam insulas adire in animo habebat, quarum incolæ humanis vesci carnibus ferebantur. Sed noua in Amboino ipsa de ho-

103
*Militibus
 Lusitanis,
 qui Castell
 lanis insu
 lis cala
 mitate
 succurris*

minibus bene merendi facultas oblata est. Biennio ante Castellanos naues quædam ex Hispania Tidorem appulerant receptæ ab Tidorensi Rege libenter, quod Lusitanorum cum Rege Ternatino amicitiam ægite ferens, ex ipsorum inter se Europæorum conflictu suarum incrementa opum sperabat. Ignorasse dicitur eam expeditionem Carolus Imperator Castellæ ea tempestate Rex, ac pronunciasse licere Lusitanis perinde contra eos, atque contra Piratas tendere. Sed mitius agendum Christiana mansuetudo suasisit. Ferdinandus Sosa missus est Goæ in Malucum, qui exceptos homines deportaret in Indiam, vnde fieret potestas volentibus patriam in Lusitanis nauibus repetendi. Cum hacigitur Castellanos, suaq; classē in Amboinum appulit Sosa, quo Xauerium mira Dei erga mortales indulgentia paulo ante præmiserat. Is grassantibus morbis præsertim inter Castellanos diuturna prius nauigatione, rerumq; omnium egestate misere fractos, omnium animis, corporibusq; ingenti solatio, & auxilio fuit. Enunciantibus sua rite peccata laxauit, verbo ad tolerantiam excitauit, migrantes è corporibus roborauit, quò fidentiore animo, æquioreq; discederent: id quod is difficillimum esse dicebat, qui diuinas transgressi leges conscientia torqueretur aculeis. Quo enim maiore audacia in flagitiorum se antea cœno peruolutassent, eò minore postea diuinæ clementiæ fiducia solitos hinc abire. Deniq; vt viuus adhuc consentanea medicamēta, cibosq; sic vita destitutis preces funebres, & suprema officia curauit. Multis etiam, qui mutuis flagrabant odijs (quod late patet inter milites vitiū) in gratiam, cōcordiamq; reduxit. Inter Castellanos erat Sacerdos ad eam diē per oceani blanda discrimina sequentes multo inferiora tot ærumnis, & mortibus præmia, Cōtinus Turrianus nomine. Qui ex iplo Xauerij conspectu eam pectore cōcepit flammā, vt animo se se totū ad manura, æternāq; animarū lucra transfunderet. Et quanquā consilium in præsens omne reticuit, tamen mox vbi peruenit in Indiam, & ab Antistite, quā habuerat Indiæ petendę causam, facultatē munera obeundi sacra dotalia impetrauit, aliquanto spatio Goanarum vna Paræciarū administrata, per exercitiorū spiritualium tandem suprema adminicula abstractus à seculo ad Societatē accessit, Iaponicæ olim Ecclesiæ, vt suo demonstrabitur loco, secundum Xaueriū primus Pater, & Pastor futurus. Interim Xauerius toto t. inestri in Amboino consumpto Molucum versus Macazariam

104
*Vocatio
 ad Societate
 Conf
 nis Turri
 aui*

105
*In Molu
 Xauerius
 nauigat
 et ibi
 sibi cloro
 rat*

petitū, exenit. Est autē Molucis insulis prope innaucrabilibus, sed tamen modicis discretæ regio. Equatori subiecta, diues aromatū, Caryophili præsertim, q; toti terrarū orbi suppeditat. Ab Ethnicis & Saracenis incolitur: eadem frequens est aduenis ac peregrinis, qui cōmercij causa vltro citroq; cōmeant. Has inter insulas Ternate præstat, quæ Saraceno Dynastæ Aerio nomine Regis Lusitani stipendiario parebat, ex Amboino, vnde Xauerius soluit, passuum distans millia ferè ducenta, urbemq; habebat cum arce Lusitanorū, cognominem insulæ. Huc cum venisset Xauerius, proliq; tristissimis moribus ostendit omnia, diuturno ex vsu consuetudineq; Saraceno- rum, Ethnicorumque. Sed suo more comiter sanare morbos aggressus, pactiones iniquas rescidit, generationes sustulit, libidines minuit, & catechisis assiduitate inficitia caliginem dispulit, q; toto in genere ad dō collaborauit, vt orationis Domini, & salutationis Angelicæ carmen, symbolumq; Apostolicū, & alia ex disciplina Christi præcepta, quocunq; te verteres, audires. Ea pueri Molucenses in foris, puellæ in tectis, agricolæ in cæpis, piscator in mari, pro vecordibus, & delicatis canticis cantabāt. Eratq; in ea sententiā Xauerius, vt maior in Molucis, quam apud Indos

Euan-

Euangelij prædicandi opportunitas esset; eoq; vel ex India Societatis essent homines euocandi, quod postea fecit, misso ex India supplemento. Quod si in arce Moluci conderetur aliquod Societatis Collegium, non dubitabat, quin prope innumeri Christi sacra capefferent. Id igitur tum agebat, vt in extrema illa ora Societas pedem poneret: quod miro cum Moluci compendio, & rei Christianæ bono deinceps est factum. Hic etiam regis Almanforis Tidorensis filiam, coniugemq; olim Boleifis regis Ternatini à Saracenis ad Christianos auertit. Ea Neachiles ante baptismum postea Elisabetha nominari voluit: sublimi atque erecto ingenio fœmina, & in patrijs superstitionibus apprime versata. Sed vt in acrioribus ingenijs (velut in cera puriore flamma) lex Euangelij nitidius splendet; sic illa longiore disputatione Xauerij Mahometicam arguentis infantiam semel accensa, cunctis illis regionibus fulsit acrius: facileq; Christum induit, & Mahometem, cuius iam erat pererudita mendacijs, haud difficulter abiecit. Sane tam illustre Regina Ternatinæ exemplum potuit vniuersas ab impuro Mahomete Molucas ad Christi sacra traducere, nisi regis Aerij tyrannis, qui mortui Boleifis regnum inuaserat, & in Christianos, neophytosque crudelitas, ab eius imitatione plurimos retardaret. Illa vero, vt suum in peccatus Christum iam altè demiserat, quanquam regno amisso, & cunctis spoliata bonis magna in egestate viuebat, tenuit tamen in suscepta religione constantiam, Christianosq; apud se voluit habere propinquos, & vsurpandis crebro salutis inuentæ mysterijs, solatijs se cœlestibus sustentabat: deniq; spe cœlestis & sempiterni minimi pendebat terreni & caduci regni iacturam. Ceterum Xauerius in recedendis Ternatinorum moribus spatio item exacto trimestri Macazariâ, quæ bidui ferme aberat, cogitabat. Sed cum certis ex autoribus cognouisset in regione Mauricia, quæ Morus vulgo dicitur, plurimos esse Christianos, quorum salus Sacerdotum nudata præsidijs, vltimum iam discrimen adiret, omisso ad Macazares proficiscendi consilio, quibus aliena prælidia minus deerant, ad ferendam Christianis Mauricis opem, animum, cursumq; conuertit. Absunt Mauriciâ à Molucis leucas prope sexaginta, solo asperæ insule, sterileque, vt quæ triticum, & vinum negant, nihilque armentorum aut gregis aiunt præter paucos admodum sues, non tam ad escam, quam ad miraculum, cum tamen apris abundant. Arbore etiam abundant palmetis indicis haud ablimili, vnde qualiscunque panis, vinumque, atq; etiam vestis petitur: Orizæ quod satis est, ferunt. Gens porrò ipsa Terræ ingenio prope pari, aspera, & inhumana, literarum penitus expers; quæ ne prima quidem elementa pernorit: ac ne habeat quidem vlla instrumenta, aut monumenta doctrinæ: feritate autem barbaricque tanta, vt non modo alienis peregrinisque non parcat; sed in suos etiam ferro, ac veneno grassetur. Itaque Xauerius cum tot regionis pericula, tot incommoda, tantam rerum omnium penuriam secum ipse recoleret, pro sua erga Deum fiducia Romam ad Socios scripsit, sibi videri potius illas diuinæ spei, quam Mauri insulas appellandas. In quibus tam liquidis, perpetuisq; animi gaudijs perfusum se esse commemorat, vt nunquã meminerit aliàs se fuisse maioribus, & perappohtas eas insulas credat ad oculorũ aciem breui ex iucundissimi fletus suauitate perdendã. Regio crebris terræmotibus, horrendis fremitibus, & subtetraneis passim ignibus quatitur: compluresque ex his locis tanto cum fragore flammarũ globos euomunt, vt quæuis ænea tormenta cum concepto igne orbem suum excusserint, longe superent: ijdemque eminus saxorum ingentes moles, veluti prægrandes arbores eiaculentur: vt Tartari species quædam ad deterrendos impios proposita videatur à Deo. Interdumque acrioribus ventorum flatibus tantos cinerum eructant acervos, vt in campis totos oppleant, & perfundant agricolas, vix vt eorum oculi, & nares exrent; dæmonum quàm hominum propiores: Apros etiam in saltibus passim obruant, & exc. ecent; & pisces, qui cinere aspersam aquam hauserint, totis littoribus fusos enecent. Oppida præruptis, excelsisque rupibus tanquam à natura mænibus, muniuntur: ascensu tam arduo, impeditoque saxi, nullius vt pateat iumentis vestigio. Inde incolæ rident hostem, & omnem eius conatum, si eo propius nitatur, eludunt. Dispari sunt insulæ inter se lingua, interdumque eiuſdem insulæ Pagi: quamuis lingua Malaica, quæ ab Malaca per Molucas longe diffunditur, propter commercium vtantur omnes. quæ causa fuit, vt in eam potissimum Xauerius linguam symbolum Apostolicum, & decem præcepta legis apta cum explicatione conuerteret. Erant

106
Pergit in
insulam
Morum.

107
*Caritatis
 fiducia in
 Deo Xa-
 uerij.*

in his locis Christianorum vici complures iamdiu inculti, horridique, seu quod ab India longissime absunt, seu quod vitæ ducem sacerdotem quem habebant vnum, sustulerant è medio. Ergo hæc loca Xauerius tot vndique cincta periculis, adeo peregrinis, & ignotis infensa, tam omnibus seu vitæ tuendæ præsidij, seu valetudinis orbatæ subsidijs, (id quod sacerdotes ceteros ab accessu deterruit) ipse in animum induxit suum, vel cum capitis adire periculo, memor illius Christi vocis, *Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. quam sententiam facilem illam quidem aiebat existimanti videri, sed nihil esse experiendi minus.* Vbi enim incidit eiusmodi tempus, vt pro Deo vitam exponas, nescio quo pacto fieri, vt quod dilucidum videbatur esse præceptum, magna dein obscuritate inuoluatur: eiusque vim ne doctissimos quidem satis allequi posse, nisi Deus ipse interior magister accedat. Complures eius amici vehementer orabant, ne tam effæratos homines, qui nihil nisi cruorem sitirent humanum, adire vellet, neve caput suum committeret ijs, qui venena passim spargerent, sicasque vibrarent. Precibus lamenta miscebant, & suo nutu ad interitum properantem cunctabantur adimendo nauigio. sed cum certum, & fixum esset Deum sequi vocantem, affirmabat ille eo se nixum, & velut incubantem, si nauis adiungeretur, in Mauricam transfaturum: omnino enim desertis ijs populis, & omni adiutore carentibus ab se deberi subsidium. Itaque illi, quod vnum reliquum erat, præsentissima quisque remedia contra omnes pestes, atque venena certatim afferunt. *Quæ tamen vir fortis, in Deoque magnanimus, ne quid de concepta fiducia minueret, neve se medicamentis humanis, aut certe sollicitudine, qua ad id tempus caruerat, oneraret, inuisito animo, constantique reiecit, & gratijs actis orationis sanctæ perfugia, qua nullum præsentius dicebat esse remedium, potiora poposcit.* His in locis menses fere tres commemoratus Christianorum vicos prope triginta lustravit, eosque ita sibi, Christoque deuinxit, vt è feris homines redderet, & qui vana gerebant Christianorum nomina, paulatim morum quoque mansuetudinem & res ipsas induerent. Baptisma infantibus, catechismum adultis impertijt. Idolorum sacrificia, quantum in ipso fuit, de medio sustulit. Neophytorum miserias iuxta in animis, ac corporibus subleuauit. lauarorum impietatem, barbariemque modo peramicis monitis, modo minis cælestibus mitigauit. Est id inauditæ feritatis hominum genus, de quo auditione in Amboino perceperat ab Eüangelio alienum: qui quoscunque nacti sunt, mactant; & cum externorum copia defuit, (nam in hos potissimum sæuiunt) in domesticos rabiem vertunt: nec à liberum, vxorumque cæde temperant. Hos paulisper Xauerius, captata è flagrantibus naturæ caminis occasione, cohibuit. Aiebat erumpentes è terræ visceribus flammæ Idolorum denuntiare cultoribus parata supplicia, easque inferorum sedes esse, quo sceleratissimus quisque, & qui secus quam decuit vixerunt, in omnem tradantur æternitatem. Nec aliud ingentes illos terræ motus, fremitusque portendere, nisi quod dehiscens terra id genus hominum absorbere iam gestiat. Omnino magna vis disciplinæ Christianæ, vt vnus Xauerij præceptis gens illa vniuersa, qua non alia antea ferocior, nec immanior, sensim exulta, & condocefacta, breui etiam ad elegantiora defluerit. Innumerabilis hominum multitudo tot errorum depulsa nocte, splendidissimum veritatis lumen aspexit: ac præ ceteris oppidum in primis Batechinæ nobile ac frequens Tolum. Cessit denique Christo Satanus, tenebræ luci, & omnis illius regionis tartarea dominatio, venerandæ Crucis imperio. Quod non obscure Xauerius sensit, cum Missarum inter solemnias, quibus ipso die Michaelis Archangeli festo rite operabatur, horrendis motibus terra contremuit, sapienter ex ea concussione coniectans omnes tum aduersarias potestates ab Archangelo illo male mulctatas, fugatasque se se in Tartarum condidisse. Tum demum vulgo intellectū, obfirmatā illam Xauerij voluntatem, qua perinuitis moliebatur amicis in has insulas proficisci, non temere, casuque susceptam, sed à Deo fuisse profectam, qui tot animarum miseratus interitum, hoc eis iam inde ab æternitate præsidium compauerat. Arque vt totis etiam Indijs in posterum prouideret, ne sparsa femina aut furacibus paterent auibus, aut inimici zizanijs obruta perderentur, Xauerius datis ad Regem Lusitanum literis, Euangelij Prædicatores mittendos curauit in omnem locum, ac regionem, vbi Lusitanorum arces essent: instituendumque Inquisitionis sacræ Tribunal, ne qui de

Sara-

Saracenis ad Christum, Iudæisue transissent impune gradum referrent, quod tamen non nisi post anno seculi sexagesimo institutum est. Iam celeri cursu præcipitabat annus: iam nouus appetebat; cum Xauerus a cæto de superbissimo hoste triumpho, in Molucum reditum adornabat, cunctas reuisurus, & confirmaturus Ecclesias. Quem nos reditum quoniam destinatum est suo quamque loco rem tradere, illuc scilicet reseruamus. Atque hunc in modum hic Societati traductus est annus.

(:·)



HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Septimus.

1547

1

*B. Ignatij
industria
in Socie-
tate pro-
uehenda.*



ENO V A B A T curas suas Ignatius renouatione temporum, & an-
norum: eaque tanto erant acriores, quanto difficiliorem Societatis
moderandæ prouinciam dies ipsa, numerusque reddebat. Indaga-
bat solerter omnes non modo fouendæ, ac sustentandę, verum et-
iam eius promouendæ, atque augendæ vias. Et vt erat sagax ad pro-
spicienda pericula, prudentissimis vigilijs quicquid progredienti
officeret, remouebat. Itaque primum ad quotidianæ precatonis
sedulitatem gratiam sibi virorum principum adiungebat, qua diui-
na benignitas, dum placidam votis intendit aurem, familiam suam
secundo cursu prouheret. Conciliabat sibi non modo Põtificem,
& Cardinales, verum etiam Regum, Principumque legatos, & quicquid eiusmodi Romæ viro-
rum erat, cui & dignitas reuerentiam, & autoritas suaderet obsequium. Hos subinde aut per se,
aut per suos comiter inuisebat, & quanti apud se quisque esset, vel exquirendo cõsulto, vel com-
mendandis tum domesticis, tum si postularet caritas, alienis causis facile declarabat. Quibus of-
ficijs prompti ei vicissim erant Principum aditus, obuia comitas, parata beneuolentia. Ioannes
Vega, ille vir siue religione, siue belli ac pacis artibus plane summus, nec vllis vnquam laudum
præmijs adęquandus, ex Oratore Cæsaris apud Pontificem, Sicilia iam Prorex, ad Philippum
Archintum Salassiorum Episcopum, & Almæ Urbis Vicarium in Ignatij, Societatisque commẽ-
dationem scripserat: cui Vicarius ipse rescripsit, pergratum quidem sibi fuisse commendationis
officium; sed ita, si suum vicissim, cum commendaret Ignatium, & eius familiam, pari animi af-
fectu, voluntate que susciperet; venia insuper postulata, si cum eo de Societatis amore certaret.
Cardinalis item Franciscus Mendoza tum quidem Cauriensis, postea Burgensis Episcopus cum
ex animo Ignatium, sociosque diligeret, de collegio instituendo Salmanticæ cogitatione susce-
pta, Michaëli Turriano, quo plurimum olim in Vrbe utebatur, quiq; hoc demum anno Socie-
tatem propius iniit, eius initia collegij commendauit. Deinde quo firmiter nixa radicibus
sua fumeret incrementa Societas, B. Pater iam tum à principio, ne quis in eam adscriberetur,
non diligenter, ac fastidiosè probatus, sagaci cura prouidit. Quamquam autem probationis do-
micium nondum erat in Vrbe proprium, atque à cætera Patrum habitatione sciunctum, no-
uorum tamen animus atque constantia varijs, exquisitisque rationibus tentabatur. Ac præter
menstrui spatij solitudinem in contemplationis diuinæ recessu, iuebantur ad conterendum a-
nimi fastum, necandamque superbiam, modo plateas, & celeberrima Urbis loca mendicorum
instar obire, modo ex improuiso desides in turbas conciones habere, & alia quoque exequi du-
riora perpeffu, quæ ad posteros transfusa deinceps, ad hanc vsque vsurpantur atatem. Quæ ta-
men cum iterum, ac tertio à vitis etiam grauibus facta essent, non sinchat eos B. Pater in eo ge-
nere longius progredi. Spectabat quippe ex eorum victorijs non præsentem modo, verum
etiam futurum fructum: & periclitationes illas eo potissimum excogitarat, vt insito suæ quil-
que excellentiæ amore inter initia deuicto maiorem in agendo, dicendoque libertatem, cui
vitiosus sæpe pudor, aut metus officit, obtinerent: partim etiam ne ijs arduum videretur, ac du-
rum, si quando ad ceterorum prodesse exemplum, stultos effici Christi causa; & sapienter de-
siperi in oculis, luceque mortalium. Multi enim præclaris à natura donis ornati, vel quia
nimium

2
*Ratio ex-
ercēdi Ty-
rones B.
Ignatij.*

3
*Quem v-
sum habe-
ant publi-
ca mortifi-
cationes.*

nimum vident, pollentque iudicio, vel quia angusto, timidoque sunt animo, dum hominum iudicia reformidant, nec satis audent ingenij subire discrimen, nullam vnquam præstantiam laudis assequuntur: & munera ipsa, ac dona naturæ ignauo sæpe obruta metu, nec efferunt, nec expoliunt. Ita qui fama hominum libere negligenda, ac contemnenda facile in primis numerari poterant, ij nimium ea verenda, ac perpendenda vix in tertijs, vltimisque consistunt. In valetudinarijs autem periclitatio maior. Suum enim fere quisque mens in ijs, cyanea, rubraue induti penula, velut ceteri pueri, nouitij ministrabant: ibi cibum cum ceteris famulis capiebant: ibi cum cæteris pernoctabant: nec ante reuocabantur, quam cum laude destinatum experimēti curriculum confecissent. Et quoniam constabat inter nos comiorum Præfectos, atque Ministros experimenti nomine illos mitti, probabantur ab ijs acriter, nullis blandæ caritatis, vt inter nos, fomentis adhibitis; nempe ab ijs, qui non inuiti seueritatis, & imperij partes illas agebant; sæpeque eos multo quam famulos accipiebant asperius, mansuetorum abusi silentio, ac patientiâ. Onerabant eos laboribus, ac conuicijs: iubebant terram fodere cadaueribus obducendis: vocabant ad efferenda, & sepulturæ mandanda: imperabant vicissim vigilijs apud ægrotos sine discrimine, & sua quiete festa lumina diurnis ex laboribus fraudabant: aquam, & ligna, & cetera pondera languidis etiam humeris imponebant, & perpetua quadam officiorum, munerumque vicissitudine labori labor, & onus oneri succedebat; vt ne optatæ quidem precatiori, spectandoque sacrificio spatium præter quam festa, & sacra luce concederent. Si quid erat inter seruilia munera abiectum, & ad nauseam horribile; si quid asperum, & operosum, id eis seruorum sæx, laborum de more fugitans, & semet exonerans, relinquebat. Nec tamen par laboribus esca: quæ ipsa tam contempta, tamque exilis erat, vt ne arido quidem pane satiarent desideria naturæ. Si Sacerdotes essent, qui probarentur (quod sæpe fiebat) ij ad hos labores adiungebant sua voluntate curam confirmandi animas, quæ migrabant, ne qua ab Ecclesiæ sacramentis abiret inermis. Ceteris autem ægrotis, vt peramanti manu, sic peramico ore minuebant, quoad poterant, leniendo dolorem. Hoc à Tyronibus experimento dato, mittebatur ab Ignatio minister, qui & ex Præfectis, & ex ipsis sigillatim ægrotis eorum de moribus accurate cognosceret, vt qualis quisque esset, & quantus dilucide doctus, simul etiam quantum cuique imponendum, quæque admouenda curatio, & an denique is esset de Societate mittendus, retinendusue deliberaret. Quos autem suo numero dignos inuenerat, hos non vni tantum, sed sæpe pluribus præponebat officijs, non modo vt desideria nullus esset suæ domi locus, sociorumque paucitatem suppleret industria; verum etiam, vt ipsa munerum varietate obseruarentur ingenia, & in quo quisque maxime excelleret, appareret. Ita multi ad multa euadebant idonei, dum vnus pluribus occupatur, & distinctur officijs: nec vnquam deerat, quem cuique negotio præficeret, omnibus omnium pene functionum vsu, munerumque iam doctis. Timidi præterea, angustique cum ad varias causas adhiberentur, altiores quodammodo fiebant, animoque tollebant. Vt enim in situ, & desidia tabescimus, cum in mandandis curis, atque muneribus præterimur; ita cum adhibemur, erigimur. Nec enim tam inertes, ac segnes ipsa natura, quæ longo tandem vsu acuitur, ac perpolitur, quam inertix sæpe fama, & ignauiæ suspicio nos reddit. Itaque publicus Societatis Scriba, cui omnia committebantur arcana, cõcionibus, sacrisque lectionibus simul operam dabat; idemque & Christianæ doctrinæ, & procuratoris Generalis officium administrabat; nec tamè à culina, triclinijque muneribus erat immunis. Is erat Ioannes Polancus, qui nuper ex Hetruria reuersus Barptolomæo Ferronio in ea cura successerat. Namque B. Pater nullum certum ad id temporis ab epistolis adiutorem habuerat: sed Xauerij initio (vt olim significau) postea aliquantum Hieronymi Domenecci, & Andreæ Frusij opera, sed Ferronij maxime vsus erat. Sub extremum is annum sæculi eius vnde quadagesimum Societati se adiunxerat, Lusitanus natione, ac genere nobilis, ex oppido Blanco diocesis Guardix, virtutis vero clarissimæ: interque cetera tantæ animi ad parendum æquitatis, suæque ita propensionis oblitus, vt nunquam ex eo Ignatius, quamuis super ea re sæpe, diuque iussisset in sacello domestico preces facere, & alias tentasset vias, potuerit elicere num ad studia literarum animo magis, quam in alteram partem ferretur. Huic igitur Iustorum sine sublato, Polancus susceptus, quæ diximus onera, & alia permulta non ad

4
Periclitatio Nouitiorum in valetudinarijs.

5
Varijs muneribus alumnos exercebat Ignatius. unde multiplex v sua rodibat

6
Ioannes Polancus incipit ab epistolis. ac secretis iuuare B. Ignatium.

7
Barptolomæus Ferronius moritur.

breue

8
Frufij, &
Orelli la-
bores.

9
Sanctimo-
nialium
B. Anna
ad Orelli
vocem obe-
dientia.

10
Cura B. I-
gnatio
iunioris o-
bedientia.

11
Prima Re-
gularum
Societatis
rudimenta.

breue tempus, sed annos plurimos mira constantia pertulit. Frufius autem ad cetera munia conciones adiunxerat in æde nostra: Et Otellus item non dum Sacerdos in contubernijs sacrarum Virginum, Nosocomijsq;. Cuius mirus animi candor vim etiam mirificam orationi tribuebat, vt infideret in animis, & fidem faceret. Dicebat interdum apud Monachas B. Annæ, & ad sinceram paupertatem, nihilq; vt suum possidendum eas pluribus hortabatur: cumq; bipertita esset oratio, auscultantes aliquando fœminas monuit, vt quoniam prior absoluta pars erat, dum ipse anhelitum tantisper reciperet, eæ ad tua digressæ cubicula, quicquid sepositum haberent, confestim promerent, & ad Præfectam deferrent. Enituit hic ingens huius sexus alacritas. Cunctæ ad vnam Otelli vocem suas ad arculas cucurrerunt, & quicquid conditum habebant, vel vilissimi pretij vel maximi repente prolatum ad Præpositam detulerunt, continuoque ad concionem reuolant, tanto iam suauius degustaturæ diuina, quanto se libentius despoliaissent humanis, quod Orello secundum concionem Præses ipsa gratulabunda narrauit.

Nec minor animi prouisio fuit in muniendis Collegiorum initijs B. Patri, quæ quoniam sine perfecto obsequio, legibusq; constare vix possunt, scribebat ad eos, quos ad eainchoanda misisset, vt delecto inter ipsos duci, atque rectori, tanquam sibi ipsi obtemperandum putarent. Et interdum volebat, vt à Collegio ipso crearetur rector ea ratione, quam in Generali creando Præposito prima erat secuta Societas. Placebat, opinor, consilium ex vsu, dieque capere, vt quæ potissima rectoris legendi ratio ineunda esset, vsus quoque doceret. Nam postea eam sequutus est, ac lege sanxit, quam comperit optimam, hodieque sequimur vt Rectorum, ac Præpositorum omnium lectio penes vnum sit Præpositum Generalem; qui de cuiusq; moribus, ac conditione diligenter edoctus, cum suis tandem Assistentibus matura deliberatione constituat, quæ cuiq; sit mandanda, & imponenda prouincia. Quem autem sibi ipsi tum Socij aliquando Rectorem ac Præpositum delegissent, eum extemplo ratum Pater habebat, & ab ipsalectione probabat: eumque eadem autoritate præesse, ac si præset ipse, iubebat, cui ceteri eadem quoque obsequij submissione, ac reuerentia parerent. Quod si quis contumaciter detrectaret imperium, eum de Societate pellebat. Quanquam autem quod ad leges attinet, eæ conditæ nondum erant, tamen ne nullæ prorsus essent, aut sine disciplina multitudo iam inchoata se regeret, scripsit rudia quædam monita, atque præcepta, quorum ad normam diuersi sociorum cœtus, atque Collegia quæ diu certæ leges ederentur, se ipsa dirigerent. Ea sunt huiusmodi. Primum vt purum pectus, & in amore Dei flagrans perpetuo custodirent, nihil vt aliud amarent, expeterentve, nisi Deum, aut esse, ac fermocinari cum Deo: cum proximis autem eius duntaxat gratia, non animi laxandi causa, temporisque fallendi. Deinde vt loquendi tempus pariter, ac modum præscriberet ipsa necessitas, & vtilitas seu propria, seu aliena, euitatis semper ijs, quæ ad animorum progressum, bonumque non facerent; quale est inane studium inuestigandi res nouas, & aucupandi omnem auram rumoris, atque sermonis: darentque operam, vt de humilitate potius deque suæ voluntatis interitu, quam vt ridiculos, & alienam vellicantés famam sermones inferrent. Tum vt eloquentiæ, aut elegantia laude nemo sese iactaret, nec prudentis, disertitiue hominis famam, gloriamque captaret, proposito sibi ante oculos Christo Iesu, qui hæc ipsa contempsit, & contemnenda nos docuit: maluitq; propter nos abiectus esse, nulliusq; inter homines numeri, quam in honore, ac pretio. Nihil intueri, nihil agere prorsus vellent, quod non ante oculos diuini cōspectus, cunctorumque hominum auderent: ita enim fore, vt Deum præsentem semper agnoscerent. Nunquam aduersus aliquem præfracte contenderent, sed cum æquitate animi suæ sententiæ rationes afferrent, veritatis potius demonstrandæ gratia, ne proximi duceretur errore, quam ambitione victoriæ. Inter cetera illud maxime cordi esset, vt ea ab sese abijcerent, ac repellerent, quæ à mutuo, fraternoq; amore diuellerent: studerentque pro viribus, vt sese intimis sensibus adamarent, memores semper illius Christi vocis, qua suos discipulos compellabat. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Si quis aliquid delinqueret, quo sibi videretur apud ceteros minor fieri, is animum ne deijceret, neve ita se submitteret, vt de bene cœpto cursu defleceret. Sed veniã potius ab ijs, qui suo offendi potuissent exemplo, & pœnarum simul aliquid postulare: ageretque Deo ex animo gratias, qui se idcir-

to cadere, labique permetteret, vt qualis esset intus, cæteris appareret; nec haberi vellet ab hominibus melior, quàm re vera esset in oculis Dei. Cæteri verò Socij fraterno admoniti casu, secū ipsi reputarent, posse in grauiora se ruere, & pro fratris emendatione diuinæ clementiæ supplicarent. In Præpositis, & ijs qui præessent, Christum semper agnoscerent: ad eosque in suis rebus fidenter accederent, & persuasum penitus haberent per eos se regendos, ac pertractandos à Deo. Omnia animi cogitata, & Satanæ tentamenta minimè paterentur occulta, quin ea potius spiritualibus Patribus, ac Præpositis aperirent, cum se ipse Satanæ in lucis Angelum transfigureret. Itemque sua omnia de consilio, iudicioque Patrum magis, quàm suo gerenda sibi esse intellexerent: quin suum potius suspectum semper haberent, tutumque minus. In conuictu, atq; cōgressu moderatione vti nosset, ne se aut nimium hilares, atq; remissos; aut nimium tristes, grauesque præberent, Apostolico illo commonefacti præcepto, modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Benefacta vel perexigua nūquam spe maiorum, futurorumq; differrent. Esse enim communem Diaboli fraudem in apprehendenda virtute, contemptis præsentibus spectare futura. Omnes in qua vocatione vocati essent, in ea vtique permanerent, nec primam fidem irritam facerent: perpetuum enim humani generis hosti fuisse morem, vt qui in solitudine Domino famulantur, eis cupiditatem inijciat vitæ communis, vt si quam præstantiam virtutis sibi videantur adepti, cæteris eam impertiant, communicentque cum proximis: vicissimque eos, qui nauant operam proximis, solitudinis amore, tanquam vitæ perfectioris incendat. Ita ex rebus longè politis anam perpetuo capere disturbandi propinquas.

His monitis perinde ac iustis legibus parebatur à singulis: idque tam sponte caritate eos agente, vt non ab homine tradita, sed à Deo viderentur accepta. Sapienter autem & ex more veterum inter se Ecclesiarum, quem iure S. Basilius ab temporibus Christi Domini, & Apostolorum repetit, B. Pater ad gloriam Dei latius celebrandam, ad confirmandam inter se compagem corporis vniuersi, conglutinandisque indies magis vniuersorum animos, simulque excitandos sancta æmulatione, & exacuendos in publicè procuratione salutis excogitauit, vt quarto quoque mense de rebus, quas vbiq; gereret, inuitis sese literis cuncta Societas admoneret. Qui mos diu saluberrimè viguit, donec Societate ipsa crescente, semestres; dein etiam annuæ literæ datæ sunt. Has persequebatur hoc anno vias vigilans Pater, quibus familiam suam ad meliora proueheret: sed non minoribus curis, atq; vigilijs futura prouidebat incommoda, & prouisis acriter occurrebat. Senferat quantum ex regendis læminis detrimenti nostra Societas caperet, & nervos omnes intendit, vt ab ea procuratione in posterum immunis esset. Iamq; onus S. Marthæ, gemina erecta sodalitate virorum altera, altera matronarū, quæ ei procurationi præesset, abiecerat. Sed quoniam nobiles & piæ quædam fœminæ, nutu Pontificis interposito per vim extorserant ab Ignatio, vt eius ad arbitrium, ac normam vitam agere obedientiæ professione sibi liceret; paruit tum quidem obsequentissimus Pater, sed paucos intra dies tantū ex onere sibi imposto laboris ac molestiæ pertulit, dum homo impeditissimus quotidianis mulierū querimonijs, anxietatibus, percunctationibus destinetur; vt plus ei prope negotij pauca piæ fœminæ, quam Societas vniuersa facerent. Ea res Ignatium impulit, Pontificem vt adiret: expositisque susceptæ procurationis incommodis graui oratione peruenit, vt nō ab ea modo, verū etiam ab omni Monacharum administratione libera in perpetuum Societas esset: idq; Apostolici diplomatis testimonio cautum voluit. Pari prudentiæ laude piorum Sacerdotū, quos à Somascha vocant, nobile sodalium, quod instar tum erat religiosæ familiæ, ac postea in veram religiosi ordinis formam Apostolica autoritate coaluit, cum per virum grauem, ac religiosum coniungi cum Societate nostra, & in vnum veluti corpus coire tentasset, minime assentiendū Pater putauit; siue quia tanta multitudo alijs iam institutis, & alijs moribus assueta, tamen in vnū corpus facile coalesceret, non tamen ita facile eundem spiritum, eandemque vitæ formam arriperet, atque indueret; siue quia non generatim, sed viritim explorandæ sunt ad cuiusq; religiosi instituti naturam idoneæ hominū vires, ac dotes. Certè cum alio sacro ordine, vbires ab Ignatio impetrata non est, cœpra consociatio nō processit. Nimirum sempiterna sapientia id Ecclesiæ suæ ex multiplici Clericorum regularium varietate volebat decus accedere: tantoque plura laboran-

12
Iussit Ignatius quarto quoque mense literas per Societatem communes scribi: quas quadrimestres vocata & magno vniuersi suere. S. Basilius in Mor. c. 70.

13
Societate procuratione Simoniacalium liberata.

14
Non probas vt cum S. Sodalicis à Somascha Societati adingatur.

- ti seculo ex multiplici opera, & labore, pro cuiusque ordinis proprio instituto excitari p̄sidiā.
- 15 *Quā vel-
des B P So-
cietatem
professum
& à foren-
sibus lib-
& nego-
tiorū exter-
morū pro-
curatore
longè ab-
esse.* Maximam autem B. Pater prouisionem animi in tuenda vbique Societatis existimatione, prohibendisque, quæ eam quoquomodo læderent, adhibebat. Idcirco nec quæ ad rem familiarem ac fortunas pertinent, nec quæ à Societatis institutis, moribusque aliena videbantur agitari, per nostros æquo animo patiebatur. Ea de causa Conimbricensis Collegij rectorem Martinū Sancticrucium, cum ad urbem litium causa se conferret, quod eo tempore nullum erat Societatis Romæ Collegium, vetuit illum Pater ad se diuertere, sed apud oratorem Lusitani regis esse iussit: quo salua Professæ Societatis existimatione, quam vnā Romani tum norant, liberius sui Collegij bona lite persequi, iudicioque liceret. Eandem ob causam Cornelio Vishauo, quem Louanio Romam euocauerat, quod suum ante discessum, ipso Ignatio inconsulto, cuidam mulieri absolutionē ex certo anathemate impetraturū se Romæ receperat, Ignatius, vt id rescivit, suum illi galerum, ac baculum reddi iussit, forisq; tandiu emendicādo versari, quoad Apostolica sede soluendæ fœminæ potestatem, quam sponponderat, impetraret. Vt facile sit intelligere quantum à causis, quæ nullo modo ad pietatem, vel longius pertinent, vellet Ignatius huius disciplinæ sc̄tatores abesse: qui & suo præibat exemplo: cum inter cetera ijs, qui per ipsum in aulas admitti Principum postularent, respondere esset solitus, se quidem præstantiorem Dominum nescire, quam quem sibi ipse delegisset: in huius familiaritatem si vellent, omni se ope adnifurum, vt reciperentur. Eodemque iudicio minime consentaneum Societatis rationibus censuit, vt qui sacros essent ad ordines prouehendi, eorum periclitandis moribus, vel scientiæ, quisquā præficeretur è nostris. Non potuit tamē oprime merito de Societate Vicario, qui id ab eo summe contenderat, penitus denegare: veruntamen ea lege, ac conditione concessit, vt nostri non ipsi suum de quoquā iudicium, idoneus nec ne esset ad capessendos ordines pronuntiarent, sed tantum quid in interrogato, tentatoq; animaduersum esset, simpliciter enuntiarent. Et quoniam vndiq; captandis animarum lucris imminerebat, restituendisque hominibus, in gratiam Procreatoris illud addidit, vt qui promoueri ad ordines vellet, is prius vniuersæ vitæ peccata confessione dilueret; deinde si subire periculum certum esset, periculo utique se committeret. Ita se aiebat, vel ipso monstrante vsu, intellecturum, susceptum ne inunus gerere è re diuina foret, an reijcere, atque deponere: quod si dies ostenderet nullo modo fore, voluit sibi licere, id confectum relinquere, & ei remittere, qui dedisset. Quod quidem postea ab eo positum, atque relictum argumento non leui esse potest, nequaquam Societatis id moribus satis conuenire. Tamen si postea consequentibus temporibus repugnari tot Summorum Pontificum volūtatibus, nutibusq; non potuit, quominus denuo impolitū gemina etiam illa, quam modo dixi, conditione sublata, reciperetur. Augebantur autem Ignatij curæ ad incrementa familiæ, quæ varijs locis propagabatur indies. Ea in interiorem Siciliam patefacto iam à Iacobo Lhostio primo aditu, vt supra demonstrauimus, penetrauit, missusq; eo est Hieronymus Domenecus Proregis in gratiam Ioannis Vegæ, eiusq; cōiugis Eleonoræ. Lhostius autē versabatur etiam tum in Agrigētina Diocesi, vbi & superioris anni res ceptas virgebat, & nouas inchoabat. Is Collegiū quoddam ex eo genere fœminarū, quæ suis ex probris sese ad pudorem, frugemque recipere, excitauit: diuersa percurrit oppida: varijs fœminarum Cœnobijs, & Dei verbo, & sacramentorum administratione consuluit: denique post multa præclare gesta, cum de Domenecci cognouisset aduentu, Panormum vna cum Vicario se contulit. Hic Patrem amatissimum amplexatus, cum eoque ad dies aliquot in animorum defensione versatus, postea vnde abierat, se recepit, nec ita multo post Louanium profecturus euocatur ad Urbem. Panormū Domenecus vt attigit, adhiberi à Prorege continuo, & eius coniuge non solū ad ipsorum confessiones cœptus est, sed præcipuè ad fœminarum componenda Cœnobia, in quibus erant quædam adeò perturbata, atque in lubrico posita, vt nisi efficax medicina præsto foret, (erant enim fœminæ fugæ magis, quam claustris intentæ) breui dilapsa, funditus interirent. Tale erat, earum, quas Conuersas nominant, Contubernium, quo denique ad exemplar antiquitatis Hieronymo satagente redi-cto, tantus sensim pœnitentiæ, pietatisque feruor exarsit, vt ex ferè omnes viderentur imitatrices quædam flagrantissimæ Magdalenæ. Quarum etiam rei familiaris angustijs, quò

constan-

constantius in ijs studijs se continerent, accuratè ab Hieronymo prospici per viros nobiles cœptum est: qui & autor Prorege fuit, vt sumptus quosdam publicos in epulum Ciuitatis, Curiaque anniuersarium, quod sacro Christi corporis die præberi consueuerat, in Conuersarum subsidium multo vtilius, sanctiusque conuerteret. Impetratumque ab eodem Prorege est, vt Innocentij decretum de non admouenda ægrotantium corporibus curatione prius, quàm animis medicina confessionis esset admota, tota vrbe promulgaretur: Et erat spectaculū sanè pulchrū, cum hinc ægrotorum lectulos, & grabatos sedulus circūcurreret presbyter, illinc exactas ægrotorum syngraphas anxius circūgustaret medicus. Quo edicto per vniuersum deinceps regnum edito ac promulgato, plurimorum vbique salutis atque pudori, quos ad sacerdotum pedes conspici suppudebat, opportune consultum. Orphanis vtriusque sexus, etiam Panormi domus adiuuante Prorege, ac coniuge, & aureis annuis bis mille, quæ iam parata in id genus puellarum habebat dotes, à Ciuitate suppeditatis, inuenta. In Mōtis item Regalis vrbe nauata est populis, sacrisque Cœnobijs, modo tradēdis orandi præceptis, modo saluberrimis concionibus frequēs opera. Eodemque hortatore Hieronymo, & annuente Prorege, ex multatitia pecunia liberati viginti, qui ære alieno per modico, diuturno situ carceris tabescebant, ingenti coniugum, liberumque dispendio: alijs autem quatuordecim exeundi ad opus publicum vnā cum custode facta potestas, vt suis se neruis, lacertisque redimerent. Messanæ porrò (nam & huc Domenecus accessit) per sacerdotem externum pijs iam meditationibus institutum, compluribus prospectū est. Et earundem ipse præsidio magnas in animis commutationes fecit. Fuit in ijs Baronis filius, quem cum frangere, atque edomare seueritas paterna non posset, tres in triremi menses inter mancipiorum quinquilias, sæcemque continuit. Hic, vt in Domenecci manus incidit, paucorum dierum secessu, exercitationeque precandi ferociam posuit, & suis mox redditus mansuetus, vt agnus, fidem parentibus fecit, quanto sit ad frānam liberorum insolentiam orationis exercitatio præstantior, quam aut seruitus ignominiosa triremis, aut dedecora, & probra virgarum. Vitiosa præterea sacris in templis ambulandi cōsuetudo diuinos inter ritus ac cæremonias, cum ex tota vrbe Messana, tum reliquo deinceps è regno, eodem autore sublata. de eiusdemque consilio tota Sicilia edictum à Prorege, vt catechismi summa à se conscripta singulis in Gymnasijs traderetur à ludimagistris. Eratque in animo pio Patri, si annuisset Ignatius, quo facilius in omne regnum induceretur id moris, suam quoque ei rei operam peregrinando nauare. Sed aliter

20
Res ab eodem gestas in Monte roga li.

21
Et Messana.

22
Ciuitas Mamertina collegiū petis.

Reliquam per Italiam eadem contentione, studioque cæterorum sunt curæ Patrum longè lateque dispersæ, eorum præsertim, qui Oecumenico interfuere Concilio, quibus nihil quietis accessationis vnquam erat. Celebrabantur in singulos dies bini cōuentus, matutini de morum conformatione, pomeridiani de dogmatibus Catholicæ fidei. Primus huius anni confessus de iustificatione fuit Idibus Ianuarij, secundum quem de sacramentis agi cœptum. Dederat autem in mandatis, vt supra demonstratum est, nostris Patribus Sancticrucius Cardinalis, vt Hæreticorum errores omnes congererent, quos postea ad Theologorum priuatos cœtus legati referrent. Ac primo quidem genus illud hæresum, quo sacramentorum omnium sanctitas petebatur, deinde singillatim, quæ Baptismati, quæque Confirmationi refragabantur exposita. De vno quoque genere dicta est à Patribus magno cum assensu & approbatione sententia. Cumque paucis admodum vnus horæ spatium daretur ad dicendum, Lainio scribit Canisius (qui per id tempus ab Augustano Cardinali Tridentum venerat) ternas à Præside fuisse tributas. Eisdemque

23
Res à Lainio & Salmerone gestas Tridenti in Cœcilio.

24
*Concilij
 transfer-
 tur Bono-
 niã: ubi rã
 optimẽ
 Lainius
 gerit.*

mandatum est Patribus, vt ex sacris Conciliorum, Decretorumque Pontificum monumentis, & ex sanctis Patribus, atque Doctoribus obseruarent, notarentque percuriosẽ locos, vbi hæresis vnaquæque confutata damnetur. Relatusque eodem modo ad Theologos operis labor est. Et tamen inter tot Lainius curas à sacris concionibus non cessabat, adeo laboris contentio cum ingenij celeritate certabat. Quinto nonas Martij septimus de sacramentis confessus est habitus: quinto autem Idus, octauoque confessu Synodus Oecumenica cæli inclementia, alijsque causis Bononiam transferenda visa erat. Ergo & illuc legatorum iussu Lainius, & Salmeron: Iaius autem commouere se Tridento per Cardinalem Tridentinum (qui Augustani nomine id venterat,) omninò non potuit, sed hæsit ibi cum Hispanis Præsulibus ad dies aliquot. Verum postea impetrauit ab vtroque, sibi vt liceret suis Præpositis obsequi, Pataviumque vna cum Canisio concedere, mox Bononiam, vt in mandatis Ignatius dederat, perrecturus. Patavij autem ægrotantem summo cum periculo Salmeronem inuenit, interimque Lainium per literas Sancti-crucius, vt Bononiam properaret, vrgebat, & quæ se autore cum Salmerone elucubrasset, afferret. Discessit cum Canisio, nulla interposita mora: erat enim inter Theologos de Pœnitentia agitari iam cœptum. Verum eo abeunte, præter spem Salmeronẽ cubili surrexit, Ignatij videlicet votis, precibusque, vt & eius, & aliorum ferebat opinio: Commodum Tridento Iaius accesserat, & simul ambo Bononiam. Hic Lainium totum abditum in Concilij curas, cogitationesque reperiunt: qui cum in confessu Patrum tribus continentibus horis suam de pœnitentia sententiã, summa attentione dixisset, iussus est de reliquis sacramentis aliquid pariter elucubrare, nec tamen extra conuentus vllum ei tempus, aut à cognoscendis, laxandisque peccatis, aut à sacra dictione vacabat. Et ille quidem ad S. Petronij frequentissimo cœru, & crebris assensionibus orsus est dicere. Vt autem fructus aliquis suæ vocis extaret, respicientibus ex ea scortis, flagitiosisque fœminis turam cœnobij custodiam, non exigua per Redemptoris amorem Antistitum, populi-que implorata benignitate curauit. Nec hebetior languore morbi Salmeronis est facta laus: cuius vbi que doctrina atq; eruditio, præsertim cum suam per bi. luum de Missæ sacrificio sententiam dixit, egregiam laudem adepta est. Iaius autem tamen ad Concilium accesserat, non enim tamen, vt Augustani procurator intererat. Quippe Hispani, quos dixi, Præsules, alijsque item ex alijs nationibus, Cæsaris in gratiam, qui finitimis populis consulchat, Tridenti substiterant. Itaque quamquam plurimi tum Bononiæ conuentus; nullus tamen fuit de Dogmatibus fidei, aut de morum reformatione confessus. nono etenim decimoque confessu Aprilis, Iunioque mensibus nihil actum, nisi de vniuersi prorogatione Concilij. Quod quidem sub huius anni finem, & alterius initium, vel dimissum, solumque dixeris, vel in annum huius sæculi quinquagesimum,

25
*Pascha-
 sus Fauẽ-
 tia Bono-
 niã, inde
 in Mõrem
 Politianũ.*

Iulio Pontifice, prorogatum. Eodem & Paschasius Fauentia venerat, vbi magnum sui deliderium apud Ciues illos ex vberissimo allato fructu reliquerat, facturus id ipsum breui Bononiæ, si valetudini pepercisset: sed dum animi viribus, non corporis se metitur, ex assiduitate laborum ita caput obtudit, vt de Sancti-crucij sententia, cui à confessionibus erat, balnea ei fuerint Politiani Montis periclitanda: vbi multa quoque, quoad per valetudinem licuit, ex instituto gessit. Præbuit cupientibus diuina mysteria, & ex locupletiorum benignitate, qui balnea celebrabãt, curauit tenuitatem Virginum sustentandam. Plurimis, & in his Cardinalis germano fratri, piæque coniugi meditando, & contemplando vias aperuit; & inter eam exercitationem de vniuersæ vitæ peccatis eos rite audiit. Eadem in ipsa vberius, vbi ad orandi præcepta tres Sancti-crucij sorores exercuit. Postea Bononiam reuersus cum renouatis in integrum viribus renouare curarum simul impetus cœpit: totumque ibi annum in suis tractandis armis, telisque consumpsit. Adiutores habuit Salmeronem & Palmium: ac Salmeronem quidem quoad Concilij

26
*Salmer-
 nus & Frã-
 ciscus Pal-
 miy Bono-
 niã, indu-
 stria*

cura permitterent (quanquam enim publici cunctorum Patrum confessus iam esse desierant) non tamen priuari quidam subinde cœtus, in quibus de Pontificum indulgentijs, deq; Purgatorio diserebatur igne, deerant. Verum extra cœtus illos fessas sepẽ Salmeron aures confitentibus afferrebat, & pro potestate accepta reos interdum aliquos Lutherani dogmatis absoluebat. Frãciscus autem Palmius, quem inchoando Collegio fundum fuisse diximus, cum Societati se consecrasset, paucos intra dies eius cœpit adiutor esse, cuius antea fuerat auditor. Intendit vi-

res ad pristina illa quidem, sibiq; vñtata salutis alienæ præsidia, sed nouo more, atq; ardore tractanda; & cum inflāmandis de superiore loco peccatoribus, tum de plano purgandis egregiam operā dabant. Querebat Bononiæ Salmeron Ignatij admonitu nostris aptum rationibus locū, & suum ad id studiū Cardinalis ipse Sancticrucius deuilerat; sed dum nihil tale sese nouis aspectibus offert, interim ad B. Luciam, vti prædiximus, merces cuiq; suas impertiēdas Societas exponēbat. Diētis à Lainio, ceterisq; Patribus Iaiō, Salmerone, & Canisio suis in Concilio sentētis, discessit cum Canisio Lainius Florentiā, manentibus Iaiō, & Salmerone Bononiæ. Versabatur iam tum à primo vere Florētiæ Frusius, & Otellus: qui tametsi ignoti homines, & repētini haud faciles initio aditus ad sua obeunda munia naēti sunt; eos sibi tamē faciendis ad Monachas verbis, interuisendis ægrotis, tradēdisq; sēpē vulgō Christianę legis initijs, sensum aperuerunt. Itaq; inuitari paulatim à Sodalitatibus, quæ in ea vrbe plurimę sunt, ad dicendū; euocari ab ægrotantibus ciuibus in suis casibus ac periculis; fieri à Vicario tota sua diœcesi dicendi potestas; adiri, & consuli cum à nobilitate, tum à multitudine cœpti sunt. Otelli verò ne Monasteriorū lateret in angulis prope diuinitus accepta facultas celebrē in adē, ac patentē eduēta penetrare intima cuiusq; peētoris tāta vi, tantoq; impetu cœpit; vt quotidie increbesceret auditor, eumq; eiusdē ædis amplitudo non caperet. Et erat ille quidē Otellus primo aspectu non satis vendibilis populo. Nihil .n. in eo piētum, nihil elaboratū; inflexaq; ad miserabilē sonum voce cachinnos interdum irridētium cōmouebat. At vbi animis semel infederat, quod ardentē vibrat in aures, permouebatur vndiq; concio, & altis flāma concepta præcordijs, modo exitū querebat ex oculis vberi fletu, modo ex faucibus crebro suspirio. Aduocāda igitur multitudo fuit laxiorem adhuc in ædem: interdumq; tanta erat populi cōploratio, vt ad implorandam Dei misericordiam ingentes voces vniuersus efferret. Hoc à duobus Patribus exemplum editū facile persuasit pio admodū, clarissimoq; viro Petro de Toletō, vt cum per natalitia Præcursoris Domini ciuitatis Patroni concionator ædi maximæ querebatur, de Lainio euocando cum Præpositis ageret: atq; hæc Lainio causa, vt dicere institueram, discedendi Bononia fuit. Qui Florentiā vt attingit, repudiata hospitij liberalitate, quam cōplures obtulerant, in valerudinarium S. Pauli cōmodo ciuibus loco, suppeditantibus ad victum sumptus eo, quem dixi, Petro & filia eius, Ducis coniuge Eleonora, cum Canisio diuertit. Orsus est postridie natalitiorum B. Ioannis (nam ipsum diē, natalem celebris supplicatio occupat) suas frequentissima multitudine cōciones: & maiore indies conuentu, silentioq; totis octo diebus, quibus continenter ea solennia celebrantur, exceptus. Affirmauit sanē Frusius nihil ijs concionibus absolurius. Quin ipse Lainius peculiarē quandam diuinæ benignitatis aurā se fatebatur expertū, & supra spem, supraq; votum euentū sibi cessisse dicendū. Virgere igitur Præpositi, Canoniciq; & ex prima nobilitate complures, vt octauas vltra ferias B. Baptistæ veterem præter morē conciones protraheret, aut aliquid, si liberet, de sacris literis explanandum, seu in eadē aggrederebatur æde, seu in æde Martyris Laurentij, cuius vtriusq; amplitudo Basilicæ tali esset eruditione digna. Oblatum operæ de more precium pertinaciter, vt semper consueuerat, recusauit; sed cum vrgendi nō esset finis, id in egenos iussit per ædis sacre Præpositos summa cum admurmuratione distribui. Deinde canonicā Ioannis epistolā enarrare eodem loco, eodemq; hominū conuentu (tria .n. amplius millia numerabantur) instituit. Nec tamen interim aut voce deerat sacris Virginum contubernijs, aut auribus consulentium, & cōfitentium celebratitā. Delata Ducis nomine in consequentis anni quadragesimam cōcionandi prouincia, obsequaturū se Ducis pietatis, ciuiumq; recepit. Sed dum aures animosq; multitudinis dicendo tenet, iubetur ab Ignatio Perusium Legato, Episcopoq; rogante proficisci. Tulit id iniquissimo animo tota ciuitas, sed spe celeris reuersionis inieēta, se ipsa placauit. Interim Otellus suos sine vlla defatigatione labores psequēs, incēdebat Auditores ad Archangeli Michaēlis. Recurrebat per interualla ad sacra Gynæcea, circuibat pagos & villas spe quæstus ac prædæ, quā ex animis capiebat ingentem. Deniq; cessabat nunquam. Nec tamen tantæ assiduitati par reficiendi corporis cura. Pallebant ora ieiunijs, & grandis macies ostētui simul erat, & miserationi, vt iam mirandi finē facias, qui tā moueret, & incitaret animos tam sine vllo lepore cōcionator. Frusius autē ne ipse quidē desidia languēbat, qui & collocanda apud pœnitentes opera, & exerc-

27
 Florentia
 Frusius
 primo &
 Otellus,
 deinde &
 Lainius
 dani operā
 salutis pro-
 ximorum.

28
Lainius
Perusium
abit.

cendis in orationis pietate cōpluribus, & explanāda deniq; Lainij ex præscripto, epistola priore Petri partem leuabat oneris ac laboris. Neque nihil Canisius agebat, quoad peregrinū per idioma liceret. Sed hic ocius Romam ætate senescente se contulit, Lainius autem Perusiū ingressus consalutato Legato, primarijsq;ue viris (aberat .n. per id tempus Episcopus) pauperū ad hospitium suo more diuertit, & quandiu vindemiarum feriæ multitudinem auocabāt, prælegendū potius aliquid, quàm ad populū sermones habendos de Legati cōsilio suscepit: nec defuit ei frequentissimus auditor, qui belli malis paulò ante mitigatus quotidie magis increbescibat. Postea cohortari etiam populum cœpit, & enunciantibus peccata remittere: qui dabat illi operam tam auidis auribus, animisq;ue, vt eius retinendi gratia ad Aduentus Dominici ferias omnē lapidem postea mouerit. sed Florentinis in eos dies data fides obstabat, quominus Perusinis mos geri posset. Actæ sunt ab Episcopo gratiæ Mediolani versante binas per literas, alteras ad Ignatiū cū cōmendatione Lainij, alteras ad ipsū Lainiū sanè quā officiosas: & ingens eius significata propètio ad perpetuum aliquod nostris opus Perusina in vrbe fundandū: quò & viri nobiles, quos orandi, meditandoq; præceptis imbuerat, & ipsa ciuitas propendebat. Hoc peculiari in nos beneuolentiæ Perusina ciuitatis initiū fuit. Cuius admoniti recordatione postea Societatis amici

29
Excurret
Eugubium

30
Inde in
Montem
Politianū.
quò Florē
tiam re-
uersus Fru-
sū misit.

postulauère Collegiū, postulatūq;ue ab Ignatio liberaliter impetrarunt. Lainius porrò Florentiam rediturus Eugubium Perusio proximum, Sancticrucij rogatu direxit iter (erat .n. Episcopus ille eius fidei, curæq; cōmissus.) Ibi sæpè ad sacrum Virginū claustra, sæpè ad populū verba fecit, certante enim vtilitate frequentia. In digressu flexit ad Ciues Politiani Montis, quorum id erat precibus ab Ignatio concessum, triduoq; de Deo publicè magno cum auditorū sensu disseruit. Quoniam autem vnū aliquem de Societate poposcerant, nihil Lainio Florentiam reuerso prius fuit, quàm vt illuc Frusium, vel ex fructuosissimis auulsum curis atq; muneribus destinaret. Ipse verò cum Otello Florentiæ confedit. Et Otellus quidem matutinis Dominicis solennis aduentus ad S. Laurētij, pomeridianis apud Monachos: Ille verò die festo in æde maxima in cōuentu quinq; hominum millium Euangelium prædicabat. Plurimus vbiq; fructus, & sacramentorum crebro vsu testante, & eleemosynarum benignitate permulta: quodq; caput est, castigatione præteritæ vitæ cum in omni hominū genere, tum in virorū sœminarumq; cœnobijs. Affatus est Hispanos populares suos, milites præsidarios domestico, vernaculoq; sermone non sine insigni permutatione morum. Iam consultoribus complebatur hospitium, & magnum sustinebat de officio respondendi munus. Quod ipse respondisset, id ratum erat, nec parcebatur auro vel ponderoso, q; contra fas haberi respōsum esset. Sanè præstans hominis eruditio Collegij cupiditatem in omnib. incitauit. Oblati sunt ei sex, septemve ad Societatis sedem in vrbe loci: sed cum idonei minus viderentur omnes, nullum Lainius probauit. Perseuerabat tamen ciuitas in sententia, studioq; Collegij: & Alexander Strozius, qua erat autoritate, summè à Duce contendit, vt id alicubi in sua ditione construeret. Obruleratq; suam prolixè Dux operam tanta voluntatis inclinatione, vt affirmaret Strozius breui Pisis id inchoandum. Cū Lainius interim & in aula Ducis, & vrbis in arce contentibus operam daret, conscenderat iam Frusus Politianum Montem: & eius aduētus, quo tum magis inexpectatus, eo ciuitati gratior & fructuosior incidit in primas Aduentus Dominici ferias, cum repente destituta concionatore ciuitas, quo se verteret, non habebat. Nam qui cōciones instituerat, intemperantia linguæ lapsus, & delatus ad Ducem, purgandi sui gratia Florentiam contenderat. Ita peropportunos accefferat Frusus, successurus exemplo vicarius alieni muneris, atque prouinciæ. Ac præter solitas conciones ter in hebdomada pias quasdam de sacris voluminibus habebat scholas: tradebat multis orandi vias ex Ignatij libello: acerbè dissidentes ad cōcordiam, læsos ad pacem reuocabat. Archipresbyter inter cæteros ex eius vsu longè factus est melior, & quo erat apud suos loco, progressus eius redūdauit ad multos. In extrema quoque Tuscia iuxta Ligures Societatis operæ magnis animorum cōmodis defudarunt. Occasionē Deus obtulit inusitatam. Syluester quippe Landinus sacerdos ille quidem satis probus, ac nauus, sed in aduersa valerudine fractior, ac stomachosior, iussus ab Ignatio per diligentè ante curari, simul ac valetudinē recuperauit, q; suo minus profuisset exemplo, remittitur in patriā, non omninò ille quidè ac verè de Societate dimissus, tametsi vehemēs

31
Syluestri
Landini
ad curan-
dam vale-
tudinem
dimissi pra-
clari labo-
res in ex-
trema Tu-
scia prope
Ligures.

eius

eius rei suspicio conscīū suæ mollitudinis ac morositatis animū perculit: sed consulto ac prudēter est ab Ignatio, vt sui corrigendi locū daret, relictus ambiguus atq; suspēsus. Malgratū igitur patriā in agro Sarzanensī confirmaturus valetudinē petit: totoq; itinere ita se tractauit, ac gessit, vt videretur sapiētīæ fuisse diuinæ leue illud erratū in tyrone permittere, quod & ipsum ad modestiam erudiret, & peroptatæ frugis seges esset in proximis. Quocunq; ingrediebatur, sui vestigiū relinquebat ardoris. Agebat vbiq; de Deo modo publicè, modò priuatim. Auocabat homines à flagitijs, & ea cōfessis rite laxabat: tutumq; iter errantibus ostēsurus abstinentiæ, ac cōtinentiæ præibat exemplis. Ac Lucensī quidē in vrbe vir primarius hospitīū, ciuēsq; alij non exiguū ei pondus argenti, q̄ abeunti post terga iactabant, & ad iter obtulēre iumentū: ex quib. nihil prorsus Syluester attigit, mira suspēsis admiratione beneficis, tam inusitato spectaculo continentīæ. Alio quoq; in Oppido, cui Maslē nomen, de suggestu oppidanis incensis, & multis modis pecuniam obtrudentibus, eadē abitinentiæ documenta dedit. Hic concionatorē quendam fœdissimos ferētem errores de superiore loco libera oratione coercuit. Inferebat ille præter cætera singulari Dei Matris candori intolerabile probrū: docebat eam nō modo primam originis labē, vt ceteros contraxisse mortales, verū etiam quotidianis noxis, & venia dignis aspersam fuisse labeculis. Quo publicè discussō monstro populū ab eo Syluester abduxit, cōstanter vltro pollicitū, nunquam ei se nebuloni aures, operamq; daturū. Malgratū cum peruenisset, afflictam admodū offendit patriam ex horribilis calamitate procellæ, quæ paucis ante mensib. populata agros erat vniuersos, nihil vt intactum ex arboribus frugibusq; relinqueret, totoque quadriennio sperari fœcūditas vlla vix possēt. Per eam igitur occasionē solari populares suos sacramentorū præsidijs instituit, & crebriorē eorum vsū facile persuasit: Discedebant ab improbitate, & diurno amicarū vsu non pauci: compluresq; cum eo sese in diuino famulatu coniungi, & eum sequi vehementer auebant. Valebat voce, quia valebat exemplo. Habitabat in publico hospitiō patriæ suæ cum egenis egenus, tota reclamante familia, ac propinquitate. Adhibebat ad cōciones vim ieiuniorū, ac precū. Erat in oculis multitudinis vitæ sanctimonia, religiosa in circulis vox, morū suauitas in cōgrediētib. Itaq; ad arbitriū flecebat animos, & in eius admirationē familiæ, vnde hæc hauserat, traducebat. Creber erat in dicendo, & ad varia hominū genera ter in die sæpē dicebat. In sacerdotū conuentu leges quasdā, & instituta de cōformandis in Oppido moribus scite cōdidit, probis inductis, prauisq; sublatis. Agitabatur anniuersarius assumptē in celū Deiparę dies, sed in scurrilibus saltationibus, profanisq; læritijs, cū Syluester ab insanis illis gaudijs Christi plebē abductam ad vespertinos in tēplo cantus, & meliora gaudia cōuertit. Et quoniam circum ea loca pestilentes versabantur Hæretici, in eos ille suæ orationis tela cōtorfit, ab eorumq; vsu, fraudibusq; populū vt caueret, admonuit. Erant, qui nullū habebāt sexta feria, quadragesimāq; in ciborū ratione delectū: & qui purgādis mortuorum animis, vexandisq; apud Inferos impijs certas sedes & loca, negabant: & qui viros sanctos, quos sua merita trāstulerunt in celū, iusta veneratione, cultuq; spoliabant: & qui deniq; Christi Vicariū, & Sedis Apostol. autoritatē horrore quodā animi contēnebat. Quos omnes pro viribus Syluester exagitans disputationis altercatione terrebatur. Exprobabat publica eorū dedecora, & consentaneā doctrinē vitā, ne cuiquam bono fraudi esset, redarguebat. Sacerdotes, quos minus sibi beneuolos initio senserat, arcto sibi caritatis vinculo copulauit, eosq; ad ferēda in improbos arma, sanandosq; animorū morbos docendo, monēdo, totoq; suo munere rite obeundo prouocauit. Captabat autē suorū munerū tēpora prudēter, ac callide. Nec cessabat in finitimis suæ patriæ locis sicubi nūdinæ agerētur, conuentusq; forēses, tum maximē ad mouere faces animis verbi Dei. Petebat & tēpla deserta, cōciliariisq; sibi Parochis, repēte concionē ex paganis, agricolisq; cogebat. Omnino merebatur hominis ardor veniā admittæ culpæ inter tædia cruciantis morbi: neve eum dimitteret è suo grege Societas, qui Societatis spiritū nō dimiserat. Hos igitur inter ardores optatissimas accipit literas

32

Vehementer gaudet se in Societate reuocari.

dalita-

da'itatis vidit, quæ se Deo totam ad animarum salutem impertit. Ad eius vocem abdebant se homines vtriusq; sexus in claustra: largior erat in pauperes beneficentia: ponebantur iræ veteres ac recentes: castigabant sua ora maledici: exigebantur dies facti religiosius: tractabantur sacramenta frequētius: deniq; frangebatur os aduersariorū, & eorum, qui eius se conatibus opponebant. Quibus etiam perniciem, necemq; minitantibus haud infractō respō debat animo, liberè se in eorū vitam moresq; quoad eos cōponerent, inuēctum iri: nec in tam honesta causa mortem optatissimā formidare. Qui præterant ei fauebant, & apud eum suos animos expiabant: de-

33

Litera ad Ignatiū de Syluestri Lndini præclaris factis, & vita asseritate

derantq; literas ad Ignatium, ne ab se tam strenuum atq; operarium hominē amoueret. Quarū ea summa fuit. Vberes ibi Deū per Syluestrū cœpisse fructus: & eius magnopere desiderari præfentiā, vt perpoliret incœpta, & inchoatis tam bene rebus plus roboris, ac firmitatis afferret. Per eum non priuatos modò, qui peracerbis flagrant odijs, verum etiā populos vniuersos ad concordiam reuocatos: transfugas in sua Cœnobia remissos: varias artes ad publica minuenda vitia salutariter adinuētas: eumq; diebus vix festis ad mysterium accēderet altaris, eius hortatibus factum esse, vt ad id etiam profectis frequēs populus venerabundus accederet. Addebant etiā Syluestrum nesciū sibi parcere, immoderatos exhaustissē labores, insomnes duxisse noctes, quotidiana tolerasse ieiunia: & ad sedanda desideria naturæ panico, non tritico; aqua non vino vti solitū: vitamq; eius omnē perpetuam quandam fuisse vocem in auribus populorū.

34

Claudius Iaius Ferrariā mittitur Ducis postulatō.

multis rogabant, & obsecrabant Ignatiū, ne Prouinciam illā tanta virtute priuaret. Hæc exempla intueri par est, si qui religiosi homines valetudinis interdū causa reuertuntur in Patriā. Extremo Iulio Ferrariā ex Concilio profectus est Iaius, postulatus ab Hercule Duce. Nam cū Dux ille aliud vitæ meditaretur initium pij Archidiaconi Mutinensis colloquijs, qui ei fuerat à confessionibus incitatus (Is erat Guido Guidonius) sacerdotē optabat idoneum, cui regēdi, moderandiq; animi sui potestatem oēm traderet, & cuius tuto consilijs, ac sermonibus acquiesceret. Guido conquirēdi hominis negotio suscepto, nostrorū Patrū, qui in Cōcilio fuerant, fama per-

35

Ignatij monita Iaius, quemadmodum se cum Duce habere Ferraria deberet.

motus, Gallum hominē Iaium, quē Tergestina cathedrē recusatio longē, lateq; nobilitarat, appositū, & ad Ducis rationes, & ad Vxoris voluntatē, (ea enim Gallis ex regibus ducebat ortum) existimauit. Ergo datis ad Ignatiū Pontificemq; literis Iaium impetrat. Cuius vt obsequijs Iaius ipse, nutibusq; pareret, cōsulendum sibi putauit Ignatiū, quemadmodum cum eo se Duce tractaret. Respondit B. Pater, cupere se cum Societate vniuersa tali Duci, qui laicos inter Principes Societati nascenti studiosè fauisset, toto animo deseruire, amplectendamq; perlibenter oblatā occasionem ad contestandam debitam, gratamq; memoriam. Quod autem ad agēdi spectaret modū atq; formam; seu de Deo habenda esset oratio, seu lex explicanda diuina, seu alia quæuis munera piē gerēda, vnū & idē putaret esse respōsum, totus videlicet vt ex Duce penderet. Equū enim esse, vt cū is esset à Christi Vicario Ducis vsibus, cōmodisq; cōcessus, sineret sanè ab ipso Duce se regi. Et quamdiu Ferrariæ apud illū esset, eum sibi superioris, & Præpositi loco duceret, quoties vel Dei causa, vel ipsius Ducis bonū, ciuiumq; requireret. Quod si permitteretur à Duce potestas, tūm quibuscunq; posset officijs pro Societatis disciplina, moribusque vacaret. Eò vt

36

Quid Iaius Ferraria gesserit

venit, & salutato Duci ex Ignatij præscripto se obtulit, reætā publicū ad hospitium: in eoq; cōtinuo morbis & animorum, & corporū quicquid potuit, attulit opis. Inter pauperes diuersanti, Ducis liberalitas proluxa ac cumulata nō defuit: sed affirmabat multo se libētius inter ægorū pedores ærumnasq; versari, quàm inter odores Aulæ, Curieq; blanditias. Apud orbas (ea est ædes à Duce condita, quæ sancta Maria de rosa dicitur) multorum animis præsto fuit, & sacramētis administrandis, & verbo. Nectamen in S. Annæ valetudinario (id enim ei nomen) quotidiana messis deerat: sed quo lætior in fruge quærenda, animis que tuendis opera poni posset, Cardinalis Saluatus ciuitatis Antistes omnē cum eo suam autoritatē, potestatemque cōmunicauit. Ceterum Iaius obseruabat dicta Ducis, totumq; ei sese de Ignatij consilio, Pontificisque nutu dederat,

37

Quatuordecim iam Socij Patauini.

tanto Duci ipsi gratior, quāto in tot, tantisq; & eruditionis, & sanctitatis laudibus obsequētior. Patauij in inchoato Societatis Collegio quatuordecim iam agebāt: qui cū ex Academicis auditoribus, tum cetera ex vrbe cōplures modò orationis ardore, modò cœlestiū contēplatione rerum ad optima quæque pellebant. Exijt Stephanus Baroelius Bassanū vsque suam rite operam

38

Stephani Baroelii Bassani opera.

locatu-

locaturus: quam & egregie cunctis locauit in rebus. Mira quippe erat egentis hominis abstinētia, in medijs præsertim occasionibus locupletandi sui, si offerentibus annuisset. Sed sensit in ore pauperis longè fecundissimum Dei Verbum, nec quemquam melius persuadere diuina, quam qui contempsit humana: Nudos autem, & inopes à Christo lectos, vt per Orbem terrarum semen caeleste differerent. Ideo nihil ei tam cito oblatum, quam subito repudiatum: nihil tam benigne missum, quam ab eo grate, comiterq; remissum. Omnino rotus quocunq; pergeret, frugiter fuit, nullis seruandorum hominum vijs, nullis artibus prætermisissis.

Germanico inter hæc confecto bello, Duceq; Saxone vnà cum Lantgrauio à Cæsare capto, volens nolens iam dabat manus Hæreticorum indomita contumacia. Iam armis in Germania silentibus, res catholica respirabat. Huic se quantus erat Bobadilla præferuidus, & stylo, & voce, vt eam ab Hæreticorum improbitate defenderet, impertiebat. Passauij latinis per quadragesimam concionibus apud Antistitem amantissimum, deinde etiam Ratisbonæ suam operam posuit. Vbi quanquam Senatus, & plerique ciuium Lutherana lue corrupti spem curatium debilitarant, ac fregerant, Bobadilla tamen, nec insanientium numero territus, nec auctoritate permotus tempestiuas curationes admouit. Extorsit inter cetera, publica vt Deo supplicatio, gratulatioq; pro victoria Cæsaris aduersus Lutheranos Principes sub ipsis hostium oculis decerneretur, & alia in super catholico ex ritu ac cereмония longo interuallo intermissa repererentur. Sane magni ponderis apud Germaniæ Proceres, & Antistites vox eius erat, sed apud Romanorum Regem longe maximi. Atque ille quidem tam desperatis rebus, tam luctuosis Ecclesiæ temporibus haud exiguos, contemnendosq; fructus tulit. Modo hanc, modo illam Ecclesiæ partem curaturus ægrotam, & male affectam, nunquam eodem loco consistens, sed tanquam verus Apostolus (vt de eo Viennensis scripsit Antistes) cuncta pererrans, hoc etiam anno nimijs ex laboribus ægrotauit. Vix è morbo recreatus ad Curiam gratissimus redijt, & Augustæ cœpta est auita redintegrari religio: vbi etiam ab Augustano Cardinali primum post exactos ex ea vrbe Catholicos, in æde maxima solenni pompa, apparatuq; incredibili Catholicorum gaudio, peruerforumque dolore sacrificatum. Coloniae quoque melius rei gerendæ spes aucta, improbo iam pulso Pastore Hermanno. Qui cum Domini gregem luporum dentibus non dubitaret obijcere, & iam de Lutheri cathedra se professus, exitialis doctrinæ pestem in omnē suam diœcesim impudenter inueheret, spoliatus est a Romano Pontifice, Cæsare etiã suffragate, amplissima dignitate, & summo cum dedecore de Pontificio throno deiectus. Eiq; statim vir ornatissimus, & religionis antiquæ retinentissimus subrogatus Adolphus, vetere ex familia Scaueburgensium Comitum. Qui simul ac cathedram illam honoris, ac sanctitatis ascendit, diœcesim suã multis locis Hæreticorū contagione vitiatã, incorrupta religione reuocanda, sanare strenue, ac fortiter est aggressus. Nauabat ei suam Societas operã non modo vltro peruulgatis artibus, ac vijs, verum etiam proprijs, & peculiaribus. Quod vt perpetuo posset, augebatur exercitiorum beneficio Sodalibus, tametsi angusta Domi res erat. Sed Canisio antequam in Italiam iter arriperet, qua iam erat vulgo nobilitate, viã consulendi Sociorum egestati, non defuere. Louanij nostri cum inter se se locis essent antea, rectisque discreti, in vnam eandemque omnes congregati sunt domum: & suis quisque rebus in commune collatis, Cornelium Vishanum Rectoris loco, dum nutus expectatur Ignatij, sibi delegerunt. Coniunxerant autē se se simul præter Corneliũ, Adrianus, ab Adriano, & Daniel Paribruk, Nicolaus Gaudanus Theologiæ Baccalaureus, & Cornelius Brogelmanus, Antonius Vinchius item Theologus, & alij quatuor, quorum plerique nuncupatis priuata religione votis, Societati se se adiunxerant. Daniel suo patrimonio ceterorū leuabat inopiam, & in egestate facta nomina dissoluebat: nondū enim ijs certum, ac commune vectigal, ac ne vllus quidē ciuilis erat beneficentię mos, sed amica paupertas contenta modico sollicitudinem lucis crastinæ pellebat ex animo, & plus erat cordi mentis esca, quam ventris: leges quasdam disciplinæ causa, dum propriæ expectantur ex Vrbe, quoad eius fieri poterat, obseruabant. Quanquam quid legibus opus erat, vbi Dei spiritus Rector erat: aut quid erat negotij continere eos in officio, qui sibi ipsi lex erant? Cornelius Præses totus in repurgandis, & infutuendis ad orandi rationem animis versabatur: eiusque opera

39
Res in Ger-
mania Bo-
badilla.

40
Colonia
statua.

41
Louanij i-
terū in eo-
dem testo
Sorij var-
sari incipi-
unt.

42
Cornelius
Vishana.
us, & An-
tonius Vin-
chius Rey-
mam vo-
nunt.

43
Nicolaus
Gaulanus
penultimus
Concionator
Bergis.
44
Tenuis
Lutetia
nos.

bene multi Religionum petebant claustra. Quod cum inuidiam Cornelio conflaret, euocandus vnâ cum Vinchio ad Urbem fuit. Gaudanus autem Bergis flagrabat studio dicendi; & erat in eo facultas sane mirabilis, & instrumenta naturæ, atq; doctrinæ. Itaque celebrabatur vbiq;, & dabat ei populus frequens operam, qui summa illum & beneuolentia, & ueneratione colebat: cumq; auditum esset eum esse dicturum, occupabantur diu ante subsellia; proximisq; currebatur è Pagis. Ad eius vocem ponebantur hæreses, & vitia inueterata permulta: mysteriorûq; præter superiorum temporum consuetudinem increbrescebat. Parisijs nihil hoc anno noui perexiguæ illæ sociorum copiæ, quæ illic agebant, fungebantur apud Carthusienses muneribus suis. Et erant qui Theologicis imbuti literis Societatem habebant in votis, quos tamen habitationis remorabantur angustia. Querebant ædium aliquid proprium ac stabile, propediemque dum suas Antistes Claramontanus adijceret, vt erat vltro pollicitus, expectabant.

45
Secundus
Prouincia
lis in Socie
tate Arao
zius. His
pania ex
tra Lusita
niam de
cretis illi
prouincia

46
Intire So
cietatis
lucis Al
uarius.

47
Es lo. Val
darauanus

48
Complute
siu Socie
tatis arum
nec & salu
taria ex
empla.

49
Iacobus
Caballari
us &
Ioannes
Sanctius
Societate
recepti.

50
Receptus
& Petrus
Tablarius.

Apud Hispanias erant omnia secunda magis, & Araozio in Aulam iam reuerso prouincialis cura mandata, secundo à Simone Rodericio qui prouinciam Lusitanam regebat, in tota Societate Prouincia præside. Cœperat ibi Societas (quemadmodum supra docuimus) sedes habere quinque. Deni ferme debebant in singulis. Sed Barcinone haud amplius quatuor. Nec multo plures, seu in ipsa Regis aula, seu in Hispania tota dispersi. Idem autem laborum vbiq; cursus. Et Araozius modo hic, modo illic, qua præstabat facultate dicendi, Villanoua autem Compluti orandi, contemplandiq; prædijdi mentes hominum incendebat. Huius ex disciplina Ioannes Aluarius prodijt, qui primas inter philosophos obtinebat, & multos annos in theologia studio consumpserat, vir singulari modestia, & in domando animo in primis acer; idemq; cum multis aliis rebus à Deo ornatus, tum ardore & contentione dicendi. Datus & in Societate locus est Ioanni Valdarauano theologo. Compluti autem ne assiduis & communibus morbis hoc quoque anno, vt superiore, sociorum corpora tentarentur, salubriorem eis locum Villanoua quaerunt, & eum potissimum de Ortizij sententia, quem Monasterium vulgo appellant propè Oppidum Galapagar. Verum vt eorum Deus virtutem, & hominibus testatam faceret, & simul exerceat ad palmam, ne hic quidem morborum tentatio defuit. Iacuerunt omnes præter vnum Valdarauanum, vt ægrotantibus fratribus & minister, & consolator adesset. Accedebant ad morborum molestias paupertatis incommoda, & penuria rerum omnium, sterilitate loci, vt necesse habuerit Ortizij misericordia suas receptos in ædes omni rerum opportunitate fouere. Idemq; ministrorum sedulitatem addidit ex suis familiaribus aliquot: qui dum suam cuiq; operam herili iussu dispertiunt, ægrotantium sanctitate capti, quam illi modo mutui pietate sermonis, modo in ferenda paupertatis, & morbi plaga tolerantia declarabant, tanto sunt studio ac desiderio Societatis incenti, vt eorum duo Iacobus Caballarius, & Ioannes Sanctius eam non dubitarent amplecti; Tertius autem sacerdos Iacobi propinquus, qui Ortizij sacello præerat, reditus Ecclesiæ quosdam eidem Societati, sicut & Ioannes Sanctius è gemina prædiorum possessione cõcesserit. Vt aruit morbus, & Sociorum valetudo reuirit, ne qua fieret studiorum in posterum, vt ante consueuerat, morbis interpellantibus tanta cessatio, multo eis salubrior, & opportunior extra portam S. Iacobi inuētus est locus. Atq; hic demum rebus suis melius compositis vnâ omnes degere velut in Collegij formam duce Villanoua cœperunt. Hic ipse primum ceterorû moderator, & dux philosophiæ studiû inchoauit, & quicquid otij, vel à studiorû contentione, vel à domestica procuratione supererat, id totum aut in familiares, pijsq; sermones, aut in exercendos ad orationem quam plurimos conferebat. Grauibus quippe viris ex ipsa Academia, ijsq; sanè multis exercèdi sui ratio demonstrata est: quorû etiam aliqui Societatis ineunda constitutum susceperunt, vt Doctor Alfonso Velascha Villanouæ magister, qui tum publicè philosophiam tradebat: cuius quanquã fuerit flagrantissima postulatio, nec iustis audita de causis: tamen in cõmuni hominum vita talia edidit sui documeta progressus, vt Toletanus Canonicus primum, deinde etiam Osinensis Episcopus, ad postremum Compostellanus Archiepiscopus sit creatus. Felicit Petrus Tablarius grandior iam ætate Sacerdos, & homo peracutus, ac lepidus, naturaq; adeo facundus, alijsque præditus ornamentis, vt apud Procures, ac Dynastas magnam sibi autoritatem, & gratiam conciliaret. Is inter Societatis exercitia cum ad eligendum vitæ genus

genus de more ventum esset, sordium & paupertatis impatiens, in quas vltro se coniecerat (erant enim à suis moribus, consuetudineq; penitus abhorrentes) exarsit iracundia, & stomacho in Villanouam, & inuictrantem fratrem, & impetu quodam animi incitabatur identidem, vt impacto Villanoux colapho terga verteret: iamq; id Satana instigante decreuerat, cum Deus, qui mentes hominum ad ea saepe tenenda, & persequenda conuertit, quæ nimis illi caute, & studiosè declinant, eius repente animum ita perculit, atque permiscuit, vt colliquefactus in lacrymas amare cœperit, quod abhorrerat; & in animum plane induxerit, rebus humanis pro nihilo habitis, ad eos se se ipsos adiungere, quorum paupertatem stomachabatur, & sordes. Nec dubitauit reuisenti se Villanoux cogitata pectoris aperire, ei que supplex esse, vt de animo, quem in eum gessisset, sibi veniam daret. Is postea ad Societatem adiunctus multis ei in rebus, ijsque sane grauibus vsui fuit, vt is, qui & apud viros Principes, (vti diximus) autoritate præstabat, & comitate morum capiebat vniuersos: nec apud eos, qui accederent ad enuntianda peccata, viriû minus habebat, quos ad acrem suorû scelerû detestatione, & per acerbas lacrymas adducebat.

Tam copiosis exercitiorum fructibus Satanas inuidebat, & aduersari tantæ sæcunditati suis, vt solet, artibus conabatur: sed plane frustra. Erat Toleti Doctorû par nobile, Peralta, & Montalbanus, & ille etiam Canonicus, & ambo Societati nostræ, cuius & primos Patres Lutetiæ iam nouerant, in primis dediti. Qui cum & Euangelij præcones eximij, & Dei famuli præstantes essent, vehementer optabant, vt Societas, quæ in Italia, & Gallia tam frugifera, hominum sermonibus ferebatur, & in Hispania talis esse iam cœperat, eadem in suos quoque populares, ac ciues partem aliquam tam fructuosi laboris, atque operæ deriuaret. Ea de causa prædicare laudes eius, & instituta, eamque etiam atque etiam populo notam facere, non desistebant. Quæ prædicatione permoti sacerdotes alij sex, virtute, ac literis probe instructi, auidis eam animis expectabant: vt, si res famæ, atque expectationi hominum responderent, eius instituta sine dubitatione capefferent. Verùm cum Toletum nemo se de Societate conferret, mittendum sibi ipsi de suo numero Ioannem quendam Rinconem qui eius de moribus, institutisque cognosceret, Complutum putarunt. Hic vt eò peruenit, congredi quam primum cum Villanoua cœpit, & vsu arctiore coniungi. Deinde ad exercendum sanctis meditationibus pectus eodem aurore se contulit: qua in exercitatione eo vsque profecit, vt iam ad instituendos in eo ipso alios satis idoneus videri posset. Toletum igitur ab hac exercitatione reuersus collegis suis, quæ gesserat, videratque narrauit, tanta Societatis, & exercitationum, quas illa ad excitandam in humanis pectoribus religionem adhibere consuesset, prædicatione, ac laude; vt illi ab eo summe contenderent, ne grauaretur ea ipsa orandi præcepta, quæ à Patribus accepisset, sibi etiã pro facultate suggerere. Nec id Rincon, qui ea magna ex parte sibi descripserat, recusauit: & quoad vsu aliquo valuit, studuit eos ad exercitiorû normam, regulamq; dirigere. Res latere non potuit, nec in occulto esse, quin ad aures Antistitis Toletani Ioannis Martini Silicæi perueniret, calumnia vt solet adiecta, quod vulgo dicerent Sacerdotes illos velut ambitiosos Apostolorum æmulos, vt Spiritum sanctum deuocarent è cælo affectasse illum recessum. Quocirca visa est res digna, quæ veniret in examen: datusque in eam diligens, & clandestinus est cognitor, vnus ex administris, & Consiliarijs Antistitis. Qui dum eorum Sacerdotum mores solenter exquirat, & à notis familiaribus de cuiusque vita accurate cognoscit, tam multa in eorum laudem, tamque præclara ab vnoquoque suis auribus audiuit; vt tum demum senserit quam contemnuendi sint vulgi rumores, quamque ab hominum opinione res ipsa distaret. Itaq; vt eam comperit, sic ad concilium retulit: magna & exercitiorum, & eorum, qui ea vsurpauerant sacerdotum commendatione, ac laude. Quos cum vnum in locum sex omnes Præsidents conuocasset, Is erat Iacobus Martinus Silicæus sobrinus Antistitis, collaudatis admodum exercitationibus illis, rem dixit optimam, & salutarem esse: ceterum eas communicare cum alijs, & peruulgari vetuit. Quem prudens subinde Consiliarius excipiens, si res, inquit optima, & salutaris est, suppressenda certe non est, sed diuulganda potius: atque huic ab omnibus est assensus: & tam demum in Concilio ita decretum, vt piæ illæ exercitationes, & earum vsus in potestate cuiusque relinquerentur: qui quidem vsus plurimo Toletanæ Ciuitatis bono deinceps

51
Multi Sa-
cerdotes
Toleti ex-
ercitijs spi-
ritualibus
exculsi
maximo
fructu.

52
Toleti in
spiritualia
exercitia
inquiritur
& lauda-
tur.

ceps viguit. Hæc Toleti dum fiunt. Madriti Societatem complures auebant, quos Araozij publica vox excitat: sed per angustias & rei familiaris, & recti perpauca mos geri poterat. Agebat & de nostris augendis, retinendisque ciuitas Vallisoleana: Romanæque vobis exemplo eadem, quæ in ea curabantur officia, curari à nostris apud se volebat. Gandiæ autem rem Collegij vna cum Academia pij Ducis sollicitudo prouexit. Quanquam autem exiguum tum quidem Collegium ipsum erat, primum tamen in Hispanijs annuæ pecuniæ idoneis subsidijs ad vitæ fructum instructum, & ornatum est. Eadem Ducis pietas Cæsaraugustanum Collegium, vti supra significatum est, agitabat: cumque ea de re cum Ignatio per literas communicasset, Ignatius purum ad eum ob signatum suo chirographo folium dedit, cui pro sua Dux ipse prudentia, habitare rerum, locorumque; ratione, quicquid videretur inscriberet. Quæ significatio fiduciæ mire affectu animum Ducis, Ignatioque; iam, & eius Societati deinctum, multo adhuc arctiore vinculo colligauit. Inchoauit ergo sine cunctatione Collegium: nec aliud in omni Societate eo inchoatum est anno. Erat Cæsaraugustæ vir nobilis oriundus ex oppido, quod Villam simplicem vocant, Ioannes Consaluius nomine regius Aragoniæ Conseruator, quod ad regiæ administrationem pecuniæ pertinebat officium, nunc extare negant. Is ex iusto matrimonio susceptis liberis, vxorem vbi composuit, totum se pietati, accepto etiam sacerdotio, dedit: eque sua domo Collegium excitauit Virginum autoritate Pötificia, in quo filia suæ, & alia nobiles, vel ad Cœnobium, vel ad honorabile coniugium educarentur. Quod Collegium post annorum aliquot experimentum, cum è sententia non succederet, relato item Roma diplomate, diremit. Post hæc cognita Societate, ratus id maioris fore in commune emolumenti, domicilium idem cum æde sacra ad excitandum ex ea Collegium dedicauit. Cuius possessionem, primi Cæsaraugustam ad stabilem sedem hoc anno missi, sacerdotes Franciscus Roias, & Hercules Bucerius, ille Hispanus, hic Italus mire: sed in conducta domo habitantes tantum sacra æde vti cœperunt, eaque perparce; quod Archiepiscopus nequaquam probare noue accessum familiæ videbatur. Hoc fuit Cæsaraugustani Collegij primum, sed minime stabile fundamentum. Nam, vt de exitu tandem lætissimo tanto maiores Deo grates agantur, tacendum non est, duorum, quos dixi, sacerdotum, neutrum sub hoc Christi vexillo locum suum tenuisse constanter. Interim tamen multa præclara gesserunt. Quod sane non raro præsertim ea tempestate singulari euenit prouidentia, vt in multis operâ Deus minus constantium, dum constantes, firmique; succederent, vteretur. Ad hæc Ioanne Cōsaluio vita breui defuncto, liberi eius pertinacissimis dissidere litibus inter se de dissoluto, ab alienatoque; Collegio Virginum cœperunt, Anna, quæ restituere Virgines volebat, negante prius contubernium rite sublatum, Ludouico, & Aldunzia paternam tuentibus voluntatem. Itaque post aliquantum molestiarum pacis, rectique; exempli causa Ignatius omni ceddendum suo iure existimans, Socios etiam iussit Cæsaraugusta discedere, sed permissi à Ciuitate non sunt, vt anno infra suo narrabitur. Hac æstate cum Regni Aragonensis conuentus Monzone in oppido haberetur, eodem & Dux Borgia Philippi iussu Principis euocatur: nec cælesti per id tempus contemplatione distento, quamuis per literas id tentarat, recusandi locus fuit. Quin per honorifico Tractatoris munere decoratus (sic enim appellant, qui præcipua conuentus negotia pertractant, magnæ omnino existimationis viros, spectatæque; cum apud Regem fidei, tum in rebus gerendis prudentiæ) negotiorum, quas vitabat occasiones, subterfugere Dux Borgia non potuit: & tamen in caru æstu, Cataluniæ quoque; se Monasterijs Virginum impertijt, curauitque, vt meliores illa mores, qui iam obsoleuerant, prima ex antiquitate repeterent: Ignatioque; apud Sedem Apostolicam rogatu Principis, à quo binas super ea re literas acceperat, strenue adiuuante, restituti sunt. Araozius autem verfabatur vna cum Duce, sed suo more læsa ex laboribus valetudine, Ducis cura apud quem ægrotabat, releuatus esse confirmandique; sui gratia Barcinonem inde traductus. Quoniam autem id temporis de constituendo Principis æconomio Duce Borgia, qui Societatis ineundæ votum superiore anno conceperat, agebatur, Araozius ea de re Ignatium commorandum putauit, vt quid factu opus esset, secum ipse perpenderet, dispiceretque; an priuato professionis ritu Ducis esset animus confirmandus, modo ratio aliqua iniri posset, qua vel ad tempus, quoad liberorum necessitati consuleret, ei liceret suas administrare, ac dispensare

53
Inchoatū
Cæsaraugusta Col-
legium.

54
Borgia ad
Conuentum
Aragonensem à Phi-
lippo prin-
cipe euoca-
tur.

55
Ignatius
impetrat à
Pontifice
professionem
Borgia pro
fessionum
vota con-
cipienda.

fare fortunas. Non neglexit quod prudenter suggereretur, Ignatius: tacitoque nomine hanc illi à Pontifice potestatem & profitendi priuatim, & administrandi ad certum tempus res priuatas æque, ac publicas impetrauit. Concessit quoque Duci Pontifex, vt autoritate apostolica Disciplinarum vniuersitatem excitare Gandiæ liceret: quæ Societatis administrationi, ac potestati subesset: quæ biennio post ritè inchoata est, & anno quinquagesimo à Carolo Cæsare cunctis ornata beneficijs Academiarum Salmanticensis, & Complutensis. Eamque primam omnium Societas Academiam habuit. Dedit Gandiæ nomen Societati inter alios Franciscus Saboia, qui Ducis liberis instituendis præerat. is confectis Philosophiæ, ac Theologiæ spatij Doctoris erat honestandus insignibus, & satis ad dicendum facultatis habebat, quam augebat commendatio virtutis, & suauitas morum. Quæ cum ad famulatum Dei ornamenta contulisset, tempore non longo (nam quarto post anno decessit) sed nauiter ac fructuosè in sancto opere collocauit. Dederat & nomen Barthasar Diazus consanguineus Andreæ Ouiedi; & huc Barcinone se contulerat Antonius Cordesius bonarum vterq; partium, & ad Societatem factus. Sed desideratus est Petri Fabri discipulus Ambrosius Belgæ, qui eo ipso die, quo superiore anno magister, vitæ laboribus functus in cælum abiit. Is & suum videre magistrum, & eius defendi precibus magno-pere gestiebat, haud irritò voto: quippe octo diebus ante diuino admonitu suum præsensit obitû: qui vt propius adfuit, defixis in cælum oculis, manibusq; precatus est Deum ne se diutius in hoc moraretur exilio: cumq; ad iter illud sacramentis se supremis armasset, relictis suæ virtutis haud exiguis exemplis, illa ipsa, qua Faber, serua apostolicis nobilitata vinculis hinc excessit. Artium curriculum ab Francisco Onofrio Gallo anno iam ante inchoatû persecutus est Emmanuel Sæ, qui cum Ludouico Consaluo ex Lusitania Valentiam venerat. Septedecim annorum erat Emmanuel cum docere philosophiam cœpit, & quasdam etiam theologicas theses magna cû laude sustinuit: nec minor erat virtutis, quam scientiæ in tanta ætatis viriditate maturitas. Onofrius autem, & alter Sociorum tradere Theologiam cœperunt. Horum Dux studijs propinquam Collegij vineam olearum amœnitate distinctam peropportunum leuamen attribuit: cui se præsentè, vna cum liberis precatione, sacroq; carmine Canonicis choroq; Cantorum supplicantibus benedici religiosè voluit: primusq; pallioposito, arreptoq; ligone lætus aggressus est vites, quas, vt alter Isaac, sublatis in humeros filius alacer comportabat, infodere; eademq; inuocato cælestium nomine, suo ordine disponebat. Gnatus autem natus maximus, & cetera proles imitabantur piam genitoris industriam, pulchro sane spectaculo, & oculis infueto. Ouiedus sæpe agebat ad populum, magnoque audiebatur hominum cœtu, motuque, nec tamen intermittebat aut Neophytis solatium orationis afferre, aut eos, qui apud se peccata deponerent, intentis auribus auscultare. Valentiam miro informabat homines ad orationem vsitato secessu: ex eoque numero Theologiæ doctor, & Dei verbi prædicator eximius sese ad nostros adiunxerat: sed quoniam teneriore, ac molliore in suos animo videbatur, nec satis tanti beneficii vim, magnitudinemque perpendere, consultus Ignatius non dubitauit in tanta operarum penuria, vel ornatissimum virum de suo cœtu dimittere; ne male posito fundamento, aut quauis postea ventorum procella nutaret, aut miserandas ederet aliquando ruinas. Huus quoque Collegij egestati Dux Borgia mille aureis nummis subsidio venit. Inter literarum studia, quæ sane calebant, pro se quisque proximos inflammabat, apparebatq; flammæ fructus opinione maior. Ioanna Cardona spectatissima sœmina magistrorum superabat expectationem, quæ nec publici valetudinarij pedores horrebat, nec ægrotantium spiritum, quibus se ministram iungebat, squalloremq; vitabat: quin & plagis eorum pia dabat oscula, vt de Beato quondam Basilio commemorat Nazianzenus: Et quod maximum in Deum amoris indicium est, adeo diuina eius consuetudine, colloquioque ducebatur, vt septem, nouemque interdecim horas nixa genibus hæretur immota, tanto totius corporis æstu, vt madefactum sudore solum tanquam ab imbribus digressa relinqueret. Par in proximis caritas, quæ diuino ab amore nunquam potest esse seiuncta. Cui cum virum carissimû non ita pridem inimicorum odia necassent, virilis tamen sœmina interfectorem in eius ædibus conuenire, & cibum vnâ capere (tantas à Domino iam vires acceperat) non exhorruit: nec ab ea ipsa dextera, quæ tantum nefas in virum admiserat, dapes respuit. Quid huic non dimit-

56

Gandia in Societate adscriptus Franciscus Saboia.

57

Et Barthasar Diazus.

58

Ambrosius Belgæ.

59

Emmanuel Sæ, el Sæ adiscens doctet philosophiam.

60

Ad vsitum Collegij vinearum Borgia virtutis humilissimè accipio.

61

Res gesta Valentiam.

62

Ioanna Cardona ad eximiam virtutem Mironis institutione profectus Nazianzenus virtutis.

teret Deus, quæ talem Deo donauit iniuriam? Hoc demum fœminarum genus est, quæ sacramentorum tractatione, & quotidiano vsu proficiunt. Ea postea in eo ipso hospitio, vbi Christo in suis minimis ancillari confucuerat, magna sanctitatis opinione relicta, ad Deum abiit, tanto hinc egressa fidentius, quanto ad mortem parata prudentius. Hæc memorari hoc loco, quod in eam sanctimoniam ex Mironis disciplina profecerat, vtiq; & castitatis, & paupertatis emissis, etiam Societati (quantum in ipsa erat) sese deuouerat.

63

Res Lusitania.

64

Caruallis in uocatio ne constantia.

In Lusitania eadem erat apud nostros conseruandi animos alacritas, & industria. Strada sitienter audiebatur in Curia, & in eadem regium puerum Rodericius instituebat optatissimo progressu. Is ad Ignatium sex à sodalibus misit, missurus etiã plures, si requireret: adeo se multi perspectis vitæ rationibus offerebant. Caruallus quidam adolescens, cui Pater vxorem obtrudebat inuito, cum Societatem postulanti Conimbricæ, non fieret satis, silentio ad Simonem contendit; sed priusquam è paternis sedibus euolaret, vt consilium patri significaret; hoc illi ex Euangelio scriptum reliquit; si quis non reliquerit Patrem, aut Matrem, aut fratres, aut sorores, aut vxorem non potest meus esse discipulus. Cumque ei magis sapere paupertatis humilitas, quam diuitiarum iactantia cœpisset; in itinere commutauit cum mendico vestitum; nec puduit in Curia, vbi Simon erat, apparere pannosum. Ea re gratiam videlicet apud Deum, & homines iniit. Exceptus quippe à Simone benigne, literas ab eo Conimbricam abstulit, quibus iubebatur inter nostros sine mora conscribi. Postea à Pædagogico, qui eius reditum oblidebat, in itinere comprehensus, de sententia dimoueri nullis persuasionibus potuit. Nam quod ex Euangelio discedens parenti reliquerat, id in pectore assidue versans multo maluit in disciplina Societatis esse Christi discipulus, quam in matrimonij iugo seruus esse mulieris. Martino Sancticrucio Rectori post eius ad Urbem discessum, suffectus est Ludouicus Consaluius Valentia reuocatus, cuius magnopere laudabantur, & spiritus incrementa, & huius instituti notitia. Ad hunc Simon literas dedit, vt è Collegio Conimbricensi deligeret quatuor, quos ad Æthiopias magni Congi Lusitani Regis postulatione dimitteret. Cum enim Congi Rex, & ex nobilitate complures, doctorum destituti præsidio ad Ethnicos mores, & patria vitia relaberentur, multi que nondum sacro abluti baptismate sacerdotum operam desiderarent, nõ committendum pro sua pietate putauit Ioannes Lusitaniæ Rex, vt vbi quondam fuerat suæ gentis industria nec caelestibus sine prodigijs vera inducta, ac propagata religio (vt id ipsum infra nos fusius) ibi eam iam syluescentem, ac quotidie degenerantem, absque nouis operis, & noua cultura desereret. Ergo ad huius nuntij vocem Sagicorum omnium erecta sunt studia, & eam sibi omnes expeditionem multis cum lacrymis flagitarunt. Lecti sunt Georgius Vazius, Christophorus Riberus, Iacobus Diazus sacerdotes omnes, & Iacobus Soueralius nondum sacerdos, alto ceteris mœnore prostratis, quibus fors tam optata non obtigit. Quamquam alijs multis sua peregrinatio non defuit. Antonius quidem Gomius, Consaluique Vazius vicinis oppidis, vrbibusque percursis à monasterio S. Felicis ad Urbem vsque Portus (ea est autem regni pars inclita inter Dorium & Minium amnes) Euangelium longe lateque disseminarunt. Bis terue in die vel in campestri planitie sequentem à tergo turbam diuinis sermonibus incendebant; pernoctabant gratis communibus in hospitij; & tenui victu emendicato reficiebant ex laboribus corpus, & vires: quodque oratione docebant, corroborabant exemplo, contemnendis munusculis, & pecunia, negligendis vitæ commodis, & blanditijs. Nihil enim æque mouet hominum pectora, vt gratuita in animas caritas, & exquisita in Euangelij preconibus paupertas. Itaque capiebant operæ fructum inducta vbique pietate in hominum mores, & sacramentorum celebritate, quæ ad eam diem iacuerant, renouata. Nullus ferme erat dies, quo non ambo ad quinquagenos audirent confitentes, Vianaque in oppido interrumpenda quies nocturna erat ad commentanda, quæ per diem ad populum dicenda essent, ne pœnitentis multitudinis studia, cursumque tardarent. Pulchre & illud in vrbe Portus à Consaluo gestum, qui vt taurorum ab spectaculis multitudinem auocaret, matutina concione ad pomeridianam dictionem tum, cum agitata feræ erant, vniuersos inuitat: testatus se tum demum intellecturum, quinam seculi, qui nam Domini serui forent; cum qui Theatrum, qui Templum peterent, obseruaret; nec mutaturum se dicendi consilium, quamuis à corona relictus, vetulam duntaxat audientem habe-

65

Conimbricæ Rector Ludouicus Consaluius.

66

Lecti ad missionem Coganam Georgius Vazius Christophorus Riberus, Iacobus Diazus, Iacobus Soueralius.

67

Antonij Gomij, Consalui Vazij egregia opera peregre.

Antonij Gomij, Consalui Vazij egregia opera peregre.

ret. Hoc ardore curiosæ multitudinis studium, & cupiditatem repressit, & ab diro spectaculo ad audienda Dei verba conuertit. Vt enim se quisque Dei famulum, non mundi, Satanæque mancipium declararet, dicendi tempus sedulus anteuerit: Itaque à prandio ingens ad eam multitudo compleuit: vt cuius erat oculis noxium pabulum præparatum, eius iam auribus salutare epulæ præberentur. Cuius erat hac in vrbe Henricus Gouea, qui olim à Francisco Strada solenni meditatione exercitus, tanta est à Deo luce perfusus, vt vel in illo suo vitæ genere, quoad eius fieri posset, Apostolicos imitari labores, & vitam vellet. & quo posset Deo & proximis vacare liberius, domesticis negotijs fidelem famulum præficit, domumque suam domum facit orationis, distributis ita diurnis spatijs, atque temporibus, vt sua orando Deo, sua perscrutando pectori dei pars dicaretur. Familia eius paucis diebus in religiosorum est versa Cœnobium: vt non mireris tres eius liberos in Societatem se recepisse, cum vel ipsi famuli, seruique vbi vbi essent, nihil nisi de Deo agere, ac loqui possent. Donum in eo erat orandi præclarum, & excellens quædam de diuinis rebus fermocinandi facultas, quæ magnum in animis illis habebat ictum: nimirum Ignatij, Xauerijque sortitus spiritum videbatur. Nam spiritus ille Patrum pectora peruadebat: & materiam inter externos nactus idoneam, longè lateque serpebat; vt mirum videri non debeat si Patrum hortamenta salutis, & peccatorum sequeretur perfrequentis expiatio, & certa morum, vitæque conuersio. Denique noster Henricus lucrandis Christo animis se totum dabat, & quos lucratus erat, studiose fouendis. Hos in vsurpandis crebro mysterijs firmabat ad constantiam, illos orandi præceptis, quos ad ea capienda ingenium, ac natura genuerat, imbuebat. Neque vnus ciuitatis, oppidique bono contentus industriam, ac sollicitudinem suam ad villas, & loca finitima deriuabat: vt quæ iam aliam se autorem instituerant viuendi rationem cum in sententia confirmaret, tum ad meliora proueheret. Hac tanta animorum procuratione, atque solertia Ignatium Azebedium Christi postea Martyrem Deo peperit, quem cum audisset rerum humanarum satietate teneri (eius quippe cor iam tetigerat Deus,) viginti ferme millia passuum conuenit hominem, eumque incensum sermonibus suis tandem perpulit, vt Conimbricam ad exercendum spiritum se colligeret, vnde omnis eius salus, & vt suo reddetur loco, sanctitas non vulgaris. Georgius Morera & Syluester Alfonso in Oppido Guardix, Bellæspæræ, ac circumiectis magno successu elaborarunt. Sustulit Morera Guardienis populi partim Episcopum, partim Decanum sectantis graue dissidium, publicasque alias criminum causas. tanta autem dexteritate, atque constantia, ne verberum quidem comminatione lentior factus, honoratum sacerdotem ab inueterato abstraxit flagitio, vt is tandem virtutis degustare dulcedinem incipiens, immensasque Patri gratias agens, adhortaretur eum, parem vt in alijs quoque peccato implicitis explicandis retineret viam agendi. Neminem enim fore, quem non è sententia flecteret, quando ipsum toties, tamque grauiter ab alijs frustra concussum, potuisset euertere. Nec minus utilis Emanuelis Nobregæ per pagos proximos error fuit. Sacerdotes nefarijs cum scortis, veluti iustis cum vxoribus magna omnium offensione coniunctos, ad sanctimoniam, atque pudorem populo admirante traduxit. Animasque, nudis interdum pedibus, atque mendicis, & sui corpusculi prorsus negligens, quæritabat. Minitabatur vbi que promptas iras diuinæ iustitiæ, populosque ad sua castiganda peccata terrore incusso flectebat. Longum esset persequi, quos ad concordiam Nobrega reduxit, vel crebris cum iniurijs, ac probris, in Christi gratiam excepit. Quodam in oppido exitinere, fameque fessus concendit recta suggestum: sed quia non satis erat ad dicendum solutus, & expeditus, dilapsa tamen quidem concio est: ceterum Parocho persuasit, vt ad pomeridianam dictionem populum inuitaret. Fecit ille quod rogabatur, sed tamen cum stomacho, populoque significauit inuitus, Licere ei, si collibitum esset, balbum illum Clericum (sic enim describebat in risu Nobregam) audire dicentem: futurum tamen, vt non multum inde referret ad suas animas commodi. Adfuit nihilominus populus inuitatus, & contra opinionem Parochi adeo balbi verbis exarsit, vt de eo retinendo, vel regio nutu interposito, cogitaret. Fructus quo magis insperatus, eò gratior, vberiorque. Ibi femina, quam iam inde à prima ætate Satanæ exercebat, post expositionem apud Nobregam humili confessione peccata prorsus liberata est, seu ad declarandam

68

Henrici
Gouea vir-
tus eximia

69

Ignatius
Azebedius
Societati
adiungitur.

70

Missio fru-
giferæ Mo-
rera. &
Syluestri
Alfonso.

71

Missio Em-
manuelis
Nobrega,
& præla-
tus enatus.

viii

72
Communi
verberatio sexta
quaque
feria.

73
Capitulum
adificari
Collegium
Conimbricense.

74
Ardor pietatis
in Conimbricensi
Collegio.

75
Varia morificationum
genera.

vim tam salutaris mysterij, seu ad vindicandum à derisoribus hæsitantem lingua Dei præconem. Olisippone audita de more vox est Stradæ in frequentissimo conuentu, nec minore sane prouentu. Intendebatur hominum ardor, cum eorum qui sacra mysteria celebrabant, tum eorum qui pie in sua corpora sæuiebant. Erat enim id temporis apud Patres hoc in more positum, vt sexta quaque feria pijs hominibus (vnde conflata Sodalitas) in æde conclusis, primis scilicet intendentibus tenebris, copia fieret verberandi sui. Verberatio hæc psalmo quinquagesimo fiebat, & antequam veniret ad verbera, vnus aliquis ex Patribus sermonem ad horam de acerbissimis Christi Domini cruciatibus, & flagellis habebat. Strada tamen ad horæ quadrantem dicendi terminis coarctatis, verberantium etiam conuentum vno cum fructu mirifice auxit. Conimbricæ sese aggregauere non pauci: nec in alimenta recepti numeri regia liberalitas deerat, vel aduerfante per suos satellites communi hominum hoste. Postidie Idus Aprilis ædificari cœpta noui moles Collegij simplici, sanctæque cæremonia. Horam precationi communiter omnes in templo dedere, deque sanctissimo IESV nomine facci dotes fecere sacrum: tum ad aperienda fundamenta vniuersi concurrunt. Pie alacriterque laborantibus examen apud existit, quod cum aliquamdiu circumuolitasset sonoro discursu, procul è conspectu euolans bonæ spei plenos omnes reliquit, ex memoria editæ olim S. Ambrosio infanti significationis. Nouo igitur capto impetu lectos aliquot lapides in Sanctissimo IESV nomine, cui adificatio tota dedicabatur, tum Pauli Tertij Romani Pontificis, & B. Ignatij, & Regum Lusitanorū, ad extremum eximios tres in Sanctæ Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, quibus debent Religiosorum recta fundari, Simon post precationem solennem rite iecit, nullo alio maiore apparatu, quam suæ, & sociorū insignis pietatis, & dulcium lachrymarum. Placuit etiam ad memoriam agendarum Deo gratiarum, & sanctorum demerenda patrocinia, quorum dies agebatur natalis, Tiburtij, Valeriani & Maximi nomina tribus imponere socijs Antonio Quadrio, Christophoro Mendio, & Georgio Serrano: quorum post aliquod tempus primo, postremoque ad nomina sua reuersis, vni Medio ad finem vsque Valeriani permansit. Ignatij quoque Societatis Parentis statuit Simon ei nomen imponere, qui primus post cœptum ædificij opus in eo Collegio nomen Societati dedisset. Euenitque vt subinde reciperetur adolescens ex oppido Gouea Vascus Martinius, cui beata sorte obtigit non vocabulum modo, sed & præstantes B. Patris participare virtutes. Hic enim Ignatius ille Martinius est sanctitate per celebris, cuius præclaras laudes suus annus exponet. Crescebat moles inchoati Collegij manibus quoque & opera famulorum Dei, quos spectâdos sæculo generis claritudo, seu dicendi facultas, siue alia decora faciebant: vt virtutis quodammodo manibus virtuti domus extrueretur. Crescebat ardor suæ priuatim cuique spiritualis domus ædificandæ. Crescebat & regius fauor, liquido vt appareat cetera eis insuper adijci, quibus antiquissima cura sit Regni diuini. Serio quippe res agebatur, & precationis studium, sitisque colloquendi cū Deo in ijs Patribus ardens erat. Nullus tum precationi modus, nulli termini à legibus constituti, nisi forte, quos præscriberet orandi dulcedo: vt etiam extra precandi tempora, vel aliud agentes, nec sentientes orarent. Nulla eorum colloquia nisi de Deo, nec aliud nisi Deum illorum congressus, consuetudoque redolebat. Cuius odore qui propius accederent, excitati, ne ipsi quidè audebant alios coram ijs inferre sermones. Quippe eorum duntaxat vultibus contemplandis in eam de ipsis opinionem veniebant, vt tanquam Deo plenos, & supra fastigium hominum collocatos reuererentur, ac colerent. Quid crucis mortificationem memorem? quid varias, multiplicesque sui deprimendi, ac demittendi vias? Ioannem Aragonium cerneret pueros inter orbos vijs publicis cantitare. Franciscum Veiram Conimbrica profectum, pannosum & scrutis obuolutum, nulla oris, animique mutatione Olisippone intrare, suoque vultu, coloreque in cætus hominum sese inserere, versarique cum ijs, quibus ante notissimus erat, & quos suæ disciplinæ habebat addictos; perinde ac si splendido quodam, nitidoque cultu fulgeret. Alios autè plebeio, laceroque indutos amictu cistam gestantes in manibus obsonatorem domesticum sequi. Quosdam vero cum in publicum prodeundum esset, ad vestiariam celeri cursu tendentes, contemptissimum quodq; vestis genus omni conquisitione delectum arripere. In ijs Nobrega, foras animarū causâ mittendus, perquisitis sibi cū socio breuioribus quibusdā lacernis, quæ genu

vix tangerent; pallijsque, ac galeris omni vetustate contritis, tam lætus, tamque alacer pedestre illud ingressus est iter, ac si ad agendum lætitiæ diem, & iucundas quasdam epulas vocaretur. Hos ardores ponderosa, plenaque sapientiæ de studio perfectionis epistola B. Pater ab vrbe laudauit, eruditique: docens quam ad excelsum vitæ genus vocati essent, quot haberent præsidia: Quam timenda remissio, quam nimia quoque contentio obsequij gubernaculo temperanda. qua in re, dum scientia expolirentur, & ad animas deinde iuuandas instruerentur, elaborare præsertim deberent, quaque via interim proximorum commodis inseruire. Quibus literis Collegium illud, vti profecit semper, ita hodieque merito gloriatur. Interim in India Henricus Henricius, quem superiore anno aduectum narrauimus ex Lusitania, iussus in oram Piscariam proficisci Tutucurinum, & Punicale aliaque minora oppida sibi credita decem dierum interuallo percurrit. Sed Punicali velut aliorum in vmbilico diutius, quam in ceteris residebat. Inde suam cuique opem pro comperta necessitate mittebat, & per vnum aliquem ex indigenis ab se edoctum, institutumque cereros locos instituendos, erudiendosque curabat. Fructus respondebat industriæ. Præerant alijs alij de Societate locis, vbi religionis elementa tradebant, & omnem excolebant ætatem. Alliciebantur ad Christum ethnici, & ad id plurimum ponderis Prætorum in primis habebat fauor. Desudabant in eo tractu præter Henricum, Alfonsus Cyprianus, Franciscus Henricus, & alij duo; quorum omnium moderator, ac caput erat Antonius Criminalis. Nam Beiram recessisse cum alijs in Molucas, haud ita post dicemus. Vñ catechismi sane multiplex: binæ quotidie ad pueros lingua vernacula; singulæ ad fœminas sabbato; singulæque die Domini scholæ habebantur ad viros. Ora claudebantur Idolis, & relegata superstitione, quotidie magis efflorescebat Christi religio. Repugnabant videlicet ethnici, & Saraceni fredebant: nec deerat à falsis fratibus frequens etiam tolerantia materia; sed occaluerat operarum Domini iam virtus in rebus turbidis, asperisque vt nec insultantem improbitatem, atque perfidiam, nec quauis aspera, Dei causa formidarent. Ingens in ijs regionibus morum labes, nulla penè scintilla rationis; minor incolarum ad legem Christi propensio, minus etiam erecta ad res diuinas ingenia; tametsi ad humanas, & ea, quæ corpus tangunt, acuta satis. Paupertas inter eos summa, pudenda nuditas. Iraque versabatur in lubrico virtus, nec ad eos cuiquam tutus erat accessus, nisi vera, ac solida virtute munito. Ad eliciendos è vastissima illa regione fructus aliquos, opportunissimum videbatur teneris puero- rum annis vnà cum literis virtutem tradere, quorum postea inter suos se se explicaret, ac propagaret industria; quique indigenarum sermone percepto in ediscenda Christi lege fidem nõ deliderarent interpretum, qui vertendo multa peruertunt. Idem erat, vt dicebamus, Lancilotti iudicium, qui robustiorem non probabat aetatem, in qua adeo vitij excœcata mens erat, & Satanæ fraudibus irretita, vt ad Christianam erudiri pietatem longo, & operoso labore vix posset. Lusitanorum in India vires, opesque perpetuo quodam adminiculo sustentabantur æternæ mentis, ad Euangelicum, opinor, lumen in eas partes inferendum. Et anno quidem antecedente vrbe Dio à Barbaris occupata, expugnataque propemodum arce, magnum res Christiana discrimen adierat. sed opportune (vt solet) diuina vis adfuit, quæ tormentis bellicis in Lusitanum obuersis, ne ignem conciperent, vim ademit: quo concepto Lusitanorum haud dubie plerisque conciperent: nec enim globorum declinare vim poterant, & fugæ omnis itinera crebris erant infesta missibilibus. Affirmabant etiam in summa turri principis ædis conspectam esse præstanti forma mulierem, quæ contrariam cœcaret aciem, orbaretque luminibus. Credita est Dei mater Lusitanis venisse subsidio, cuius ope pulsus sit hostis, & ipsa ciuitas vindicata. Iam Xauerius, quem in Insulis Mauricis supra reliquimus, Christianorum lustratis pagis ad confirmandos Molucensium animos Ternatem redijt. Hic tres circiter obduxit menses dispersit ita muneribus, vt diebus festis mane ad Lusitanos, vesperi ad Neophytos verba faceret: vtrisque autem contentibus promiscue operâ daret: seorsimque ad Lusitanorum coniuges quarta quaque, & sexta feria de symboli capitibus, de præceptis Decalogi, de pœnitentiæ, Eucharistiæque bono differeret. Regem Aerium, qui eius videbatur lætari congressu, frequenter inuisit; ostendebat il-

76
Res India.
77
Henricus
Henricus
oram pisci-
ariam subes
excolere.

78
India mo-
res deprava-
uati.

79
Fauor De-
us mirabi-
liter Lusit-
anis in
India.

80
B Xauerij
res in Ma-
lucis.

le quidem spem aliquam suscipiendæ religionis, & eundem aiebat à Saracenis atq; Christianis coli Deum, futurumque vt in eandem aliquando religionem vtrique coirent: verum quominus eam susciperet, impediēbat effrenata libido, & immoderata vitæ licentia. Nec ab eo Xauerius expressit aliud, nisi vt polliceretur, è liberorum multitudine quos habebat, vnum se daturum ad fontem, qui postea Mauricis imperaret. Ceteros quoque Saracenos non admodum in sua secta pertinaces Xauerius reperit, vtpote suæ disciplinæ planè rudes, ac sine Magistris. Ethnicos vero minus & hic abhorrentes à Christo, quam ab impurissimo Mahomete. Quo circa vtrorumque sperabatur in expedito conuersio, simul ac in Moluco Societas domicilium constitueret. Vnus ipse paucis mensibus Oppidanorum animos sic excoluit, vt populum profusus alium, atq; inuenerat, in suo discessu reliquerit. Multos Christi militiæ adscriperat, & in ijs duas Regis sorores. Cui rei plurimo fuit adiumento sanctitatis opinio cœlestibus testata signis, atque prodigijs: Quo maiore Ternatinorum mœstitia, & vberioribus fletibus Indiam versus Amboinios ex itinere reuisurus, abscessit. In Amboini portu Lusitanorum onerarias offendit quatuor, quarum vt nautis, vectoribusq; consuleret, & eadem simul opera cunctis incolis, modicam sibi in ipso litore è stramentis casam, quoad in Indiam renaugandi facultas esset, extruxit; eodemque opere iuxta Sacellum, vbi accedentibus sacramenta præberet. Inde Christianorum repetendis pagis consignauit infantes; rudes, & imperitos erudijt. Vigesimo autem quam appulerat die ad vitandam amicorum, Neophytorumque in digressu complorationem, instructum repente nauigium de media nocte conscendit. Verum deprehensus, ac proditus ita cœpit animo tangi, totisque tentari præcordijs (ingens quippe turbæ, quæ se in portum effuderat, fletus, & clamor eruperat,) vt miseratione quadam subuereri inciperet, ne maius aliquod incommodum eorum animis, si digrederetur, accideret: maiorem tamen Dei gloriam sperans in sententia perstitit: & pie pios consolatus est gemitus, hortatus insuper, vt exercitationem disciplinæ Christianæ nullam diem intermitterent: Neophyti autem breuem Symboli explicationem ab se traditam studiose recolerent, memoriæq; mandarent. Nec defuit sacerdos amicus, qui pro sua pietate id operis, munerisq; susciperet, vt eorum institutioni quotidianæ bisas horas impertiret, & semel in hebdomada ad Lusitanas fœminas de capitibus Symboli, deque saluberrimis confessionis, communionisque mysterijs pro facultate differeret. Tandem à caris in Christo filijs pius Pater auulsus secunda nauigatione Malacam venit: cum tamen Regium nauigium, quò conscendere inuitatus abnuerat, animo (vt postea cognitum est) præfagiente futura, in vastas Syrtes inciderit. Commodum è Societate iam tres, cum cò Xauerius appulit, appulerant, Ioannes Beira, & Nunnus Riberius Sacerdotes, Nicolausque Nunnus adhuc ordinum sacrorum expertus, quos, vt iam ostendi, per literas Xauerius euocauerat. Hos cum bimestri amplius spatio iucundissime apud se habuisset, postea de rebus Molucensibus accurate præmonitos dimisit in Molucum. Sed Beira ad insulas Mauricas cum socio-Nicolao, Riberius in Amboinum solus diuertit. Vbi quadrimestri statione Lusitanæ classis, sexcentos circiter ad Christi cultum adduxit, & Christianorum peragrands locis catechismum passim tradidit; nefaria simulacra confregit, populos, quos alta nox premebat infœciæ, Euangelij lucem prætulit; & recedente Classe, Lusitanos quosdam, qui se socios sancti laboris obtulerant, ad augendum Christianorum numerum excitauit. Xauerius verò dum nauigationis Indicæ tempus aduentat, quatuor Malacæ menses in suis se curis, muneribusq; continuit, & ad excutiendas è Neophytorum pectoribus inanium Deorum fabulas, Euangelicam eis de Christi aduentu inculcabat historiam; institutoque suo mortuorum animas, quas crucians purgaret ignis, vt etiam eos, quos mortifera peccati fraus vrgeret, sub primas quotidie tenebras adiuuandos piorum precatione curabat. Ad eam rem ciuitas Malacensis certum constituit hominem, qui læua laternam, dextra tintinnabulum tota vi be circumferens nocturno strepitu, & inflexo ad commiserationē vocis sono, cum sui cunctos admoneret officij, tum iræ cœlestis improbis terrore incuteret. Is postea mos ab vrbe Malacæ in omnē Indiam, vltimiq; Orientis vires longe lateq; profectus, etiā num viget ingenti mortuorū, viuorūq;

compen-

81
Reuisit
Amboini-
os, à qui-
bus eger-
unt di-
missionem.

82
Reperit
Malacæ
Ioannem
Beiram,
Nunnum
Riberium
Nicolaum
Nunnium
quos in
Molucum
misit.

83
Præclara
gerit, ir-
stituitq;
Malacæ.

compendio. Sequitur res admiranda quam per Xauerium diuina Maiestas, & ad illustrandam Christiani nominis gloriam, & ad declarandam suam in Christianos presidentiam, tutelamque patrauit. Appulerat intempestæ noctis silentio Malacam valida Regis Aceni classis è Somatra insula, quæ est è Regione Malacæ. Hic disperseris inter se muneribus Barbari ex improviso partim inuadunt arcem, partim Lusitanorum in portu naues incendunt. Illi à præliarijs militibus forti animo repelluntur. At hi Lusitanos Nautas nec opinantes opprimunt, nobilibusque nauigijs signem iniiciunt. Qua capta præda, atque illata pernicie Christiano, Lusitanoque nomini insultantes, exultantesque discedunt: nec eo contenti, piscatores quosdam Christianos factos, amputatis naribus, auribusque, extremisque calcaneis, ad Malacensem præfectum Simonem Mellum cum exaratis eorum cruore literis mitunt, contumeliose læcessentes ad pugnam. Mouit omnes miserabilis suorum species, quos adeo barbara crudelitas deformauerat. Præfectus autem perlectis in conuentu militum literis, & illatam non tam Lusitanæ genti, quam Christo, Christianoque nomini reputans contumeliam, de Xauerij consilio constituit, classe aliqua raptim instructa abeuntem hostem fortiter insequi: & victoriam pie pugnantibus pollicebatur à Deo in Dei causa Xauerius. Verum nauigiorum obstabat inopia, tot hostili iam flamma crematis, septem autem duntaxat relictis, tempestate quassatis, quæ ad rem bellicam vsui esse, nisi resecta, non possent. Ergo in ea hæsitacione Xauerius, quoniam & diuinæ Maiestatis honos, & Lusitani Regis agebatur existimatio, comparandæ classis onus, partesque suscepit: ad militesque conuersus, Deus, inquit, nobiscum stat, cuius ego vobis nomine iam ante denuncio, ne quemquam à tam pio bello, quò ille ipse haud dubie nos vocat, vllus auocet merus. Ego memet vobis socium periculorum omnium, ac comitem offero, vt Christi, ac Regis persequamur iniurias. Ea vox militum accendit animos. Nemoque fuit quin se in id bellum, haud dubia spe victoriæ, cum Xauerio pariter offerret. Porro ducum, militumque consensu Præfectus Simon Xauerio ipsi cuncta permisit. Is cum armamentarium videret inane, septem Nauarchos de nobilibus, ac locupletibus aduocauit; eosque blanda oratione perpulit, vt pro sui Regis, & Christiani nominis maiestate lacera illa, quæ dixi, nauigia, singuli singula suo labore, atque impensa reficerent, testatus eos in eam rem sumptum centuplicato scenore recepturos. Ita quadriduo stetit in portu classis pro loci opportunitate rebus omnibus ornatissima. Præficitur Franciscus Sà, Simonis affinis cum Lusitanis militibus centum, & octoginta. Hos Xauerius, quoniam sequi pro voto non licuit (non enim Præfectus vrbis populo reclamante, permiserat) pro concione solatus bono animo esse iussit, profecuturum se profus animo, precibusque, quos corpore non liceret. Deinde monuit, vt pro Christo Domino crucis in patibulo pro eorum salute necato, mortem sibi quoque contemendam putarent: Eiusque pendens specie sibi ante oculos collocata bellum, præliumque capesserent: affuturum illum haud dubie pugnantibus, & opem poscentibus allaturum. His præceptis instructos rite confitentes excipit, & Eucharistiæ sacramento confirmat. Sic armatos pergere in hostem iubet ad exploratam, certamque victoriam. Cuncti diuino impulsu spiritu sacramento se obligant, & Dei spondent ante conspectum, vltro se pro Christo mortem, si res ferat, appetituros. Ea cohors honoris causa, & ad tenendum, quod Deo teste professæ erat, lesu Christi cohors à Xauerio vocitata est. Verùm in ipso portu egregiè ornatum, instructumque nauigium seu Satanæ odio, seu Gubernatorum incuria, inspectante ciuitate deprimitur, ingenti rerum omnium damno, præterquam militum, nauticorumque. Visum tum vulgo indicium, quasi diuinitus editum futuri periculi, ne plena alex susciperetur expeditio. Fremere spectantes Ciues, & verbis carpere, nunc classis, nunc vrbis Præsides, temerarij certaminis autores. Simon quanta sibi tempeestas impenderet inuidiæ, secum ipse perpendens, Xauerium properè accersit. Is tum in ægrotorum æde sacris operabatur, quibus tranquille peractis, priusquam nuncius verbum esset effatus. Abi, inquit, ac Præfecto renuntia me mox affuturum, & bono animo esse iube, quod extremis temporibus, & cum deplorata sunt omnia, tum suis Deus adesse soleat. Deinde subsecutus ipse, plena consternationis, atque tumultus offendit omnia. Et ad Simonem læto ore, animoque fidenti, Quid est, inquit,

84
Multa Xauerij prædictiones, & mira per eum parta victoria.

85

Simon quod res tantula frangit animos? omnipotens est, cuius nos in fidem, tutelamque proiecimus. Dein singulos milites, Ducesque corroborans ad tam honestum, ac salutare bellum iterum acuit. Præfectus quanquam Xauerij cœptis impense fauebat; tamen ne quid inconsulto videretur aggredi, primarijs ciuibus ad consilium vocatis, diligentem eius rei deliberationem habuit. Dictis sententijs ciues ad vnum omnes temerariam censuerunt expeditionem illam: contra milites, tentandam belli fortunam, satiusque esse honesta morte defungi, quam datam semel Christo fidem fallere. Id adeo in omnium animis fixum fuit, vt nouo protinus sacramento, nouo iureiurando se se vniuersi deuinxerint, ingenti ceteris admiratione suspensis, quos nullus attingebat instantis periculi metus. Xauerius collaudata militum fide inculcare spem Dei cœpit, apud quem non esset ulla distantia, vtrum in paucis, an in pluribus adiuuaret: pro vna amissa biremi, duas ante noctem accessuras. Euasit quod cecinit. Non dum se condiderat Sol, cum gemina biremis Iacobi Suarij, qui recto cursu, ne portorium solueret, nauigabat, Malacam propter apparuit. Ea Xauerij precibus ad urbem appulsa, Classem auxit, & belli Socium se Suarius obtulit. Adeo stare cum Lusitanis Deus, Xauerio supplice, videbatur. Ergo alacres cuncti milites non plus ducenti triginta, nauigijs octo grandioribus Acenorum classem insecuturi discedunt. Eam cum multos dies intra Cambile promontorium frustra quæssissent, & re infecta iam Malacam repeterent, non multum inde prouecti de occultis Acenorum insidijs apud amnem Perlensem ex piscatore cognoscunt. Audierat quippe hostis, Lusitanas illac naues Malacam transituras. Exultare igitur ad eum nuntium lætitijs omnibus Præfectus classis: gaudiumque suum assumpto incunditatis ornatu, lautius milite, sociisque tractandis, & bombardarum omnium displotione testari, tantum iam conceperat in præcordijs, Deo corroborante fiducia, euidentis exorati Numinis, victoriæque instantis iudicium. Barbari bellicis excitati tormentis, vt ex captis ab exploratoribus scaphis cognitum est, direxerant in pugnam naues, concitatoque impetu ferebantur ad prælam. Præfectus verò Sâ Promontorij opportunitatem secutus, quod Perlensis amnis imminet ripæ, eius in recessu vbi lenissimus fuit, classem ocius ad prælium instruit. Mox accenso milite reuocandis in mentem Xauerij monitis, & sacramento IESV Christo bis dicto, in hostem ducit. Desfluebant ex aduerso, secundo tamen amne in pugnam barbari dissono tympanorum concentu, horrendoque vlulatu. Præibat eorum Prætoriam, quaternis Turcicis cincta triremibus; sequebantur biremes senæ ordinibus distinctæ nouem, innumeris fistulis, ac bombardis instructæ. Lusitanus, vt primum barbarorum agmen promontorij flexus aperuit, repente tribus cum nauibus occurrit hosti, ceteris, vt aciem direxerat, subsequi iussis. Barbarus furore præceps, dum bombardas ante tempus in hostem incendit, irritò icu globos omnes in undas excutit. At Lusitanus, pro quo Dominus dimicabat, prægrandi globo grandiore intorto bombardâ, Acenorum Prætoriam tam certo librauit icu, vt eam funditus in alto demerserit (profundo quippe alueo Perlensis est amnis, & torrens, rapidusque fertur, vt nusquam toto cursu vadum aperiat) Ergo hic oppressa librato globo Prætoriam, dum turcicæ triremes omiâ pugnâ cursum inhibent, Duci, Proceribusque opem laturæ natantibus; victoria Lusitanis primò impetu se sponte obrulit. Biremes namque sex insequentes à tergo, in turcicas triemes, quæ ex obliquo naufragis excipiendis occurrerant, incurfantes; & posteriores incussæ prioribus, proræque puppibus, se se inuicem implicabant, & collidebant, vt iam secum ipsa, non cum aduersa pugnare classis videretur hostilis. Sane accidit quasi miraculum à Deo, qui vt olim paucis militibus Hebræorum immittebat pauorem in hostium castris, & ea conturbabat, ac permiscebat, vt cuiusque gladius verteretur in proximos, & mutua se cæde truncarent: sic in hac pugna, paucorum terrore militum, classem hostium turbauit ingentem, & inter se se commisit atque permiscuit, vt sibi ipsa exitium esset, & extrema pernicies. Namque impeditam ad pugnam, & sibimet coherentem vno tempore Lusitanus aggressus ter effusa tormentorum procella, nouem inter se conferta nauigia momento demersit, & alia complura ingenti barbarorum strage labefactauit, ac fregit. Remiges, militesque superstites pauore cæci, & natatu petentes effugium, rapidum desiluerunt in amnem: cuius repentinis hausti vorticibus nusquam amplius apparuerunt.

87

*Judic. c. 7.
6. 1. Reg.
14.*

runt. Nemo profus euasit, ne nuntius quidem tantæ cladis. Et, vt ex captiuis postea rescitum est, quatuor barbarorum millia, in quibus Turcæ, Ianizarique complures, & primarij ex Aceni Regis Aula non pauci perierunt. Tam insigni nobilique victoria Lusitani, Immortali Deo, vt par erat magnopere gratulati classẽ vniuersam, præter decem illa, quæ depressa diximus in aqua nauigia, in suam potestatem redegerunt, diuitem sane prædam, sine sanguine, sine labore. vt tum planissimum fieret, non partam humanis viribus: sed donatam à Deo fuisse victoriam. *Aucti sunt spolijs cuiusque generis pene innumeris; bombardis ferme trecentis, nauigijs quinque & viginti, inutilibus concrematis.* Perlensis præterea Rex Acenorum metu, rapinæque leuatus, & amissa præda ferro recepta, Lusitano Regi pro accepto beneficio stipendiarium, & amicum vtrò se fecit. Hic Xauerianæ vaticinationis terminus fuit, hic saluberrimi consilij, & intentissimæ precationis exitus: hæc fiducia merces in Deum, hoc præmium, quæ nullis trepidantium, aut desperantium vocibus minui, nullis obrundi falsis rumoribus potuit. Cum enim Malacæ interim à Saracenis accolis rumor esset temere dissipatus, Lusitanos in pugna cecidisse, & lamentis, ac gemitu, fœmineoque vlulatu tecta reboarent, Xauerius eadem semper fronte, eodemque vultu fausta vbique, ac prospera promittebat: timidos, & providentiæ cælestis immemores increpabat: abiectos & pene desperatos erigebat ad spem, & ad obtinendam in instituta prece fiduciam. Quin eo ipso die, & ipsa hora, qua congregati inter sese classes aduersæ cœperunt, cum ad populum verba faceret, ad Christi simulacrum in Cruce pendente extemplo conuersus primum pugnae conflictum describere per ambages instituit, & ardentibus oculis, multoque fetu rorantibus exclamare, *ô IESU, Deus cordis mei, quæso te per passionem, & mortem tuam, ne deseras quos pretioso sanguine redemisti.* Hæc & alia, quæ Dei Spiritus suggererat, effatus, reclinauit paulisper caput ad pulpiti marginem, quasi quadam corporis iactatione deficiens, eoque mox tanquam ex quiete, ac cessatione sublato, lato ore, ac renidenti exemplo proclamat. Nunc demum Malacenses incrorem ponite, nunc iucunditati vos date: modo à Lusitanis fufus, & prostratus est hostis, haud amplius tribus desideratis è nostris mox spolijs onusti reuehentur cum captis nauibus, nobilique præda. Certo die, (diem autem ipsum reditus designabat) hic reduces aderunt. Gratias ergo Deo, qui magna fecit in populo suo, & victoriam dedit nobis Dominus omnipotens. Recitemus semel orationem Dominicam, & Angelicam salutationem: Eisdemque pro paucis illis, qui de nostro numero ceciderunt, iterum repetamus. Habita prædictioni fides est, ingenti concionis admurmuratione, & pie ab omnibus actæ grates. Ipsa oris repentina mutatio, & perspecta viri sanctitas nullum dubitandi relinquebat locum. Eadem die matres familias separatim in alio templo pro concione solatus, nõ modo victoriam, victoriæque diem, sed ipsum quoque affuturi nuntij diem, quem de suorum essent accepturi salute, prædixit. Triduo interposito, eo ipso, quo prædixerat, die nuntius affuit: Nuntiumque ingenti cum præda victores, incredibili Malacensium gaudio subsecuti sunt. Ij victrici classi obuiam omnes ad litus effusi, pauerunt oculos tam inusitato triumphi spectaculo: cum quinque & viginti barbarorum capta nauigia ab octo duntaxat Lusitanis nauibus agerentur. Vt autem cœptum est victoriæ tempus in communi gratulatione disquiri, repertum est diem ipsum, & totius victoriæ seriem cum prædictione Xauerij mirifice conuenisse: cum tamen locus, vbi pugnatum erat, passuum millia ferme ducenta Malaca distaret. Extremo fere anno priusquam in Indiam renauigaret, noua spes Xauerio sese obtulit in vltimas etiam terras inferendi nominis Christi. Angerus erat ex Iaponia quidam Cangoximæ honesto loco natus, quem cum conscientia peccatorum stiaularent, nec respirare sicerent, ad suos sese Bonzios (qui apud Iapones velut religiosi numerantur) adiunxit. Verum cum ex eorum claustris, consuetudineque nihil opis ad sananda metis vulnera reperiret, statuit apud externos quærere, quod inuenire domi circumspectis omnibus nunquam potuit. Cumque de religionis Christianæ mysterijs, deque rebus à Xauerio gestis multa ex Lusitanis infortioribus cognouisset, studio elatus visendi hominis, vberiusque rei cognoscendæ Christianæ, non dubitauit, eius requirendi gratia vasto, atq; ignoto sese mari committere. Itaque notis cum Lusitanis itineris ducibus Malacam soluens post varios errores, atque discrimina, Xauerium, qui è Molucis Indiam repetens Malacæ subliterat, summa

90
*Angerus
 Iapon cum
 Xauerio
 congregatur, unde
 B. Patri
 consilium
 Iaponica
 expeditio
 nã.*

sua cum voluptate conuenit; nec minore certe Xauerij: qui vt mira quædam de Iaponibus audierat, tum demum in spem venit viam sibi in eas Insulas per hominem Iaponem apertum iri. Sciscitatus ex eo varia, & multa Lusitano sermone, cuius haud erat ignarus Angerus, ex ipsis responsis, ac percuntationibus minime vulgaris indolis (specimen cepit: hominemque pedetentim est orsus Christianis expolire præceptis, scrupulosque, ac sollicitudines animi, quibus dies, & noctes exedebatur, eximere; denique sermone tranquillæ vitæ, & veræ pacis inferere: vt iam suæ peregrinationis fructum sibi capere videretur Angerus. Et erat ille quidem ætate grandior, verumtamen tanto studio explicationi catechæsis intererat, vt capita subinde symboli, quæ in codicem sua sponte retulerat, in conuentu populi memoriter recitaret. Cum rogaretur an Christi legem suscepturi Iapones essent, si quis eam ad illos deferret: respondit, eos varijs ante percuntationibus exploraturos, quid religionis afferret; maximè vero vtrum dictis facta, & doctrinæ vita congrueret. Quod si & oratione eorum quæstionibus consentanea, & vitæ probitate eorum experimentis fieret satis, non dubitabat quin & suæ Prouinciæ Rex, & de Proceribus etiam multi, & quisquis denique iudicio aliquo esset, Christi legem arriperent. Et vero negabant Lusitani mercatores maiore apud Ethnicos villos, quam apud Iapones fructu collocari posse operam. Quibus Xauerius cognitis, incredibili continuo incitatus est studio Iapones ad eundi, nullis aut maritimis tempestatibus, periculisque deterritus, aut Sinensium pyratarum latrocinijs, & excursionibus, quibus iter illud infestum erat, exanimatus. Ergo mensibus ferme quatuor Malacæ consumptis, vt primum idonea fuit in Indiam trajiciendi tempestas, Angerum cū Lusitanis amicis Goam, Commorinenses ipse Neophytos ex itinere reuisurus, via breuiore præmisit. Malacensi autem ciuitati socios duos efflagitanti sui muneris, laborisque vicarios, eos remissurum recepit. Interimque ne Malaccenses inter Neophytos cathedris studia languerent, munus id externo sacerdoti Vincentio Viegæ egregie probo, nauoq; concredidit. Mox ipse Cocinum versus nauigaturus extremo anno conscendit: quò nisi proximo in eunte, non appulit.



HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Octauus.



Vo de quinquagesimo eiusdem seculi anno res Societatis eundem tenebant in Vrbe cursum. Ignatius præter cæteras de more curas, condendis constitutionibus, ac legibus diuturna commentatione, atque obseruatione, maxime vero precationis assiduitate vacabat. Interim, quod inter prima votorum habebat, postulatu Fræncisci Borgia Gandiæ Ducis ex Romano Pontifice est consequutus, vt exercitiorum libellum autoritas Apostolica comprobaret. Destinatis censoribus viris grauissimis Ioanni Aluaro de Toledo Cardinali Burgenſi ordinis Prædicatorum, Philippo Archinto Pontificis in Vrbe Vicario, atque Ægidio Foscarario sacri Palatij Magistro ex eodem sanctissimo & sapientissimo Prædicatorum cœtu, dupliciter ex Hispanico idiomate latine liber conuersus, inspiciendus est traditus: qui vtrumque exemplar, ne vocula quidem mutata maxime commendarunt. Tum comprobatio, & commédatio amplissima Apostolicæ Sedis accessit, in hæc verba.

1548

r

*Exercitia
spiritualia
B. Ignacij
Apostolica
autoritate
confirmantur.*

P A V L V S P A P A I I I .

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officij cura, in vniuersum Christi gregem nobis commissâ, & diuinæ gloriæ ac laudis amor facit, vt ea quæ salutem animarum, & spiritualem earum profectum iuuant, amplectentes, vota eorum, qui aliquid, quod fouere, & nutrire pietatem in Christi fidelibus valeat, à nobis exposcunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Cum ergo (sicut dilectus filius, nobilis vir, Franciscus de Borgia, Dux Gandiæ, nobis nuper exponi fecit) dilectus filius Ignatius de Loyola, Præpositus Generalis Societatis IESV, per nos in alma Vrbe nostra erectæ, & per nos autoritate Apostolica confirmatæ, quædam documenta, siue exercitia spiritualia, ex sacris Scripturis, & vitæ spiritualis experimentis elicita, composuerit, & in ordinem, ad pie mouendos fidelium animos, aptissimum redegerit, illaque Christi fidelibus, ad spiritualem consolationem, & profectum magnopere vtilia, & salubria esse, non solum fama, ex plurimis locis allata, prædictus Franciscus Dux didicerit, sed etiam experimento manifesto, cum Barcinone, tum Valentia, tum Gandiæ, id compertum habuerit. Quare idem Franciscus Dux nobis humiliter supplicari fecit, vt documenta, & spiritualia exercitia prædicta, quod latius eorum fructus pateat, & plures Christi fideles maiori cum deuotione ad vtendum illis, inuitentur, examinari facere: & si approbatione, & laude digna inueniremus, approbare, & laudare, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica, dignaremur. Nos igitur, qui documenta & exercitia huiusmodi examinari fecimus, & quæ testimonio, ac relatione dilecti filij nostri, Ioannis Tituli S. Clementis, presbyteri Cardinalis Burgenſis Episcopi, achæreticæ prauitatis Inquisitoris, & venerabilis fratris nostri Philippi Saluciarum Episcopi, ac dictæ Urbis nostræ in spiritualibus Vicarij generalis, nec non dilecti filij Ægidij Foscararij, nostri sacri Palatij magistri, nobis desuper facta, pietate, ac sanctitate plena, & ad ædificationem, & spiritualem profectum fidelium

valde

valde vtilia, & salubria esse, & fore comperimus: debitum etiam respectum ad fructus vberes, quos Ignatius, & ab ipso instituta Societas præfata, in Ecclesia Dei vbique gentium producere non cessant, & ad maximum adiuumentum, quod ad id prædicta exercitia attulerunt, non immerito habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, documenta, & exercitia prædicta, ac omnia & singula in eis contenta, autoritate prædicta, tenore præsentium, ex certa scientia nostra, approbamus, collaudamus, ac præsentis scripti patrocinio, communimus: hortantes plurimum in Domino, omnes & singulos, vtriusque sexus, Christi fideles vbilibet constitutos, vt tam pijs documentis, & exercitijs vti, & illis instrui deuote velint. Necnon concedentes, vt huiusmodi documenta, & spiritualia exercitia imprimi, à quocunque Bibliopola per prædictum Ignatium eligendo, libere & licite valeant. Ita tamen, vt post primam editionem, sine consensu eiusdem Ignatij, vel successorum eius, nec ab hoc, nec ab alio omnino, sub excommunicationis, & quinquaginta ducatorum pijs operibus applicandorum, pœna, imprimi possint. Ac mandantes nihilominus vniuersis, &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die vltimo Iulij. M. D. LVIII, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

Blo. El. Fulginensis.

2 Secundum hanc Pontificis autoritatem cum esset libellus typis mandandus, ea versio, quam ediderat Andreas Frusius, non tam verba verbis vt altera, sed fideliter sententiam reddens, vsui aptior, ac prælo dignior visa est. Iſque primus faustissimo sane initio Societatis impressus est liber. Amplificabat præterea familiam suam Ignatius socijs modo recentibus adscribendis, modo mittendis velut alias in vrbes, regionesq; colonijs. Inter adscriptos accessit ex Hispanis Michael Ochioa Nauarrus cum ætate, tum probitate florens: cui vel nõ sentienti curationum Deus gratiam, donumq; contulerat. Æstuabat quotidianis febribus, qui hæc memoriæ prodidit, Ioannes Polancus. cuius curam aliquam cum Michael gereret, eique in sermone, vt fit, inieciſſet, se Barcinone, alibiq; morbos interdum aliquos certis adhibitis preceationibus depulisse; percunctari ex eo Polancus cœpit, quo tandem verborum genere, quauē mente inter curandum vti soleret, & vbi spem poneret reddendæ salutis; cumq; in verbis nihil non sanctum, ac pium; in mente nihil non rectum, ac simplex animaduerteret: quippe & à Deo Michael optabat, sperabatque salutem, & curationem omnem referebat ad Deum, sensit vir prudens candidum iuuenem gratia sanitarum à Deo fuisse donatum. Placuitque in se ipso, (Ignatio tamen ante consulto) collati muneris periculum facere. Nec abnuuit Ignatius, cum ne ipse quidem aut in curandiratione, aut in curante quicquam agnosceret vsitij. Prudenter tamen Polancus fecit, ne eo ipso die, quo remittebat febris, quæque porrigebatur inter horas fere decem & octo, Michaelis operam adhiberet; sed postridie illum, tum, cum ardentissima, & grauior solito recurrebat, acciret; quo die testatur ipse quandam se in præcordijs sensisse fiduciam recuperandæ salutis, quæ plerunque solet esse impetrati à Deo muneris, & gratiæ subsequētis indicium. Mox igitur ad Michaelē, vtere, inquit, in me beneficio isto, quo te Deus ad aliorum vtilitatem gratis, & liberaliter instruxit; salutem enim per te prorsus mihi reddendam spero. Ille vero iussus suo more, & sua ex fide facere, cum sacra quædam verba exarasset in scheda recitata ante augustissimum Eucharistiæ Sacramentum ter Dominica prece, & Angelica salutatione, schedulam ipsam ex egrotantis ceruice suspendit. Qua admota sensit æger è vestigio veluti quandam à capite ad calcem totius corporis refrigerationem. Tum demum magno suo bono Polancus gratuiti in fratre muneris vim perſensit. Sed ne superstitionis vlla prorsus relinqueretur suspicio, vt conceptis in posterum verbis, vsitatijq; suis ritibus abstineret, verum benedictione potius aliqua, imponendisue super ægros manibus vteretur, admonuit. Itaq; hoc ipso anno Tybure, & postea etiam in Hispania per sæpe complures ægros sola manus impositione sanauit.

3 Adscribitur in Societatem Michael Ochioa gratia curationum præditus.

4 Curatur ab eo Io. Polancus.

5 Exordium Tyburtini Collegij pacata per Ignatium Ciuitate oppido S. Angeli.

Sociorum autem quasi coloniarum in Italia constitutarum sunt duæ: altera Tybure haud ab Vrbe procul; Messanæ altera in Sicilia. Ac Tybur quidem per occasionem pacandæ ciuitatis, quæ ab Oppido finitimo Sancti Angeli efferatis animis dissidebat, Ignatius ipse se contulit. Vbi cum & Tyburtinæ ciuitatis magistratus, & Margaritam Austriacam

Octauij

Octauij, Parmensis Ducis coniugem (cuius finitimum erat Oppidum) conuenisset, singulari arte curauit, vt Bartholomæi Cardinalis à Cucua arbitrio cōtrouersia causa permitteretur: tantumque sua perfecit industria, vt armis tandem, quæ mutuis irarum furor in cædes manifestas acuerat, populus vterque proiectis, mutua rediret in gratiam, extinctisque funditus dissensionum seminibus pax constantissima sanciretur. Exceperat Ignatium hospitio cum comite sacerdotore, qui Tybure conciones habuerat, Ludouicus Mendoza, Societatis amicus. Is eam nactus opportunitatem sacram Deiparæ adera, quam extra muros sub ipsas villæ Mæcenatis magnificas ruinas, & infanas substructiones habebat cum domo, & hortis sanè quam amœnis, obtulit nostris, quam etiam postea, vt animarum vsibus parum accommodam nostri deseruere; ibi tamen primum Tyburtinæ sedis duxere primordia die ipso natali Deiparæ, cum ipse Ignatius incundæ possessioni, & celebritati nostræ exornandæ cum aliquot Patribus interesset. Messinæ autem, & Proregis Vegæ rogatu, & ciuitatis pietate constitutum est Collegium. Et hoc anno primum Collegia, quæ docendi prouinciam susciperent, in his Italiæ partibus cœpta sunt. Nam in India Goæ, & in Hispania Gandiæ, scholas publicè à nostris expositas, supra demonstrauimus. Prius autem, quam ab Vrbe dimitterentur, qui ad Mamertinum destinabantur Collegium, cōuocatis domesticis omnibus diligenter eis B. Pater consilium suum, quasque haberet diuini obsequij rationes, quantum speraret eius regni, ac totius Ecclesiæ emolumentum, quam obrem existimabat Ioannis Vegæ Proregis, ac Iacobi à Corduba Syndici, ac Mamertinorum etiam ciuium postularis obsequèdum exposuit. Vt verò idoneus posset haberi delectus; subiecit, vt singuli postquam triduo rem Domino cōmendassent, scripto ad hæc capita, quæ item scripto sunt tradita, responderent. Primum quidem an æquo, paratoque quisque animo esset, seu mitteretur ad Siculos, seu retineretur in Vrbe, id gratius habiturus, quod Præposito visum fuerit: cuius se gubernationi, tanquam Vicario Dei subiecit. Proximum autem, an qui eò destinaretur, eadem æquitate animi perfecturus esset siue ad ingenij, ac literarum munera, siue ad manus, & operæ ministeria: ita vt & docti in labore manuum, & qui nil didicissent, docere, quàm in ipsis esset, parati essent. Ad hæc si studiorum causa mitterentur, num parati essent vel scholares quauis in disciplina, quocumque sub præceptore versari, vel magistri doctrinam quamlibet tradere. Denique an præter obedientiam in his, quæ dicta sunt, exequendis, id in super essent habituri præstantius, aptiusque diuinæ gloriæ, quod eis esset à suo moderatore præscriptum, flectendis suis omnino sensibus, atque iudicijs aduersus mentem, sensumque Præpositi. Hisce percunctationibus aliqua ex parte seculi iudicio stultis, sed in Euangelicæ schola Philosophiæ altissima sapientia plenis alumnorum suorum mentem prudens magister ad eximij decus obsequij veterum Patrum exemplo formabat. Ac planè memorabilis fuit euentus. Dicta die ad vnum omnes sex circiter, ac triginta numero, quotquot erant domi, etiam coquus, suas tradidere syngraphas: in quibus cum absoluta sui abdicatione iudicij, ac voluntate promptissima, ad omnia se itinera, quocumque, quamuis ad Indos mitterentur, ad omnia munera, ac ministeria, quæcunq; iniungerentur, paratos, & alacres offerebant. Et sanè quoniam earum quedam autographa nactus sum, iucundum fore posteris arbitror, ex vna Canisij formula specimen omnium degustare. Habita mecum, inquit, qualicumque deliberatione, super ijs, quæ Reuerendus in Christo Pater meus, & Præpositus Magister Ignatius breui proposuit, primum adiuuante Domino in vtramuis partem æquè per omnia moueri me sentio, siue domi hic manere perpetuo iusserit, siue in Siciliam, Indiam, aut quouis alio transmiserit. Tum si in Siciliam abeundum sit, simpliciter mihi gratissimum fore profiteor quale quale iniungatur obeundum illic officium, ministeriumve, etiam Coqui, Hortulani, Ostiarij, auditoris, & in quauis disciplina, licet mihi ignota, professoris. Atq; ab hoc ipso die, qui est quintus Februarij, sanctè voueo sine omni respectu me curaturum nihil in posterum, quod quidem ad habitationis, missionis, similisque commoditatis meæ modum vllum facere posse vnquam videbitur, relicta semel, ac semper eiuscemodi cura, omni que solitudine Patrimo in Christo Reuerendo Præposito. Cui sanè tam quoad animi, quam corporis gubernationem, & intellectum ipsum, & volūtatem meam per omnia plenè subijcio, humiliter offero, fidenterq; commendo in Iesu Christo Domino nostro anno octauo super millesimo

6

Ædes S. Mariæ à passu Societatis tra dunt.

7

Constitutum Messinæ Collegium.

8

Quo modo B. P. per occasionem Sicula expeditionis Domesticorum obedientiam explorauit.

9

Singulare specimen obedientiæ Canisij.

10
*Duodecim
 ex diuisis
 nationib
 in Sicilia
 definiatur*

imum quadragesimum. lætus hoc animorum ardore B. Pater, Deoque gratias de eo plurimas agens, è nationibus varijs decem, quos mitteret, designauit. In his Hieronymum Natalem Hispanum, Andream Frusium Gallum, Petrum Canisium Germanum, eosdemque sacerdotes: interque nondum initiatos, Benedictum Palmium Italum; cum alij, si non vniuersa natione, prouincijs certe differrent. Qua ex tanta varietate gentium cælestis eius caritas, qui fecit vtraque vnum, non modo consensionem maximam, sed etiam germanitatem constabat amabilissimam.

11
*Difffusuri
 Summum
 Pontificis
 aduers.*

Quorum aliquos Ignatius coram prius periclitatus in ratione docendi, postea vna cum ceteris ad Pontificem Paulum deducendos curauit. Apud quem latinam orationem piam admodum, & ad rem accommodatam Canisius habuit. Cui Pontifex magna paternæ indulgentiæ significatione respondens, Pergratum, inquit, fuit nobis videre vos filij carissimi. Amamus enim Societatem vestram ex animo, vt qui cognitam habemus virtutem eius, & recte facta: & quantum,

12
*Verba ad
 eos Pontificis.*

quibuscunque adhuc in terris versata est, spirituales fructum fecerit. Vos quoq;, quod fore cõfidimus, eodem tenore pergite. Curate, vt qui ad istam profectiõnem præcipue lecti estis, fungamini diligenter officio vestro: cunctis recta præbete exempla, & existimationem de vobis cõceptam augete. Neque solum regnum, ad quod tenditis, sed etiam Ecclesiam vniuersam vitæ vestræ probitate, atque orationibus adiuuate. Videris quam mala, quamque difficilia tempora sint, quot animæ in errorem inducantur, & pereant. Itaque nominatim vobis commendamus, vt cunctis viribus contra impia Lutheranorum zizania insistatis, aduersus quæ omni nos vigilantia intenti Concilium generale coëgimus, vrgemusque, ac volumus teneri, ac perfici; sperantes, quæ in eo tractari cœpta sunt, opratum ad exitum Deo iuuante perductum iri. Adiuuate igitur Filij & vos Ecclesiam sanctam Christi. Nos vero pro nostro munere, ac singulari clementia erga vos, nunquam protegere vos, & Societatem vestram, ac fouere desistemus. Hæc cum dixisset, ad Siculam missionem reuersus, inter alia quantas haberet Messana commoditates ad ponenda prima in eo Regno Societatis fundamenta multis ostendit. Illi benedictione accepta, de quemore pedi pie osculo dato, quibusdam etiam Cardinalium & Margarita Austriaca salutatis (quæ modesta officia non parum in rem Societatis publicam valere) post die Neapolim versus in Siciliam traiecturi discedunt. Messanam paschales inter ferias ingressi, maximum ibi populû concursum cum Domenecco præstolantis offendunt. Ingens omnium gratulatio, consalutatioque ac dulcis complexatio facta est. Quanquam autem Societati ciuitas vnâ cum aede sancti Nicolai domum sine eunctatione parauerat: tamen quoniam multa erant non modo ad Templi decus, & habitationis vsûm, verum etiam ad commoditatem, & elegantiam concinnanda Gymnasij, ædes sibi Societas ipsa ad menses aliquot mercede cõduxit, expositoq; repente Gymnasio, varijs expolire doctrinis, & quidem pluribus quam postulauerat ciuitas, frequentissimam iuuentutem instituit. Natalis qui ceteris præerat, tres Grammaticæ tradendæ præfecit: & Parisiensis Academia in docendo morem pedetentim induxit. Præerat primæ classi Benedictus Palmius. Alteri Annibal Codrettus. Tertiæ Ioannes Baptista Brixianus. Canisius tradebat artem dicendi, Dialecticam Isidorus, Græcas literas Frusius, Natalis Hebræas. Quanquam hic, Hebræa quoque schola Frusio breui relicta, Theologiam ipse mane tradere, de que officio Christiano pometidianas explicare quæstiones, vel Collegij administratione distentus instituit. Nec tamen festis quiescebat diebus, quibus in æde maxima, maximoque conuentu nec sine Vega Protege Diui Pauli explanabat epistolas. Iam obreperat autumnus, cum instauranda studia rursus erant. Cumque ad eam disciplinam auditor vndique conuolaret, prælectionum promulgatus est Index, non Sicilia modo, verum etiam toto Calabria Regno, ipso prius implorato Protege, ne Catanenses Academici repugnarent: nam & ex Calabria centum amplius expectabantur auditores. Quibus tam faustis excitata principijs, non modo de Collegio, verum etiam de vniuersitate instituenda cogitare ciuitas cœpit: idque à Pontifice Paulo toto illo applaudente Concilio, quod Signaturam nominant, impetrauit. Itaque & Collegij nostri Rector idem erat, & vniuersæ futurus Academia: ex eodemque Collegio Cancellarius eligendus, qui dignissimum quemq; ad decretos doctrinæ gradus eueheret, & partis industriæ decoraret insignibus. Verum tamen graues subinde coorta difficultates fecere, ne officiosa ciuitatis consilium pares

13
*Qua. & a
 quibus in
 Collegio
 Munitio
 no tradi
 cepta*

14
*Decernitur
 in vniuersitas
 existenda
 Messana,
 & Societati tradenda.*

13
 hensis Academia in docendo morem pedetentim induxit. Præerat primæ classi Benedictus Palmius. Alteri Annibal Codrettus. Tertiæ Ioannes Baptista Brixianus. Canisius tradebat artem dicendi, Dialecticam Isidorus, Græcas literas Frusius, Natalis Hebræas. Quanquam hic, Hebræa quoque schola Frusio breui relicta, Theologiam ipse mane tradere, de que officio Christiano pometidianas explicare quæstiones, vel Collegij administratione distentus instituit. Nec tamen festis quiescebat diebus, quibus in æde maxima, maximoque conuentu nec sine Vega Protege Diui Pauli explanabat epistolas. Iam obreperat autumnus, cum instauranda studia rursus erant. Cumque ad eam disciplinam auditor vndique conuolaret, prælectionum promulgatus est Index, non Sicilia modo, verum etiam toto Calabria Regno, ipso prius implorato Protege, ne Catanenses Academici repugnarent: nam & ex Calabria centum amplius expectabantur auditores. Quibus tam faustis excitata principijs, non modo de Collegio, verum etiam de vniuersitate instituenda cogitare ciuitas cœpit: idque à Pontifice Paulo toto illo applaudente Concilio, quod Signaturam nominant, impetrauit. Itaque & Collegij nostri Rector idem erat, & vniuersæ futurus Academia: ex eodemque Collegio Cancellarius eligendus, qui dignissimum quemq; ad decretos doctrinæ gradus eueheret, & partis industriæ decoraret insignibus. Verum tamen graues subinde coorta difficultates fecere, ne officiosa ciuitatis consilium pares

princi-

principis exitus fortiretur. Interim illa nullis parcebat impensis, vt assignatas Collegio ædes opportunos in vsus concinnaret: in eamque rem præter aureos annuos quingentos incredibili Ciuium consensione ante decretos, duo millia circiter & quingentos impendit. Licuit igitur nostris Septembri exeunte migrare suas in ædes, scholæque conditis legibus aperire. Proximo vero incunte mense docendi initium, luculento orationum, ac præfationum apparatu, oratoribus Canisio, & Palmio, multoque in publicum proposito carmine triplici è varietate linguarum Hebrææ, Græcæ, & Latinæ celebratum est. Res habuit plurimum gratulationis, ac laudis, & honestante persona Proregis, & nobilitatis gesticente corona. Sed quo magis Societatis studia ciuium respondebant expectationi, eò ciues ipsi negotium Vniuersitatis vrgebant, cuius conficiendi gratia literas ad Ignatium dedere cum literis quoque Proregis. Extra Gymnasium porro feruebant cæteræ pro animarum salute functiones. Templo ornatiore iam reddito non Architecti opera modò, verum etiam sacrorum varietate Cinerum à Prætoris coniuge Eleonora, & Elisabertha filia, Domeneccus ad populum Prætoris ante conspectum; in Gynæceis Stephanus Baroelus plena spiritu verba fundebant. Atque illius insuper misericordia stipem cum Socio publicè quæritantis plurima vinctorum turba ære alieno obnoxia, solutis ante nexibus peccatorum, è diurnis tenebris est educta, Proregis adiuuante, imò etiam stimulante pietate. ¹⁵ *Scholarum repetitio sapienti cum apparatu.* Quam & comitatus imitata ciuitas est, & priuati complures; eiusdemque liberalitate, orphanorum sedibus extruendis congesta vis æris. Itaque crescebat indies fructus, & sese quotidianæ messis fecunditas profundebat, vt operarum quoque numerus fuerit, qui eam demeteret, augendus. In Gymnasio præter crebrum sacramentorum vsum Christiana lex explicari, cum publicè in æde Collegij singulas inter hebdomadas, tum in vnaquaque classè priuata instituta est, ingenti scilicet parentum, & Reipublicæ gaudio, nec bono minore. Habebat & Italicæ conciones Canisius: habebat & suas Palmius, qui iam tum naturam ad dicendum admirabilem præseferbat. Quibus concionibus adeo læta messis exuberabat, vt ne auctus quidem operarum numerus ei demetendæ par esset. Tam secundis Sociorum rumoribus excitata eiusdem insulæ ciuitates, & oppida, cœperunt & ipsa Societatem ardentè expectere, & pro Collegio supplicare Proregi. Multa præterea toto Siciliæ Regno & admonente Prorege, & Societate adiuuante magno cum animarum, tum Reipublicæ commodo gesta sunt. Collegia fœminarum adhibitis orationis exercitijs ad pietatem incensa: multisque locis, Agrigenti, Panormique præsertim earum fluxui mores coerciti. Pluribus item Cœnobijs sacrarum mulierum, publicisque custodijs, cum ære large tributo, tum Dei verbo subuētum. Complures è Gymnasio Mamertino studium Societatis incenderat; sed prudentissime Natalis fecit, vt & lectissimo cuique propositis ad orandum communibus locis, exquisitum haberet in communicanda Societate delectum, & ad eam ineundam nemo verbo consiliove excitaretur à nostris, non quod adhortari ad vitam perfectam in loco minus liceat: sed quod lubricum negotium existimaret: vt, qui probè nosset celissimum Religionis statum, non puerorum ludum esse, sed eorum, qui tota inductione animi, sublata in humeros cruce Christum sequi, & seipsos omni ex parte abnegare constituunt. Quò cum aspirari nisi Patre trahente non possit, quis non videat quantas sit editura ruinas, si tantum consilijs renitatur humanis? Itaque satius existimabat homo prudens, si quorum decretum est animis oppem ferre, ijs non tam persuaderetur claustrum religiosæ vitæ, quàm sacramentorum crebra, & accurata tractatio: vt, si qui postea vocarentur à Deo, vocem eius paratiore animo, & aure puriore perciperent. Quæ item prouisio tanto erat Societati necessaria magis, quâto illius vsus est cum iuuentute frequentior.

Linquamus Siciliam, & inspiciamus Hetruriam, cuius in urbem Senas se contulit Lainius, ¹⁶ *Res Messinæ & reliqua Sicilia ex vsu pietatis gesta.* vbi præter cætera ad frequentissimam multitudinè maxima in æde suo more dixit sub anni primordiana: nec modo festis ad populum, verum etiam profestis diebus ad Monachas. Postea Florentiam, vt fidem suam liberaret, ad Quadragesimæ cõciones reuertit. Orsus à Septuagesima in Templo maximo, celeberrimo de more conuentu. Audiebant illum sæpè octo, nouemque hominũ millia, & fructus numero respõdebat. Quo die concio de Magdalene lacrymis haberi solet, eo die cū ex more peruetusto meretriculæ cõuenissent, earũ circiter octo ad vocẽ Lainij respuerunt. ¹⁷ *Prudentia Natalis in admittendis in Societatem adolescentibus.*

19
Abit Venetias.

20
Negotium Patavinum Collegij prospere conficitur, successu à B Ignatio diuinitus impetrato.

puerunt. Canonici alijsque ciues expetitum sæpè Collegium rursus quærere, nec in eius alimenta de bonis suis, si opus foret, abnuere. Nec interim ingrati fuère Otelli sermones, quos & in Sanctæ Felicitatis æde quotidie, & sæpè in alijs ædibus habuit, nouo etiam ex recenti sacerdotio ardore succensus: qui & ipso in templo principe vicarius Lainij auditus est. Ducis enim coniuæ ad inchoandû Pisis Collegium suam studiosè operâ offerebat, eoque Lainium repentè euocauit, quem & ad prædicandum Dei verbum, & ad res animi componendas adhibitum, Florentiam deinde remisit. Hic ille imposto suis concionibus sine sanè fructuosis, discessum parabat Venetias, vt cum illa Republica de Patavini Prioratus possessione, cuius causâ grauis in nos surrexerat aduersarius, vt iam exponam, tuenda, atque vsurpanda transigeret. Quanto autem Ciuium, & Ducis desiderio Florentia discesserit consequi oratione vix queam. Ac Dux quidem locum, & sumptus ad Pisanam Societatis habitationem vltro pollicitus; postea Lainio discedente, nec Ignatio rem vigente, mentem illam remisit. Lainius autem Iaius sibi adiuncto cum Venetias peruenisset, in magna negotij desperatione Priorem S. Trinitatis offendit. Patavium profecti die beato Marco sacro publicè in possessionem rei diuinæ, quando in humanæ non poterant, veniunt. Regressi que Venetias, dum componenda rei tempus aduenit, Euangelio, cæterisque suis rite functionibus toti vacant. Verùm rei compositione longè detrusâ Ferrariam se Iaius retulit, & Lainio socius subsecutus est Salmeron, qui Bononiæ etiam tum Concilij causâ se tenebat. Aduersabatur autè Societatis causæ, & egregiæ pietati Prioris eius germanus frater, Eques ille quidem honestissimus, sed qui adiecto ad Prioratum oculo, quem iam diu spe deuorauerat, & designauerat filio, totis pugnabat viribus, ne eo alieni potirentur. Ac sanè præstans auctoritate Senator, & in ea Republica vir grauissimus magnum exhibebat Lainio, ac Salmeroni negotium. Qui cum in Senatum, vbi præsens aderat Eques ipse, suam causam defensori venissent, parum fauentes aures, & animos externorum hominum paupertas inuenit. Verùm vbi silentiû consecutum est, sermonem Lainius orsus ad eò sapienter, modesteque de re tota disseruit, vt ad extremum cum perorasset, Senatorum omnium consurrectio facta sit consalutantium perhonorificè Oratorem, cuius suspexerant in tanta eruditione modestiam. Cuius etiam disputationem ab eodem postea de Senatorum sententia scripto mandatam, in pleno Rogato. ù conuentu (vt appellant) recitari placuit. Ad eò in omnium animos æquè vehementer, ac suauiter disputatio illa penetrarât inter cætera, dum recenset, quam nouæ huius Societatis opera Deus vti vcluerit, alijs per Italiam sparsis, alijs in Germaniam missis, alijs in Belgium, & in Galliam, alijs in Hispaniam, ac præcipuè ad Luitanos, alijs demum ad Indos magno cum religionis Christianæ incremento, videri tamen adiecit singulari Dei cura ex omnibus terris missos ad Venetia ù ditionem. Nam primos Ordinis autores, vbi confectis studiorum spatijs Lutetia ecessere, conuenisse Venetias: ibi in Nosocomio incurabiliũ, & Sanctorum Ioãnis, & Pauli pauperibus cum approbatione ciuium ministrasse: ibidem ex ijs septem, cum vniuersi numero non nisi decem essent, sacerdotio initiatos: in eiusdem Republicæ clarissimæ Oppidis, vrbibusque eos posuisse publicarum concionum, exhortationumque rudiméta. Deinde ipsam Rempublicam à Summo Pontifice per Oratorem suum Antonium Venerium clarissimum virum aliquot sacerdotes ex eadem Societate postulasse: cumque præ paucitate nõ nisi vnus mitti potuisset, eius operam Deo iuuante, in verbi diuini, sacramentorumque ministerio Venetijs, Patavij, Brixia, Bassani probata: alioque sub hæc eodè è numero, item Brixia, & Vicetia, & Taruisij, & Verona se cunda fama, & Ciuitatum gratulatione versatos. Ipsorum quoque scholarium sextum iam annum & studia, & mores, & operam Patavij in omnium esse conspectu. Denique his excipiendis, qui sese inopes Christi causâ fecere, excoluntque ad animarum subsidia, fieri opus pietatis, in quo cuncta pietatis opera (breui singula declarabat) contineantur, tum quæ ad corpora, tum quæ ad animas pertineant. Hæc, aliaque cum probarentur, res tamen adhuc erat ad conficiendum difficilis, & genere ipso causæ, & quia præpotens aduersarius. Quocirca Lainius, cum transigendi negotij nullum exitum reperiret, Ignatium per literas monet, quo res sit loci, & ad placandum cæleste nuntium semel factis operetur, hortatur: Fecit, quod rogabatur Ignatius, & Lainium postea de sacrificio Natali die Beatæ semper Virginis rite facto certiorè facit, & bono animo esse iubet, spe inimita

minime

minime dubia felix euentus. Nec sanè alium, ac prædixerat, exitum habuit. Octauis eiusdem Virginis ferijs habito Rogatorum concilio, cunctorum ferè suffragijs adiudicatur Societati possessio. Ingens admirationis stupor homines illius Reipublicæ vsu prudentes, ac peritos inuasit, quod nullo exemplo, nullo more aduersus patritium, & illius generis Equitem in conuētū Senatorum centum & quadraginta quinque (tot enim interfuerè dando suffragio) vbi tam multos Senatorius Eques, & amicos, & propinquos habebat, tantum humiles, externique homines potuissent. Duo quippe ex Senatu illo duntaxat, qui suffragarentur Equiti, sunt inuenti; cum tamen ille suis antea denuntiasset amicis, quemcunque fors dedisset euentum, eum se acceptum eorum fidei, gratiæue laturum. Sed nimirum antiquior eis veritas, quam amicitia, vel propinquitas fuit. Ac ne quid hominum gratiæ, studiisque tribueretur, sed omnia Dei clementiæ referrentur accepta, quo die decreta nostris est à Senatu possessio, adfuerunt Senatores illi, qui præ cæteris Societati fauebant: commemoratque Ribadeneira, qui tùm cum Lainio præfens aderat, idemque ipse Lainius ad Ignatium scribit Vincentium Riccium præpositum illius Senatus arcanis, cum causa hæc agitaretur, ita nostros compellare solitum, Nullum mihi vobiscum Patres aut amicitia, aut officij ius, nulla necessitudo intercedit. Verumtamen hanc mihi Deus, vt sentio, mentem dat. Pietati que & æquitati causæ consilium est omnia posthabere. Ad hæc vertit Deus, in Societatis commodum, quod aduersarij in eius moliebatur incommodum. Qui cum de Patauini Collegij socijs improbos sparsissent vulgo sermones, vt eos in inuidiam, & suspicionem adducerent: Senatus in eorum insit mores, atque doctrinam clam diligenter inquiri, consilio prope diuino. Nam quibus id muneris mandatum est, ac nominatim Ludouicus Donatus Capitaneus, vt vocant, ac Vicepotestas, nostris inscijs, de eorum vita, moribusque tanta ad Senatum scripsere cum laude, vt non modo omnis sit absterisa suspicio, verum etiam & eorum, quæ penè latebat probitas declarata, & in gerendis rebus sincerissimæ mentis candor. Id videlicet Senatum impulit, vt rem pro Societate decerneret, eique possessionem, quam quærebat, adijceret. Re transacta perlatæ sunt Venetiæ Pontificis literæ, & in Senatu publicè recitatæ. Eæ Senatorum de confecto negotio lætitiæ auxere. Qui suam insuper operam Societati ad maiora, cum vsus posceret, spondiderunt. Sanè ex eo tempore complures illam è Senatoribus complexi sunt: eorumque beneuolentiam, ac studia Lainij non intermissus dicendi labor aluit. Is cætera inter officia festo die sacras pro concione literas explanabat, & priuatis congressibus omni hominum generi consulebat. Nec minus & ad placandos aduersarios, & ad confirmandam in bonorum animis Societatis opinionem prudens Ignatij liberalitas valuit, cum annuam aureorum quadringentorum ex accepto Prioratu pensionem sponte sua Nepoti Prioris obtulit. Quanquam Priori quidem longè fuit Patris animus gratior, quam liberalitas: maluitque vir pius Deo intactum, & illibatum esse quod dederat, quam id cum carne, & sanguine dissipare. Cæterum Patauij socij nostri, & se, & proximis pariter excolendis pro sua virili tanto muneri respondebant: tametsi vberiores in horreum Domini fructus per studiorum curas condere non licebat. Urgebantur enim acriter studia illa, quò meliora fabricarentur animis adiumenta. In hoc Collegio Petrus Faber Belga, cuius supra meminimus, ne Fabro alteri discessum ex his tenebris inuideret, eundem in illam lucem biennio post secutus est abeuntem: qui morte appropinquante velut acto de hoste triumpho in ea diuini oraculi verba, Laqueus contritus est, & nos liberati sumus, fidenter animam egit. Dirempta pro voto lite Lainius aliquanto post Romam; Salmeron Veronam, Antitite postulante, discessit. Is in eunte anno cum Bononiæ, Concilij causa versabatur (nondum enim solutum id erat, tametsi nihil grauioris in eo momenti iam gerebatur) nullam præternitebat de proximis benemerendi munus: ac præter stas quadragesi mæ conciones ad Sanctæ Lucie; viros etiam primarios ex Ignatij præceptis ad orationem informabat: & nobilium confessionibus operam dabat. Quò in utroque munere latius adhuc patebat Paschasij labor, qui viros, fœminasque complures, in ijsq; matronas amplius triginta in imperatis orandi, meditandique locis acriter exercebat. Quanto cum fructu testata est, cum fœminarum egregia mutatio, quæ spretis Satanae pompis Christo vacare

22

Clam exploratur, & inde illustratur Patauini Sociorum virtus.

23

Moritur Patauij Petrus Faber le Hallis.

24

Bononiæ concilio intererat Salmerone.

25

Et Paschasio

- pijs in precibus, & subleuandis pauperibus didicerunt; tùm eorum, qui ne quid amplius cum seculo haberent, salutari repente fuga, partim se ad Societatem nostram, partim ad alia transtulere cœnobia. Præ cæteris autem Paschalis fructibus, parochorum fuit ad meliorem frugem, sacerdotumque reuersio. Erant enim tanta intemperantia nonnulli, cùm honoris sacerdotalis obliti, tum muneris, quod gerebant, vt lupas secum, & scorta ducerent. Sed pia orandi consuetudine perfectum est, vt qui ab earum non poterant diuelli consuetudine, mox putridæ carnis scabie atque dulcedine cum suauitate Domini commutata, facili negotio disungerentur.
- 26
Inchoatū Bononia proprium domiciliū ad S. Lucia.
Complures etiam vigilans, & nauus Pater, pestilens Lutheri dogma dedocuit, & Catholicum, ac salutare perdoctos ad sacramenta salutis adduxit. His Patrum studijs, officijsque apud S. Luciam, qui templum illud celebrare consueuerant excitati, simul ac senserunt, à nostris stabile domiciliū tota vrbe perquiri, duas templo coniunctas ædes, ne inde illi migrarent, eorum in usus suis sumptibus compararunt, suamque insuper in ædificium operam obtulerunt: vt id operis simul inchoatum, & magna sit ex parte hoc ipso anno perfectum. Vix propriam nacta sedem Societas, haud vulgare in proximo S. Lucie templo pignus condidit Iacobum Lhostium Belgam virum optimum, quem de Societate primum in Sicilia Agrigenti in animarum causa nauiter elaborasse supra meminimus. Is è Sicilia Louanium profecturus, Louaniensis Collegij Rector à suis popularibus postulatus, cùm ex itinere Bononiam venisset, morbo, ac laboribus fractus ad æternam vocatus est requiem. Huic B. Ignatius in Siciliam abeundi dedit (vti erat solitus) in mandatis, vt octauo quoque die ad se perscriberet: quod ille executurus, quamuis sæpè non esset, cui daret literas, & decantare sæpè eadem cogeretur, nullam tamen elabi patiebatur hebdomadam, quin aliquid exararet: malebatque tabellariorum penuria plenos diu reseruare fasciculos, dum dandi se facultas offerret, quam nimis prudens in parendo videri. Accidit nonnunquam, vt cùm quid scriberet nihil esset, hoc ipsum tamen scribere non puderet, nihil illa hebdomada ab se gestum. Cuius modestia pariter, minimeque ficta obedientia mire captus Ignatius affirmavit confessionem illam longè sibi gratiorem fuisse, quam si multa, ac præclara gestisset. Veronam Salmeron, quod dudum dicere institueram, Ludouici Lipomani Episcopi optimi, & doctissimi viri, cuius multa extant præclara monumenta, rogatu se transtulit, vbi iisdem & dicendi, & docendi muneribus in æde sacra perfunctus ciuium animis valde profuit. Nam & mentes hominum in fide nutantes, ac peregrinis doctrinis abductas in religione Catholica confirmavit: & ad eius vocem probrosi Hæreticorum codices à dominis vltro prolati, incendio mulctati sunt. Reliqua ab eo ex instituto gesta, quandiu Veronæ fuit: *fuit autem ad breuem moram; nam Duce rogante Bavarie, iussus est à Pontifice in Germaniam proficisci.*
- 28
Salmeron etiam Veronæ operam nauat.
Iaius toto ferme anno Ferrariæ sededit, posteaquam ab Lainio Venetijs digressus est: Ferrariæ autem & Ducis, & primarij cuiusque viri confessionibus præfuit, agrotorumque insuper in valetudinario communi multo sanè libentius, quam nobilitatis in Aula. Nec defuit continens vox monentis seu publica, seu priuata, qua & scæminas, quæ se omnibus peruulgabant, & viros vitæ huius irretitos illecebris in cœnobiorum claustra compulit. Consulebatur à Duce, cùm de animi salute, tùm de recti officii ratione sanè frequenter; cuius etiam hortatu omni conatus est ope vxorem eius opinionum prauitate deceptam de errore, fraudeque deducere. Verùm, vt est tenax in vtramque partem scæminarum ingenium, seu superstitio animum perculit, sic religio, eius tum quidem conatus Deo, viroque gratiores, quam vxori salubriores fuerunt. Accessit & hoc anno labor saluberrimus Syluestri Landini, qui tota Lunæ Sarzanæque Diœcesi, Firizano præsertim in oppido motus incredibiles excitauit. Quippe adhibitis ad dicendi munus de more ieiunijs, sanctisque precibus, penetrabat ancipiti diuini verbi gladio medullas cordium, intimosque recessus. Diebus non plus viginti conformati sunt eo dicente Sodalitates, ac cœtus, Collegia excitata mulierum; mos crebræ confessionis inductus: lex explicata Christiana: hæreses, quæ iam alte in ijs regionibus succrescebant, extirpatæ radicitus. Quo in genere adeo exarsit, vt aliquando contra hæreticorum turbulentam dementiae continenti oratione sex horas dixerit; accitus deinde Romam, Fulginumque Episcopo flagitante missus,
- 29
Iaius Ferrariæ.
Iaius toto ferme anno Ferrariæ sededit, posteaquam ab Lainio Venetijs digressus est: Ferrariæ autem & Ducis, & primarij cuiusque viri confessionibus præfuit, agrotorumque insuper in valetudinario communi multo sanè libentius, quam nobilitatis in Aula. Nec defuit continens vox monentis seu publica, seu priuata, qua & scæminas, quæ se omnibus peruulgabant, & viros vitæ huius irretitos illecebris in cœnobiorum claustra compulit. Consulebatur à Duce, cùm de animi salute, tùm de recti officii ratione sanè frequenter; cuius etiam hortatu omni conatus est ope vxorem eius opinionum prauitate deceptam de errore, fraudeque deducere. Verùm, vt est tenax in vtramque partem scæminarum ingenium, seu superstitio animum perculit, sic religio, eius tum quidem conatus Deo, viroque gratiores, quam vxori salubriores fuerunt. Accessit & hoc anno labor saluberrimus Syluestri Landini, qui tota Lunæ Sarzanæque Diœcesi, Firizano præsertim in oppido motus incredibiles excitauit. Quippe adhibitis ad dicendi munus de more ieiunijs, sanctisque precibus, penetrabat ancipiti diuini verbi gladio medullas cordium, intimosque recessus. Diebus non plus viginti conformati sunt eo dicente Sodalitates, ac cœtus, Collegia excitata mulierum; mos crebræ confessionis inductus: lex explicata Christiana: hæreses, quæ iam alte in ijs regionibus succrescebant, extirpatæ radicitus. Quo in genere adeo exarsit, vt aliquando contra hæreticorum turbulentam dementiae continenti oratione sex horas dixerit; accitus deinde Romam, Fulginumque Episcopo flagitante missus,
- 30
Syluestri Landini circa Sarzanam profectus.

missus, varias & illic animorum commutationes fecit. Admiranda sanè eius erat in audiendis hominibus patientia. Afferebat aures vigilis horis antelucanis obscuram in ædem, & ad secundam noctis nullo tædio, nulla defatigatione defessas confitentibus exhibebat. Eo hortantocopiosum in egenos erogabatur argentum, nobiles discordiæ sedabantur: ingens hominum vis ad disciplinam diuinæ legis, quam tradebat ipse, cum Pastoris commendatione mirifica, concurrebat. Per exercitia B.P. Ignatij adhibebatur vitijs robustissima temperatio; & in peccatis obfirmata mens hominum ad pœnitentiæ, & confessionis lacrymas hæccebatur. Erat in dicendo semper idem, qui fuit, efferuescens, & ignem spirans, crebrasque ex concione lachrymas exprimens, tanto animorum assensu, vt pei beatus sibi videretur Antistes, quod ad præsentem sui gregis opem, talem sibi virum diuina prouidentia submisisset. Redeo ad Lainium in Siciliam profecturum, quem & Alexander Farnesius Cardinalis, vt Montis Regalis Ecclesiam, cuius ipse Præses erat, inspiceret: & Sicilia Prætor Vega, vt ei Regno Euangelica prædicatione nauaret operam, postularant. Ea causâ fuit vt Neapolitana quoque ciuitas nostros homines degustaret. Nam cum in aduentus Dominici ferias Lainij iter incideret, illic, ipse quod reliquum erat anni, concionando consumpsit. Placuit autem priuata quietis gratia apud Monachos sancti Benedicti diuertere. Cui Nolani Comitis vxor Maria sancta Seuerina, quæ Nolanum deinde Collegium fundauit, pari pietate, & nobilitate forma pro sua singulari caritate euicit, vt necessaria suppeditaret ad victum. Exceptus est per humaniter à Prorege, & ad Oliueti Montis comiter auditus. Varijs autem locis conciones instituerat tanta hominum siti, vt eodem interdum die semel, iterum, ac tertio dicendum ei ad populum esset. Dixit aliquoties in æde principe: dixit & ad D. Mariæ Maioris frequentissimo, honestissimoque conuentu, tantis autem motibus animorum, vt de aduocanda Societate confestim, parandisque ei quamprimum sedibus deliberari sit cœptum. Explanations etiam scripturæ diuinæ in eodem Cœnobio, vbi diuersabatur, instituit. Nec tamen aurem vt consulentibus denegabat, aut sua peccata pendentibus. Comes eius Ioannes Philippus nondum sacerdos adiumento illic erat, & in exercitiorum tradenda notitia, & in Christianæ explicatione doctrinæ. **Quarum rerum** vsus latè admodum patere in ea vrbe cœpit. Curatumque à Lainio est, vt ipsis abeuntibus non deesset, qui simili ratione vulgo scholam illam in more iam positam explicaret. Abeuntes ingens multorum subsequutus est mæror. Et Abbas quidem Sancti Seuerini, qui Lainium hospitem tot diebus habuerat, toto suo cum Cœnobio discessum hominis peracerbè tulit, nec continere vlla ratione se potuit, quin cum Ignatio multa per literas quereretur, quod hominem ad eam ciuitatem mire factam, alio repente legaret. Alterumque Lainium, qui eadem pro Dei gloria, & animarum salute præstaret, ex Vrbe poscit.

Dum hæc in Italia geruntur, Bobadilla sui semper similis Catholicam apud Carolum rem curabat. Hispanis aulicis, Italisque permultis aures in Confessione præbebat, compluresque de restituenda in Germania religione libellos scriptitabat. Expetebatur à Proceribus multis: quibus vt mcererem gereret, modo ad hunc, modo ad illum ad definitum dierum numerum diuersabatur. Sensit enim operam suam, si quando vnquam Germaniæ necessariam hoc anno maxime: cum post partam Casaris ex Hæreticorum insolentia victoriam, plurimi etiam in Saxonia de Præsulibus, atque Dynastis ad auitam religionem cum integris populis migrare se velle profitebantur. Permiuumque fuit, quam ad eam multi in tanta operarum paucitate remigrauerint. Et quidem electores duo, Palatinus, & Brandenburgensis cum Augustæ vna cum coniugibus versarentur, tota quadragesima diuinæ semper psalmodiæ, sacrisque solennibus intertuerunt: Brandenburgensis autem vetuit suos totum per id tempus carnes, cæterasque ab Ecclesia vetitas escas attingere: idemque Confessionis, & Eucharistiæ usum, moremque Catholicum imperauit, pollicitus insuper se Christi Ecclesiæ quicquid abstinerat, redditurum. Orthodoxi verò Itali, Hispanique optimo erant Germanis exemplo: quorum in Quadragesima tantus, tamque admirandus extitit ardor, vt feria quinta in Cœna

33

Res Bobadilla in Germania

34

Pietas Italicorum & Hispanorum Augustæ.

Domini, ne in summis quidem illius plagæ frigoribus, niuibusque præaltis publicam sui verberandi consuetudinem intermiserint. Nec minor hæreticos stupor oppressit, cum longum tota vrbe se diuerberantium agmen, & lacerantium cum sanguine terga contemplabantur attoniti, vt etiam perfidi dicitarent, fictum illum non verum fuisse sanguinem, qui de cuiusque dorso decurreret: & suspicionem tuam facile probarent in vulgus, nisi infecta cruore flagella, vestesque se cadentium in medium repente prolata frigidam Lutheranorum calumniam, & commentum inane resellerent. Vlnæ etiam Germanorum amplius septena millia geminum illud, quod ante dixi, salutis mysterium catholico more tractabant: restitutumque Dei clementia longo est interuallo augustissimum Missæ sacrum. Verum cum multa in Germania profluerent, ac prospere cecidissent, illud tamen ex Bobadilla voluntate non omnino satis: in quo ipso non vulgarem ille apud sanos adeptus est laudem. Nam cum libellus vulgaretur de catholice fidei doctrina, ac ritibus, quos Germania tantisper, dum Concilium res statueret, sequeretur; vnde nomen libello factum est, Interim; in eoque permitterentur aliqua pacis gratia, quæ nec satis congruere catholicis moribus viderentur, nec Cæsaris possent autoritate constitui, Bobadilla talis concordie generi, & dictis pariter, & scriptis se se constanter opposuit: eoque est aduersando, & contradicendo progressus, vt quamuis esset in Curia Principum plerisque percarus, à Ministris tamen Imperatorijs, qui concordiam illam confici, priusquam in Belgium Cæsar recederet, cupiebant, iussus sit ipsius Cæsaris nomine è Germania facessere: quod ille sane numeravit in lucris, cum pro se causa stare, & gloriosum sibi duceret magis Deo placere, quam hominibus. Ergo instructus equo, itinerisque subsidij, & bona ipsius existimatione apud Sedem Apostolicam, cui concordia illa probari non poterat, non parum aucta, remittitur in Italiam. Verum B.P. Ignatius amandatione illa cognita nec dum satis liquido causa comperta, itemque veritus ne iustum in repugnando modum Bobadilla transiisset, reuertentem ad Urbem non continuo recipiendum suas putauit in ædes; sed ita in eius se se reditu sustentauit, vt nec Pontificijs, nec Cæsarianis vlla præberetur ad reprehendendum ansa: nec ceteris de Societate operarijs vsquam locorum ad res gerendas aditus redderetur angustior. Colonia Leonardus Kesselius ceteris præpositus socijs, in Academicis elaborabat externis: quorum ad eum multi non vulgaris ingenij, nec communis indolis ventitabant: septem Societati datis nominibus apud nos religiosum in morem se continebant: nec reliquæ ciuitati Pater dcerat seu audiendis, remittendisque peccatis, seu de Deo verbis publice faciendis: compluresque pietate incitati nostrorum sacre confessionis, & Eucharistice mysteria frequenter inibant. Porrò domesticæ paupertati Colonienfis Carthusiæ Prior Gerardus subsidio erat: cuius pietas tanta fuit, vt non modo Socijs octo Colonienfis alimenta præberet, sed Romanæ Societatis egestate perspecta quingentos ad Ignatium Rhenenses aureos subsidij causa transmissit. Et quoniam aliquot piacularia postulauerat grana, Ignatius ei septem numero misit, admonens se ab alijs, quibus vnum ex ijs traderet solitum exigere, vt, si totius vitæ generalem Confessionem nunquam instituisent, primo quoque tempore instituerent: ac deinceps Eucharistiam, & Exomologesim singulis vt minimum, mensibus instaurarent. Quas condiciones B. Pater addebat pro singulari sua Ecclesiasticarum rerum veneratione: &, quia semper illuc habebat intentam prudentissimæ suæ mentis industriam, quemadmodum animas ad diuinæ gratiæ statum ipsa adiuuante gratia reuocaret. Addidit grati animi ergo Colonienfi Priori, eiusque Monasterio Societatis meritorum plenam communicationem. Louanij Daniel, & Adrianus cum alijs quibusdam, & literarum simul studijs, & proximorum bono vacabant. Bergijs inuigilabat animis Gaudanus, qui fructum ex ea vinea tulit eiusmodi, vt vescentium celesti pane frequentia veteris Ecclesiæ facies exprimi quodammodo videretur. Opponebat ille se audacter hæreticis, & abductam à catholica religione plebem in sinum Ecclesiæ reducebat, ipsis hostibus admiratione percussis. Componebat vulgi mores, & modo vestium luxum, modo conuiuiorum immoderatos sumptus libera oratione carpebat. Hunc ad urbem Ignatius

35

*Bobadilla
constanter
obstisit li-
bello, qui
dictus est
Interim:
ob eamque
rem iube-
tur è Ger-
mania fa-
cessere.*

36

*Cautio B
Ignatii ne
Principes
offenderet.*

37

*Res Colo-
nienfes.*

38

*Gerardi
Carthusiæ
Prioris in
Societate
pietas.*

39

*B. Ignati-
us quanta
venera-
tione tra-
ctaret Ec-
clesiasticas
res:
quo-
modo piac-
ularia
grana da-
ret.*

40

*Nicolai
Gaudani
salutaris
Bergijs ope-
ra, qui cum
Danielle
Paribrute
& Nicolao
Lanoio Ro-
mam ac-
citur.*

Ignatius cum Daniele, & Nicolao Lanoio, alijsq; nonnullis, quo facilius Societatis institutum, & vitæ formam arriperent, euocauit. Erat autem Lanoius in Theologia Baccalaureus, Canonicusq; Furnensis; idemq; in Augustiniano Cœnobio Magister, ac Doctor: cuius de virtute suis nos infra locis. In Gallia non dum alibi, nisi Lutetiæ Societas residebat, cui tum præerat post discessum Pauli Achillis, Ioannes Baptista Viola. Hic vna cum Socijs doctrinarum studijs operam dabat: interimq; nonnullos Academicos, qui videbantur vitæ Domini profuturi, sacramentorum ministerio, sanctisq; meditationibus exercebat. E præcipuis autem in eo genere lucris, Euerardus scilicet Mercurianus fuit, is, qui postea vniuersæ Societati præfuit. Qui cum in exercendo de more spiritu plurimum profecisset, suis in Belgio rebus ante compositis, Lutetiamq; deinde reuersus, Natali Deiparæ die iam philosophus, theologusque, nuperq; sacerdos creatus Societati se dedit. In ea breui non vulgarem in hominum pertractandis, ac iuuandis ingenijs apud omnes adeptus est laudem. Quantum autem virum reliquus vitæ cursus, & magistratus probe gestus ostenderit, tum memorabitur, cum ad ea tempora ventum erit.

Latus in Hispanijs res patebant, & quidem in medijs fluctibus, ac turbinibus, Salmanticæ, Complutiq; præsertim; in eis nimirum urbibus, vnde postea maior extitit frugum, messisque lætitia. Ac Salmanticam quidem Michael Turrianus, vbi iam notissimus erat, Ignatij iussu cum Petro Seuillano se contulit. Is anno superiore varijs Araozium in itineribus comitatus, eius exemplo, saluberrimisq; colloquijs ac maxime studio suo magnum ad pietatem gradum fecerat, vt etiam Cæsaraugustanæ, & Complutensis Ecclesiæ Canonicatus, vnâ cum perhonorifica Theologiæ cathedra recusarit. Qui dum Toletum Salmanticam transit, adiunxit sibi Ioannem Baptistam Sancium Toleranum nobilem postea verbi Dei præconem: cuius cum præcordia Dominus pertentasset, aureorum ad tria millia de suis bonis erogauerat in egenos. Quo posito fundamento sequi cum Turriano Christum in Societate decreuit. Dederat is & Philosophis, & Theologis operam: nuncupatisque Societatis votis eodem cum Michael Salmanticam venit. His se se Maximilianus Capella de Lusitania reuersus adiunxit. Quibus omnibus cum comitibus, urbem illam Turrianus ingressus domunculam mercede conduxit Augustiniano Monasterio propinquam, ex qua postmodum in aliam æque humilem est facta migratio è regione S. Blasij. Hic tanta Patres vrgebantur inopia, vt cum sibi concinnassent è conclauis, cubiculove sacellum, ad id ornandum picta tabula non suppeteret, sed in eo impressam nescio quam in papyro figuram, pro scitè picta tabula collocarent. Quam tamen egestatem placidissime ferebant præhendis confessionibus auribus, erudiendis Christiana lege puerulis, frequentandis, iuuandisq; valetudinarijs, publicis deniq; custodijs interuisendis intenti. Vt autem ciuitatis moderatores senserunt Dei seruos nihil ex suis laboribus præmij tanta in egestate perquirere, & huic abstinentiæ parem comitari modestiam, humilitatem, pietatem, certos ad eos homines submiserunt, qui curiosius exquirerent, & explorarent, quod genus hominum illud esset, quæ vita, qui mores. Ij Turrianum allocuti, & de Societatis rebus copiose & grauitè ab eo edocti, sic ad eam subito totis animis inclinarent, nihil vt eorum in moribus, institutisque quod in dubium verterent, amplius esset: sed tam exploratis, perspectisque rebus, tam secundis in Societatem & animis, & sermonibus se retulerunt ad suos; vt ceteri impulsus consules, atque retores suis vxoribus imperarint, ne ad confessiones suas in posterum alios, nisi ex ijs, Patribus adhererent. Vnus autem ex ijs, qui missi fuerant tam extrema Patrum permotus inopia, rudi illa, quam dixi, figura in papyro signata suis è sacello reuulsa manibus, elaboratam aliam penicillo tabulam dono misit, in qua ostensi Hebraicæ multitudini à Pilato Christi Domini miseranda imago spectabatur. Ea tabula, & plena pietatis imago adhuc visitur, & seruetur à nostris testis egestatis, & prisicæ paupertatis exemplum. Rerum cursu sat prospero repente concitatur ex nobili concionatore Theologiæque doctore tempestas. Quippe sempiternus hostis humanæ salutis, vt omni fraudum genere pollet, ad recte cœpta disturbanda, quæ aliter nequit, hanc adhibet in pessimis artem, vt inter procuratores ipsos dissidia serat; quæ quidem inter homines religionis professione conspicuos tanto sunt perniciofa magis, quanto populus Christianus clariora ab ijs exempla caritatis & consensionis expectat. Neque

45
*Diaboli
 frusus in
 ferendis
 inter Reli-
 giosos dis-
 sulis.*

46
*Homines
 Societatis
 pro An-
 christi pra-
 eursoribus
 a. scribun-
 21. v.*

C. 24
 25.

ea est vna pernicies in concertationibus illis; sed alia multæ grauissimæ. Distrahuntur vires cohortium Christi, quiq; se contra communem hostem iuuare debuerant, inuicem atterunt: autoritas super hæc, in qua rerum apud populos agendarum acies est, hebetatur, ac frangitur. Ergo fraudulentissimus Draco inclytam videns ex vna parte sancti Dominici sobolem, & rerum antiquitate gestarum, præclariq; deinceps, ac perennibus in tempus omne laboribus, atque virtutibus inter præcipua Ecclesiæ sanctæ perstare cõlumina: atque ex parte altera Societatis prospere adolescentis incremẽta, contraq; nefarios ipsiusmet impetus multiplicari copias intelligens, harum inter se familiarum homines committere sæpe tentauit, specie quidem recti (qua viri boni arte falluntur) sed consilio pessimo: vt, quod modo significabam, inter se dum certant, neutri Reipublicæ vlla re tantum profint, quantum inanibus contentionibus, & inconsideratæ æmulationis exemplo noceant. Sed, vt adhuc Dei, Dominiq; communis prouidentia, vigilantia Præsidum, & ipsorum priuata religiosorum cura Insidiatoris nequissimi deprehensæ, elusæq; sunt artes, nec ad multos permanauit venenum, quamuis aliquem interdum afflarit, ita spes est in posterum sacri vtriusq; vexilli milites, cum sanctæ caritatis, mutæq; conspirationis glorioso certamine bella Domini bellaturos. Ex hoc igitur sanctitate, sapientiaq; & ornamentis omnibus spectabili ordine Melchior Canus, huius (quam ideo exequimur, vt contra callidissimum virtutis hostem cognitio eius fraudum, vigilantiam bonorum exacuatur, præmuniaturq;) concitator procellæ fuit. Is, dum temporum ante actorem cursum, statumq; præsentium notat, & comparat, in eam venerat argumentando sententiã, quam & tenebat firmiter, ac penitus in animum demiserat suum, instare descripta ab Apostolo nouissima tempora, mox adfore Antichristum, iamq; Proditos eius adesse. Hos, quantum ipse sibi videbatur ex literarũ sacrarum comprehendisse notis, homines esse Societatis; ac proinde populo fideli omnino cauendos: suarumq; partium esse monere, prædicere, denunciare priuatim, & publice ne incauti mortales per speciem pietatis sibi misere paterentur imponi. Quam persuasivonem Antichristi siue instantis, siue iam nati hoc tenacius arripuerat, quod, si in ea falleretur, dicebat vacare periculo. Nam increbuisse eam Apostolorum tempore, deinde Magni Gregorij ætate celebratam, postremo S. Vincentium Ferrerium in eadem fuisse: atq; adeo falli cum Sanctis nihil turpitudinis, nihil habere discriminis: Quanquam Deus nemini ira suam adalligasset potentiam, quin possit eas res cui, & quando libitum foret, reuelare. Quo loco licet animaduvertere, quantam habeat vim præcepta semel, & altius immissa in pectus opinio. Namq; sapiens hic alioqui Doctorex Antichristi rumore, qui sæpe vanus extiterat, vnde admoneri debuit, ne & ipse in errorem facile raperetur, causam vltro traxit errandi eo quidem minus impetrabili venia, quod ignorare non debuit homines olim fuisse, qui & ipsas Mendicantium, atque adeo sanctorum Dominici, & Francisci Sanctissimas Familias eadem fabula in contemptum vocare conari sint, & ex iisdem, quas ipse colligebat notis ostendere assecclas earum Nuncios Antichristi esse, vt videre est vel apud Sanctum Thomam, qui libro contra impugnantes Religiones, docte, pieque aduersariorum impias calumnias & insanas rationes refellit. Ergo quæcunq; in Societate cernebat, quæ speciem haberent noui, qualia necesse erat videri non pauca, cũ ipsamet modo genita, ac plane noua esset: sine vlla dubitatione in eam sensum Antichristi, atq; satellitum eius interpretabatur. Appellabat alicubi populus homines Societatis Hispano vocabulo Ignighistas: id aiebat Melchior proprium hæreticorum esse de auctoris dici nomine: sic Nicolaitas, Arianos, Pelagianos, nouissimæq; Lutheranos ab nefariæ sectæ inuentoribus nominatos. Quod cum diceret, non tamen animaduvertebat clarissimis S. Benedicti, Dominici, Francisci, alijq; familijs, quas pleriq; mortalium ab parentibus vocant, iniuriam irrogari. Quod autem primi illi Patres Societatis operarum paucitatem laborum multitudine compensaturi, frequenter in hominũ consuetudine cernerentur, id aiebat esse penetrare in domos. Cũ pueris, infirmæq; ætati rudimenta fidei summo studio tradi videbat, hanc omnino artem Hæreticorum monebat esse; atq; adeo Iuliani olim desertoris fuisse, quo teneros annos aduersus Christum veneno impietatis imbueret. Quod Societas, quippe cum Clericorum esset ordo, nullo utebatur habitu simili Monachorum, sed tantum communi, probatoq; sacerdotum, id fieri interpreta-

batur

batur ad obtegendas culpas, & maiorem peccandi licentiam, ne certus vestium ornatus, & religiosa professionis insignia fræno essent. Nondum absolutæ erant constitutiones Societatis, ac leges; in quibus condendis nunc maxime B. Ignatij desudabat industria, tantum quibusdam, vt dictum est, monitis, & caritatis legibus vivebatur: id vero cum Melchior scrutatus omnia, comperisset, Illuminatorum prorsus aiebat esse nullis coerceri legibus, sed sui quemque sensus agi libidine. Exercitia spiritalia, quia nulli sunt, nisi ad meditandum vsui, eoq; vulgari passim non expedit, ne, quæ percipi meditando debet utilitas, lectione evanescat, hanc non vulgandi curam detorquebat in argumentum prauæ doctrinæ, lucemque reformidantis. Postremo non recte de Ignatio sentiens, in eadem existimatione cunctam eius familiam reponebat, quod fructus ex arbore non bona, esse boni non possunt, nec credendum Religionis institutori, cuius doctrinam Deus è Cælo, vt adhuc in S. Dominici, Francisci, ac Benedicti perspectum erat initijs, non comprobaret miraculis. Hæc ferme criminabatur hoc tempore: quibus alia alijs deinceps annis, deque nomine ipso, & institutis adiecit. Nam bonus vir, quoad vixit, quanquam supremo tempore dicebat placati se velle, nunquam potuit penitus siue dedoceri, siue quiescere. Ceterum per id tempus, cum id, quod sibi finxerat de aduentante Antichristo celebraret, nouæque huius alumnos familiæ ita describeret, vt emissariorum, atque satellitum eius notas apte in eos omnes quadrare contenderet, idque non modo in circulis, priuatique congressibus, verum etiam è sella doctoris deque suggestu, ac pro concione iactaret, vt erat doctrinæ fama, ac probitatis opinione vulgo nobilis, facile hæc non modo imperitæ multitudini, verum etiam Principibus viris obrulerat, vt iam à nostris sibi quisque caueret, eosque per vrbs itinera digito commonstraret; nollentque Senatus, ac Magistratus potestatem eis facere Christianæ tradendæ doctrinæ, vel rusticis, vrbanaque faci: nec sane restaret aliud, nisi vt veluti quisquiliæ, & purgamenta vrbs, vrbe protinus pellerentur: id quoderat apud Academicos agitari, & deliberari iam cœptum. Turrianus autem, qui vsum iam aliquem cum Melchiore habebat, curius neignorabat ingenium, hominem conuenit, summissèque rogat, vt perpusillam, & suis laborantem initijs Societatem sua malit auctoritate protegere, quam vexare, erigere quam affligere: literasq; Sedis Apostolicæ, quibus illa probata, & confirmata iam erat, statim exhibet, & simul, quæ sint de ea recentissima iudicia Pontificis, qui duos è Societate Theologos suo nomine ad Concilium Tridentinum, & ex eadem Apostolicum nuncium ad Indos miserit edocet. Ignatium autem, quem appellabat indoctum, multos annos operam dedisse Philosophis, multos Theologis, apud eosque tantos effecisse processus, vt post tentatam acriter eius scientiam Doctoris lauream è Philoophorum spatijs honestissime reportarit. Nihil his permotus ille, sed palam dicicans præmonendam fuisse multitudinem, ne se in fraudem pateretur induci, nihil se in eorū dolere subiecit, quam quod Turrianus etiam, cui esset amicus, ijs se cum hominibus coniunxisset. Hos inter fluctus pauci illi de Societate patientia, modestia, simplicitate versabantur insigni. Tametsi dolebant exercitationem illam in publicum noxiam, nunquam tamen aduersarij mentem damnare sunt ausi. Erat hæc ingenua bonitas in primis huius disciplinæ alumnis ad posterorum exemplum: adeo vt Hieronymus Natalis multis post annis cum Societatis res in dies magis illustrarentur, nec Canus multum mitigaretur, plurima sibi ea re sacrificia illum abstulisse scriptum reliquerit, se vero ab damnando eius mentis consilio semper abstinuisse sententiam. At optimus doctor Turrianus, in quæ prima vis tempestatis incubuit, dum statum rerū Araozio Prouinciali nunciat, Gratias age, inquit, Pater Domino, quia videret nos per suorum vestigia famulorū deducere, eumq; per tramitem, quem sibi ipse delegit, & instituit; tanquam nos aliquid essemus, vel aliqua ad eum sequendum esset in nobis facultas. Tanta tamen Iesu dulcissimi suauitas est, ac benignitas, non modo vt mortali in corpore totam asperitatem vitæ huius, molestiamq; quo facilem nobis, suauemq; relinqueret, assumere in se se voluerit, sed etiam nunc immortalis auxilio nobis vsque adeo affluent, & cunctis quodammodo fortunis suis adsit; vt tanquam sensus expertes, ac prorsus sine vlllo labore nostro per iter, quo nos ad maiorem sui laudem nominis agi permittit, trahat post se. Hæc, & alia in eandem sententiam Turrianus. Nec vero solum bonitas summa suis famulis amaritiem calicis suæ

47
Quid contra tempore Turrianus adhibuerit.

48
Insignis patientia Patris Salmantica.

49.
D. Penna
ex ordine
Prædicatorum
Societatis
defendit.

dulcedinis vbertate condidit, sed etiam defensores, qui causam eorum sponte suscipere, unde tali rerum articulo expectandum minime videbatur, excitauit. Quippe Ioannes Penna ex eodem ordine singulari pietate, ac doctrina vir, & Salmanticensium Doctorum è numero, ac studio diuini honoris accensus inter tot, tantasque Societati criminationes oblatas, inuestigare ipse per se, studioseque perscrutari mores eius, & instituta cœpit. Cumque omnia reperisset longe alia atque ea, quæ ab oppugnatoribus iactabantur, non dubitauit recentem Ordinem iniuria vexatum aduersus Collegæ morsus scripto etiam, literisque defendere. Aduersarijs Societatis aiebat non secus accidisse, atque Iobi sancti amicis, qui cum falso sibi persuasissent in hac vita neminem à Deo, nisi nocentem rebus asperis exerceri, ex eo pronuntiato, ac vana persuasione collegerant vniuersam calamitosissimi viri vitam nihil veræ, solidæque sanctitatis habuisse, sed meram simulationem, ac fucum: ac proinde consolationis loco reprehensionem exorsi, multa protulerunt in simulatorem quidem recte cadentia: quæ tamen in virum re ipsa sanctum, Deoque gratissimum collata distabant à vero longissime. Similiter Phariseos ex ipsorum, Christi que vitæ dissimilitudine, ac præsertim quod traditiones, quas illi primas habebant, magister cælestis posthabebat Dei præceptis, & illas quidè omitti non oportere, sed hæc facienda, in his insitèdum docebat: persuasos nihil in eo veri esse, cum se Dei filium perhibebat, blasphemiam proclamasse. Quæ opinioni illorum congruens erat appellatio, & vera, si conijceretur in mentientem, sed collata in verum Deum, ipsa erat maledictum horrendum, & blasphemia maxima. Similiter ergo Societatis accusatores, cum sibi persuaserint eam Antichristo præire, ac præsternere iter, multa de Hæreticorum moribus disputare, non aliena, si per se se considerentur à vero; sed quæ ad hunc ordinem traducta manifeste falsa & contumeliosa sint. Nam in primis ab sede Apostolica comprobata esse Societatem; deinde negari non posse, quin vberes in Ecclesia Dei fructus vbicumque versaretur, afferret. Quæ duo argumenta S. Thomas vrget contra eos, qui religiones impugnant. Ad hæc certum esse religiosi naturam ordinis, votorum compage quasi vitalibus artubus contineri: cetera extrinseca esse, proque instituti modo, aliter, atque aliter apte ad finem propositum temperari. Quam ad amissim exigenda ea, in quibus hic ordo ab ceteris differt. Ac nominatim quod non nisi communi sacerdotum vestitu, quo facilius in hominum quorumuis, ac præcipue Hæreticorum ad omnes Christo lucrificandos det se se consuetudinem, plane esse Dei sapientiam, vitæ Apostolicæ, Christi que conueniens. In ipso vero religionis cuiuspiam autore non requiri miracula, quæ non fidelibus, sed infidelibus signa sunt. Quin potius, hoc plane esse Antichristi dogma, si quispiam asseueret nullum hominum cœtum recipiendum, cui non rerum admirabilium perpetratio suffragetur. Quippe nouissimis temporibus in Ecclesia perrara fore miracula, cum tamen Antichristus, eiutque satellites falsorum prodigiorum multitudine in fraudem inducturi sint, si fieri possit, etiam electos. Ac mirum sane videri aduersarios mentionem fecisse signorum: cum facilius fuerint suam de Antichristo persuasionem confirmaturi, si miracula huius ordinis multa celebrarentur; quæ tanquam fallacia criminantes, ceteris Antichristi notis adijcerent. Sed admirabili sapientiæ diuinæ dispensatione factum, vt Societatis filij non ita multa in Europa, terrisque fidelium miracula ederent, nisi certa, & extra calumniam posita, reddentes passim non corporibus, sed animis sanitatem, ac vitam. Denique aiebat Penna, fortasse aduersarij dicent, Petri Cathedram, quæ firmamentum est veritatis, posse in confirmandis Religionibus saltè in facto errare, quod tamen si concederem, tamen equidem semper crediderim, te potius hominem nescio quem, quam Christi Vicarium falli. Verum enimvero prædicare ordinem religiosum, quem Sedes Apostolica rite nam quis vnquam aliter factum ostendit) comprobauerit, perniciosum Ecclesiæ esse, Antichristi Antecurforem, atque homines ex ea professione omnes natura status ipsius deceptos, aut deceptores esse, res est in omnes partes absurda, ne quid grauius dicam. Nam alioqui Ecclesia, inquit, manca esset, nec sibi sufficiens, si spiritus Dei in re tam graui errare illam sineret; comprobando, ac proponendo cuncto Christiano populo nomine virtutis, & Christi, vitæ genus, quod esset Antichristi, atque Diaboli. Absit, Absit. Hæc scripsit, vulgauitque non modo ex ordine, sed etiam Cænobio eodem Penna. Nec modice

ceteri

ceteri Patres, vt veri S. Dominici filij per vnus inconsideratum zelum excitatam dolere flammam: ad eamque restinguendam, vt perpetui veritatis custodes exarserunt, & ante ceteros ipse totius Ordinis Generalis Magister doctissimus & grauissimus vir Franciscus Romæus hoc edito suis mandato.

50
Francisci
Romæi Generalis
Magistri Prædicatorum
ad suos littera.

Vniuersis in Christo Venerabilibus Patribus, & Fratribus Ordinis Prædicatorum vbique terrarum constitutis, Frater Franciscus Romæus à Castillione sacre Theologiæ Professor, ac totius dicti Ordinis humilis Generalis Magister, & seruus salutem, & Spiritus Sancti consolationem.

Pateat vobis qualiter hoc calamitoso tempore, quo religio Christiana Hæreticorum telis impetit, malorumq; Christianorum peruersis moribus labefactatur, nouus ordo Presbyterorū regularium sub titulo nominis IESV, de vrbe quasi præsidaria manus Dei benignitate submissus est: quem ob ingentes fructus, quos lectionibus, & concionibus publicis, priuatorum adhortationibus, confessionum audientia, ceterisq; sacris exercitijs, ac sanctorum morum exemplis in Ecclesia facit, Sanctissimus in Christo Pater, & D.N. Paulus Papa Tertius approbavit, & confirmavit. Quod ideo vobis significatum volumus, ne huius instituti nouitate seductus quispiam vestrum commilitones suos ad eundem scopum tendentes, & à Deo sibi suppetias missos, per errorem fortassis oppugnet, eorumq; detrahat institutis, quorum fructibus gratulari, & pios actus æmulari debuerat. Credimus quidem vos omnes, vt pote caelesti sponso dilectos, & amicos, varietati, qua sponsa illius amicitur, non detracturos; sed eam potius charitate, quæ congaudet veritati, complexuros, & exosculaturos. Attamen, ne officio nostro desimus, omnesque motus præueniamus, Vobis omnibus, & singulis præfatis fratribus præsentium terrore mandamus, & autoritate nostri officij in virtute Spiritus Sancti, & sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis arbitrio nostro taxandis, præcipimus ne dicto Ordini per Apostolicam sedem approbato, & confirmato, aut eius institutis vllō modo detrahere, aut de eo obloqui audeatis, tam in publicis lectionibus, sermonibus & congressibus, quam in priuatis vestris colloquijs: quin potius eum, Presbyterosque eius tanquam vestros commilitones iuuare, & contra impugnantes protegere, & tueri studeatis. In quorum fidem, & robur has fieri, & nostri officij sigillo muniri iussimus. Datum Romæ decimo Decembris M.D.XLVIII.

Fr. Franciscus Romæus Magister Ordinis Prædicatorum assumptionis nostræ anno tertio.

Paulus quoq; Pontifex, quo causas offensionum mature opprimeret, Apostolicum diplomæ edidit, in quo duos statuebat Antistites Conchensem, & Salmanticensem, iudices, tutoresq; ordinis ab sese recepti, vt & à publicis, & à priuatis obrectationib⁹ nullo habito personarū discrimine seueris Ecclesiæ censuris, & animaduersionibus cū Societatis instituta, tum ipsos homines vindicarent, in eosq; pariter animaduertent, qui moras aliquas inferrent Collegij Salmanticensis iniurijs: Mandabatq; in eodem diplomate Pontifex, vt qui publice, priuatimve Societatis nomini detraxissent, ije eodem modo violatam eius famam palinodia resarcirent. Quoniam autem Canus, vt diximus, quo sua probabilis de Antichristi præcursoribus somnia venditaret, plusque Societati fidei abrogaret, autoris existimationē, ac famam exprobrandis eius vinculis, & iudicijs sæpe dilacerauerat, misit Ignatius exemplar editi testimonij à Bernardino Conuersino vrbis Romæ Præfecto de suis, suorumque moribus, deque iniquis maleuolorum criminatationibus, & calumnijs; quo luculentissime, & perpetua eius declarabatur integritas, & calumniatorum notabatur iniquitas: ad hoc autem testimoniū litteras priuatas adiunxit, in quibus amplā faciebat Michaëli Turriano, Francisco Stradæ, & Ioanni Aluario potestatem quoduis suo nomine adeundi Tribunal, & in iudicijs publicis, si quādo reddenda esset instituti nostri ratio, aut priuilegia exhibenda Pontificū, se sistendi. Verū hæc tum Salmanticā sunt perlata, cū iam mendacijs nixæ calumniæ sua sponte prope cōciderant, nec desiderata sunt amplius ab Vrbe tot diligentiæ

51
Paulus Societatem defendit.

52
Ignatius quod ad Societatis defensionē præscripsit.

53
*Diuina
 prouiden-
 tia in tuâ
 da Socie-
 tate Sal-
 mantica.*

ligentia præsidia. Nam ex vna parte Ioannis Pennæ singularis industria, ex altera eorum, qui suspecti habebantur, perennis ardor in obeundis vel inter procellam muneribus suis aperuerunt oculos hominum, vt viderent, quo tandem ex fonte tanta fructuum manaret vbertas. Deduxerunt credulos de errore, conciliarunt auersos, & suspicionum vanitate discussa tetram turbinum noctem in diem nitidum, lætissimumque verterunt. Quod autem in tantis turbis diuinam erga nos benevolentiam maxime commendauit, illud fuit, quod in ipso tempestatis æstu, medijsque turbinibus, dum nec suam homines inconstantiam, qui modo Societatis beneuolos, modo se alienos declarabant, nec Patrum satis perspicuam innocentiam sentiebant, nobilem Deum feminam Comitum montis Regij Mariam Pimentellam, quæ se intra Monasterium S. Mariæ sub eadem Diui Dominici disciplina collegerat, vt nostris necessaria victui, cultuique prospiceret, excitauit. Hæc cum externos Societatis in pietate discipulos pie, modesteque venerantes in æde sacra Deum contempleretur ex oratione: quæsiuit quod genus illud adolescentium esset, tam singulari pietatis specie præditum: cumque responsum esset eos esse quorundam clericorum, qui nuper illuc attigerant, in Domino filios: tum illa, quæ vna ex parte meminerat ea, quæ vulgo iactabantur in nostros, ex altera tam modestos, adeoque pios contemplantur eorum disciplinæ alumnos, statuit ex ijs euocare nonnullos, à quibus de recentium religiosorum vita, institutisque cognosceret. Sensit ergo ex eorum moribus, ac sermonibus longe alios esse, atque æmulum obtræctatio, & inconstans vulgi fama descripsit: nec dubitauit, vt in Sociorum animos semel intrauit, eosque penitus inspexit, totosque tentauit, vitæ sibi duces, ac magistros addiscere, eosdemque ad confessiones ad extremum vsque spiritum adhibere. Ita constitit præclare Dei prouidentia, aduersus hæc molestias Societati, ex ipsa præcipue Dominicana familia defensionem, opemque præbendo, vt ordinis vtriusque viros quanto Satan distrahere fraudulentius conabatur, tanto arctius Spiritus sancti caritas copularet.

54
*Compluti
 quoque
 Societas
 exercita.*

Compluti quoque suppeditata est patientiæ facultas modo morbis, & egestate; modo æmulis, & maleuolis ingruentibus. Nemo non tentatus, & conflatus est morbo; vix vt esset, qui vicaria opera laborantibus ministraret. Cæpta sunt etiam benignitatis alienæ remitti subsidia, vt contra hyberna frigora tueri se Socij idonea veste non possent. Ortizium insuper Societatis fautorem, atque beneficium importuna mors sustulit. Quibus rebus adducti maleuoli vt viderentur bene diuinasse, iactabant breui Societatem omnem interituram. Ioannes quoque Silicæus Archiepiscopus Toletanus, qui iam se parum æquum Societati præbebat, expectabatur Compluti propediem ritus eius exploraturus, ac vitam. Sed his minis, difficultatibusque Villanouæ virtus, qui ceteris præerat, non frangebatur, imo in spem erecta maiorem, Antistitis expectabat aduentum, vt res omnes excuteret, & suo arbitratu iactaret. Eademque prudentia, quo facilius hominum suspicionibus, & maleuolorum sermonibus obuiam iret, per occultum curauit amicum, Academiæ Rectori suggerendum, Societatis vt ininituta cognosceret, & si quid in ea noxiū esset, inquireret. Intelligebat enim fraude, & arte Satanæ sæpe fieri, ne veritas illustrata pateat: quæ dum suppressa latet, errorem animis creat. Itaque Villanouam Rector accersit, ex eoque rationem de Societatis moribus, institutisque reposcit. Cui cum is abunde fecisset satis, ad extremum ipsemet precibus à Rectore contendit, vt adhibitis in consultationem Theologis, ex ipsis etiam æmulis, inuidisque causas excitati rumoris summa seueritate perquireret. Probatum est Rectori consilium, & res tribus commissa Doctoribus inter æmulos facile primis. Hos Villanoua cōuenit, & ad eorum interrogata omnia, quæstionesque seu de libello exercitorum (de quo multa iam animo falsa conceperat), seu de institutis, moribusque nostrorum ita respondit, vt eos pingeret facti, raderet susceptæ mentis. Inter aduersarios autem, & qui à nostris abhorrebant, Casa quidam est Collegij Doctoribus non magnæ ille quidem autoritatis, sed robustæ in primis audaciæ multa in ipsas quoque literas Apostolicas, quibus & Societatis instituta, & B.N. Parris exercitia spiritualia probantur, effuderat. Non defuerunt viri boni, atque pii, & in ijs Doctor Lartanus, Cusquensis postea Episcopus, qui eius se maledicentiæ vltro opponerent, tantis utique studijs, ac cōtentionibus, vt non modo inter ipsos Academicos, verum etiam in populo varij motus, & sermones existerent: atque Apostolico diplomate, quo Casa citabatur ad Urbem, fuerit occur-

55
*Villanoua
 turbis ob-
 miamit.
 Rectorque
 Academia
 Complutē-
 sis Socie-
 tatis res
 probat.*

56
*Doctor Ca-
 sa terrore
 Pontificij
 mandati,
 quo citaba-
 tur ad Vr-
 bem à ma-
 ledictis
 distitit.*

rendum.

rendum. Sed homo lenissimus Villanoua, hoc accepto diplomate, ne quod religiosa lenitate posset, id tentaret iudicio, haud vtendum continuo putauit: admonendum potius hominem censuit per Ioannem Costam Doctorem eximium, & qui primas tum cathedras obtinebat, dein Legionensem rexit Ecclesiam, si forte rediret ad officium iudiciorum metu simul incusso, accepti significatione diplomatis. Cessit ex sententia pij pariter, ac prudentis viri consilium. Casa quippe diplomatis Apostolici certior factus, Romanæque Curia iudicium reformidans, quamquam Societatem nunquam penitus adamauit, ita se tamen in præsens dedit in alteram partem, vt ex maledico, mordacique nostrarum repente laudum fieret prædicator. Fuit tamen & vulgo admirationi non modo huius, verum etiam aliorum Doctorum repentina mutatio, nec bono minori; cum pleriq; de populo partim se in fraudem, non sine dolore faterentur impulsos, partim insultarent in æmulos, eisq; suum exprobrarent errorem. Vallisoleti vocatus ex Lusitania Strada, Duce postulante Gandiæ, orsus est Verbum Dei, quo consueuerat, ardore tractare. Postulauerat eum à Ioanne Rege Borgiæ: & rei Salmaticensis gratia, cui per opportuna in tantis turbis sperabatur eius dicendi facultas, haud grauate Simon dimiserat. Verum cum Salmatica Vallisoleti, mox eo rediturus accederet, retentus est ab Apostolico nuncio Poggio. Conuentus hominum ad audiendum nullo templo capi poterat, & audiebatur tam fructuose, quam auide. Complures præter ingentes populi motus, ad Societatem animum appulerunt: peccatorum vero relaxatio tanta, vt omnium cognosci crimina, causæque non possent. Quibus rebus permota ciuitas ædem nostris cum tecto dedit, eamque habitationem, quo religionis esset visibus opportunitior, suis sumptibus Poggio auxit: nec defuit liberalitas ciuium siue ad domesticam suppellectilem comparandam, siue ad corporum alimenta. Barcinone versabatur etiam tum Araozij Prouincialis, quò superiore anno confirmandæ valedudinis causâ ex Curia se receperat, æque omnibus carus, primarijs præsertim viris, qui Societatem ferebant in oculis. Causa moræ Principis pietas fuit, quæ reformandis Catalauniæ Monasterijs, accepto per Ignatium ab Apostolica Sede diplomate, præposuerat Araozium; eundemque suis de rebus sacer hæresum Inquisitor familiaris nostræ coniunctissimus, consulebat: cum tamen ille se nec curis prouincialibus, ac vigilijs, nec dicendi contentionibus relaxaret: ac plurimum simul laboris iuuandis moribundis assumeret: ad quos & ipse æger, ac febri æstus opportune, importune accerseretur. Hic vero ferebatur ex labore labor. Etenim dum vni cuiquam aderat, adstantes, qui dexteritatem hominis in vltima tanti negotij clausula mire probabant, adigebant propemodum spòdere ipsis quoq; si quid humanitus eueniret, quamuis inualidum ad futurum. Id inter illustres viri suprema cum vxori eius, alteriq; illustri fœminæ Comiti promississet, tum sane belle valentibus, haud multo post vtrique adfuit morienti: Et quidem Comiti vix quarto post die. Tanta est vitæ nostræ inconstantia. Quæ clarius idem sub tempus in Tortosæ Episcopi, Barcinone tum agentis, sine perspecta est. Ab huius congressu Araozius de breuitate humanæ vitæ, deque repentinis, & varijs casibus, per quos multifariam mortaliū multi ex improviso, imparatique tolluntur, multa loquutus, vix domum peruenerat, cū Episcopi famuli trepide adfuerunt, instantque vt festinet, inter legendam epistolam, vt erat valens, & hilaris apoplexia correptum Antistitem, mutumq; ac stupentem agere animâ. Accurrit protinus Pater, paucisque horis bonus Antistes extinguitur, diuinitus haud dubie sermone illo præmonitus, ne repentinus qui ei instabat occasus, plane improuisus accideret. Nec silenda est honestæ Virginis pietas, quæ totam noctem in lacrymis nixa genu transfegit, summū vitæ arbitrum rogans, vt spiritum suo Parenti, cui vespere medici vix ad horam vnā, aut alteram prorogant, in aduentum Araozij sequenti luce produceret: & voti præter opinionem omnium facta est compos. Valentia, qui publicam de Societate frequentabant Academiam, ij mirum in modum & disciplinae progressu, & ornamento modestiæ cæteris prælucebant. Itaque cōmendabantur identidem à Doctoribus, & publicis honoribus decorabantur. Quæ Societatum in literis cura ciuitas, quæ supremā Gymnasilij procuracionem habet, priuilegium de Societate tulit, vt ei in posterum Philosophiæ, ac Theologiæ gradus assequi sine vlllo sumptu, pretioq; liceret. Miro præter administrationis domesticæ munus bis in die Magistrum sententiarum Socijs explanabat, vt eadem opera, exercitationeque sibi, alijsque prodesset. Nec tamen intermittebat

57

*Strada cō-
siones Val-
lisoleti, &
ceptum s-
bi domici-
lium.*

58

*Araozij
cura Bar-
cinone.*

59

*Moribun-
dus adest
solertia sin-
gulari.*

60

*Literarios
gradus Vn-
uersitatis gra-
tuitos So-
cietati im-
bent attri-
bui.*

bat

61
Frequens
Eucharis-
tia vsus
cum voca-
retur in
dabium ab
Archiepis-
copo egre-
gie commē-
datur de
sententia
Theologo-
rum Va-
lentinorū.

bat causas animarum. Conciliati sunt eo duce dissidentium animi non inter nobiles modo, primariosq; viros, verum etiam inter religiosos, principesque Doctores. Dos est orbis curata Virginitas, & confitentibus exhibita omnis sedulitas aurium. Verum cum in præcipuis fructibus crebram confessionem, crebramque Eucharistiam Societas numeraret, Satanas, cui ea plerumque res plagas luculentas imponit, tam crebrum vtriusque mysterij vsus in magnam dubitationem, ac suspicionem apud vulgus induxit, pugnantibus pro vtraq; parte tota ciuitate sententijs, præstaret ne crebrius, an rarius sacrosancta illa tractare mysteria: & de suggestibus orta lis erat, dum alij aliud pro concione probare, aut improbare contendunt. Id videlicet diuinæ gloriæ amantissimum Archiepiscopum Thomam de Villanoua impulit, vt conuocatis cunctis fere Theologis, de eorum sententia decerneret, quid præcipiendum populo videretur. Tum indicta in diem Dominicum concione ipsemet de superiore loco duas ad horas ea de re verba fecit. Et antequam peroraret, frequentem synaxim adeo populo commendauit, quod ex tota illa disputatione iam effici videbatur, vt potestatem cuiq; faceret, octauo minimum quoque die sacra illa vsurpandi mysteria. Itaq; quæstioni finis impositus, & os ijs obstructum, qui tanquam rerum nouarum auctores nostros homines in circulis vellicabant; eorum verò, qui longam non ferentes ieiunij moram, ad sacras epulas auidissime properabant, exhilarata, & confirmata pietas. Gandiæ rei Christianæ, & pueris erudiendis, & inflammanda multitudo, & studijs alijs allaborabat Ouiedus. Catechesis ei quotidiana erat, & quæ perpetua fuit humilitas hominis, præ ceteris muneribus cordi: ideo par fructus operæ. Quanquam autem in elementis eius disciplinæ tradendis peculiaris erat cum pusillæ ætatis, tum imperitorum habenda ratio; ita tamen in docendo se versabat, vt nec suum pabulum viris, doctisq; deesset, & tamen pudorem eis non afferret illius humilis turbæ conuentus, tametsi verecundiam adimebat Ducis cognata Ioanna, quæ cum Nepotibus, grauibusq; viris sedula, ac frequens aderat. Faciebat & ad Neophytos subinde verba, communi- que valetudinario periculis admonentibus, succurrebat. Cumque Gandiam Ducis visendi gratia Stephanus Almeida Carthaginensis Episcopus accessisset, de consilio eiusdem Ducis ad exercendam diuinis contemplationibus mentem adiecit animum. Ouiedoque adhibito Murciam iter instituit: quo in itinere locis quibusdam suæ diocesis inspectis, Murciæ demum in exercitia illa se abdidit. Instituebatur ab Ouiedo vnà cum Canonico quodam principis ædis Ecclesie tanto cum fructu; nihil vt aliud tractare animo videretur, nisi quemadmodum Deo se probaret, & creditū sibi gregē pro eius voluntate foueret. Cuius rei gratia venit in mentem poscere aliqua de Societate subsidia: datiq; ad Borgiam literis de instituendo Murciæ Collegio tum primum agi cœptum. Auxit autem vehementer exercitorum studium conuersus nuper latine eorum liber, vt supra demonstrauius, & Romæ typis Borgiæ sumptu impressus, vna cum illustri in ipso libri vestibulo Pontificis Maximi testimonio. Is Gandiam allatus tantis illico exceptus est plausibus, vt inde in posterum quotidie nostri antelucanæ contemplationis locos, & argumēta colligerent: eumque morem vnà cum amita imitatus est Borgia, & inflammata ceterorum pietas, ne ad ea præcepta dubitarent institui. Absoluto Collegij opere, pridie eius diei, quo gloriosus Christi in Cælum celebratur ascensus, nouas in ædes migratum est, post dieque nouo in templo pro autore Collegii, recepto iam tum more, sacrificatū: in itæque cum Duce, & liberis epulæ in interiori, cōmuniq; cœnaculo: postea inclinato in pomeridianum tempus die, theses Philosophicæ, ac Theologicæ propugnata. Tredecim in eo habitare Collegio de Societate cœperunt, plures olim rebus corroboratis, futuri. Voluit autē disciplinis Dux Borgia filium suū Aluarū inter nostros operam dare. sed aliò Aluarus conuertit animū. Cumque idem Cōpluti duobus liberis suis Ferdinandus Vega percuperet, quanquam eum deinceps aditum ceteris aperiri non est passus Ignatius: tali tamen viro de Societate tam merito, vt etiam ipsi Duci, non negandū putauit. In tam felici rerum cursu illud erat incommodi, quod & qui Collegium administrabat Ouiedus, & qui publice docebat Franciscus Onofrius in spatio, stadioque pietatis nimia vterque contentione currebat: prorsus vt Ignatio frānis viderentur egere. Quorum hic quotidie media nocte ad confitendum Domino surgens, septem ipsas horas continenter in oratione persistabat: ille vero præter horarias preces, pensumque psalmodiæ, priuatæ insuper preconi-

62
Rerum sta-
tus Gan-
dia.

63
Exercitio-
rum spiri-
tualium vsus

ternas

64
Nimius
feruor An-
dra Onie-
di, & Frā-
cisci Ono-
frij.

ternas quotidie tribuebat horas: ter se flagellis verberabat: lacrymarum tantam vim effundebat, vt cum nocerent aspectui, studio adhibito contineri vix possent. In rebus autem turbidis, & aduersis tam æquis, pacatisque animis Ouiedus erat; vt ab humana gloria potius, ne in ijs nimium sibi placeret, quam ab infirmitate animi, ne cas ferret iniquius, metuendum sibi esse fateretur. In consolandis quoque iuandisque proximis omnino misericordem experiebatur dexteram Dei, tamen in contemplatione vsq; eo complebatur dulcedine, vt iam non libenter, nisi quatenus caritas, vel obedientia exigeret, externis occuparetur actionibus: resq; eo processit, vt demum auideraperetur in syluas, & sanctæ otia solitudinis. Itaque communicato cum Onofrio iam sacerdote consilio, cum is & comitem se, & ministrum volens adiungeret, ambo ad Ignacium scripsere, veniam vt se saltem ad septennium ab vsu hominum remouendi concederet, rationibus multis orantes. Nam quod ambo sacerdotes essent, non carituros diuinorum operum mysteriorum: inuicem etiam aduersus tentamenta, & ludibria Saranæ totum aperientes animum, consilio, & magisterio iuuaturos. Porro actionem eam demum perfectam esse, quæ ex contemplatione manaret. Ad perfectionem autem nobis contendendum haud dubie esse, cum Christus Dominus admoneat ijs verbis, estote perfecti sicut & Pater vester perfectus est. Qui autem non sit plane perfectus, eum multas inter actionem noxas, quanquam leues, tamen noxas committere: potius autem sinendum omnem perire mundum, quam vt culpa suscipiatur quamuis leuissima. Ad extremum se ex viris admodum religiosi cognouisse, & Historijs sancti Francisci, licere hanc solitudinis ad eundem potestatem petere, & a Præsidibus concedi debere: verum se se totos in potestate futuros Præpositi sui, & obedienter iussa facturos. Erat Gandiæ Ioannes Texeda, vir de Franciscana familia, asperitate vitæ, & contemplatione rerum diuinatum, & aliarum celebritate laudum insignis: quem Barcinone olim cognitum Borgia, Gandiamque eius Præsidum voluntate ductum, veluti suæ pietatis magistrum habebat. Eodem Ouiedus, & ceteri Socij plurimum utebantur: & primos illos, qui Seraphici Patris Francisci viguerunt tempore, imitabantur ardore: vnde & factum est, vt in eam sensim solitudinis mentem Ouiedus, & Onofrius venirent. Sensit continuo vir experiens Ignatius, & in spiritibus interno scendis celesti quadam prudentia præditus periculū fraudis: nec dubitauit Patrum vota, ac postulata damnare: quæ non modo à susceptis vitæ rationibus abhorrerent, verum etiā vehementer cum studiorum præclare cæptis, tum animarum lucris officerent. Quomodo enim vir in primis sapiens eorum probaret consiliū, quos ex acceptis Dei donis, muneribusque; naturæ, primæque; vocatione, & successu rerum fatis intelligeret ad homines tuendos, ac conseruandos natos? eosque; dona illa non pro se accepisse duntaxat, verum etiam pro aliorum communi salute, ad idque; vocatos? Nec vero in hoc vitæ genere vias, rationesque; deesse ad adipiscendam euangelicam perfectionis. Fallebat nimirum homines, nondum solitaria vitam expertos, vitandi leues culpas cupiditates, tanquam eas omnes vitare possemus, vel non plurimam etiā solis irreperent: vel metu leuium culparum magna essent facta prætermittenda. Nam etsi omnia debent posthaberi culpæ vel leuissimæ, quæ quidam prudenter, deditaque; opera contrahatur, non tamen maiora officia, in quibus periculū sit leuium culparum, continuo sunt postferenda minoribus, quia tutiora hæc sunt. Adest enim maioribus ex obedientia, & caritate conatibus auxiliū è cælo vberius, & caritas operit multitudinē peccatorum. Ad extremum nihil magis formidandum est, quàm ne priuati otij studio animarum cause, ad quas Deus vocet, prætereantur. Sed sunt nonnulli, vt B. Pontifex Gregorius admonet, qui magnis ditati muneribus, dum solius contemplantionis studijs inardescunt, parere vtilitati proximorum prædicatione refugiunt: secretum quietis diligunt: secessum speculationis perunt: de quo, si districte iudicetur, ex tantis proculdubio rei sunt, quantis venientes ad publicum, prodesse potuerunt. Qua enim mente is, qui proximis profuturus enitesceret, vtilitati ceterorum secretum proponit suum, quando ipse summi Patris vnigenitus, vt multis prodesset, de sinu Patris egressus est ad publicum nostrum? Hoc igitur, quod Gregorius admonet, animaduertens Ignatius, vt medicinam commuinus Ouiedo faceret, accersendum eum Romam putauit. Sed quoniã Duci aliter visum, qui discessum Patris superuacaneum esse iam scripserat, superfedid. Testabatur autem Ignatio Dux ipse, secum Ouiedum ea de re contulisse, & suam sibi aperuisse sententiam; se autem respondisse, quanquam ad actionem

65

Solitudinis
amore capiuntur.

66

Non probatur
Ignatio
amor solitudinis
in Ouiedo, &
Onofrio.P. P. Pastor
cap. v.

reuoocanda mens illa non videbatur, esse tamen, quod Deo gratias ageret, cuius liberalitate medios inter homines præmia solitudinis obtineret, & cum actuosa vitæ fructibus, ac præmijs Monachorum posset merita sine monasticæ vitæ laboribus adipisci: addebatq; toto eo temporis interuallo, quo expectabatur ab Vrbe responsum, in magna illum tranquillitate animi, & æquitate fuisse: nec tum fuisse minore, cum accepto responso, quod petebat, negatum est. Bonarum quippe, & humilium est mentium non pertinacem in sua esse sententia, sed facilem se præbere, & se se flectere aduersus Præpositorum sententias, atq; iudicia. Quo circa recte in ijs literis Dux sentiebat, quicquid in Ouiedo ex eo soliuagæ vitæ consilio sperauerat Satanas, id ipsum funditus amisisse, seu obedientiæ sacrificio, seu merito solitudinis: idemq; scripserat de Onofrio. Et sane hic, si quisquã, locus Ouiedi obedientiam illustrauit. Rescripsit enim ad Ignatiũ ingentẽ se ex responsione eius percepisse lætitiã: certoq; credere profectã à Deo, ac proinde sibi plane esse persuasum nihil rerũ omnium cõducibili sibi, nihil aptius inueniri, quam quod B. Patris præscribebat epistola. Igitur tranquillum se animũ, ac lætum habere, & in obtemperandi proposito ita fixum; vt, si forte pro suis peccatis, in aliquod ruere crimen permitteretur, speraret tamẽ de bonitate diuina facturam eã improbitati suæ modũ in eo, ne quando amabilem obedientiæ nexum rumperet. Qui sensus cum item in Onofrio fuerit, non temere existimari potest hanc solitudinis voluntatẽ nõ modo exitu bonis viris fructuosam accidisse, sed etiam ortum à bono potius, quã malo spiritu habuisse. Certũ est enim, quod solebat memorare Lainius, sæpe in ijs voluntatẽ à Deo, non quod rerũ effectum, sed quod ipsam voluntatẽ, ac studiũ requirat. Quod cũ ita sit, aperta illa simplicitas, qua continuo totã suam mentẽ ad Præpositi iudicium detulerunt; tum æquitas, & alacritas, qua & expectarunt, & exceperunt eiusdem sententiam, eamq; non propensione modo animi, sed & iudicij decreto, vt maxime omnium sibi congruentem complexi sunt, facile bonum, seu certe minime malum totius consilij fontem ostendunt. Tenebriõ quippe Satan est, & quoniam male agit, lucem exosam habet; neq; simpliciter agi cum Præpositis vult, sed per ambages, cunctationes, excogitatisque artificiose cauiss. Deinde in sua homines, quantum potest opinione figit, & obfirmat: nec patitur ab ea diuelli, nisi ægre, ac repugnãter. Eoq; fit, vt vbi diuersi inter se depugnãt spiritus, cõcertatio, & lucta sentiatur. Boni autẽ viri, quibus nihil propositũ est, nisi vt placeãt Deo, vbicunq; diuini nutus existit indicium, eo cõfestim toto feruntur impetu, priora vota tamen cõtraria deserẽtes sine vlla tergiuersatione, ac pugna: quia vbiq; vno, eodemq; ducuntur spiritu, ac res quamuis diuersas studio non nisi vno, eodẽq; sectãtur. Quod perspicue in Apostolorũ obseruare licuit principe. Qui enim religiosissima modo contumacia clamabat, Nõ lauabis mihi pedes in æternũ, simul cognouit, placitũ esse Domino, vt id pateretur, obsequij summã alacritatẽ studiumq; vnicũ gratificandi illi demonstrãs, illi eo subiecit: Non tantũ pedes meos, sed & manus, & caput. Poruit autẽ & Ducis autoritas multũ habere põderis hos apud Patres, ne suis obsequi nutibus, solitudinis latebras quærerent, non rã quia Dux, quã quia iam inde ab Isabellẽ Imperatricis obitu (quemadmodũ significatũ est supra) asperẽ vitẽ studijs vehemẽter erat addictus. Et quanquã mortaliũ oculos specie fallebat externa; tamen & precationis assiduitate, & inedia tolerantia, & quotidiano sacrælectionis vsu nullis sæpe cedebat Anachoretis, & qui syluas inter, ac nemora delitescunt. Et tamen, cum ad Religionem animum appulit, non syluas abditas, nec hominum meditarus est fugam, sed ad hanc vitæ quasi communitatem, societatemq; mortaliũ, quam sequimur ipsi, studia sua, ac vota cuncta conuertit. Atq; vt de eo iam proprie dicam. Is hoc anno Professionis vota solennia tũ meriti amplioris, tum firmioris constantiã causã, domesticos intra parietes nuncupauit. Non dum enim Religionis cultum induerat, & per Apostolicã ei sedem licebat adhuc bona sua, priuatamq; rẽ toto tractare triennio, & ipsam quoq; administrare rempublicã. Cuius professionis gratia Prouincialẽ Araozium euocauerat, & sacro Pũificationis Deiparã die incredibili iucunditate animi, ijs se se votis, & sacris vinclis astrinxit. Quo ex die cõepit illum Beatus noster Pater, Patrem Franciscum Borgiam, mutatis titulis appellare. Nec mirum in Ignatij venisse mentem tanta vri in admittendo ad ea vota Duce, festinatione, qui meminerat, cum tot iam annos vitam quandam insituisse cõlestem, Religiosã vtique propiorem, quam populari, & in cultu

67

Ouedi obedientia.

68

Vnde in uarnoscenda à quo spiritu sint uoluntates.

69

Borgia Solennia societatis vota nuncupat.

70

Eiusdem die uirtutis ac profectum.

feculi

seculi morēs gestasse cœnobij. Qui in ipsa Catalauniæ prætura nitido sub amictu, & personæ illi decoro applicabat ad nudum corporis rigido ex crine cilicium, & vberes inter epulas, quibus excipiendi non raro erant pro dignitate conuiuæ, fraudabat genium suum tacitis, arctisque ieiunijs, & inter curiæ blandimenta, ac voluptatum illecebras læuiebat in corpus suum quotidiano, immitrique flagello, & inter homines horarum omnium, multiplicesque garrulitatis ansas, multas suffurabatur horas, vel ad dulcia cum Dei Maiestate colloquia, vel ad iucunda pabula facti codicis. Cuius studij fructus tum primum apparuit, cum & pijs scriptitandis libellis (quorum vnum, cui titulum fecit, De Confusione, ante biennium editum supra diximus) & habendis priuatim ad sacras fœminas concionibus, cunctis repente fuit admirationi pariter, & exemplo. Et anno superiore cum domi suæ instituisset, vt sua cuique daretur post epulas concio, tanquam vnus è numero semel, atq; iterum loco suo verbæ & ipse fecit, ac posteriore quidem dictione de cognitione sui ipsius tanto animi ardore, tanto verborum, & sententiarum pōdere egit, vt omnes velut emoti mente, vnde subito tanta dicendi vis, tantus rerum diuinarum sensus existeret, affirmarint in eo Deum fuisse locutum, excipiendamq; aureis literis declamationem illam fuisse, quæ tota vndiq; Deum spiraret, nec tam librorum monumenta, quam orationis redoleret incensum. Continebat autē in suis se perennibus exercitationibus Tyro Christi, & aggregatus nouæ militiæ pietatis augebat, & pœnitentiæ studia, ne abusus gloria nominis, tum in certando frigeret, cum maiora danda essent suæ experimenta virtutis. Sed prudens Pater Ignatius nimios reformidans ardores, vtendum suo iure censuit, & modo arti cœpit in Filio, quod distimularat in Duce. Duci quippe nullos vnquam frænos ardoris iniecit, vt quo acriora essent inchoata studia virtutis, eò radices ageret altiores summæ constantiæ. Nihil enim tam firmat animū ad cōstantiā, quam perennis exercitio virtutis: qua paululū intermissa, sæpe labat, mutatq; sententiā, & quasi sua destitutus elsa languescit. At vbi magna, longaq; opera vsum & facultatem peperit, firmavitq;, & suam Dux fidem professionis vinculis obligauit, in vstōque quodāmodo posuit suæ constantiæ bonū, cum deinum B. Pater adhibere modū tantis contentionibus cœpit, & suis quasi finibus coercere exundantes ardores. Principio igitur gratias Deo agere iussum de ijs, quæ ad eum diē eo opitulante gessisset, hortatur illū, vt quoniā alia ætas, statusq; conditio alios mores, aliā vitā postularer, ex nimio precationis otio partē aliquā in literarum studia deriuaret, & ad infusam diuinitus disciplinā adiungeret eam, quæ studio comparatur humano. Maioris quippe aiebat esse virtutis, munerisq; diuini varijs in locis, officijsque frui caris amplexibus Dei, & eius gloriæ, honoriq; seruire, quam id ipsum quærere aut vnus intra loci cancellos, aut in vnus muæris, precationisve functione. Deinde quoniam frequenti ex inedia stomachus crebro languebat, nec legimentis suæ repugnabat admodum lex membrorum, temperatis iussit vt ieiunijs, & consentaneo victu firmare vires, vt cum æque corpus, atque animum accepisset à Deo, paratus esset vtriusq; rationē ei reddere, qui dedisset: nec sineret corporis obrundi robur, & deperdi vigorē, quo semel amisso, minus esset deinceps ad sua munera, & functiones idoneum. Quod autem ad quotidianam verberationē attinet, quoniam propositū erat in honorem quondam passi, & dilaniati verberibus Christi, non prius verberandi sui finem facere, quam vim aliquā cruoris effunderet, vetuit in posterum Pater sanguinē mittere, & huius loco lacrymas suauit fundere, quas aut suarū, alienarumue cōmemoratio noxarum, aut cælestis aliqua contemplatio, suauissimusq; Christi amor exprimeret. Has enim piæ mentis actiones omni ex parte frugiferas esse, corporisq; exercitationi, ex Apostoli sententiā, multis partibus anteire. Ipsam vero corporis exercitationem eatenus in laude poni, quoad rectori animo in cōparandis sibi suis de Cælo donis ancilletur, & seruiat. His finibus, atq; cancellis asperiori Borgiæ vitæ præscriptis, nihil erat amplius, quod in eo vel detereret, vel desideraret Ignatius. Eminebat in egregio quippe viro expressæ, non adumbratæ virtutes, & ea præcipue, quam Christianorum notam dicit esse Macarius, alij autem Electorum, singularis humilitas. Hanc comitabantur par caritas, & in rebus gerendis non tam humana, quam diuina prudentia. Theologiæ autem si quid initio defuit, id postea studium continens annorum aliquot ab edita professione suppleuit: vt iā in homine Societatis, & eo, qui eius esset olim gubernacula tractaturus, amplius quod requi-

71

B. Ignatius temptat arduam exundantem Borgia.

72

Virtus eximia Borgia, & quemadmodū res domesticas cōposuerit.

res nihil esset. Interim ex accepta ab Apostolica Sede potestate rem priuatam componebat, ac publicā, & professione vitæ nouæ dissimulara prudenter, studebat ijs finem constanter imponere, quæ Societatis propiorē conuictum morarentur, ac cultū. Filias in matrimonio, & quidē honestissimo collocauit: Filio quæsiuit vxorē Comitissæ Oliuæ filiā, quæ cū parenti in Comitatu succederet, Gadiensiu vectigalia per se satis ampla, auxit etiā uehemētius: vt inter primarias Hispanorū Procerū domos, nō modo generis nobilitate, verū etiā amplitudine fructus ea sit habēda familia. Quanquam Franciscus Borgia maiores diuitias æstimans cunctis Aegyptiorum thesauris, atque honoribus improprierum Christi, non magnum aliquid se reliquisse putauit, cū illa reliquit: sed ijs pro nihilo habitis, atq; infra se positis, de accepto paupertatis munere nunquam satis se Deo gratum fore, quamdiu vita suppeditaret, arbitrabatur. Cæsaraugustæ pauci admodum de sociorum numero versabantur, quorum pijs conatibus cum minime obsecundaret Antistes, & multis insuper obrectationibus, ac calumnijs eorū patientia peteretur, satis habuerūt futuræ messis icissē sementem, certa spe nixi diuinæ clementiæ fore, vt qui cum fletibus semen mitterent, plenos aliquando manipulos cum exultatione referrent. Nec tamen omnino nihil seu præbendis, adhibendisq; Christi mysterijs, seu colloquiorum pietate, assiduitate, opportunitate proficiebant: sed spes erat omnis in tranquillioribus sita temporibus, vbi tranfacta frigoris hyberni tristitia placidior se verni temporis hilaritas aperiret. Hic in Hispania cursus.

73

Tertia Societatis in Italia Cæsaraugustana.

Iam in Lusitania tribus discreta locis Societas, in Curia, Olisippone, & Conimbricæ perpetuis progressionibus utebatur. Prouincialis etenim Rodericius in eadem apud Regem instituendi Principis cura se continebat: nec vni proderat regio filio, sed qua valebat apud Regem autoritate, modo per se, modo per alios sacerdotes & corporum egestati, & animorū commodis seruebat. Verum suorum iam desiderio dabatur curiæ, & per occasionem Aethiopiæ protectionis, cuius supra meminimus, fugam tentabat ex Aula: veneratque in mentem, si protectio illa minus procederet, Brasiliam à Lusitanis nuper inuentam saltem petere. Sed non semper votis nostris diuina mens annuit, quæ minus eius voluntati consentiunt: & ad ea saepe vocat, quo nullis nutibus inclinamus: vt, quo minus de nostro imperata res habet, eò cumulatior mercede meritum expleatur obsequij. Sæpe Simon expeditionem Indicam exoptauit, sæpe in vltimas terras meditatus est fugam, & tamen præter animi votum, præterque sententiam illic semper hæsit, vbi Deo rectori visum, penes quem vniuersorum est cura: cuius sapienti administratione vniuersorum commodis, animisque consulitur. Olisippone eodem loco res erant. Feruebat sodalitas illa, quam & ad celebranda diuina crebro mysteria, & ad castiganda sua flagellis corpora memorauimus excitatam. Ea ducentis amplius constabat sodalibus, quorum ingens erat ardor spiritus inter flagella, quem modo Ioannes à S. Michaele, modo suis concionibus, priusquam Castellam peteret, alebat Strada. Nec deerant, qui vel spectandi cupiditate, vel deridendi gratia Sodalitium illud ingressi, postea pœnitentium capti gemitibus, altisque fletibus, rotis commouerentur animis, & pias illas inter querelas sua quoque vulnera, ac peccata sentirent. Sane Ioannes Fernandus Castellanus, vt de ceteris sileam, adulescens prædiues, & ad pietatem propensus, cum audiendæ suauissimæ symphonix nomine huc esset ab amico deductus, præter opinionem in ea pietatis palæstra quodammodo circumuentum, & interclusum se vidit. Hic eius cœperunt aures, & diuino illo sermone, qui faces animis adinouebat, & salutari flagrorum crepitu, quæ vel durissimum quemq; flecterent, personare, haud ingrata, & iniucunda fraude: cuius in pectus, atq; medullas tam dulce, tamque efficax symphonix genus illapsum protinus est, vt de ordiendis vitæ melioris initijs cogitatione suscepta, Patres frequenter adiret, cum ijsq; multus esset: dum ad extremum ad eos aggregatus haud leuia suæ & humilitatis & caritatis inter eos, & vero etiā præclaræ sui victoriæ documenta dedit. Incessus eius per urbem erat eiusmodi, vt quanquā alios in admirationem raperet, alij tamē, qui cum non nossent, exprobrarent illi dementiam. Quibus ille & dictis respondebat, & factis, se non extra mentis potestatem exisse, sed tum maxime in officio mentis esse cœpisse. Is est, qui deinde in Indiam missus, & in Iaponiam à Xauerio ductus, vnum è primis nouæ illius Ecclesiæ columinibus fuit. Conimbricæ nonaginta amplius de Societate debebant, quorum plerosque

74

Res in Lusitania.

75

Simonis cogitatio de aula fuga.

76

Sodalitas se se verberantiū Olisippone

77

Io. Fernandus, qui deinde in Iaponia egregie laborauit in Societatis recipitur.

& in-

& ingenij vis, & alia Dei munera plurimum commendabant. sed centum amplius satis erat alēdis benignitas Regis, eiusdemque sumptibus Collegij surgebat opus ducentorum facile capax. Constitutus est à Simone nouus huic Collegio Rector Ludouicus de Grana, pro Ludouico Cōsaluio, quem animis subsidio mitti varia in loca placuerat. Sed hunc prius in eodem loco ministerijs culinæ subiecit, vt vbi prudentis suæ sollicitudinis documenta præbuerat, ibi præberet humilitatis. Cum enim iuuentutem illam de more Simon inspiceret, dixit in conuentu, velle se a crem vni ex eis notam pudoris, ac mortificationis inurere: & vtrumque Ludouicum mox aduocans, Granam iussit præesse Collegio, culinæ subesse Cōsaluium. Cumque ex Simone quæsitū esset, vter de duobus sua opinione depressus magis, notatusque discederet, superuacanea visa est in conuentu, nec satis digna responso talis interrogatio: quod inter Dei famulos iam constaret humilitatis officia ad ingentem spectare quietem: honoris autem, ac dignitatis tota crucibus plena esse. Ex hac autem iuuentute, (ne hoc silentio prætereamus) decimum iam mensē Vincentius Rodericius capitis doloribus angebatur: nec quamuis Olisipponem curationis, & cœli gratia missus esset, vinci morbus seu loci clementia, seu medicamentis potuerat: sed cum initio remisisset, deinde sic creuit, vt abscessum medici metuerent; quem & erumpens per auriculam indicabat sanies. Iamque ægroti desperauerant vitæ, cum ex inopinato Simon, qui diu abfuerat, Olisipponem Conimbrica redijt: cuius videndi cupidus suum ante obitum æger, magnam in spem venerat recuperandæ salutis; atque hac imbutus spe cum Patrem cœpisset alloqui, & eius inter amplexus confidere iussus esset, non eum moriturum; statim omni euanescente dolore pulsus est morbus, ægroti ne fide, obsequioue, an etiam virtute paterni verbi, atque complexu, nouit ille qui scrutator est cordium, & per hominem ex homine morbum dispulit. ingens certe in adiumentum Brasiliæ, quo postea est missus, salus est Vincentio restituta: eaque ipsa tempestate res in Urbem (vbi adhuc epistola conseruat) tanquam mirabilis scripta. Constat etiam inter Lusitanos ipsi Cōsaluo Sylueriæ iam deposito, vitam ad præclara illa, quæ postea gessit, & ad martyrium Simonis item precibus reseruatam. Cum enim Conimbricæ Cōsaluus iaceret mdr̄ibundus, præter eius cubiculum summo mane transiens Simon, esto, inquit, bono animo, ego sacrificatum eo pro valetudine tua. Dumque ille sacrificat, repente Cōsaluus Ludouico Grana, & alijs tribus præsentibus sublata voce sanum sese, & salutem sibi à Simone exoritam exclamat, vt re ipsa compertum est, & ad beneficij memoriam, quia dies Sancto Syluestro erat sacer, aliquandiu Syluestri nomine voluit appellari. At Rodericum Menesium magnæ expectationis iuuenem, maturæque Cœlo virtutis omnibus præmunitum diuinis mysterijs inter piæ fratrum preces, & lacrymas securum, lætumque acerrimus lateris dolor ad gaudia beata Olisipponem transmisit. Quo tempore etiam in Martino Sancticrucio Collegium Conimbricense damnium fecit, qui dum sedulo eius procurat causam, in Romana domo pie decessit. Porro litterarum disciplina pariter, ac spiritus prope vigeat ex æquo. Triginta iam theologiæ dabant operam, & suum quisque ingenium alebat diligentia, fouebat industria. Plurimæ, ac variæ ex hoc Collegio profectioes institutæ sunt. Aliquot in Indiam missi, in ijs Gaspar Berzæus, quem supra nominauimus, alijque, quos nominabo posterius. Georgius autem Morera, & Ludouicus Cōsaluus in ditionem quandam equitum Hierosolymitanorum, doctrinæ valde indigam, exierunt. Cuius inter oppida Pedrogauum maius, cum vsque adeo priuatis arderet odijs, vt sextum iam annum Dominum suum ab aditu oppidi pertinaci contentione repelleret, ad Patrum aduentum posuit iras, suoque cum Domino in gratiam redijt. Omnino fuit omni fide superior is, qui per eos perceptus est fructus; cum tamen summa in egestate, & ex obujs cuiusq; elemosynis sane modicis famem pellerent. Sed cumulabat quotidianum fructum voluntariæ paupertatis exemplū; vt quocunq; se verterent summa omnium veneratione exciperentur. Ad eos audiendos promulgato Magistratus edicto multitudo vndiq; vel ex locis remotioribus confluebat, & paratissimæ mentes erant ad accipiendos cælestes satus, vt non necesse haberent Patres in elimandis concionibus tempus terere. Sed cum ex animo, & ex præcordijs diuina verba promerēt, concipiebant illi repente flammæ, ac lacrymarum copiam, quas nouæ vitæ subsequeretur initium. Ad vnam aliquândo concionē, cum alterè Patribus perorasset, homines ad viginti multis,

78

Conimbricenses iam prope centum, quibus Rector preficitur Ludouicus Grana.

79

Honores in Religione pudorem asserunt, non officia humilitati.

80

Simonis complexu Vincentius Rodericius curatur, eiusdemq; Sacrificio Cōsaluus Sylueria.

81

Rodericus Menesius moritur, & Martinus Sancti crucis.

82

Missiones ex Collegio Conimbricensi.

83

Mul: a pacificationes.

ac diuturnis implicati discordijs ad optatam, tentatamque sæpe concordiam populo inspectante, cum lachrymis, mutuisque complexibus redierunt. Omnino probro erat, & Turcæ numero ducebatur si quis talibus concionibus non adesset. Fama vicinos aque, ac longe positos excitabat, vt Patres ardentem accerferent: nec denegare se impigri Sacerdotes poterant tot, & tantis euocati clamoribus, communes fructus oratione vix explices. Sacerdos triginta & octo annos habens in infirmitate libidinis, hominemque; refugiens, qui in Pœnitentiæ piscinam eum mitteret, audito verbo Christi se se confestim crexit, & vagam fœminam (quam vxoris instar habebat) abiecit. Quæ ipsa ad eiusdem Patris vocem publice in concione proclamans, fletibus, ac gemitibus terruit omnia: nihil reuerens ora hominum, quæ scelerum dolore puncta vereri cœperat Deum. Restinctarum irarum numerus innumerabilis prope fuit, nec memorandæ sunt singulæ. Eodem in oppido Pedrogao, eademque; in prouincia elaborabat etiam tum Berzæus, cum Indice protectionis accepit imperium; multaque; in ea Prouincia, prius quàm in Indiam recederet, recte gessit. Is, cum quopiam peregrinando veniret, æstuans adhuc ex itinere concionem protinus aduocabat etiam tum, cum opprimeret nox, & nihil antecederet ad cogitandum spatij, Cuius ad Indiam missio vbi emanauit in vulgus omni studio conati sunt incolæ, vel retinere hominem apud se, vel protectioni moras inferre. Subiiciebant animorum subinde pericula, quæ si ille negligeret, reus quodammodo fieret alienæ desertæ salutis. Oppidi quoque iudex, modo id ab vxore, ac liberis impetraret, Gasparem in Indiam sequi in animo habuerat. A deo sibi omnes spectata viri virtus, admirabilisque in hominibus tuendis industria deuinxerat. Verum omnibus ille rebus celeriter, & ex sententia confectis Conimbricam, vt imperata faceret, se recepit. Discedentique suffectus est is, quem dixi Consaluius; qui quotidie Dei verbum modo hoc, modo illo in Oppido feriarum ex ordine prædicabat. Quod ipsum vrgebat Georgius alia in Oppida, vicofque profectus. Cuius ad vocem præter reliquam frugem viginti Virgines in primis nobiles castimoniam in perpetuum colere Christi nomine decreuerunt: per eamque occasionem cœnobium ex dotibus hortante Patre, quæ coniugijs debebantur erectum. Ea vbique erat auiditas verbi, vt cum auditum esset nostros esse dicturos (noctu autem ferme dicebant, tum cum ex agris vniuersi reuerterant) oppidani locis editioribus pyras incendierent, vt hoc omnes admoniti ligno ad audiendum verbum Dei vicinis è ruribus, montibusque descenderent. Illi vero nulla interposita mora, rusticis curis, negotijsque posthabitis, aduolabant. Et quo id studium incitaretur ardentius, hærentque in mentibus audita fidelius, non deerant in eos, qui concionantium monita neglexissent, diuinæ interdum seueritatis exempla. Ac Georgius quidem Morera cum pro concione quendam, qui obuito denegauerat inimico salutem, suppresso tamen nomine perstitinisset, postea conuicijs ab eo petitus, ac probitis, (peracerbe enim homo sibi cōsciis tacitam illam obiurgationem tulerat) supplex ad pedes accidit, vt leniret iratum. Sed cum ille teneret iras, & ingestis maledictis abscederet, priusquam domesticum intra limen vestigium inferret, contracto ex rixa in itinere brachio, & in partes comminuto, suæ maledicentiæ pariter, & peruicaciæ pœnas dedit. Ita qui vleiscendi animum, & iracundiam non remisit, brachium vnde eam expleret, & exerceret amisit. Illud horribilius, quoniam & facinus longe tetrius. Dum varia de more loca Emmanuel Nobrega percurrit (nam & hic ab anno iam elapso pergebat propter animas mare, & aridam circuire) templum ingressus, vbi chorus ex vtroque sexu promiscue profanis canticis colludebat, lasciuos illos symphoniacos obiurgauit. Verum tam salutari Patris admonitione præ impuris illis neglecta delicijs, insanis omnia vocibus perstrepebant. Quidam vero ceteris petulantior, & impietate superior, vt stomachum Nobregæ faceret, & simul indicaret, quam nihil eius dicta, vocemque perpenderet, ipsum cœpit diuinum Numen impie figere maledictis. In horruere pili, auresque famulo Dei, & fixis illico in terram genibus properauit auertere diuinas iras. Senferat, opinor, eas impijs illis imminere ceruicibus. Nec vanus fuit ille sensus. Quippe digressum inde blasphemum vnâ cum Socijs, & in equo sedentem, repente lapsum de Cœlo fulmen vnâ cum equo, intactis, attonitisque comitibus interemit. Si piaculum fuisset occultum, aut maledici verteretur ingenium; auditæ forsitan preces essent: nunc vero tam apertum, restatumque facinus tam praua, & conscelerata mens hominis præfenti fuit, testatoque;

item

84

*Gaspar
Berzæus
destinatus
in Indiam
agre à po-
pulis di-
mittitur
apud quos
elabora-
bat.*

85

*Ludouici
Consaluy
& Georgij
Morera
conatus.*

86

*Pœna bo-
minis in
simultate
pertinacis.*

87

*Blasph-
mus homo
fulmine
extingui-
tur.*

item vindicanda supplicio: ne aut hæretet apud imperitum vulgus diuinę prouidentię fides, aut scelus scelere, & supplicia supplicijs homo maledicus cumularet, si dimitteretur inultus. Ex eo tempore plus Nobregę fidei, plus Euangelij præconibus aurium adhiberi vulgo cęptum. Labor iam in Africam, & ad itinera Tingitanę Prouincę, quę in extrema Mauritania ita est: vbi Lusitanıa Rex Ioannes vrbes aliquot maiorum virtute paruas firmis cum præsidijs habebat, sed præcipuum Lusitanorum propugnaculum Septa erat, siue in Saracenis oppositum, atque obiectum. Ea vrbs est ad fauces herculei freti Hispanię quondam æmula, & totius Mauritanıe Metropolis, quam septem fratrum urbem dixere quidam. Eius Præfectus Alphonsus pari pietate, ac nobilitate vir, nonnullos de Societate pöstituerat à Simone per literas: nec abnuit Simon, seu in illius ciuitatis, ac Præfecti gratiam, seu quod vbi sititima Titianum plurimos habebat in seruitute Christianos. Quin hinc orta Tingitanę protectionis perhibetur occasio. Quippe Hispanus erat quidam cognomento Contreras, apprime sanctus, qui caritatis studio flagrantissimus, eorum tibi Christianorum depoposcerat curam, siue vt corpora de seruitute redimeret, siue vt animos à Satanę dominatu defenderet. Hic oblatum Episcopatum, & Abbatıam simul adiunctam constanti animo recusauerat, eodemq; semper tenore vitę adeo se probauerat vniuersis; vt magna apud Hispaliam sanctitatis opinione decesserit. Cuius adfunus factö vndiq; ex ea ciuitate concursu, tanta fuit seu pię cadaueris attrectandi religio, seu reliquiarum inde aliquid asportandi cupiditas, vix vt aliquid ex barba, capillo, vnguibus, totoque cultu corporis superfuerit. Hoc igitur tam egregio viro de medio sublato, pars nostrorum, qui demortui iacturam quoquo modo lemirent, ac compensarent, postulatum est. Actum primum de Societate Mauritania vidit Ioannem Nunnium, & Ludouicum, quem dixi, Consaluum, Sacerdotum par fane præstans. Qui Septam cum peruenissent, inchoare subinde magno hominum motu conciones suas, præbere consentibus, & ægrotantibus operam, agere cum Saracenis ardentem, & communę valetudinarium, carceremque constanter adire. Qui munerum assiduitate Gubernator ad Simonem id perfectam scripsit, vt ciues illi, qui prauitate morum Saracenos ipsos quodammodo superabant, diebus vix quindecim viderentur Monachis præstare. Titianum haud amplius quindecim passuum millibus Septa distat, vrbs ditionis, superstitionisq; Saracenorum. Huc se Patres facta ab Acene (sic vocant Præsidem) potestate, non tam Euangelij promulgandi, ac proferendi gratia (quod iniquis animis Saraceni talis sent) quam suos inuisendi, ac redimendi nomine cõtulere. Erant enim in ea seruitute Christiani ferme sexcenti: nec ferme fructum alium, nisi ex his vindictis, captiuisq; ceperunt. Quocirca Consaluo visum, vt quoniam multa, eaq; momenti permagni Lusitano Regi suggerenda conceperat, relicto ad captiuorum solatium Titiani Ioanne) in Lusitaniam ipse rediret. Ioannes autem aduecto ex Castella, ac Lusitaniam captiuorum in vsu argento, cępit eos concessu Præsidis modo administrandis solicite sacramētis, modo priuata institutione iuuare. Tanta autem miserorum ad expianda peccata vis, & alacritas erat, vt totum ille diem ijs audiendis, soluendisq; consumeret: quotidie nonnullis, re diuina peracta, sanctissimum Christi corpus, quo ad id tempus solatio caruerant, impertiret. Sapienter autem suum cuique diem conueniendi sui, quo facilius cuiq; consuleret, tribuebat: tantoque erat apud omnes in honore, ac veneratione, vt obuiam facti per urbem ad osculum manus, pallijve certatim ruerent. Cuius reuerentię pariter, & amoris conciliatrix in primis erat admirabilis eius & ardens caritas. Sex enim quotidie captiuorum custodias, in quas illi singulis noctibus includebantur, adibat; vt si quem morbo inueniret oppressum, eius illico omologesim exciperet, animumque curaret. Postea vt curarum etiam aliquid corporibus impertiret, carceris ad cancellos suum cuiq; cibum Saracenis stupentibus, deferebat. Erant autem & in ea vrbe Iudei, quibuscū frequens erat de religione certamen. Namque cum Saracenis, ne apud Præfectum vrbs saracenum offenderet, cautius agendum putabat. Is igitur in Iudæorum Synagogam ingressus, vbi puerorum gregem Rabinus instituebat, congregari cum eo cępit. Altercatione orta multi alij confluxere eius generis homines: seniolemque subinde alium, qui inter eos sapientis nomen inuenierat, Pater aggressus, docere in conuentu multorum ex Sanctorum Vatum oraculis, & prædictis instituit Messiam, qui Iesus esset, tot iam ante sæculis aduenisse. Verum obstinatis, (vt solent)

88

Ioannes
Nunnius,
& Ludouic-
cus Consal-
uius in
Mauritan-
iam mis-
sum: nr.

89

Lacus Com-
treras in
suaudiis
captiuus.

90

Res gesta
Consalui
& Nunnio
Septa, ac
Titiani.

91

Consalui
redit in
Lusitaniam

92

Nunnio
captiuus
Christia-
nis Titia-
ni consilio

93

Et Iudæo-
rum.

lent) animis, Iesum esse Messiam, eundemq; Deum esse Iudæorū turba negante, inusitato Nunnius ardore succensus, vociferatur palam pro ea se veritate paratum mortem millies oppetere: id quod eorum nemo pro suæ legis defensione tentaret: iamq; inter omnes constare mortales, quam vile vbiq; gentium, quamque despectum Iudæorum genus esset misera vbiq; seruitute oppressum propter nefandum scelus necati Messia. His se Rabinus flexit; & ab ea altercatione digressus, cum Nunnium sine arbitris conuenisset, non cunctatus est confiteri, satis sibi ex Prophetarum vocibus eum, quem diceret, liquere Messiam: sed oportunitatem se temporis expectare, dum Saracenorum excusso iugo, suis cum liberis Septem euaderet. Complures hic nutantes in Religionis sententia cōfirmavit, & ex utroq; sexu permultos persoluto pijs ex hominibus pretio de seruitute redemit: captiuorūq; vim magnā per opportunis auxilijs, subsidijsq; leuauit.

94
Regnum
Congi ubi
situm, quā
do inuen-
tum, &
Christo
subiectum.

In regnum Congi (Manicongum quidam appellant) Georgius Vazius, & Socij, quos superiore anno profectos ex Lusitania demonstrari, sospites peruenerunt. Est id Regnū Hesperiorū Æthiopum ad extimam Africae oram, ab ipso prope æquatore exoriens in meridiem porrectū, & latè in mediterranea quoq; introrsum recedens. Namq; Africa ab Septentrione in meridiem longissimo tractu, graduum septuaginta porrigitur sic, vt ferè quinque & triginta à Gaditano freto ad æquatore in, totidem inde ad Bonæ Spei Promontorium, vltimam ab Austro litem numerentur, & media Africae longitudo æquatori, Zonæq; torridæ subit, quam falso antiquitas opinabatur exustam penitus, & inhabitabilem, & imperuiā. Et sanè quanquam vestigia sint apud veteres rerum scriptores Africam olim circumnauigatam; ipsæ tamen regiones, ac gentes à feruida plaga ad Bonæ Spei promontoriū omnino ignoratæ videntur. Quas magna gloria suæ nationis, & amplificatione Christianæ fidei Lusitani aperuerunt. Autor præclari operis fuit monito etiam, vt dicitur, diuino incitatus, Henricus Ordinis Equitū Christi Magister, Ioannis I. eo nomine Lusitanorū Regis, eius, qui Septā, (de qua nuper meminim⁹) de Mauris cepit, filius. Hærico igitur autore sub annum salutis millesimum quadringentesimum, vigesimū vltra montem Athlantem (qui ad eam diem terminus nauigationis fuerat) leucas quadringentas viginti processum est ad montem Leanam, in insulis quoq; in Oceano, & alijs, & ea nobili, cui nomen à materia fecere, inuentis. Sub Alfonso mox quinto tota illa ora, quam Guineam appellant, est cognita. Ioannis demum secundi tempore, quo Astrolabium præclaro sanè consilio ad nauticum vsum cœpit accommodari; regnum, de quo loquimur, Cōgi sub annum fere millesimum quadringentesimum, octogesimum quintum apertum: ac subinde missa per honorificam legationem cum tribus è sanctissima Prædicatorum familia pietate, doctrinaque spectatis viris, facile ad Christi sacra traductum est. Rex de Regis Lusitani nomine Ioannes, & filius item ab Lusitani Regis Filio Alfonso nomen accepit. Is, cum Patri successisset, superatis hostibus, ac rebellibus haud dubia ope celestis annos quinquaginta, & Regnum, & religionem Christianam ingenti animo, & pietate defendit. Eo dein mortuo, Euangelicis quoque cultoribus primis extinctis, ijs, qui successerant, magis exemplo noxijs, quam doctrina vtilibus, cum regnaret Iacobus quidam Christianus quidem professione, sed moribus, ac vita longè ab eo nomine alienis; eumq; imitati populares ad vitia, & superstitiones auitas ruerent, Ioannes Tertius religionem à suis Maioribus illatam in Regnum Congi sustentaturus eos, quos nominavi, de Societate impetrauit ac misit. Hi cum in celebri S. Thomæ insula, quam sub ipso æquatore Cosmographi locat, vnde in Congi regnū facilis est traiectus, aliquandiu substitissent, febribus, alijsq; morbis acerbè vexati, inde Pindam, Emporiū Congani Regni, nondū valetudine recuperata transmittunt. Eorū aduentu Rex cognito, à leucis quinquaginta tum honoris causa, tum, ne quid discriminis adirent ab hostibus, duos è proceribus obuiam misit: quorum vterq; ijs erat instructus opibus, copijsq; vt ad omnem nutum quindecim virorum millia cogere perhiberet in prælium. Ab his in vrbem regiam ligneis equis de more vecti perducuntur ad Regem, cuius vehiculi tale commentū est. Dolatum robur in Cantherij formam palmorum crassitudine ferme trium, bubulo corio pro ephippijs ad insidendam sternitur. Hic imponitur qui vehendus est eques, vehiturque vna cum tigno duobus à baiulis, altero ab anteriore, altero à posteriore equi parte, succollantibus vicissim alijs, vbi longius est iter. Hisce impositos equis languidos Patres, & aduentantes ad vrbem

95
Equi lig-
nei Con-
ganorum.

urbem Rex extra muros honoris causa progressus comiter excepit festis, maximisque suorum clamoribus, ut eis in acie, præliisque in os est. Pone Regem pulchra excitata Crux erat, quam ille dextræ complexu tenebat, & hic Patres, cum tribus liberis, multisque proceribus expectabat. Qui simul eos currentes ad osculum manus animaduertit, protinus antevertit, eorumque manibus sua leuiter ante tactis, suauium dedit: quem item morem in osculanda Regis dextra secuti sunt Patres, quanquam solis ille sacerdotibus manum ad tactum pariter, & osculum præbuit, laico, qui inter eos erat, solum ad tactum. Is alias in sua Regia, cum Principum legatos admittit, in edito suggestu, ut ex omni parte conspici possit, eburneæ insidet sellæ, mitratus infula è palmæ folijs opere subtili, & eleganti perfecta, à capite ad pubem nudus: cætera ad pedes vsque, vestis bombicina contegit. Læuum brachium armilla ex Orichalco adornat. Equina cauda pectet ex humero. Id solis Regibus datum. Quinquaginta hominum millia habere dicitur ad nutum semper intenta, & vectigalia perampla. Sed huius adeò erat profusa locordia, ut cum primum ingens ei auri pondus esset allatum, postridie nihil esset: diuque exhausta Regia pecuniæ nihil haberet. Regio non omnino insalubris est, nec qui perhibentur calores, mordent acrius. Quo tempore Sol propius ad nos, ac boreales tractus accedit, & affert æstatem, hyems illic à Martio ad Augustum vsque tenet, non quidem imbribus fœda, sed crebris infesta ventis, & molesta frigoribus: quibus arcendis & propulandis indigenæ, quoniam vestium fometa non superant, geminam accendunt pyram, alteram à tergo, à fronte alteram: nudi quippe ambulant, pube duntaxat velata: nec pileo, nec calceis vtuntur. Quod si quis alicunde subuculam nactus sit, hanc à corpore non amplius remouet, donec vsu detrita in scruta sua sponte recedat. Alimenta tenuia sunt, nulliusque pene succi: legumen colligunt grano paulò ampliore quam milij, ex quo farinam ditiores, & albi (sic vocant Europæos) in panem exprimunt: nam tritico omnino carèt: ac nisi recens, & quo confectus est die, panis ille gustetur, adeo breui, facileque corrumpitur, ut in crastinum seruari non possit: farinam autem ipsam inter saxa magno labore pinsunt, nullus enim apud eos molarum vsus: & vulgus quidem alio vescitur cibi genere, alio nobilitas haud sit rapis absimili. Vinum eius nullum, nisi exsudans è palmis humor: hoc sese alunt, & sustentant indigenæ. Poma velut cucumeres, eaque, ne solo pane victitent, obsonij loco. Si copiosior oblata sit esca, copiosius, sin parciore, parce modiceque aluntur: & ea contenti non querunt amplius. Nullas habent in matrimonio coniunctas fœminas præter Regem, Proceresque nonnullos: cum tamen plures, paucioresve pro opibus alant pellices. Pharmaciae æque, ac medicis profusæ carent. Itaque passim velut passercoli reperiuntur exanimes. Omnino magna apud eos rerum omnium inopia, ut ex Lusitania conuehenda sint omnia: augetque insuper egestatem effusa largitas. Quicquid in manus venerit, largiuntur: nihil reconduunt in diem posterum, nihil de futuro solliciti, hebeti incuria, non virtutis amore. Ac ne pecuniæ quidem vlla iam copia est, redactis in potestatem hostis (quem Ianchale vocant) auri fodinis. Sanè si sua ad Deum referrent incommoda, miserasque fordes, eorum communis vita, vitam Anachoretarum omnium facile superaret. Quibus & consulto cæteræ vitæ opportunitates denegatæ videntur à Deo, ne, si ijs affluerent, deteriores, & nequiores euaderent: cum tamen in tanta victus, cultusque penuria toti ex fraudibus, mendaciisque conglutinati sint. Exprobrantesque sibi sua mendacia, dolosque, petulanter irrideant, atque contemnunt. Adeò in naturam consuetudo migravit. Constat Proincia vario hominum genere Christianorum, & Ethnicorum, indigenarum simul, & aduenarum: quorum hi albo, illi atro colore cum sint, color ipse in vocabulum transijt, & hac se nota mutuo in sermone secernunt. Indigenarum mite, facileque ingenium est: nec ijs ita magno labore Christum probes: totum in deserendis vitijs negotium est. Inter errores, quos Diabolus rusticis præsertim Ethnicis persuadet, is est vnus, ut in hac vita se immortales credant: nam mortuos non verè mortuos, sed aliò translatos affirmant: nec eis quisquam morte videtur extingui, nisi, qui obruncatur in acie: nec verò cuiquam maius obijci probrum potest, quam si ei paternus, maternusve exprobratur occasus. Pari inscitia sibi persuadent se nihil in vita delinquerent. Cumque in ijs instituendis, & ad Baptismum præparandis præciperent Patres, ut ex antea actæ vitæ peccatis dorè caperent, respondebāt expertes se esse peccati: nec aliquid, cur sibi succederent,

96

Mos Congiani Regis in admittendis legatis.

97

Mores Germani.

98

Labores Patrum in Congiano-vi cultura

Hh

habere.

habere. Nam Patres humaniter ab Rege excepti, deductiq; ad hospitium (cuiusmodi sunt Æthiopum ædificia) culmo paleisq; coniectum, quanquam valetudinarij, nunquam tamen aut flata sacrificia, aut sacras conciones, cæterasq; de more functiones intermiserunt. Quoniam autem præcipuus in ea ciuitate fructus elici videbatur è scholis, Soueralius publicè ludum aperuit, maximisq; tum valetudinis, tum egestatis incòmodis, laboribusq; pueros ferme sexcentos, & primis literis, & Christianis moribus imbuebat. Sed quo facilius susceptum ferret, & sustineret onus, alios sibi Hypodidascalos subrogauit: quibus omnibus, pariterq; discipulis quotidianam à Rege impetrauit annonam: quam si Rex denegaret, nemo utique ad eam disciplinam accederet. Mira prorsus morum vbique corruptio, culpæ pars maxima (vt iam significatum est) in sacerdotibus, qui de Lusitania venerant, residebat: qui præter vitæ licentiam, ac pessima exempla partes suas adeo oscitater agebant, vt in sacro tribuendo baptisinate magnum simul puerorum virorumq; gregem, nulla antegressa catechesi lustrarent, nihil vt Christiani illi de lege, quam acceperant, responderent, nisi quod salis micam aliquando gustassent. Enostris sacerdotibus vnus Riberius quintum intra mensem, vel assiduis ferè febribus implicitus, mille & septingentos ad Christum Æthiopes, Vazius trecentos, Soueralius etiam inter scholæ curas quadringetos adiunxit. Idemq; Vazius proximos pererrans pagos cum interprete, ac sine comœatu trium ac viginti dierum spatio duo millia & septingentos, in ijsq; septuagenarios aliquos, & octogenarios aquis salutaribus expiauit. Tria templa in regni finibus excitauit, Saluatori vnum, Mariæ adiuatrici alterum, tertium Ioanni Baptistæ. Duobus autem in templis ad vnam, aut alteram horam quotidianus catechismus erat, & à catechismo Baptisimus. Hactenus de Æthiopia.

100

*Discidunt
in Indiam
Antonius
Gomius,
Melchior
Cõsaluius,
Gaspar
Berzæus,
Balthasar
Gagus,
Paulus à
Valle Sa-
cerdotes:
Laici, Io.
Fernan-
dius, Lu-
dovicus
Froes, &
alii tres.*

*101
Gasparis
in itinere
laboriosa
curas:*

*102
Pietas Pa-
trum in
vectores
agros.*

In Indiam decem hoc anno de Societate è Lusitania gemino vecti nauigio, soluerunt: in ijs Antonius Gomius, Gaspar Berzæus, Balthasar Gagus, Paulus à Valle, Melchior Gonçaluus sacerdotes. Ioannes Fernandus, Ludovicus Froes, tresq; alij sacerdotij expertes: quorum nauigatio multis sanè fructuosa vectoribus, & Gasparis nobilitata virtutibus non est inuoluenda silentio. Is Olisippone nauem Ioannis Mendozæ conscendit decimosexto Kalend. Aprilis cum Sociorum parte dimidia, quibus præerat Melchior Cõsaluius. Nam cum Antonio Gomio, què Rodericius mittebat in Indiam, vt Socijs, qui in ea erant cum potestate præesset, quod in remotissimas regiones ferebatur migrasse Xauerius, cæteri vehebantur. Ea igitur nauigatio amplam sanè Gaspari præbuit de Deo pariter, hominibusq; benemerendi materiam: ac primam quidè de suis socijs è maritima iactatione, nauisq; laborantibus. Quibus dum accuratè ministrat, & coqui munere palam fungitur, ita despiciabilis initio visus est, vt paranti ad focum cibos, ac fatiganti, procaces circum pueri præter cæteras contumelias, appositam quoq; ollam, aut furto subducerent, aut per lasciuiam frangeret. Quidam etiam ab innocète vix pugnos, ac colaphos abstinerent. Perspecta dein patientia, & grauitate viri, paulatim contèptus in reuerentiam vertit: nec defuerunt, qui laboranti per se, perq; suos opportunè succurrerent. Hæricus Macedus vir honestus ac pius rei indignitate còmmotus, puerum deinceps suum eo munere fungi iussit. Qui relaxatus occupatione Gaspar instituit quotidianam ad nauarum, vectorumq; turbam explicationem Dominicæ precationis, legisq; Christianæ: festis verò diebus de officijs misericordiae sermones. Eblanditusq; à Magistro Nauis, vt ad Dei opem, & Cælitum implorandam litanias publicè recitari permitteret, eas quotidie sub noctem cunctis presentibus, ac respondentibus decantabat. Cum autem socijs melius esse cõpisset, ijs adiutoribus operam suam ad verbum Dei prædicandum, prohibenda flagitia, curandos agros vetere Societatis instituto conuertit: rem in primis arduam, atque difficilem. Præter nauale quippe turbam, colluuiemq; seruilem, vectores ferme quadringenti numerabantur, nefarijs plerique scortis, quæ secum aduexerant irretiti, alexq; rixis, & id genus alijs assueti flagitijs. Sed Gasparis, Sociorumq; sedulitate ea breui animorum commutatio facta est, vix vt ipsi, qui eam oculis cerneret, satis crederent. Inter eiusmodi occupationes cum intolerabili Guineæ æstu, atque malitia morborum grassari lues cõpisset, aucta est Patribus noua laborum, meritorumq; materia. Neque enim ad agrorum duntaxat curam, atque solatium suam operam transfulerunt, sed quicquid

ipfis

ipsis ad tam longæ, ac periculosæ navigationis viaticum datum fuerat, id illi totum cum egenibus cõmunicarunt. Et adfuit (vt solet) huic vicissim benignitati benignitas Dei, qui eò liberalius rerum omnium copiã suppeditabat ipsis & augebat, quò sua illi prolixius, liberaliusq; sine vlla exceptione in vsum pauperũ erogabant. Quæ res vulgo animaduersa plurimos impulit, vt quicquid haberent, id vltro Patribus in egenos distribuendum offerrent. Quidam etiam haud infimæ sortis negotiator primo se ægrotantium ministerio, nec ita multo post Societati nostræ addixit. Cùm autem aliquando Gaspar statim è suggestu descenderet ad ægrotos, tanti exempli admiratione permotus Mendoza Præfectus seduxit hominem in cubiculum, eiq; moderandi, regendiq; animi sui potestatem omnem tradidit. Ab eo igitur pijs priuatim exercitationib. expolitus, vltro deinde cum alijs opportuna de Deo, diuinisq; rebus habere colloquia suos primum familiares edocuit, tum ceteros in officio continere, egenos & imbecilles quotidianis sustentare subsidijs, expiare denique frequenti confessione peccata. In hunc modum magna ex parte navigationis cursu confecto, circa Bonæ spei promontorium grauis extitit repête tempestas, qua Deo propitio feliciter superata rursus altera lögè sæuior, quæ sex ipsos dies tenuit, subsecuta est. Negabat Nauarchus vnquam se vidisse maiorem: tantamq; vim aquarum nauis acceperat, vt exhaurientium labore victo, mortem quisque singula in momenta velut attonitus expectaret. Interea Gasparem, qui tam præsentis periculi nescius in inferius cubiculum ad orandum se abdidit, vir grauis, rerumq; peritus adiit, placatoque per breui illa quidem, sed accurata confessione Deo, dixit actum iam esse de naui, nisi manifesto suo Numine diuina clemetia, quæ magis flectitur vnus amici precibus, quam vt eius seueritas multos irritetur offensis, extrema laborati fortuna succurreret. Ergo è vestigio Gaspar in lucem prodit, & exanimatos metu vectores fidenti voce confirmat. Concurrunt vndiq; ad eum omnes perinde, ac si propulsare periculum cunctis è capitibus vnus posset. Ille verò conuersis in irata freta luminibus, feris fluctibus benedicit, & ad propitiandum cæleste Numen llatas litanias, & Pœnitentiæ dicatos psalmos indicit. Cuius erecti fiducia pariter vniuersi paulum ex tanta pectorum trepidatione respirant. Postea cùm Præfecti rogatu Gaspar ad Gubernaculum constitisset, contra tumentes fluctus, qui fremitu horrendo iactabantur in nauim, salutaris identidem crucis signũ obiecit. is crebro verbis vsurpandis, Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat, Christus ab omni malo nos defendat, continebat interim impetum suũ, ne cum vectoribus nauim obrueret perpetuo imminens procella capitibus; nec tamen minas suas frendens pelagus remittebat, vt & cedere carminibus sacris videretur repressa tempestas, nec tamen minis, atque terroribus finem faceret, dum consceleratæ mentes prauis suis cogitatis atque consilijs vltricem Dei dexteram irritare non desinunt. Quippe terrore illo, periculoq; mortis iniecto, scorta cuncta Gaspar induxit, vt suas confestim sordes, atq; flagitia pœnitentiæ sacramento detergeret, properarentq; reconciliari cum Deo, priusquam desperatis iam prope corporibus, ipsæ quoq; animæ sempiternis traderentur incendijs. Nec ægrè ab ijs extorsit, obuersante ante oculos morte, quod in securitate non potuit: in qua quædam armatas iam fuste manus ab eo dum meliora suadentem abigit, vix abstinuit. Hac tempestate, multisq; alijs scopulorum, ac Syrtium periculis, Deo mitescente, deuictis, nemine profusus, quod in his locis rarum admodũ est, desiderato, ad Mozambicum nauis appellit. Hic optatissima quindecim dierum à cæteris capta quies: nam Gaspari, Socijsq; potius renouatus est labor. Qui de aliorum magis, quàm de sua incolumitate solliciti, deportatis in publicum valetudinarium ægrotis, eodem ipsi quoque ad eorum refouenda corpora, animosq; succedunt. Haud sanè ijs hospitiorum opportunitas deerat: quibus multi, vt ad tuendam valetudinem vterentur, instabant: obijciebantque morbidis tractandis corporibus è pestilenti ægrotorũ anima cõtationis periculũ: quæ dum olim minime Xauerius cauet, eo ipso in loco certum discrimen vitæ adisset. At Patres cunctis periculis præ caritate neglectis, freti Deo, à quo tam suaue mandatum acceperant, inter ægrotos numero ceterum ac viginti dies, noctesq; versari, confessiones excipere, moribundos ad extremũ certamè armare, mortuos tradere sepulturæ, pharmaca, cibosq; illis emendicare non dubitarunt. Ipse verò Gaspar eodem tempore coqui, & pharmacopolæ, & concionatoris, & parochi vnus & idem agebat, & sustinebat

103
Vie vobis
exempli in
Euangelico
operario.

104
Egens pa-
riculum e-
nadiatur.

105
Procella
utilis mo-
rum eman-
tationi.

106
Gaspar &
Socij Mo-
zambici
præsto sunt
ægrotis.

partes: quæ autem erat pro concione dicturus, ea ferè vel dum cibos parat ægròtis, vel ipsos apud ægrotos, aut etiam cum mortuorum corpora ad sepulturam consuebat, commentabatur. Nec diuina fiducia frustrata patres est. Namque eos tot inter incommoda, tantòsque labores perpetuo incolumes, atque robustos pene miraculo conseruauit. Cumq; professionis tempore summis etiam precibus ægrotantes, vt in Indiam adueherentur, instarent, idque ijs, Gaspare deprecante concessum esset, nauigio receptis quicquid eorum in vsus necessarium fuit, tota illa nauigatione suppeditatum est. Interim Xauerius Cocinum versus, rediturus citeriorem in Indiam, quemadmodum extremo anno superiore docuimus, Malaca soluerat: sed antequam conscenderet nauim, pueros quosdam, quos è Molucis in Goënsi collegio instituendos abduxerat, nauclero, vt in Indiam deueheret, commendauit, semel, iterum, tertioq; denùcians, valdè se nauigio illi metuere, ne magnum aliquod discrimen adiret: nec inanis fuit ille metus, què instinctus haud dubie diuinus iniecerat. Nam prope Ceilanum in insulam repètinò incursum quodam nauis hæsit in syrtibus: & spe sublata salutis ad vnum, & commune perflugium Dei Matris vniuersi concurrunt. Senferunt confestim omnes implorata subsidia, & præter spem erepti periculo Cocinum tenuerunt incolumes. Xauerij quoque nauis toto triduo fœda tempestate iactata, extrema fortuna stetit, & iam vectoribus, facta iactura, mors versabatur ob oculos; cum ad ea, quæ terrent cæteros, impavidus, intrepidusque Xauerius cunctos cælestes ex ordine, precipuè cæli, terræque Reginam, diuinas vt auerterent, & mitigarent iras deprecabatur: quibus ille præsidij vndique circumseptus, & spe omni in immensis Christi promeritis collocata, longè maiori animi voluptate in horribili illa tempestate periclitans fruebatur (quemadmodum ad Romanam Societatem scribit ipse de se) quam præsentis deinde periculo liberatus. Vt quo tempore cæteri vectores omnes præ mœrore, ac desperatione salutis ploratus ingentes, & eiulatus edebant, ipse præ gaudio, cælestique lætitiæ suauissimos lacrymarum imbres effunderet. Cumque alij suum iam deplorantes interitum vota facerent, nunquam se omninò pelago sua capita tradituros, si præsens illud discrimen euaderent, ipse vicissim Domino supplicabat, ne se prorsus ab eo periculo vindicaret, nisi ad paria, aut etiam grauiora propter eius obsequiū gloriamq; pericula reseruaret. Eò sæpè rapiuntur, & euolant, qui Deo ardent. Indiam vt attigit, Commorinensium Christianorum vicos, primos suæ industriæ fructus, ingenti omnium gratulatione reuisit. Quippe oppida vniuersa, Pagiq; perpetuo quodam legis Christianæ concentu sese obuiam effuderant: detractisque sibi vestimentis sternebant iter, qua transiturus erat; humiliq; de genu religiofas manus, non sine multis expressis gaudio lacrymis osculari, suos etiam elatum in humeros, ad varia templa festis puerorum, puellarumque clainoribus deportabant. Quibus inspectis & confirmatis Ecclesijs, recreatosq; plurimum Socios sub Antonij Criminalis custodia sua præsentia alloquioq; relinquens, Ceilanum in insulam soluit. Hic quoniam fructum aliquem ex fuso paucis annis ante tot martyrum sanguine capere gestiebat, mortuo iam Regis filio Sobrinoque illo, qui Goam biennio ante se autore, contenderat; tentandum sibi de cætero existimauit animum Candensis Regis, an & ipse ad verum Dei cultum posset perlicere. Qui non modò inusitata quadam beneuolentiæ, honorisque significatione Xauerium excepit, verum etiam magna animi voluptate de religionis nostræ mysterijs disputantem audiuit. Ab eaque disputatione diuino lumine collustratus, ad eandem illicò Religionem toto animo incubuit; & vt eandem Regnū suum vniuersum susciperet, curaturum se sponponderat. Illud insuper vltro pollicitus fœderatum se, ac stipendiarium Lusitani Regis fore, gemina illa conditione duntaxat. Primum vt inter se Lusitanosque, quemadmodum inter cæteros stipendiarios perpetuæ pacis fœdera sancirentur. Deinde vt ad sedandos, comprimendosque populares motus, quæ fortè nouo ex cultu religionis existerent, præsidium sibi mitteret Lusitaniæ cohortis, vnā cum Præfecto, vel Duce, cui ea ipsa stipendia persolueret, quæ Prætor Indicus decreuisset. Quotam felici Christianæ rei primordio in Regno Candensi lætus, gratulanq; Xauerius, egit eodē cum Rege, vt ad Indiæ Prætores (is erat Ioannes Castrius) præstantem aliquem auctoritate virū legationis nomine secum mitteret. Quod magna sua cum voluntate Rex fecit, Legatoq; potestatem dedit suo agendi nomine, quæ Xauerio viderentur, amplissimam: syngrapha insuper adiecta,

107
Xauerius
redit in
Indiam.

108
Xauerij
constat
in pericu
lo.

109
Xaverij
Christia
nos Com
morinen
ses.

110
Bene rem
gerit in in
sula Cei
lano.

icta, qua fidem suam obligabat, actum se habiturum, quod apud Indiæ Præto-
 rem legatus, Xa-
 ueriusque suo nomine transegissent. Itaque discedens cum Legato Xa-
 uerius Februario exeun-
 te Cocinū venit. Hic missis in Lusitaniam, & Romam literis, quam maximū Socio-
 rum nume-
 rum, atque ipsū Simonem Lusitanæ provinciæ præsidem ad Orientis culturam inuitat. Regē
 quæq; Lusitaniz, vt Indicis Lusitanorum præsidij cōcionatores curet idoneos; edicatq; suis in
 India procuratoribus, atq; Præfectis, omnī vt ope Religionis propagationē vrgeant, foueantq;
 Neophytos, cohortatur; addito etiam, si opus esset, terrore minarū, & proscriptio-
 ne bonorum.
 Quippe in vno Indiæ Præto-
 re spem Ethnicorū omnem positam esse: simul & illud à Rege petit, III
Goam per-
uenit.
 certis vt locis annuo cum vestigali domicilia instituendis Lusitanorū; Indigenarumq; pupillis
 attribuat. Inde Cocino Cranganorum venit Lusitanorum urbem, atq; hinc denique inito iam
 Martio Goam. Erant tum in Goano Collegio Paulus Camers alumnorum custos, & eorū Ma-
 gister Franciscus Petrius, nostrorum verò Reçtor Nicolaus Lancillortus. Et alumnorū quidem
 Seminarium satis copiosos, & lætos afferebat fructus. Nam præter interpretes, sacerdotesque
 non paucos, qui multo cum fructu in Commorinū inde prodierant, alūni iam adulti complu-
 res in suburbanos emissi vicos, Goam sæpè Ethnicos ad Baptismū, & Christi disciplinam addu-
 cebant. Hic Xa-
 uerius Indiæ sibi Præto-
 rem primo quoq; tempore conueniendum putauit, qui II2
Bazainū
ad India
Præto-
rem
contendit:
quod
opiat, im-
petrat.
 cum Bazaini vnā cum exercitu versaretur, relicto in Collegio S. Pauli eo, quem dixi, Legato
 Regis Candensis, ad eum ipse se contulit: & quanquam anceps admodum, dubiusq; de euentu
 videri poterat, tum quod fama erat rebus nostris minus fauere Præto-
 rem, tum quod eū audie-
 rat pari in causa Regi Tanoris, qui Christianū se esse velle cum Regno dicebat, nihil aliud ob-
 tulisse subsidij, præter vnos Euangelij præcones; ipse tamen suæ memor in Deū spei, atq; fiducia
 Præto-
 rem ipsum adit, eumq; de rebus Societatis melius edoctū facile sibi, Societatiq; placauit.
 Inò de itinere festus, & imparatus, subitam eo rogante concionem habuit, & quicquid postea
 pro Rege Candensi postulauit, accepit. Quippe ille Goenli Præfecto, Quæstoriq; Regio man-
 dauit, vt dum Goam ipse rediret, perhonorificè, liberaliterq; legatus rebus omnib. haberetur.
 Et quoniam paucos illum intra dies vna cum comitibus à Xa-
 uerio baptismo cognouerat ex-
 piandum, candidam vestem pretij non vulgaris ad baptisimi cultum singulis dono milit. Postea
 Goam reuersus, centurionem ad Regem milit Antonium Monis Barretum cum Lusitanis mi-
 litibus centum, ferreis fistulis, & tormentario puluere instructis ad custodiam Regij corporis,
 terroremq; eorum, qui se vā Regiæ menti, vel Christū suscepturis opponerent. Præterea sericæ
 vestis apparatus sanè muniticū, ditissimumque, vnde sibi stolam conficeret innocentiz, pro-
 cællurus ad fontem. Xa-
 uerius autem remisso ad Regem legato, cum Goæ rogante Præto-
 re sub-
 sisteret, nihil habuit prius, quam vt ex fide data duos de Societate Malacam mitteret. Misit au-
 tem Franciscum Petrius, & Rocchum Oliuerium, de quibus haud ita post. Nec sanè absq; di-
 uino consilio Ioannes Castrius Prætor, vt Xa-
 uerium tantisper Goæ teneret, elaborauit. Nam-
 que ipse met, cum paulò post clarus victorijs, & ob res bene gestas præmijs, & prorogatione pro-
 uinciz in triennium, nouo cum Proregis titulo ex Lusitania recens ornatus è vita decellit, per-
 quipri-
 oportuna Xa-
 uerij opera in suprema illa de æternitate alea fuit. Interim industrius Christi fer-
 uus, dum totus modò hac, modò illa ratione sanādis animis, seruandisq; vacat, veterem amicū
 in ancillarum amores effusum de industria conuenit, & ad paratū iam prandiū hospitem, con-
 di-
 uiuamq; se obtulit. Formosè ministrabant ancillæ, pellices hospitis. Verū cum inter eas nal-
 iij paulò
 lus famulus appareret, vix poterat imperantia notam verecundans iam herus effugere. Xa-
 uerius tamen præter omnem eius metum, ac suspitionem, nullum ea de re verbum, aut à men-
 sa, aut super mensam fecit. Ergò id hospitem impulit, vt de cætero Xa-
 uerium fidentius adiret, III3
Adest lo.
Castrius
moriendi,
quod pri-
mus Pro-
regis titu-
lum in In-
dia ab io-
ante acce-
perat.
 & vltro domū ad conuiuū vocaret. Et ille inuitati comiter obsecutus, sciscitabatur identidem,
 qui tandem sorores eius illæ germanæ valerent: relictoque in eius animo velut aculeo nil ultra
 quærebat. Paucis interiectis diebus reditis ad Xa-
 uerium, & prouolutus ad genua, en, inquit, pellicibus
 ad sum imperata facturus, tuum enim silentiū illud tantis clamoribus perculit mentem meam,
 vt dies, noctesque nulla iam queat ratione consistere. Pergratum mihi feceris, si meis de re-
 bus ex animi mei salute tuo arbitrato decreueris. Fecit propenso animo, cupidoque iam
 pridem, II4
industria
Xa-
uery: n
destrahē: iu
pellibus
homini
multis im-
plicito.

pridem, quod rogabatur Xauerius, & autor ei fuit, vt animi maculis confessione deletis enup-
 tas pellices ablegaret, & pudicitia deinceps, sanctimoniamque se dederet. Verum admirabilem
 115 *Militem
perdi:issi-
mum cu-
ras mira
solertia, ac
lanitate.* Xauerij artem in tractandis animis, extrahendisq; de fœce vitiorum, & faucibus inferorum, nõ
 vnum eius facinus declarauit. Lusitanus erat miles in classe, quæ Mecanum fretum navigatio-
 ne petebat, pene perditus, desperatusq; cuius salutis sitiens, auidusq; Xauerius eodẽ conscẽso
 nauigio socium se illi navigationis adiugit: & tum comiter appellando, tum vsu perfamiliari &
 obsequijs, quibuscunq; poterat demerendo, ita sibi deuinxit hominem, vt iam vltro expetere-
 tur ab eo. Vbi maturũ visum est, Xauerius illato de lubrica militũ conditione sermone, percun-
 ctari ex eo cœpit, quam paratus ad mortem esset, quæ & naturæ mortalitate nunquam longius
 abesse posset; & multo propius bellicis casibus immineret: nominatimque de peccatorum confe-
 sione, quam pridem ea vsus non sit, sciscitatur. Cui cum ille totos annos duodeuiginti sacra-
 menti illius exortem se fuisse non sine gemitu respõdisset, sibiq; in animo fuisse quidem classis
 ante discessum, tot oppressam sceleribus conscientiam exonerare, sed peccata confesso absolu-
 tionem à Vicario negatam, Xauerius nimiam Vicarij sueritatem dissimulante inculans, bono
 animo esse iussit: & auditorum se illum si vellet, vltro recepit, simulq; ratione perfacilem dedit,
 qua vel ab vltima pueritia peccata vniuersa in memoriã sibi redigeret. Quod cum ille ad spem
 salutis erectus per multos dies libenter, seduloque fecisset: Xauerius vnã cum milite egressus è
 naui, quæ obuiz vrbis opportunitatem naçta substiterat, dedit operam cõfidenti. Confessio cre-
 bris sanè cum lacrymis, ac gemitibus pœnitentiæ loco nihil amplius præter Dominicam preca-
 tionẽ, & salutationẽ Angelicam imperat, pollicitus de cætero satisfacturum se pro illo offensi
 Numinis Maiestati. Continuoq; in proximã syluam milite relicto se abdit. Hic nudatũ corpus
 tandiu aculeato flagello diuerberat, dum Patris vestigia secutus miles, ex ipso plagarũ crepitu
 latebram reperit. Qui vt cruentum & lacerum tergum aspexit, obortis lacrymis in mediũ profi-
 lit: humique stratus ante plectentem sua terga Xauerium, non prius inde surrexit, quam ille suo
 punire supplicio aliena peccata desineret. Id spectaculum militare peccus iam cõfessione mol-
 litum vsq; aded flexit, & in se se armauit, vt omnes antea vitæ fraudes ipsemet deinde volũ-
 taria pœna mulctaret, & benefactis malefacta sarciret. Porro in erudiendis Goæ puerulis, serui-
 116 *Diuinis
consolatio-
nibus re-
dandas.* tijsq; & faciendis ad populum de more verbis totos sæpè consumebat dies. Noctes in precatio-
 nibus traducebat modo supra apsidem augustissimi Sacramenti, modo in hortis domesticis, ni-
 tente cælo. In his tum primũ animaduersa est multitudo illa diuinæ dulcedinis, & vbertas, quæ
 eius vndique perfundebatur, & circũfluebat animus: quam cum angustia humani pectoris non
 possent capere, voces illas cogebatur identidem ad Deũ mittere, satis est Domine satis est. Per
 id tempus pridie nonas Septembris pars Sociorum, quos supra dixi, cum Gaspare ex Lusitania
 117 *Perueniit
è Lusita-
nia Socj.* Goam peruenit tum, cum Xauerius Commorinẽsem in oram parabat iter: qui dulcissimorum
 fratrum aduentu cognito, vt eos, qua par erat amoris significatione reciperet, nõ se commouit.
 Cum autem inter sese summa animi voluptate, quæ Societas ad Dei gloriam in Europa, India-
 que gereret, contulissent, actis bonorum omnium autori gratijs, visum est Xauerio, vt Gaspar,
 de quo mira quædam sermonibus ferebantur, natali die B. Virginis in æde nostra concionẽ ha-
 beret. Cõfluxit ad audiendum ingens hominum multitudo. Sed is exili, tenuiq; voce cum esset
 118 *Gasparis
Berzai
multiplex
labor.* vsus, vt à paucis exaudiri vix posset, expectationi hominum neutiquam satisfecit. Quamobrem
 Xauerius, qui statim eo audito ad suos Commorinenses, vti destinauerat, euolauit, in mandatis
 ei reliquit, vt exercitatione, per noctem eodem in templo declamans, augere & corroborare
 vocẽ studeret. Fecit obedienter mandata Gaspar, tandiuque nocturna se se contentione fatiga-
 uit, quoad domestici nihil vltra requirerent. Ita paucorum dierum interuallo grandiore, ac
 119 *Vnius ex
B. Vrsula
comitatu
Reliquijs
ingentia
pericula
superata.* pleniorẽ vocem naçtus, longè dein vberimum ex suis concionibus fructum tulit. Sed homo
 nauissimus non concionibus vnus destinabatur, sed manum ad omnia, quæ caritas offerret, ad-
 mouebat munera. Et quoniam Magistrorũ laborabatur inopia, de grammatica idem, deq; phi-
 losophia, ac demum de sacro prouerbiorum libro scholas habere cœpit. Ad septimum Idus O-
 ctobris altera Goam naus, vbi cum Socijs Gomius vehebatur, accessit omninõ præter spem,
 nec sine prodigio. Deferebat ea secum vnus Virginis caput ex sancto Vrsulæ comitatu, cuius
 præ-

præsentissimam vectores opem, in suis perspicuè periculis sunt experti. Cum enim ventorū impulsu in arenam, ac fyrtes prope Mozambicum inuenta naus esset, excussoq; gubernaculo, omnem spem salutis abijcerēt, ea, quam dixi, Virgine perpetuis gemitibus implorata, incolumes ex illis fyrtibus emerferunt. Verum, cū in reponēdo clauo, qui reuulsus erat, diu multumque nauæ defudassent, & ad extremum vna cum perficendi spe conādi quoque animum abiecerent, cunctis alio mœore prostratis, sacrum caput proferens Gomius, Tentate, inquit, id ipsum denuo in huius sanctæ Virginis, & Martyris nomine, & pro comperto habete eam vobis alterū de duobus impetraturā, vt vel suo loco gubernaculum collocetur, vel sine clauo prouehamur in portum. Mira res, Nauæ cū paruissent, statim suo loco gubernaculum collocarunt. Id postea cranium à Prætoze, & Episcopo, cæteraque nobilitate ingenti pompa religionis exceptum, ad Societatis nostræ templum ipso Sanctarum Virginum natali die delatum est: ex eoque tēpore cepit vndecim millium Virginum nomen tota Goa celeberrimum esse, & dies earum natalis apparatu magnificentissimo, & gratulatione maxima coli. Administrationē Collegij continuo Lancilloztus Gomio cessit: sic enim Xauerius ipse, cognito ad id eum munus à Simone mitti, discedens in Cōmorinum, mandarāt. Gomius misso ad Xauerium Paulo de Valle, qui & literas perferret, & deinde in Cōmorinensis Ecclesiæ cultura maneret, cæpit statim ostendere plus sibi ad agendum cum populo, quam ad tenendum administrationis religiosæ clauum facultatis suppetere. Nam ante cognitum fati patriæ eius ingenium, quam Conimbricæ, quā Parisijs ratione acceperat, in eam Goanum Collegium redigere, & id genus alia moliebatur. Idem tamē, vt erat acer, & animo magno, nec vulgari facundia, priuatim publiceq; exorsus agere, ingentes tota vrbe motus exciuit. Interea Gaspar ex laboribus in morbum lapsus saluatur ab eo, perque iocum iussus ocuis conualescere, quod imponendam eius humeris crucē domi iam conditā, ac paratam haberet, postridie de cubili surrexit, Gomiumque conuenit ad iussā omnia perexpeditus, & alacer. Cuius singularis obsequij & illud haud leue documentū est. Mos est Prætoris Indici vel in annonæ caritate, vel cū in milites stipendia non suppetunt, publico in loco præbere epulum, quò tum vescēdi, tum spectandi gratia ingens vndiq; turba cōcurrit. Id per eos dies cū à Prætoze daretur, eò se conferre iussus Gaspar, vt ad circumfusam multitudinē verba faceret, nulla interposita mora, cum Cosmo Turriano, qui Societati Goæ se nuper adiūxerat, alioq; Malabare fratre ad publici conuiuij locū properat, imperata facturus. Accumbebant tum conuiuæ ferme sexcenti, & circūstabant spectatores innumeri, cū Gaspar singulas perlustrās mentas, quorundā infusurrat in aures, quam vellem vos Christi epulum de peccatis inire confessos? Verum cū inurbanē à quibusdā, & petulanter exciperetur, cepit ille plenus Deo verbis Christi ad se vocantis liberē vociferari, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos. Quo inusitato insinuationis genere cū conuiuas rei nouitate suspēsos sibi attentissimos reddidisset, eadē vocis, animiq; cōtentione dicere aggressus ad finē vsq; perrexit, tam expedita, & profluētē quodā modo celeritate verborū, vt nunquā meminert se dixisse solutius. Vis obedientiæ videlicet linguā soluerat, quæ vel infantes facit esse disertos, & expeditos elingnes. Vbi perorauit, edixit secunda, quinta, & sexta feria multo lautiores se illis epulas, quā dedisset Prætor, appositurum, pabulum nimirum diuini verbi: quod ingētibus animorū studijs, ac cōmodo, vti receperat, postea præbuit. Alias etiam ab eodē Gomio iussus Andream Carnaliū ætate, nobilitateq; florentē (erat enim Ducis Alcacesij frater) ad Societate Gaspar adducere, is cæco item ductus obsequio fecit imperata sanè feliciter, & nouo socio Societatem auxit: cuius deinceps exemplo nobiles alij non pauci ad pietatē animum appulerūt. Nonum haud dubie vocationis genus, idemq; si prudentia expēdatur humana, probabile minus: sed qui sapientiam sapientiū & prudentiā prudentium reprobāt, is vtiq; admonere nos voluit, quātī cæcæ obedientiæ stultitiā in suis famulis admet, per quā eorū in animis res admirabiles sapēgerit. Nec tenuis fuit ille fructus, quē è Gaspare carcer dedit, qui sua peccata vniuersus ad Patris genua cōfessione depofuit: eodēq; autore litanias piē quotidie psallere sub noctē cepit, & è vincorū numero Cenforē legere, qui temere iuriturādi cōsuetudinē, & peccata publica coargueret. Erat inter eos Brachmanes, Christa Lucū nomine, diuitijs, autoritateque domi suæ facile princeps. Sexaginta quip-

120
Obedientiā
Gasparis.

121
Obedientiā
vis.

122
Item obediētiā
vis.
123
Carcer piē
correctus
à Gaspare.

124
signem
Brachma
nē cōuertit
ad fidem.

pc au-

pe aureorum milliū annum vētigal habebat. Hunc priuatim Gaspar aggressus, multiq; habitis disputationibus sarpē conuictum, demum perpulit, vt spatiū ad deliberandū sumeret, & rem Deo precibus commendaret. Biduo interiecto Gomiū Brachmanes euocat, contestatūq; nulla se cupiditate libertatis adductū, imò permittentem, cupientemq; vt in sua causa suus æquitati locus, legibulq; daretur, aperit suū de Christiana religione consiliū. Qua præda valde lætus Antonius tota illicò de re Prætorē admonet: veniaq; hæud ægre Brachmani, impunitatēq; criminū impetrata, hominem deducit ad nostros Christianis præceptionibus imbuendū. Virum secuta mōx vxor, sororisq; filius ipsi quoq; expeririēre baptisma. Id vnā cum viri, auunculiq; baptismo totis octo dieb. rinnitu festo, symphonia, choreis, ingenti omnū ordinum studio celebratū est. Viæ vrbis vario peristromate, virentiq; palma elegantem in modū ornate: ipsi candidati magnatū Brachmanū, tum Christianorū frequentia ad templū in equis deducti. Ibi re diuina solenni ritu peracta, concioneq; ad populū habita, demum ab Episcopo, Prætorēq; honoris causa de fonte suscepti. Marito Lucū Lucæ de Sà: vxori Isabellæ: Adolescenti Antonij nomen impositū: In hanc deinde familiam Prætor cum alia multa publicè, priuatimq; beneficia cōtulit, tum verò Lucam ipsum Tanodoris, amplissimo inter Brachmanes Magistratu, condecorauit. Is adhuc Ethnicus propenso semper animo fuit in Lusitanos, tanta autem in omnes liberalitate, vt mille aureorū pondus leuidense munus, minimeq; dignū sua persona duceret: in pauperes verò tam benigne profusus, vt videri posset hoc potissimum adminiculo fontes sibi diuinæ aperuisse clementiæ, tutamq; munuisse viam ad accipiendam cōprehendendamq; veritatem. Eius ad Christum accessio alios subinde nouos ad baptismum ex Ethnicis euocauit: cum ipsimet dicitarent æquū esse vt filij parentem sequerentur. A deo efficax in vtramq; partem Principū virorū exemplū & Dynastarū est. Indi disciplinæ Goensis alumni varia ex ætate nonaginta iam prope erant, additis à Lusitano Rege prouentibus. Porro ad incitandam Sociorū virtutem, ac uendamq; in animis tuendis industriam, Nicolao Lancillotto, & Paulo Camerti, Antonio Criminali, & Alfonso Cypriano primis omnium apud Indos ex B. Ignatij literis in Societatis corpus adscriptus Coadiutorum spiritualium delatus est gradus. Extant etiam num Lancillotti literæ ad B. Ignatium, quibus ei maximas pro collato munere gratias agit. Extant & Criminalis Latinæ simplici stylo, in quibus tamen magnæ virtutis multa interlucent lumina, præsertim submissionis, & obedientiæ. Indignum se eo gradu profiteretur: & cuius de Societate etiam seruo in perpetuū iam pridem obedientiam obstrinxisse. Quod verò potestatem B. Ignatius parem sibi Profecsis per literas impertierat, integram rem ad Xauerium delaturum ait, nec viurpaturum, nisi quatenus illi videatur, perinde ac si nullas ab Ignatio literas accepisset. Tam procul ab immunitatibus ambiendis aberat. A deo non obedientiam modo, sed & ordinem in ea, gradusque suos conseruatos volebat, & ipse omnib. subiaceret. Sed ipsammet epistolam, vt S. Martyris reliquias infra vulgabimus: cuius cum præstātem obedientiam alias quoq; memorauerimus, eo præcipue merito factum videtur, vt primus ex hoc cœtu gloriosam sanguine fuso victoriam loqueretur. Jam Xauerius ex Commorino Goam rediturus Cocinum venerat, cum Paulum à Yalle obuiū habuit: ex quo & nouos cum Gomio socios aduectos cognouit, & alias ab Europa literas accepit. Quæ fuerit vtriusque in sancto complexu, congressuque spiritus exultantis iucunditas, cogitari potest ex his, quæ Paulus in Lusitaniam protinus scripsit. Sed vtinam, inquit, explicare vobis aliquid posset beatitatem, qua tum delibuta est anima mea. Verum ego quid aliud dicam ignoro, nisi frigidis admodum verbis, vere, vere, vere seruus Dei est iste, & nunquam inueni similem illi. Sanè fratres, non colloquio tantum, sed ore, & conspectu ipso implet homines Deo seruiendi desiderio tam suauis & odorifero, vt inenarrabile sit. Eius os benedictione plenum est: nihil aliud, nisi assidue personat, laudetur Iesus Christus, voce tam pia, vt colloquentibus sensum eundem insinuet. Hac cælestis lætitiæ ybertate Cocini ex sancto cōgressu Dei famuli fruebantur, cum tristissimus Goam nuntius affertur, Xauerium à Badagis in ora piscaria pro Christi fide varijs cruciatibus interfectum. Qui rumor temere dissipatus non modo Lusitanorum, Christianorumque, verum etiam Ethnicorum, Maurorumq; animos (quæ erat omnium in eum pietas, ac beneuolentia) incredibiliter affecit. Fuerunt, qui cæsum eius corpus omni conquisitione

125
Primi in
India So-
cietatis
spirituales
Coadiuto-
res.

126
Crimina-
lis obedi-
entia.

127
Xauerij
sanctissimi.

fitione peruestigaturos se vltro promitterent: alij curaturos se per Regem, vt in Sanctorum numerum referretur, vel si triginta aureorum millia in eius ceremoniæ sumptum eroganda forent. Multi varia per eum prodigia, vel miracula edita, nec pauci vitæ sanctitatem, futurorum scientiam, virtutum reliquarum præstantiâ ingenti eius desiderio commemorabant. Verum cum paulopost ex eadem ora duo de Societate vitæ eius nuncij interuenissent, absterfus est moror omnis, & cõuersus in eitharam lætus: cuius posterioris lætitiâ nuncij mox vndecimo Kalendaras Nouembris ipsiusmet Patris' reditus confirmauit, cumulauitq;. Ille nouis auctus auxilijs alias circumspicere Societatis sedes cœpit, & alijs alias vrbes, regionesq; distribuit. Lancillotto Coulanum, Cypriano Socotoram insulam (quanquam postea, incertum qua de causa, non eò, sed Meliaporam abiit) Alfonso Castrio, nuper in ipsa India ad Societate adiuncto Molucum, Melchiori Consaluo Bazainû, Armuziam deniq; Gaspari Belgæ. Et Armuziam quidẽ ad opprimenda nefaria scelera, quæ ibi superstitionû omnium colluuiõ pepererat, Xauerius ipse iam cogitauerat: verum mutato cû Iaponica profectio, consilio Gasparem sui simillimum in suum substituit locum: præsertim quod is iussus Goano Collegio, socijsq; per Indiam sparsis præfesse, studio humilitatis modis omnibus impositum onus tenabat excutere. Singulis autem singulos è Societate ministros, & adiutores adiunxit. Fuerat enim Ignatij mens, diserteque perscripserat, ne nostri in India soli, sed minimum bini per eas prouincias, & remota loca discurrerent, tametsi paucitas hominum sæpe cogebat disiunctas etiam oras sine vllõ comite peragrarẽ: cum quidem necessitas pereuntium tot animarum subiecta oculis ita commoueret præcordia eorû, quos caritas Christi tangebatur, vt non modo soli omnes deuorare ærumnas parati essent, sed etiam (sic loquitur Lancillottus) frustatim se se diuidi, dissiparique, quo varijs in locis si fieri posset, euangelizarent, ipsi percuperent. Xauerius cum in dies plura de Iaponicis Insulis, de incolarum frequentia, ingeniorum præstantia, alijsq; huiusmodi rebus cognosset, maiore incensus est studio peragrandæ Iaponiæ. Iam Angerus ille, quem Goam præmissum supra demonstrauimus, satis de Christianis ritibus ac mysterijs edoctus gemino cum famulo ab ipso Antistite baptizatus erat, & Collegij nomine, Paulus Sanctæ fidei, ad indicandum gratum in id Collegium animum, appellatus. Ergo ipsum, & Iapones alios breui in Iaponia ipsa sibi faturos interpretes Lusitano sermone cum primis literis, atq; exercitijs spiritus excolendos. Ipse compositis rebus domesticis nunquam interquiescens sub anni finem Goa rursus egreditur, & vt certa Molucensium negotia cum Prætorẽ Garzia Sã transigeret (qui ex arcanis Regis Lusitani libellis Castrio Proregi iussus, ad persequendas reliquias Cambaici belli Goa discesserat) in Cambaiam vsque contendit, & ex itinere, vt constituerat, suos Bazaini reuisit. Ita hic illi absumptus & exactus est annus. Quinquam de suis ille rebus parce admodum, ieiunq; scribit, cum tamẽ multa de eo fusa, copioseq;, & ab externis scribantur, & nostris. Vbicunq; versabatur tantæ erat omnes existimationis, ac nominis; vt in magno beneficio Dei poneret, quisquis tanti viri frueretur aspectu. Is, cum de Societatis in Europa progressu cognosceret, tam tenero, mollique animo, tam vberi, lætoque fletu diuinæ munificentia grates agebat, vt in eundem fletum ipsos quoque nuncios, & spectatores adduceret. Crebra erat eius in ore Sanctæ Trinitatis, & augustissimi I E S V nominis vsurpatio, ex redundantia condita pietatis in animo: sæpeque ad meritam gratiarum actionem pro diuinis in Societatem muneribus incitandam, teneiore quodam animi sensu dicebat ad suos, Quam bonum habemus Deum, quanto opinione nostra meliorem? vt iisdem tangi motibus videretur, atque is qui dicebat, Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde? Quoniam enim recto is erat corde, cunctisque Deum spectabat in rebus, ideo & Deus videbatur illi tam bonus. Negabantque omnino domestici, quæ per Xauerium Deus admiranda patrâbat, ea sibi licere verbis exequi, adeo erant affatu grandia. Sed quoniam de Xauerio Goaquẽ diximus: dicamus & de quibusdam alijs eius socijs, locisque nonnulla, quæ superiore ex narratione supersunt. Bazaini Rex Lusitanus nuper Collegium annuo cum prouentu ad instituendos indigenas excitarat: quod onus cum propter exiguum suorum numerum Lancillottus recusasset, Franciscanis Patribus impositum est. Verum ijs deinde ponere cupientibus, vt à suis institutis abhorrens, iterum nostris obtruditur, & assentiente

128
Distributio
Patris
per Indiã.

129
B. Xauerij
sanctissimi.

130
Bazaini
Collegij ex
ordium.

131
Melchior
Consalui-
us primus
ei præposi-
tus.

tiente Xaerio, Episcopoq; Goenfi susceptum, & Melchiori Consaluio mandatum. Est is locus cum ad continendos in institutis patrijs, Christianisq; ritibus Lusitanos, tum ad perducendos ad Christum Ethnicos, & Saracenos mire accommodatus. Regio feracissima est, cælum saluberrimum, puteales aquæ dulcissimæ, vrbs elegans & ædium pulchritudine, & mole, ac descriptione templorum. Ea subterranea ferme sunt, ac fornicata, intercolumnijs, sacellisq; decorata, eodem saxo, opereque constructis. In ora maritima Commorini quatuor de Societate varijs locis rem diuinam curabant: quibus præerat, & quidem ab ipsismet delectus, & à Xaerio probatus, vti supra significatû est, Criminalis: cuius ingens erat, & frugifer labor in percurrendis Christianorum locis, & lingua Malabarica perdiscenda. Versabantur in eodem tractu Franciscus Henricius, Balthasar Nunnius, & Henricus Henricius, (quantum duo illi longe ab hoc tertio distuncti) & singulorû curæ plures erant commissi loci. In eademq; ora cum Emmanuel Morales, tum Alfonso Cyprianus, priusquam Meliaporam peteret, ætate senex, lacerto iuuenis desudauerant. Magnis omnino laboribus pari fructu vinea Domini colebatur, nec excolentium animi gaudium minore, cum æternus Paterfamilias solatijs cælestibus operarum suarum & labores condiret, & robur augetet. Affirmabat Henricus Henricius gustum spiritus in medijs laboribus, animisq; captandis fuisse tam vberem, vt, si data esset optio, mallet haud dubie quispian in ijs se contentionebus perpetuo frangere, quâ subito in cælum rapi. Catechismus mane puellis, vespere pueris tradebatur. Vnusq; ex indigenis singulis docebat in locis; alius, qui discerent, euocabat. Docendi ratio ea nimirum erat, quam Xaerius ipse reliquerat: cuius & labore conuersum Malabarice catechismum adhibebant. Henricus arduo ille quidem opere, negotioq; linguâ sibi Malabaricam cõpararat: verum vt eam semel arripuit, facilem eius tradendæ, ac perdiscendæ viam excogitauit, & vocabulorum indicẽ texuit. Sane prodigij instar indigenis visum, quod tam bene, tamque breui (semestri scilicet spatio) tam implicatum, obscurumque sermonem peregrinus homo didicerit. Itaque nullo adhibito interprete verba facere aggressus, ferebat fructum vigiliarum suarum, sensitq; dubiam interpretum fidem, qui cum aliud intelligerent, atque acciperent, reddebant perperam sententiam docentis. Quoniam autem cum ex Moluco rediret Xaerius satis fulam mysteriorum omnium Christianæ legis explanationẽ Malabari sacerdoti tradiderat, vt Malabarice conuersa cunctis in eius oræ templis publice recitaretur, ea vt primum Henricio præsentate recitata est, curauit ille nostris literis describendam, quo Socij reliqui notis familiaribus assueti, & prælegere eam populo possent, & prælegendibus operam dare. Sed Xaerius, quo celerius inchoatam eius linguæ grammaticam Henricus absolueret, nec semper esset adhibendus interpres, labores illius minuendos cõsueerat, tot Ecclesiarum procuratione sublata. Is igitur per otium auctum aduersus Ethnicorum quoque fabulas scribere instituit, vt earum vanitatem redargueret, & mendaciorum portenta refelleret. Constanteque suæ cœcitatibus Ethnicos admonebat, qui cultum omnipotenti Deo debitum in Dæmones, & saxa conuerterent. Idemq; numerosum Brachmanum gregem ad disputationis certamen vnus vniversos, iuuenis seniores, quorum esset luce clarius confutaturus errores, prouocabat: quod si frangi disputationis contentione non possent, ad indicandum vtra de duabus sane an Brachmanum verior esset, sanctiorq; religio, ignis periculum non recusabat, & in ardẽtem rogam gestiebat ascendere, si conditionem auderent accipere. Tantum suis fanulis fidei medios inter infidos, impiosque peropportune Christus infundit. In explanandis aliquando religionis Christianæ capitibus suis auditoribus affirmavit, si quis ex ijs veram, accêsamq; fidem possideret, iuberetque Christi nomine ex obsessõ corpore abire Dæmonium, id protinus abiturum: quod cum arripuisset Neophytus, venissetq; in certamen aliquando cum Iogue, (quod Brachmanum genus esse diximus) sine vlla dubitatione recepit se in Christi nomine, atq; virtute de humani corporis domicilio, quod Iogues ille non posset, dæmonem expulsurum. Animaduertum est autem, ex quo coli in eis regionibus cõceptus est Christus, imminutam, ac debilitatam esse viam Dæmonum. Nam antea tantus erat eorum terror, atque licentia, vt nemo solus ad proximum litus auderet accedere, spectrorum immanitate deterritus, quæ piscatorû inter cymbas igneis se se spumis obijciebant. At posteaquam illata in ea loca Crux est, desierunt monstra illa

132
Socij commo-
rantes.

133
Solatiaca.
Lestia inter-
prios Labo-
res.

134
Henricus
Henricus
Malaba-
ricam linguam
perdiscit,
& ad artem
reuoat:
ac cetero-
ius pracla-
ri conatus

135
Magna
Henricij
fides.

136
Virtute
Crucis
fracta via
Dæmonij.

illa hominibus infesta esse. Quod olim virtuti Crucis Setenus tribuebat Abbas. Qui cum disputat apud Cassianum, quid causæ sit, cur Dæmones, qui superiore tempore inter Anachoretarum duntaxat initia tantæ fuerint feritatis, postea non eandem suo tempore vim haberent, colligit ad extremum virtute Crucis etiam deserta penetrante, & vbiq; eius gratia coruscante retusam eorum fuisse nequitiam. Inter Ethnicos tamen sæuam adhuc tyrannidem exercebant, ab eisq; diuinos sibi expetebant honores, ac nisi pecuniæ magnitudinem, arctumque multitudinem, quorum cruorem dicebantur exsugere, & alia, quæ postulabant, afferrent, exitium eis minitabantur, ac necem. Ita infelices illi terrore compulsi Diabolum adorabant, & domos suas funditus exhauriebant, vt ei munerum deferrent honores. Henricus autem, vt Christi gregem tantis terroribus liberaret, spondebat sacris se carminibus eiecturum quicquid prauorum Dæmonum in humanis corporibus habitaret, quod nec loques ipsi possent, nec ceteri Brachmanes attentarent. Sane Neophytorum fides erat illustrior, quam credi posset. Nam & alius cum ægrotauent inuississet amicum, Rosario, quo utebatur ad preces, eius iniecto ceruicibus, morbum depulit. Quæ re celebrata, totoq; oppido peruulgata, quisquis deinde labebatur in morbum, ad id Rosario medicinz gratia cõfugiebat, oblata etiam Neophyto, si opus esset pecunia: quam tamen ille ne auaritiæ sordibus splendorem gratuiti muneris inquinaret, sedulo repudiabat. Alius erat penes Henricum Neophytus puer, qui Goensî de disciplina prodierat. Hic captus à Saracenis, & in eorum fana productus ne mortis quidem minis adduci potuit, vt vel Christi fidem proderet, vel genu Mahometi submitteret. Sed supernæ prouidentiz fuit, cui robur poterat ad ferendam necem, tortoresque sufficere, ei potius aditum ad eos declinandis ostendere. Itaque relictus in compedibus ne euolare paucos intra dies in caelo ab hostibus oppido, necatisque compluribus, elapsus est incolumis ad Henricum. Narrabaris inter Saracenos se vidisse multos Lusitanorum fugitiuos seruos, qui Christi fidem adhuc arcte tenerent, eosque se grauissimos hortatores, ne eam ipse desereret, habuisse. Qui & suprema suis cum è vita migrarent, officia patrio ritu cum Ethnicorum admiratione persoluerent. Inter Ethnicos Commorienses erant, qui Deum vnum colerent, & simulacra contemnerent: inciditque Ethnicus in Henricum probitatis, & sapientiz fama nobilis, qui plurima euerterat, ac deturbarat Idola. Is & verum Dei numen ex Ethnicorum Antistite quodam, qui & ipse Deum colebat vnum, simulacrorum inimicus acerrimus, & principis parentis lapsus se didicisse narrabat, Satanæ inuidia, fraudeq; decepti: tamen si in tantis tenebris sæpe veris falsa miscebat. Habebatur is à suis præsertim Brachmanis in honore, quos tamen in simulabat amentiz, qui mutis lapidibus diuinitatem tribuerent, & commentitios Deos omnium irrisione ludendos, tam impudenter inducerent. Sed suam Brachmanes excusabant in opiam, & satius esse dicebant falsa illa Numina cõminisci, quam miserandum in modum fame necari: proinde rogabant, suas vt fraudes cælatas vellent: quas ille tamen prodebat, & enunciabat. Sane moribus erat commodis, tamen si Christianus non erat, rogatusque ab Henrico, quid illis Ethnicis futurum censeret, qui vitam cum virtute traducerent, respondere non dubitabat, dum Pagodes colerent, nunquam eos ad paradisi gaudia profecturos. Plura in his locis delubra visuntur sane magnifica, eaq; marmorea, & pictis animantium variata figuris, quibus præsumt Brachmanes ventri dediti, qui dum suos mentiuntur comessè Pagodes (vt supra memorauimus) magnam vim congerunt libationum, epularumque vnde ventrem farciant, atque distendant: exhibitoque nidore Pagodibus, sibi suisque familijs ipsam saginam vendicant. Ceterum regionem neque insalubrem, neque admodum sterilem, (vt initio ferebatur:) vsu deprehendit Henricus, clariusque postea longinquitate vitæ ostendit, quam (vt supra significatum est) ad eam vsque diem, dum hæc scriberentur, produxit. Franciscus Petrius, & Rocchus Oliueria, quos misos à Xauerio diximus, Malacæ perutilem posuerunt operam, quò ad eam diem nulli è ceteris Religiosorum ordinibus aspirauerant. Sequi horam quotidie Petrius, è Xauerij præscripto in imbuendis Christiana lege puerilis consumebat: eiusdemq; iussu, quam creberrimas conciones habebat, minimum diebus festis, matutinis ad Lusitanos, vespertinis horis ad captiuos, indigenasq; Christianos. Sabbata vero Decalogo, symboloq; tradendis ad Lusitanas feminas referuabat. Sed antiquissima fuit illa cura pu-

137
Neophytus o-
rã insignis
fides.

138
Religionis
vtra ma-
gna vesti-
gia in Eth-
nicis qui-
busdam.

139
Cura pecu-
nia multos
in impietas
se detinuit.

140
Malacæ
Franciscus
Petrius, &
Rocchus
Oliueria
nauis se
ferunt.

blici valetudinarij: vbi præter cetera, semel saltem in hebdomada rite sacrificabat, & cum vsus posceret, sacramenta præbebat: similiterque in eo sodalities, cui à misericordia nomen est, quoniam propter inopiam Sacerdoti alendo non erat, quarta quaque feria rite factis operabatur. Rocchus de eiusdem Xauerij, sententia præter ægrotorum sedulam curam, cum disciplina Christianæ teneræ Lusitanorum ætati, tum scribendi, legendique, & grammatices etiam elementa tradebat. Is primo suo aduentu simul ac ludum aperuit, centum & octoginta nactus est pueros institutionis indigos, vt qui ex matribus nati gentilibus, patres habebant alia curantes omnia, præter optimam liberorum educationem. Catechismus autem tam late patuit, vt tota vrbs, ædesque priuatorum eius tantico resonarent. Eratque ab eodem Xauerio conuocandi homines ad catechesim, sicut & protestandæ fidei constans ratio præscripta. Egrediebatur per urbem cum tintinnabulo Rocchus, & certis quibusdam locis præconis more clamabat, Mittite Christiani vestros filios, filiasque, famulos, & ancillas, vt audiant sanctæ fidei prædicationem. Formula vero protestandæ fidei, quam & memoriæ Catechumenus quisque mandabat, & initiandi baptismo concipiebant, hæc erat. Deus, vere confiteor, vt bonum Christianum decet, Sanctissimam Trinitatem Patrem, Filium, & Spiritum sanctum tres personas, & vnum Deum. Credo firmiter nihil hæsitans quicquid tener, & credit Romana mater Ecclesia, atque ita promitto me victurum, moriturumque; in fide sancta catholica Domini mei Iesu Christi, Dei & hominis pro nobis mortui, & nunc pro eo tempore, quo moriturus sum, si tum loqui nõ potero, confiteor Dominum meum Iesum Christum ex toto corde meo. Resistendum præterea Malacæ fuit Iudæorum acerbis odijs, qui se nostris profitebantur infensos. Omnem quippe lapidem cæciilli, & inferiorum flammis addigiti mouebant, vt Partum ab vsu, atque præceptis Ethnicorum greges auerterent. Apud hos ipsi, vt etiam apud Arabes, Saracenos, ac Persas circumcisionem, Moysenque disseminant: eoque consilio Malacam se conferunt, vt profelytos aliquos faciant, quos eadem opera gehennæ filios efficiant. Fuit tamen ex eodem numero Iudæus quidam, qui se Romanum diceret, & verba facientem ad populum Petrium non audiret inuitus, celebraretque; eius subinde domum, vt cum eo nonnullos veteris instrumeti locos, quaestionesque conferret. Quem cum Pater comiter accepisset, blandaque oratione sibi peritus adiunxisset, faciles sibi ipse ad insinuandum in eius pectus Christum parauit aures. Verum orro de lege nostra sermone, nihil illi durius, quam vt credamus Deum hominem factum, flagellis caesum, in crucem actum, denique ceteros vt mortales morte consumptum. Quorum omnium à Petrio causas, atque rationes, quemadmodum illa fieri possent, diligenter edoctus, disiectis extemplo tenebris clarissimum veritatis lumen aspexit, & alium mutatus in virum, dum ea; quæ didicerat, videratque; sedula mente pertractat, inuentum in æde Misericordiæ Petrium totis vlnis amplectitur, testatus velle se prorsus Christianum esse, Christumque; per otium pluribus edoceri. Tam incensis ardoribus denegari à Patre non potuit, & quinque disciplina dierum ad sacrum fontem instructus; eo denique cum suis domesticis septem ritu, apparatuque solenni, primarijs coram viris, nobilibusque compluribus est exceptus. Is postea Cocinum, vbi filium habebat, egressus, dedit operam, vt quem ex sanguinibus, & ex voluntate carnis gehennæ genuerat, cum longe vtique feliciter ex aqua, & spiritu cæli gaudijs procrearet.

(::)

141
Formula
contestandæ
fidei à B
Xauerio
edita.

142
Iudæus
quidam
conuersus
ad
Christum.

HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Nonus.



ANNO eiusdem seculi nono & quadragesimo, duobus & viginti So-
 cietas locis, prouincias duas cum suis Præpositis, Hispaniam, &
 Lusitaniam (vt supra demonstratum est) iam constitutas habebat. 1549.
 Quibus & Indiam Præposito ei Xaüerio, hic ipse annus adiunxit. I
 Quæ vero in Italia, Sicilia, Germania, & Gallia, Societas verfabatur, Status So-
 eam ipse per se administrabat, & temperabat Ignatius: tametsi cietatis
 in Sicilia præerat vt inspector aliquis Iacobus Lainius. Magna au- an. 1549.
 tem erat vbiq; præsertim Romæ, vnde in reliquâ terrarum orbem
 disseminabatur, eius & nominis, & numeri propagatio. Pauci ta-
 men gradum ad solennem votorum Professionem faciebant. Nā
 præter Borgiam, quem superiore anno vota illa remotis arbitris suscepisse narrauimus, nemo ea
 iam diu susceperat. Quanquam enim ea de re Hieronymo Natali nuper aliquid Ignatius innue-
 rat: tamen cum suam ille tenuitate in modeste primū excusasset, quod diceret gradum illū suā
 virtute superiorem esse, satisque sibi fore, si inter Professos trium votorum adscriberetur, pete-
 etque, si Patris perseveraret imperium, quatuor vt Romæ vota eo præsentē sibi liceret & in eius
 vt aiunt, manibus nuncupare; dilata res est. Quatuor tamen hoc anno, eodem sacro Annuncia-
 tionis Angelicæ die, tametsi non eodem loco, in eo constituti sunt gradu. Ac Romæ quidem 2
 Emmanuël Miona, Ioannesque Polancus; Gandiæ vero Iacobus Miro, & Andreas Quietus, Inter Pro-
 omnes insigni virtute, & literarum eruditione conspicui. Ceteram Romana domus in dies magis fessos ad-
 multis vndique ex Italia, Gallia, Germaniaq; viris idoneis confluentibus augebatur. Nec Igna- scripti Em-
 tij peccatus diuinæ fiduciæ plenum ab aperienda ianua compluribus, initiorum deterrebat ege- manuel
 stas, extremo præsertim anno, cum præter solitum res erat aspera domi, & humanæ spes oblan- Miona, Io-
 guerant. Ceciderat quippe vniuersæ Pastor Ecclesiæ, qui primus Societatis instituta probarat, & Polancus,
 eam plurimis beneficijs, ac priuilegijs ornarat Paulus Tertius: quo ex oculis repente sublato, cū Iacobus
 Cardinales illi, qui statas, ac certas in vsus Patrum elemosynas erogabant, ad sublegendum ex Miro, An-
 suo corpore in demortui locum Pontificem se conclauibus inclusissent, haud itā cito, vt vide- dreas Qui-
 bantur, de successore deliberaturi, desperabantur videlicet ab eis vsitata subsidia. Eodemque tus.
 ferme tempore, qui rem domesticam administrabat Petrus Codacius; & cuius scdula ex prou- 3
 dentia tota domus apta pendebat, subito extinctus, reliquam spem omnem, quæ quidem in hu- Pauperibus
 manis erat, euerterat. Sed Ignatius, qui diuina sese spe confirmare, & sustentare didicerat, nec vi- Romana
 quam idoneis inopiæ metu aditum intercludere erat solitus, constituto rei familiaris administ- domus: Et
 Pontio Gogordano, eo ipso tempore alios ferme decem ad suum numerum aggregauit. Nec eū B. Igratij
 frustrata spes sua est, euidenti Numinis prouidentia. Cardinales quippe benefici inter ipsas cre- in Deo si-
 andi noui Pontificis curas Ignatij memores, ex arctis illis comitorum claustris nummos aureos ducia.
 ad eum ducentos dono miserunt. Eodemque tempore Ioanni Crucio obsonatori ad Lateranē- 4
 sem Basilicam tendenti; dum per Colossæum tranlit Amphitheatrum, ignotus homo marsupii Cardina-
 cum aureis fere centum in manus iniicit, statimque sese subduxit: Nec multo post eidem ante les ex ipis
 lucem ad quippiam coëmendum egresso, prope ædem Beatæ Mariæ super Mineruam alius i- Comitijs
 tem ignotus aureos circiter septuaginta nil tale cogitanti ex improuiso dedit. Quæ cum Patri ie. 1113 mit-
 bus in conuentu narrasset, ingenti omnes admiratione perfudit, alios alia suspicantes. Multi tunt E. Pa-
tri elemo-
synas.
5
Ioanni Cru-
cio obsona-
tori ab ig-
notis vltro
pecunia
traditur.
 enim:

6
Polancus quoque praeior sp̄s domi pecuniam rariē. rissimam reperit.

7
Petri Codacij in Societate caritatis.

8
Moritur prope rebrino, sed a prima praeparatus.

9
B. Ignacij gratias animus.

10
Init Societatem Io. Victoriam, cum insigni sermone.

11
Imperatrix ex Summo Pontifice privilegia permissa.

enim fucum Ioanni factū adulterina pecunia putabant. Alij Diaboli eas esse praestigias. Rectius illi, qui rem totam in Dei providentiam suos erga famulos referebant. Pecunia certè proba, & optima reperta est, demumque talis, qua magnæ Patrum inopiae, praesentique vitæ necessitati prospectum est. Polancus etiam ipse, qui literis hæc ipsa mandavit, dum in agitandis, commouēdisque in cista scrutis, atque quisquilijs versatur, anxius ne quid forte literarum momēti cuiuspiam, ut sit conscius inter epistolas interiret, non modicam in inuoluta charta pecuniæ vim, & eam quoque recentissimam reperit: ut de diuino miraculo nemo sanus auderet ambigere, quisquis secum attentè perpenderet, nihil incuriæ loci potuisse relinqui, ubi tanta premeret, & aduersaretur egestas. Quæ cum Polancus vna cum Philippo Archinto Alimæ Urbis Vicario pro amicitia aliquando conferret, conuersus ad eum Vicarius, Ne dubites, inquit, quin ista vobis de cælo subsidia Codacius etiam num vester suo more procuret. Nouerat quippe Præsul ille sapiens quāta inter nos Codacius caritate præstaret: nec eā occasu vitæ mortalis arbitratur imminui, sed longe acrius ortu immortalis accēdi. Sanè is, ut in loco significauimus, iam inde ab ipso Societatis exordio, eius curationē domesticā tanto ardore susceperat, ut cæteros omnes victus quærēdi labore, ac sollicitudine releuaret. Qui cū esset vrbe tota notissimus, primariosq; apud viros gratia valeret, non solum in alimenta Patrum eleemosynas corrogabat, sed sua deniq; perfecit industria, ut illi templum, & proprias ædes haberent. Decennium in hac domestica procuratione versatus, (tantundē enim in Societate nostra vixit) breui, nullaq; antegressa diuturnitate morborū, strenuæ suæ caritatis à Deo præmium tulit. Nam cum à prandio negotij causa ad Ignatiū, ut consueuerat, ascendisset, in ipso pene cubiculi limine repente factus attonitus in terram cecidit, & mox animā egit. Noluit videlicet eum diuina clementia, cum corpore esset obeso, & tot laboribus iam exercitus trahere animam inter tormenta morborum, sed repentino ictu, subito hinc illum, nec tamen imparatum, aut improuidum rapuit, quem eo ipso die mane accepimus sacrificium piè Deo, & multo cum sensu fecisse: ut pietas inuitata sacrificantis prælagitio quædam esset obitus aduentantis. Vir fuit apprimè sanctæ humilitatis amans, quam & rudi, tritoq; vestitu, & toto habitu corporis, multo etiam clarius sermone, & moribus præferbat: ad eō etiā mitis, ut quamuis interdum à B. Patre exercēdæ virtutis gratia acciperetur asperius, animo semper tranquillissimo digrediens, hoc tantum, O suauem Patrem, diceret. Ad hæc adeo Societati erat adductus, ut ipse interdum Ignatius diceret, ne verberibus quidem, si vellemus, possemus domo Codacium pellere. Huic igitur ob hæc virtutes, utque de nascente Societate tam merito B. Noster Pater gratianimi causa honores fundatorum omnes decreuit: annuam videlicet, quandiu vixit, de more candelam, missarumq; certum numerum: utque confessu, ac loci dignitate Professis omnibus antiret: mortuo verò præter consuetam suffragia, ut etiam sepulchro honorifica cum inscriptione lapis imponeretur. Tanta erat sancti Patris in referenda gratia non externis modo, verum etiam domesticis, sibi que subiectis nobilitas animi. Exercitiorum spiritalium mos increbescerebat indices, & ea erat quasi quædam Societatis sementis, adeo homines, qui vacuo animo ea capesserent, inmutabant. In ijs Io. Alfonsus Victorius natione Hispanus Societate nondum inita, ab exercitiorum recessu digressus, ad reportandam, obrinendamq; de se ipso victoriam sic exarsit, ut in ipsis bacchanalibus, cum personati homines vanis spectaculis implent omnia, aliud ipse vulgo non inane spectaculum exhibuerit. Sacco indutus, & pœnitentis amictu per celeberrimas prodire vias cœpit, flagrisq; in terga sæuire, adeo pertinaciter, & inclementer, ut non prius diuerberandi sui finem faceret, quam totus vndique cruore redundans ad ædē nostrā longo circuitu perueniret. Hoc primo edito tyrocinio, Societati nomē & vitam dedit. Ad augendum verò, & interius Societatis bonum, & cōmune commođum animorum, quibus ea perpetuo consulit, censuit Ignatius, quod ceteris prudēter Ordinibus à summis Pontificibus datū esset, ut priuilegijs quibusdam, atq; immunitatibus, quo se melius tuerentur, ac regerēt, potirentur, id etiam recēti huic Societati à Pontifice Paulo, priusquam occuberet, impetrandum. Nec abnuuit supplicatibus pia benignitas Patris, & Cardinale Sfondrato eius rei procurationi preposito, quod à nostris postulatū est, referente cōcessit: id quod Apostolicis etiā literis testatum, & consignatum pius Pontifex voluit cum honorifica hac præfatione.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Licet debitum pastoralis officij omnibus regularem vitam ducentibus, vt in suis disciplinis, & laudabilibus institutis conseruentur, & augeantur, nos reddat fauorabiles, & benignos; ad Societatem vero Iesv per nos institutam, & approbatam, cuius specimen, veluti ager fertilis in Domino multiplices, atque vberes fructus animarum, ad summi Regis laudem, & fidei incrementum attulit, & affert quotidie verbo, & exemplo in populo Christiano, dirigentes præcipue velut pius Pater oculos mentis nostræ, dignum censemus, vt ipsam Societatem, eiusque in odorem suauitatis Altissimo deseruientes personas, specialibus fauoribus prosequamur, illaque tibi fauorabiliter concedamus, per quæ Societas ipsa vtiliter regi, & prospere dirigi, ac ad animarum auxilium fideliter in Domino procedere valeat. Hæc in Vrbe. At prope eam Tybure in eius loci possessionem, quem à Ludouico Mendoza Societati datum supra diximus, Michael Ochioa, postquam egregie operam aliquandiu Neapoli hoc anno posuerat profectus, mirum quam vehementer vniuersam ciuitatem, & habendis concionibus, & catechesis assiduitate permouerit. Qui cum sacris initiatus nondum esset, plui inique, vt ei sese aperirent, confitendis longo interuallo peccatis magnopere flagitarent, consecrandus quamprimum videlicet sacerdos fuit, & ab ea consecratione continuo magnam vim hominum, qui pœnitentiam diu neglexerant, vel eam perperam egerant, non in ipsa modo vrbe, verum etiam locis finitimis audiuit: cui rei plurimo adiumento fuit facultas illa, quam supra memorauimus, accepta diuinitus pellendi morbos, ægrotosq; curandi. Nam cum ad eum multi per occasionem curandorum corporum, & ex ipsis ciuibus, & è vicinis populis ventitarent, ij positus extemplo peccatis salutem sæpe totius hominis reportabât. Noua in Siciliam deducta Panormum colonia: de qua priusquam aliquid dicam, pauca quædam de Collegio Mamertino perstringam. Renouata est Messanæ, vt alijs etiã locis compluribus, longo admodum interuallo sacramentorum pietas, tum nostrorum concionibus, incensisque colloquijs (creber enim Natalis erat in dicendo, creber & Palmius vehemētissimus adolescens) tum exortis occasionibus, quas subiijciam. Miserat ad Mamertinos ciues rogatus Ignatius ex vndecim Virginum millibus, crania duo, honestissima in arca recondita, ornata decoro, nec sine sumptu. Quæ quo maiore cum dignitate, splendoreq; exciperetur, publicam supplicationem indici placuit: eaq; varijs religiosorum ordinibus inuitatis, vna cū clero solenni pōpa, instructoq; per urbem agmine circumferri. Procedebât externi quoq; Collegij nostri discipuli ad modestiã ore cōpositi cum ardentibus facibus, cereisq;. Comitabatur nobilitas, & Magistratus, populufq; frequentissimus, magna ex parte confessionibus expiatus: atq; hac pōpa sacrijs cranij ad ædem Collegij perlatis sacriñcio rite facto, in pomeridianũ tempus de Sancto-
rũ cultu reiecta cōcio est. Eã Natalis habuit apud aures eruditas, & elegantes. Nec minor expiãdorum rite peccatorũ ea se dedit occasio, q̄ cum & vrbs ingenti concussa motu, & de cœlo tacta paucos ante dies arx esset vrbs, in eaq; templũ ipsum non sine strage hominũ ictu fulminis deflagasset; ita exanimata Ciuitas est, vt sese pleriq; ad componendã animã, & abijcienda confessione peccata conuerterint. Datæ sunt etiam aures religiosis fœminis, à quibus cum rogaretur Societas, vt eas ad pietatem informaret, consultus Ignatius, respondit non abhorreere ab institutis nostris, si earum semel confessiones exciperentur: vtilius tamen fore, si spiritualibus primæ hebdomadæ exercitijs ad rectam peccatorum confessionem erudirentur. Quod consilium sequuti Patres, non modo apud sacras Virgines, verum etiam nobiles apud Matronas, quæ ijs exercitationibus vsæ sunt, plurimum in eo genere profecerunt; vt interdum piæ confessionis vtilitas non modo ad animos pertineret, sed etiam in corpora redundaret. Laborabat ex partu Matrona quædam cum desperatione salutis, cumque diu parturiens, fœtum non posset eniti, à Medicis destituta, sacerdotem de Collegio aduocat, & expiatis rite peccatis, extinctum continuo fœtum effudit innoxia. Quæ re peruulgata, complures ad confitenda ad S. Nicolai peccata excita-

12

Michael
Ochioa Ty-
bure sedulo
diuina pro-
curat: &
corpora et-
iam mul-
terũ sanas
dono suo
curationũ.

13

Progressus
Collegij
Mamertini
& vti-
litatis in
publicum.

14

Duo ex
vndecim
millibus
Virginum
sacra cra-
nia ab Ig-
natio mis-
sa, honoris-
bus sum-
mis rece-
pta.

15

Sententia
B. P. Igna-
rij de com-
municandi
exercitijs
hebdoma-
da prima.

16

Confessio
peccatorũ
& partu-
rientem
soluit. &
Energume-
nam libe-
ras.

excita-

17
*Cornelius
 Vishan. ut
 Energume
 nos curat.*

excitatae sunt foeminae. Alia vero adolescentula, quam pertinax, & impurus Dæmon inuaserat, confessionis item voto facilem sui liberandi viam, & rationem ostendit. Hæc ita interdum Dæmone exagitante furobat, vt constringenda esset; & à multis, ne quo præceps rueret, aut in aliquem irrueret, continenda. Admotæ sunt, quæ solent Energumenis, curationes: sed cum nullæ proficerent, ad Cornelium Vishauzum deducitur, qui suo candore, ac pietate satis negotij putabatur his Energumenis exhibere. Hic, data sibi à muliere fide expiandi rite animi, cum mens redisset, vilitatis orsus est exorcismis nequam illum hospitem, vt inde excederet, fatigare & torquere torquentem. At quum certamen videbatur, ac pugna inter ardentem orationibus sacerdotem, & nescium Dæmonem adiurationibus cedere. Qui cum suum prouideret exilium, rogabat Patrem, ne se in ignem mitteret, si inde dimitteret; illius videlicet memor ignis, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, quorum innumerabiles pene Deus ad exercendos homines in iudicium magni diei vinculis æternis sub hac caligine reseruauit. Verum diu oblucente Satana, & diem ex die moras trahente, Cornelius destinatis aliquot ad eum fugandum, & exigendum Missis, post tertiam Diabolus Hostiam, fremens, ac frendens excessit, exanimi relicta puella, & instar mortuæ. Quæ cum reuixit, & sensum, mentemque recepit, promissa fecit, & sui pectoris domum pœnitentiæ sacramento purgauit, vt esset ædes in posterum S. Spiritus, non Satanae diuersorium. Eius sanitas magnæ omnibus, qui prius insanam, ac furentem aspexerant, admirationi fuit: & in ea, quantum sit in Hostia piaculari præsidij, quantum in sacra confessione viriû, planius intellexerunt. Nec modo viuus, verum etiam mortuis incruenti sacrificij adhibenda vis fuit.

18
*Sacrificij
 Missæ vic.*

Exaudiebantur domesticos intra parietes per media silentia noctis miserabiles gemitus ex occulto missi, ijque sæpe recurrebant. Qui cum haud mediocri seu terrore, seu miseratione nostros afficerent, & quiescentium somnos interturbarent, conquisitum est diligenter, vnde querelarû infolentia, & lamentabiles illæ voces existerent. Sed nihil obseruari per vigiles vnquam potuit, audientes quidem vocem ex occulto missam, neminem autem videntes. Venit igitur in mentem, animam fortasse mortui purgatorijs in ignibus laborantem viuorum flagitare suffragia. Nec vana fuisse suspicio visa est. Quippe rei diuinæ procuratione facta, vox illa siluit: placati que in posterum sunt horrifici illi, nocturnique gemitus. Tam præsens, tamque efficax est mortuorum, viuorumque subsidium augustissimæ aræ mysterium. Iam quod ad Gymnasij rem spectat, quamquam ea quoque suis progressionibus utebatur, tamen generale gymnasium, quod Sedis Apostolicæ autoritate Societati concessum supra demonstrauimus, cum primum Messaniam Pontificiæ perlatae sunt literæ, sua difficultate non caruit. Nam tamen Ciues ei rei primo vniuersi fauissent, iam tamen multi censebant nequaquam fieri posse vt Rectori Collegij iuris & medicinæ magistri subijcerentur: sed re, denuo ad consilium reuocata, omniumque transacta consensu, gratia Deo plurimæ perfoluta, & Ambrosij, Augustini que hymnus pie ab omnibus decantatus. Quanquam ne id quidem consultum ad vsum vnquam est reuocatum. De integro enim contra pugnarunt ij, quibus nullo modo ferendum videbatur, vt seculares Doctores ab Religiosi hominis potestate, ac nutu penderent. Cui difficultati Natalis vt occurreret, ita rem temperauit, vt Academia duas in partes distributa, earum in altera classes Humanitatis atque Græmaticæ, itemque Philosophiæ, ac Theologiæ Societas contineret: in altera reliquas disciplinas, reliquosque Doctores suos quoque Rector externus, ac præpositus regeret. Quæ distributio ita quidem probata est ciuibus, vt eam ob causam Natalem appellarent amatorem ciuitatis, & patriæ patrem. Ceterû vt sæpe rationibus publicis priuata officiant studia, suspicati quidam consilij eius autorem esse Proregem, cui libenter aduersabantur, dedere operam, vt in distributione Academicorum prouentû vix quinta pars, ac dimidia tribueretur Collegio, cui tamen scholarû longe pars maxima, haud pæuiores quindecim assignabantur. Ita cum nullo modo subsidia oneri ferendo sufficerent, tota res salua vtrunque gratia, & caritate discussa est. Inter hæc respondebant opinioni hominum Magistrorum Collegij perspectæ literæ, docendique ratio. Atque, vt non modo exulta iam humanitate disciplinis grauioribus iuuentuti, quod anno antecediti fieri coeptum est, verum etiam frequentissimæ pueritiæ, latinæque linguæ rudibus cõsuleretur vberius, tributa est in scholas quinque omnis grammaticæ disciplina. Quarum doctores, atque

20
*B. Ignatius
 voluit sin-
 gulis heb-
 domadis
 de successu
 scholæ
 à magi-
 stris edo-
 cere.*

Magi-

Magistros, vt superiorum etiam classium, quo incitarentur ardentius, oportuit ex Ignatij præscripto singulos singulis ad eum hebdomadis de rebus suis accurate perscribere. Ex omnibus autem disciplinis, quæ nostris à Doctoribus tradebantur, multiplex est varietas thesium publicis locis ante proposita, toto biduo altercando discussa: idemque factitatum toto triduo continente in studiorum instauratione. Res acta cum dignitate, ac splendore, multum habuit commendationis in populo. Nec minus illud approbationis ac laudis, quod ad alias literarum altercationes præcipuis ab Ordinibus è Collegio euocati, cum interioris eruditionis, tum modestiæ singulare specimen præbuerunt. Contulerunt autem se ad eos conflictus disputandi gratia Natalis, & Canilius: quo in vtroque certabat cum literis virtus, & excellens modestia: Quæ cum alias in ea vrbe, tum vero maxime cum apud Franciscanos disputatum est, sese ostendit. Vbi cum disputationis ante certamen orta esset, (vt solet, sed non optimo more) de loci dignitate contentio, dum & suum tueri religiosi quidam ius volunt, & primæ vicissim Societati ab auditoribus tanquam Clericorum ordini deferuntur, Natalis pertinacia certaminis excitatus, elata voce clamat, minime equum esse, vt qui nuper illuc venerant, & omnium essent Religione postremi, Religiosis antiquioribus primas sedes in disputando præriperent. Se in arenam illam honoris, ac dignitatis, nec primum, nec secundum, sed omnium nouissimum descensurum. Quæ cum dixisset repente silentium consecutum est, & cum pace disputationis instituta contentio. Qua in pugna Natalis modestiæ par sapientia, subtilitasque respondit: vt omnes qui aderant admirati, non satis constituerent, vtra in eo maior sapientia ne, an humilitas esset. A deo altera alteram cōdiebat, & illustrabat. Venio iam ad Lainium: cuius in Siciliam appulsu de Panormitano Collegio cogitari cœptum est. Is cum ad hebdomadas aliquot mutorum cum salute Neapoli substitisset, ineunte anno in Siciliam inde soluit, operam diuino verbo daturus, & Farnesij Cardinalis in Monte Regali iustraturus Ecclesiam. Decimo septimo Kal. Februarij in insulam attigit: & Panormi perhonorifice à Vega Prorege, ceteraque nobilitate excepto designatur ædes ad Quadragesimæ conciones haud à Curia procul. Interim, vt habebat in mandatis, ad Farnesianam diæcesim excurrit, habendisque de more concionibus, & catechismo cumulatissime suum munus & partes expleuit. Recurrebat tamen à Septuagesima ad Quadragesimam concionum gratia, quas præsentè Prorege, nobiliq; corona instituerat, sæpe Panormum. Sed diuinus tot in res animus, quanquam par erat ille quidem omnibus, socium tamen corpus par viribus non habebat. Ergo factus primis duabus Quadragesimæ concionibus imbecillior, tertiam Lainius inchoaturus, & iam suggestum ascensurus, repentina febris corripitur: vt Hieronymo Domenecco, qui Panormi ab elapso iam anno confederat, eius fuerint, rogante Prorege persequendi labores; Lainio vero ipsi ad Montem Regalem, ynde venerat, remigrandum. Hic, quo magis aucta, & amplificata morbi vis est, eo est etiam pulsa celerius; vt pro miraculo habitum sit eum, cui pene fuerat conclamatum, conualuisse tam cito. Itaque breui se Panormum, confirmatis vix dum viribus, ad institutos labores reuertit. Tantus erat vtriusque ardor & coronæ audientis, & Lainij eloquentis. Nec minor vtrinque vis, siue huius in impellendo, siue illius in obsequendo. Fidem fecit cum flagitiorum repressa licetia, tum in egenos erogata benignitas. Insanabilem hospitio, quod summa premebatur inopia, pia Proregis, & Eleonoræ vxoris industria aureorum stippe quingentorum subsidio ventum est. Nam præter id, quod de suo Prorex liberaliter erogauerat, mandauit etiam è suis liberis vni, vt nobilibus cum viris in eam rem stipem à ciuibus corrogaret: ita ad eum, quem dixi, cumulum argenti summa conscendit. Alteri etiam è filijs negotium dedit, vt in conuersas ad pudorem fœminas, orbosque pueros Ciuium misericordiam prouocaret. Quod item plurimo eorum bono, nec minore Ciuitatis exemplo perfectum est. Sexdecim autem ad pudorem, frugemque reductas Lainio dicente fœminas per Quadragesimam memoriæ proditam. Quas cum in ædes suas Proregina, dum de vitæ genere vnaquæque decerneret, recepisset postea conquisita dote partim in matrimonio collocandas, partim in conuersarum cœnobium, seu illic perpetuo mansuras, seu dum virorum copia fieret, deducendas curauit, nonnullasq; apud se retinuit. Verum quæ religiosis fœminis traditæ sunt in custodiam, cum ad eas se inuitissimæ cõtulissent, suum sæpe declarabant ingeniû: fabulabantur, cachinnisq; lasciuiebant

21

Natalis modestia in postremo loco inter disputantes vltro sumendo.

22

Lainius in Siciliam anni initio venit.

23

Conciones Lainij Panormi efficaces.

24

Io. Vega Proregis pietas, & vxoris.

25

Pietas Monacharum conuersarum in fœminas sibi effusa tradita, que conuersa mirabili luce conuersa ab

banctosque psalmos, communesque cantus, non dum horrere Dei numen edoctæ. Quoad vna lucebat quondam diuinam in cæco conclauis, intra quod se diuerberaturæ famulæ Dei receperant, complicata, serioque inde ad Deum conuersa, ceteras quoque tum oratione, tum exemplo pertraxit. Quarum ne decissent pijs ardoribus Monachæ, parte vestium sibi detracta nouas Christi sponfas protinus induunt. Tum laudatus ab eis solito cum hymno Deus, actæque de more gratiæ: deinde amputati fœminarum crines, spreti seculi testes, ad Proreginam missi. Nihil Proreginæ tum lætius: quæ tanto studio, ac contentione curauerat, vt à sua turpitudine auulsæ fœminæ, vel religioni se perpetuo adiungerent, vel eius intra claustra ad tempus abderent. Nullis igitur pepercit sumptibus, ac laboribus, vt in suscepta mente recens conuersæ perstarent, & suam cuique vestem aptam religioni conficeret. Prorex missis ad cœnobium spectatoribus Lainio, & Domeneco, rem publico scriba testatam voluit, summa cum Lainij voluptate: qui quanquã fœminas illas in Magdalenas suis concionibus non repente conuertit, certe à peccandi vsu, cõsuetudineque diuellit, & vberiore præparauit ad gratiam. Studuit insuper cum Domeneco Lainius & Panormi, & in Monte Regali sacrarum Virginum contubernijs instituendis. Quæ cum laxiora vbique iam essent: postea è Tridentini Concilij decreto suis iterum astricta legibus, fructus edidere maiores. Cui rei plurimum ab Vrbe profuit Ignatij sollicitudo, qui literas Apostolicas, auctoritatemque supræmæ sedis, vrgente Prorege, curarat. Hic ego vnum, quoad declarandam sanctitatem Lainij pertinet, non omitam: qui dum fœminarum in Regali Monte cœnobium veterem ad formam reuocat, affirmarunt earum multæ, cum Abbatissæ deligendæ gratia sacram percepturæ synaxim ad rem diuinam conuenissent (ea autem in priuato sacello fiebat à Lainio) visam inter verenda illa mysteria veluti lapsam è Cælo columbam, quæ Patris supra verticem requiesceret, haud obscurum symbolum Sancti Spiritus, qui copiosum, & largum in Lainium se infunderet. His, alijsq; pene innumerabilibus, quæ præterire silentio fatietas cogit,

16
Visio qua
Lainij san-
ctitatem
indicat.

27
Panormi-
tanum Col-
legij insti-
tutione
curata
Proregina
Eleonora.

28
Nicolauo
Lanoio
primus
Collegij
Panormi-
tani Re-
ctor.

29
Eleonora
Proregina
studium
erga Col-
legium Pa-
normita-
num.

Panormitanorum ciuium commota sunt studia, ac desideria Collegij. Res vt optata vehementer, ita celeriter est confecta: & vrgente pia fœmina Proregina in publicum relata consilium. Vt enim Collegium Mamertinum vir eius Prorex, sic ipsa Panormitanum sibi curandum ac promouendum existimauit. Itaque nemine dissentiente subito probata, & suscepta res est: comparatiffique dein ædibus ad voluntatem, nutumque Patrum, & annuo vctigali pro ratione temporum, personisque à ciuitate decreto (aureorum quingentorum fuit in biennium primo, dein in perpetuum attributum) ad Pontificem, & Ignatium datæ literæ, vt missis idoneis ex Vrbe viris Collegij principia ponerentur. Missi sunt autem nouem ætius iam caloribus fractis, & Collegij Rector institutus Theologiæ Doctor Nicolaus Lanoius, socio ei Paulo Achille in administratione, vt ea tempora ferebant, adiuncto. Panormum aduentantibus obuiam facti nobiles, primarijque complures; & vt expectatissimus eorum fuit aduentus, ita singulari Proregis, & Proreginæ, ceterorumque gratulatione ciuium celebratus. Deducti sunt conductas in ædes, iam paratas supellectili fatis, & horris instructas, salubri loco iuxta ædem Misericordiæ sitas, & quinque ad docendum classibus exornatas. Platamonis erant nobilis ciuis. Huc ad eos consalutandos suos Iuratos Ciuitas legat, deferendumque, si qua in re opus sit, studium, & operam suam. Stratim facti sunt concursus ad templum tametsi alienum, & commodatum, lætamque in celebritatem tristis eius solitudo conuersa, vix vt ad altare sacerdotibus pateret ingressus. Cum autem hæc incitia ponebantur, commodum se recens obtulit Collegij amplificandi facultas. Ludouicus Sancius vir nobilis & honoratus, Regentem vocabant, oriundus ex Hispania, & Eleonoræ Proreginæ vehementer addictus, cum diem suum obiret, admonitus, ab excellenti pietate fœmina, vt voluntatem illam erga Collegium, quam viuus ostenderat, in testamento condendo moriens declararet, Sancius bonorum suorum hæredem Eleonoram ipsam instituit, vt si ei videretur, duas ex eis domos Collegio addiceret, vel in religiosa alia cõferret opera. Eleonora accepta hæreditate cum ex domorum pretio certam pecuniam in annos singulos orbis pueris assignasset, ducentosq; insuper nummos aureos ad leuandam Romanæ domus inopiam misisset ad Ignatium, reliquam hæreditatem in amplificationem noui Collegij Panormitani attribuit.

Postu-

Postulauerat à Proregina Sancius, vt de vita migranti Societatis Patres adessent: sed ij ne suspitioni locum darent, non prius ad eum se contulerunt, quam ille testamentum obsignasset. Tū Lainius, & Domenecus accesserunt: nec ad insequentem vsque diem, quo extremum spiritum edidit, à moribundi latere recesserunt. Studiorum vero primordia publici præconis voce, Proregis iussu promulgata per vrbes; & celeberrimis passim locis affixi libelli ea de re sunt. Itaque magno vndique cursu hominum octauo Kalend. Decembris, qui dies Dominicus erat, initium factum in æde Sancti Francisci, Prorege ipso, magistratibus, primaque nobilitate præsentibus. Eo die cum mane Lainius rem ad frequentissimam concionem exposuisset, à meridie primo Petrus Ribadencira oratorix facultatis præceptor de Societatis instituto, deque literarum, ac præsertim eloquentiæ laudibus cum modesta Proregis, Sicilia, Panormitanæque ciuitatis prædicatione luculentam orationem habuit: deinde Nicolaus Lanoius Theologiam professurus verba fecit sapienter, ac pie in cõmendationem sacre doctrinæ. Postridie dicturi erant tres, sed cum per valetudinem Proreginæ, Vega, vti optabar adesse non posset, referuatis in eius aduentum duobus, eodẽ loco assensuque Paulus Achilles, Philosophiæ magister, liberales disciplinas maximeq; Philosophiam celebravit. Feria deinceps tertia in auditorijs quisq; suis scholas auspicati, distributis ita temporibus, vt omnibus omnes audiendi magistros copia fieret. Humanitatem Io. Regerius Gallus, Grammaticam in classibus tribus Magistri totidem Michael Bottellius Lusitanus, Iuuenalis è Subalpinis, Petrus Venustus è valle Tellina exorsit. Ita disciplinarum varietas pulcherrima nationum varietate distinguebatur: cum Hispani, Belgæ, Itali, Galli, Lusitani, raro ante eam diem concentu, Panormitanas aures personarent. Plausibus excepta sunt omnia: quotidieque nouis auditoribus impletæ sedes. Vna Theologia suos desiderauit auditores, quorũ dum à minoribus disciplinis, aut aliunde vis aliqua, numerusq; suppedatur, in aliud videlicet reiecta tempus est. Lainius autem præter dictionis aulicæ munus, illud etiam multa cū laude, & vtilitate suscepit, vt ventitantes ad gymnasium auditores Christianæ legis præceptis imbueret, & ad clericos, canonicosque consentaneas eorum muneribus scholas, ac prælectiones haberet. Noui autem Collegæ, ne versandis libris semper intenti, præmitterent occasiones occurrendi periculis animorum, exibant varia frequenter in loca, & varia apud hominum genera reuocare studebant ad actionem mentis agitationem, & præcepta doctrinæ. Quique operosis diebus in discentiũ auditorijs sedulo desudabant, vbi sanctior dies intermissionem eius muneris cõcedebat, alij in custodijs publicis, alij in trirēibus, alij in nosocomijs miserorũ inētes verbi diuini pabulo recreabant. Omnino res Panormitanas, cunctæque Siciliae felici cursu cælestis aura prouexit, nihil vt earum inter initia, quod requireres, amplius esset. Abeo iam à Siculis, & dum ad alios per Neapolim stylum verto, pauca de multis, quæ in eius ciuitatis gratiam, commodumq; sunt gesta non præteribo. Nam in Siciliam ex ea vrbe Lainio profecturo, Neapolitana ciuitas, & Abbas S. Seuerini, apud quem is diuersatus, & commoratus erat, coniectura ex eo facta de reliqua Societate, B. P. Ignatium per literas obsecrarunt, alium vt omnino sufficeret. Redierat iam tum Romam ex Germania Bobadilla, & partim domi, partim foris operam strenue nauabat. Hic igitur Lainij vicarius industriæ datus, adiuncto sibi comite Michaële Ochioa Nauarro Neapolim iter instituit. Sed cum propius accessisset, cognito ciuitatis consilio, quæ certum hominem ad Pontificem Maximum ea ipsa de causa, vt aliquot de Societate peteret delegauerat, cunctatur ingressum, dum responsum affertur. Interim ipse veteres ad amicos necessitudinis functurus officio; Michael autem ad Abbatiam, quæ Capella dicitur, extra muros, Cardinalis S. Crucis, vt militibus Hispanis diuini verbi prædicatione cõsuleret, diuerterunt. Deinde responso ab vrbe reddito, Neapolim intrant, & apud eosdem Benedictinõs Monachos, vbi & ante Lainius, diuersantur. Hic eadem quoque ac Lainius, Bobadilla partes obire nauiter, ac studiose cœpit, & præter statas in æde sacra lectiones, Pauli Epistolam ad Romanos in hebdomada suos apud hospites explanare. Michaël autem ad Mariæ Virginis Annuntiatæ verba faciebat. Cumque nondum haberet ciuitas, vt optabat, vnde Societati Templum, retumque suppedicaret, obtulit ei de habitatione Valetudinarij sancti Iacobi vna cum sumptibus

30
Celeberrimas
in studio-
rum primor-
dijs

31
Nationũ
multiplex
varietas
in Collegij
Panormi-
tani initijs

32
Nicolaus
Bobadilla
Neapoli-
tanicis ope-
ram nauat.

33
Opera Bobadilla multis Episcopatus utilis.

34
Syluestri Landini apud Fulginatos sedulitas.

35
Transferatur in Carfagnanam ubi mirifice pietatis excolit.

36
Auxilium sibi esse parat sacerdotibus.

necessarijs : quod tamen haud ita probatum est Ignatio, qui Collegium, & maiora quaedam, quo melius consuleretur animis expectabat. Quanquā enim Societatis amici Collegij desiderio, ac studio certas ædes obtulerant, & suum quoque Ciuitas præsetulerat desiderium; apparebat tamen à priuatis magis, quam à principibus, & Magistratibus Collegium expeti. Paucorum igitur mensum; sed plena frugibus mora fuit. Traduxit Quadragesimam Bobadilla quotidiana dictione, concionem nactus non tam frequentem, & numerosam, quam elegantem, ac sedulam. Fructum porro plurima testata est confessio, cui sedulæ ab eodem admotæ sunt aures : idemque reuocato iam ad Urbem Michaële Nauarro, vnde & Tybur missum narrauimus, pluribus locis expetebatur. Sed operam suam vni tantum Ambrosio Catharino Minorensi Episcopo, ad eius lustrandam diœcesim obrulit. Quo quidem exacta Pentecoste profectus, non Minori solum, sed vicinis etiam Episcopatibus plurima inter incommoda, commodo fuit. Quippe qui ne febrium quidem inter ardores intermittebat concionibus populum inflammare, & pueros omnes Christianis præceptionibus erudire. Minori Policastrū excurrit, & inde Bisinianum, ac denique Rosanum: quibus vbique locis semper strenuus, semper sui similis Bobadilla fuit. Ab Urbe destinabantur continenter in ceteras Italiae partes, qui prædas animorum, quaestusque facerent. Et in Umbriam quidem superiore missus anno Landinus continuabat suos Fulgini labores eodem semper ardore, eademque aurium patientia, quarum confitentibus copiam à matutinis ad vespertinas, & altas noctis tenebras faciebat; idque non vno dumtaxat loco, sed pluribus, & in æde quoque maxima singulis saltem Sabbatis, sextisque ferijs flagitante Pastore: qui & Patris operam ad obeundam, concursandamque diœcesim suam salutariter adhibebat. Nec tamen tot in curas, laboreque diuisus, linguæ, & orationi parcebat. Habebat statis temporibus in æde principe conciones: priuatim sodalitates incendebat, interdumque alibi prore nata dicebat, quantis audientium motibus inde conijcias, quod cum in funere cuiusdam ciuis, & quo consueuerat ardore diceret, populus sic exarsit; vt aliqui inter ipsam concionem exclamarent se octauo quoque die, si audire vellet, de criminibus confessuros: & nobiles quaedam, ac florentes ætate feminæ ad sua tecta reuerse vnguenta pigmentaria, quibus sua ora turpabant, fucosque, & odoratas aquas per fenestras abijcerent, cultum mutarent, & ad modestiam se ipsæ componerent: plurimæque singulis hebdomadis sacramenta pie tractare consueverunt. Adeo in animis de morte habitata insedit oratio. Nec minor fuit ardor in viris. Octoginta iam ferme iuuenes ea tractabant sacramenta ingenti Præsulis, & Parentum gaudio: ex eoque numero plerique in destinatum ab Episcopo locum precationis causa conueniebant. Coaluit ea turba iuuenum, quæ discipulis ferme constabat, in sodalitatem sane frequentem, & Societatis sibi nostræ nomen imposuit. Valetudinis autem rationem adeo nullam Syluester habebat, dum nimijs laboribus, vigiliisque se conficit, vt ab sodalibus S. Hieronymi, quorum utebatur hōspitio, monendus per literas Ignatius fuerit, vt modum immodicis eius studijs adhereret, insuper eum ciuitate rogantibus, vt tam nauum hominem apud se diutius esse pateretur. Verum satisfaciendum Carfagnanę incolis fuit: qui degustatos superiore anno hominis mores, atq; labores, degustare iterum voluerunt, & ad pertexenda inchoata crebris ab Ignatio repetitum literis impetrarunt. Ad hos igitur in Hetruriæ fines translatus ex Umbria, Casulæ partim confirmandis, & perducendis ad finem cœptis, partim nouis rebus inchoandis intentus, desiderabat auxilia sacerdotum: quorum ipse partes obire coactus ad quotidianas dicendi contentiones adijciebat audiendi labores: eademque hebdomada sex septemue locis, vbi dicendo desudauerat, ibi audiendis pœnitentibus laborabat. Concurrebant ex agrorum vicinitate tam multi, vt eum ter in die in suggestum aliquando compellerent, ex quo duas vltra horas, & sæpe longius dicendo progredi consueuerat, vt auditorum & siti satisfaceret, & inscitia. Sed ne nimis diu in tam vberibus, & copiosa messe messorum expeteret, sacerdotes è circumiectis Carfagnanæ Oppidis nouem, ad gratuitam, & voluntariam sacramentorū administrationem excitauit. Qui cum omnes in eam rem sese Domino consecrassent, quatuor super hæc è piæ contemplationis exercitatione digressi statuerunt se Ignatij disciplinæ, imperioq; subijcere. Quos tamen, cū suæ quisq; Curia non sine laude

laude præfset, visum est è re diuina ab ea procuratione non amouere. Sane eos ita Syluester instituit, vix vt Societatis sacerdotibus in animarum causa, studioq; concederet. Quorum prudentia, ac religione fiebat, vt dum fœneratoribus peccata retinent, nec eos optata cum absolute dimittunt, fœnerandi consuetudo vndique tolleretur. Virginum quoq; Cœnobium Syluester extruendum curauit, templiq; fundamenta, ipso Natali Virginis die iacta sunt, Patris Ignatij in primo lapide nomine in scripto. Quibus Cæsulæ rebus, alijsq; plurimis benegestis, Cæporegianum se Syluester contulit, ne ipsum quidem id temporis ab hæresibus intactum: quibus 37

infecti sacerdotes ex eo quidam, Medicique nonnulli, cum de Patris cognouissent aduentu, obuiam ei velut officij causa prodierunt, & illato de iustificatione sermone, cum Pater sine benefactorum societate, comitatuq; negaret satis esse ad gloriam, fidem, furere illi atque insanire cœperunt, & ne apud se ea docturus accederet minitari. Pater tamen diebus aliquot interpositis, eo Camporegianum inuauit.

fidenter accessit, totaq; apud eos hebdomada tanto ardore contra hæreses verba fecit, vt audaces, & nimium animosos hæreticos ingens terror inuaserit. In ijs medicus quidam, qui non vna tantum laborabat insania, sed ad cæteras adiungebat impietatem in Cælites, quos suo cultu, ac veneratione spoliabat, ad Syluestri vocem in eos pauores, ac formidines incidit, seu conscientia mordente, seu iudiciorum periculo deterrente, vt conscensa mula cursu incitatissimo sese fugæ mandarit. Eo cursu cum bestia deficeret, nec ferre equitem defatigata iam posset, egregius Medicus, qui ex sectæ disciplina didicerat suo cultu fraudare cælestes, in mulæ discrimine modo hunc, modo illum Cælitem inuocabat: facile vt appareat, quanta sit vis institutionis auitæ, & 38

Catholicæ educationis, quæ vel ab inuito vocem veritatis extorquet. Hic & multos Syluester hæreticos ad Catholicum dogma reduxit, & multos lapsantes coercuit, vt etiam sacerdotes nonnulli, qui sanctam Quadragesimam adipatis elcis, & voranda carne fœdauerant, postea ieiunium quartæ feriæ sibimet extra Quadragesimam imperarint. Curfabat huc illuc animarum prædæ semper inhians sine defatigatione sacerdos, & quocumque ingrediebatur, inflammabat omnia. Exhibant ad eum de pagis, atque oppidis summi, medij, infimi; & sese, ac sua liberalliter offerebant. Quin exitinere rogabant illum oppidorum incolæ flexo poplite, vt ad se quoque diuerteret, serio polliciti se conuolatuos vniuersos ad confitenda peccata, & in rebus omnibus imperata facturos. Longum sit enumerare quam multa in oppida sacramentorum vsum induxerit, quâ multos peragrarit, & permutarit pagos. Tribuebat autè ei tantâ vim Deus, auctoritatemq; vt eû populi, sacerdotelq; perinde venereretur, ac coleretur; suiq; eum de rebus, negotijsq; consuleretur, ac si eorû pastor, & Episcopus esset. De Carregio magno sane oppido, nõ reticebo: cuius admirabilis, & inusitata mutatio fidè fecit, quâ præsentè medicinâ perditis moribus 39

clémentissima Dei manus attulerit. Pessime est initio ab oppidanis exceptus Pater, & inter dicendum identidem interturbatus, vt etiam è media concione digressi nonnulli crebris lapidibus templi valuas non dubitarent appetere: alij autem dicenti risu, & clamoribus petulanter obstreperent, animique potius gratia, quam proficiendi studio ad eum auscultandum conuenirent. Postea concionibus octo dierum continenter habendis, & quidem vno eodemque die nonnunquam binis, versa est impietas in pietatem, risus in lachrymas, strepitus in silentium: & ad primos auroræ radios ad eum audiendum auidissime concurrebant, admonito prædicæ præconis voce populo, prima vt luce coiret ad ædem, propositaque pœna si quis violasset edictum. Concionum Landino syluam B.N. Patris exercitia, quæ prima continentur hebdomada, suggeriebant. In his totus hærebat, & habitabat: his suos ille auditores exterritos facile ad pœnitentiam reuocabat. Euocandi fuerunt è vicinis locis sacerdotes aliqui, qui pœnitentibus operam darent: nec tamen pœnitentium turbæ fieri satis audiendo poterat. Præcipuus eius vocis fructus armorum finis fuit, & pax grauissimis allata discordijs. Nam cum frequens esset in Oppido commota sedicio, cædes quinque & quadraginta patratæ iam erant, in ijsque sacerdotum 40

trium, tanta impunitate, ac licentia, vt per sacras ædes, ad aras vsque stricto gladio volitarent armati. Discedebatur in partes duas, & suus quisque dux parti, signiferque præibat. Rem prope desperatam odiorum & acerbitas, & diurnitas faciebat. Trigelimum quippe simultates iam tenebant annum tanta obstinatione factionum, vt nec Ferrariensis Ducis auctoritate Carregij excolit.

41

42

toritate placari, ne clarioris cuiusquam viri possent studio, industriaque leniri, quantis rei familiaris incommodis, quanta vero animorum iactura, damnoque, qui tot annos sacramentorum bono sua se voluntate fraudarent, facilius est existimare, quam dicere. Non tulit diuina clementia, vt essent irriti Syluestri conatus: sed pondus attulit verbis hortantis, vt in animis infixæ discordiarum partium duces ad pacem flecterent. Quos vt Pater animaduertit à concordia non abhorre- (significauerunt enim controuersias omnes eius se arbitrio permissuros) non dubitauit de superiore loco in frequenti conuentu alterum è ducibus suo nomine compellare. Is Ioannes Corfus appellabatur: qua subita Corfus appellatione percussus, ex ipsa concione respondit, Quid mi Pater imperas? Cui Pater, vt cunctis, inquit, inimicis tuis ignoscas, vicissimque ab eis, quod ipse lacefferis, veniam petas. Ad hanc ille vocem tanquam à Deo missam, ferrum, quo erat succinctus confestim abijcit, & humi stratus pacem supplex inclamat. Hunc ex vtraque factione imitati reliqui, ipsi quoque pacem ingeminant, pacem postulant. Tum ad eos se Syluester è suggestu demittens, singulisque vt se imitarentur, ad inonitis, à ducibus osculandi, & amplexandi initiū facit, aliosque deinceps eodem pacis osculo, & caris amplexibus excipit. Præeuntem ex vtraque parte secuti sunt reliqui, mutuisque sese osculis, & amplexibus prosequuti, eo animi sensu, ea amoris significatione, vt præ gaudio lachrymæ vbertim fluerent, & ora sibi vicissim, vultusque rigarent. Maximis in miraculis res est habita; vt qui paulo ante tygridum instar, atque leonum mutuam sanguinem sitiebant, postea verbo Dei agnorum in morem mansuefacti, mutuis inter se studijs, officijsque certarent. Admirationem sane ceteris oppidis peperit, tanta Oppidi commutatio. Quin Oppidani ipsimet admirati, ne qua tam singularis beneficij memoriam obliteraret obliuio, notandum diem pacis, atque concordia ad anniuersariam gratiarum actionem, tanquam solennem, & festum in posterum decreuerunt. Bononia Paschalius agebat, vbi precandi, meditandique vijs suo more tradendis, nulli non hominum generi consulebat; & quidem tam assidua opera pœnitentibus, vt in eis excipiendis partem etiam consumeret noctis. Quotidie porro summam officiorum, quam appellant Angelicam, sacerdotibus explanabat: in propinqua etiam excurrit, componendæ pacis gratia primarios ac nobiles inter viros: eamque diu ab alijs frustra tentatam assiduis conatibus, atque vigilijs Deo obsecundante composuit. Ad hæc Rodulfus Cardinalis Carpenis Meldulam profecturus, quod ei erat paternum oppidum, ad puerorum, ac multitudinis catechesim, eum sibi comitem voluit. Verum postea reuocantibus Bononiam occupationibus, Carpenis nomine ad Ignatium scripsit, vt operæ suæ vicarium, & qui bene cœptis insisteret illuc mitteret. Missus est referente Paschasio, Stephanus Capunsaccus Aretinus, qui valetudinis causa profectus in patriam, varijs in officijs, atque muneribus suam erga proximos caritatem, industriamque declarabat. Studia literarum, vt ætas illa ferebat, & exiguus numerus Sociorum, satis tum Bononia, tum Patavij calebāt, & præter publicas scholas, quas nostri adibant, habebantur vtrouque priuata, præsertim quæ ad humanitatem informabant, exercitationes. Ignatius autem adeo erat de nostrorum in literis progressionem sollicitus, vt eorum ad se iuberet epistolas nondum castigatas à Magistro transmitti. Ferraria distinebatur solitis muneribus Iaius, & præter Ducis, ac filiorum curam, quorum excipiebat per intervalla temporum confessiones, multam sui nobilibus copiam, multam populo faciebat: quem cum ad pœnitentiam seu matutinis concionibus, seu pomeridianis prælectionibus excitallet, postea ad partam prædam è suggestu descendens, sine vlla inter inspiratione laboris in destitutam confessionibus sellam se conijciebat, tanta audiendi sedulitate atque constantia, vt diu interdum inde auelli non posset. Nec licebat ei vel inter acerrimos frigoris morsus, & cadentes è cœlo niues à sacra vacare dictione assiduitatem iam auditoris experto, qui cœli contemptijs iniurijs ad vîitata pabula recurrebat. Multa alia de Iaius, si fatietatem officiorum similitudo non pareret, dici possent. Quanquam interdum subit vereri, ne turpe sit siue scribentem, siue legentem ea, exsatiari, quibus nunquam expleta est gerentium industria. Veronæ Salmeron inuitato conuentu sacras literas explanabat, variisque in locis, atque cœnobijs sæpe dicebat. Quanquam autem à plerisque perattente, ac beneuole, vt erat solitus, excipiebatur, non deerant tamen perditorum hominum voces, & quorundam hæreticorum cōiicia, quibus verberabatur

44
Paschalius
res Bono-
nia ac Mel-
dulæ.

45
Stephanus
Capunsac-
cus Mel-
dulam
missus.

46
B. Ignatij
cura de li-
serario So-
ciorum pro-
fectus.

47
Iaius Fer-
raria cla-
borat.

48
Verona
Salmeron.

rabatur interdum. Is ab eis Romani Pontificis adulator appellabatur: qui cum vera, & quæ credenda sint nosset, ea tamen non auderet effari. Quorum ille vulnera, dum curare pro viribus studet, totis in eos misericordiae medullis, atque precordijs commouebatur. Sed discedendum: Bellunum fuit Iulij Antistitis electi rogatu ex illustri Contarentorum familia. Cuius quidem postulationi priusquam Ignatius annueret, beneficium censuit S. Trinitatis Priorem Lipomanum communefaciendum: quo admonito, atque consulto, profecturus in eam Salmeron Ciuitatem, quam peracerbis inter se odijs disfidere cognouerat, pia praesidia precatationis ab Ignatio postulauit. Est Bellunum Venetae ditionis vrbs antiqua, & nobilis in Carnis. Hic Salmeron dicere instituit frequentissima multitudo: priuatas colloquutiones adhibuit: compluribus precandi vias, & contemplandi dedit: nec aliquid intermisit, quod ad castiganda vitia, pietatem inferendam, & tollenda funditus odia pertineret. Admirationi hominibus erat nouum genus dicendi: & eam demum statuebant veram, atque germanam esse Euangelij praedicandi rationem, qua plenus ardore, ac sapientia Salmeron utebatur: & qua fructus percipiebat vberriuos, ac praesentissimos: vt negaret populus iam inde à Bernardini Senensis viri sanctissimi concionibus, fructus illis extitisse maiores. Declarabant ita restinctæ iam flagrantissimæ; positi errores, opinionisque prauissimæ; Lutherani combusti codices, honos redditus sacramentis, Quadragesimæ ieiunia, quæ iam propemodum obseuerant, renouata, adstricta Virginum disciplina, quæ Parentum erat culpa solutior. Denique alia id genus complura gesta. Sed hæc primo Salmeronis aduentu: Nam paucos post menses, priusquam in Germaniam ex Ignatij praescripto se conferret, huc iterum se recepit, vbi cõplura eiusdem generis, obeundis finitimis praesertim pagis, in rem Christianam, catholicamque gessit. Porro constituerat Ignatius hoc ipso tempore Salmeronem in Germaniam vna cum Iaiio, Canisioque destinare. Quorum hic è Sicilia nuper accitus venerat; ille Ferrariæ apud Ducem Herculem residebat. Missionis causâ Bauariæ Dux fuit, acerrimus Catholicæ religionis vindex Guilielmus, qui dum suæ ditioni, nationique consulit, memor ingentis desiderij, quod Ingolstadij reliquerat Iaius; quantumque & autoritatis, & beneuolentiæ in ijs Germaniæ partibus sibi ipse conciliaffet, tres à Pontifice Maximo de Societate Theologos, qui in Ingolstadiensi Academia sacrarum literarum scientiam traderent, & in ijs nominatim Iaium impetrauerat. Id cum Pontifex significasset Ignatio, Ignatius, quos nominatim delegit: ac ne Dux Hercules repugnaret, qui multum, ac libenter utebatur opera Iaij, cum Cardinali Farnesio egit, vt & propinquum suum Ducem de ea profectioe per literas admoneret, quo æquiore animo pateretur ab se Iaium ad tempus abesse, & Iaiio ipsi profectioem illâ Pontificis nomine proprijs literis imperaret. Facta à Duce potestate Iaius, ac reliqui duo ex Ignatij praescripto cõuenere Bononiam, in eo nobili gymnasio, quo plus apud Germanos, praesertim hæreticos haberent autoritatis, Doctoris gradus ac titulos suscepturi. Cardinalis autem Io. Maria de Monte, qui postmodum ad Pontificatum euectus est, & legatione tum Apostolicaungebatur, id Episcopo Catharino negotij dedit, qui duobus adhibitis ex sua familia Doctoribus, cû doctrinæ fecisset periculum, & positis pridie quæstionibus cumulate satisfactum esset à Patribus, die B. Francisco sacro, Doctoris eos insignibus honestauit. Eo decorati iudicio, vocabuloque Tridento in Germaniam iter instituunt; quò cum essent ingressi, à Tridentino primum Cardinali sua in vrbe, deinde ab Augustano Dilingæ omni officio, & humanitatis significatione excepti sunt. Ethic quidem summum erga Patres studium, affectumque; animi illacrymando testatus, Canisium optauit ad Dilingani Collegij, quod suis sumptibus inchoauerat, administrationem, & curam; tametii de Societatis Collegio mentem nondum susceperat. Pergentes porro Monachium Bauariæ Duci officiosis literis commendauit. Dux vero ipse beneuolentiæ studio, nemini inferior, caris amplexibus, & summi amoris exceptos indicijs Cancellario suo Leonardo Ecchio, verbis grauissimis commendauit. Hoc ab initio vir praestantissimus Ecchius peramicus factus est nostris, & talem se in posterum prætulit. Haud minoribus deinde plaufibus Ingolstadii Patres ingressi tota ab Academia, quemadmodum ab ipso Duce in mandatis acceperat, excipiuntur. Nam & Mauritius Episcopus Aisterensis, qui idem Academiae illius Cancellarius est, & Doctores omnes, atque Magistri ad eos consalutandos in diuersorio summo consensu procederunt:

49
Deinde
Belluni.50
Fragifera
Salmeron-
nis ratio
concordandi.51
Salmeron,
Iaius, Ca-
nissus In-
golstadii
destinatus.52
Bononia
Doctores
creantur.53
Excitatur
à B-
naria Do-
ce per u-
maniter.

54
Ingolstadij
docere in
Academia
incipiunt,
maximo
cū assensu.

diervnt : habitaque ab eorum vno plena gratulationis est oratio, cui subito, & eleganter omniū nomine à Canisio responsum est. In eodemque hospitio, cum conuiuium apparassent, vna omnes epulati sunt. Postero die in Collegium, quod appellant vetus, cum honore deductis, sua cuique habitatio percommoda cum instrumento biblico, & domestico assignatur. Salmeron Apostolum Paulum, Iaius Dauidicos psalmos, Canisius Magistrum sententiarum explanandos susceperunt. Dicendi initium sexto Kalendas Decembris à Salmerone, & Canisio (Namque Iaius in ea Academia iam notus scolarum suam in instantis anni primordia distulerat) orationibus æque doctis, ac gratis factum est: vt doctissimi quique typis vulgandas esse contēderent. Et adfuit chorus pulcherrimus sapientum, vniuersa Academia, quæ & subinde honestissima sua de Patrum eruditione iudicia hinc verbis expressit, ac typis quoque vulgavit. Nuper quantam lætitiā ceperimus omnes ex aduentu trium Theologorum Claudij Iaij, Alfonsi Salmeronis, & Petri Canisij vix dici potest. Quorum præsentia non solum famam de ipsis excitatam non minuit, verum etiam auget. Quorum singularis in sacro sanctis studijs scientia, tum in omnibus disciplinis exercitatio, postremo sanctimonia vitæ expectationem omnium, eamque maximam non solum æquat, verum etiam superat. Hoc illius nobilissimæ Academiæ de Patrū aduentu iudicium fuit. Qui quidem plurimum etiam gaudij finitimis Episcopis attulit: quorum sæpe fuerant conatus, & contentiones inanes, cum diuinæ scientiæ studia, quæ propter se ceteros contempta iacebant, erigere frustra tentarent. Cum autem sacerdotum penuria ad Seminarium Theologicum excitandum Episcopus perurgeret: prudenti consilio Bauariæ Dux fecit, vt ad Ingolstadiensis Vniuersitatis instaurationem Ecclesię Decimas à Romano Pontifice in triennium impetraret: primoque anno florenorum millia duo, & viginti collegerat. Verum cum Philosophiæ fundamenta deessent, quæ constantes, ac sedulos sacræ scientiæ præpararet auditores; nec suus dum honos disciplinis Theologicis haberetur, haud lætas admodū fruges nostrorum docendi labor polliceri sibi poterat. Itaque consulto precibus Deo ad Ecchium Cancellarium referunt de condendo Societatis Ingolstadij Collegio. Quod cum Cancellario mirifice probatū esset, tum primum in vniuersa Germania id agitari cœptum est, quamuis alia alibi varijs de causis, maxime ob Ducis Guilielmi, qui item rem vehementer probabat, ac mox Cancellarij quoque Ecchij obitum condita, & excitata sint prius. Parisijs tredecim fere de Societate in Lombardorum Collegio Rectore Viola, partim contubernalium, partim Bursarum nomine (vt appellant) sua familia dissimulata, debebant. Sed cum ea habitandi ratio religiosi institutis minime esset accommodata, egit cum Antistite Claramontano Guilielmo à Prato Viola de proprijs ædibus comparandis. Is pretium obtulit sexcentorum aureorum. Sed cum nihil aptum tota in academia vel moderato pretio reperiretur, & regius insuper expetendus esset assensus, alia in ita pio ab Antistite ratio est: vt dū ediū se facultas offerret, de sui Episcopatus habitatione in via cytharę commodaret. Ita domesticis incommodis aliqua ex parte consultum est. Paupertatis porro patientiam, conuiuiorum tolerantia cumulat, quibus à multis, & ijs quidem è Theologorū numero verberabantur. Erat in ijs magni nominis Doctor, qui Societatem negabat duraturam esse diutius, & satius esse dicebat pecuniarum subsidia in obuios erogare mendicos, quam in Iesuitas effundere (iam tum enim cœperat hoc nomen audiri.) Alij alias contumelias ingerebant. Nimirum hoc solenne, & antiquissimum Deo est, (quod inculcandum est sapius) vt rebus asperis suos exerceat; & tanquam viuos cælestis ædificij lapides hic expoliat, & elaboret. Boni autem illi milites Christi, quanquam & rerum premebantur inopia, & hominum vrebantur inuidia, tamen & sodalium numero, & vbertate spiritus augebantur. Euocauerat ex eis ad urbem quatuor, vt in Siciliam mitteret, Magistros omnes Ignatius: quorum in locum totidem continuo alij, quos Euerardus Mercurianus exercuerat, successerunt: eodemque propendebant alij complures, nostrorum non tam præceptis, & oratione permoti, quam exemplis, ac splendore modestiæ. Quocirca die Præsentationi B. Virginis sacro idē Sociorū numerus in montē Martyrum (est autem is locus excitandis animis imprimis aptus) ad instauranda rite vota conuenit. Cui spectaculo cum præter spem, opinionemque nonnulli affuissent externi Societatis amici, magna & ipsi voluptate animi, scilicet sunt capti. Multa autem quæ prima illa desiderabant in ita,

55
Parisij
copsola.

56
Incipiunt
simul omnes
incommodato
domicilio
degere.

57
Boni ex
pli via.

vt ita-

vt stabile domicilium, vt ædem sacram, vt Constitutiones, ac leges, quibus religiosa disciplina fouetur, ac viget, hæc abunde suppeditabat ardor spiritus, qui penes eos erat. Idem ardor paucos illos habebat, qui Colonia, & Louanij comparandis sibi literarum subsidijs insudabant. Quorum fecunda exempla vberem, atque eximiam sobolem Societati pariebant.

In Hispania quanquam Salmantica nondum satis constans redierat ex superiore tempestate tranquillitas, frementibus adhuc, & subinde mordentibus aduersarijs, tamen & officiorum perseuerantia in proximum quemque, & recentibus Stradae concionibus cum aduersariorum maledicentia repressa, tum vulgo magis perspecta Societas. Florebat per id tempus in Boetica sanctitatis, & eloquentiæ Apostolicæ nomine, totaque celebrabatur Hispania Ioannes Auila experientissimus virtutis Magister, idemque scriptor egregius: cuius, quantum voci eius prouinciam, ætatisque populi, tantum stylo posteræ totius pene Christiani orbis debent ætates. Hinc Ignatius pro ea caritate, quæ sanctorum inter se animos necit, edocendum putauit de Salmanticensibus turbis; quidque ipse pro maiore Dei gloria prouidendum contra censuisset, allatis vndique ex sanctis Patribus, atque Doctoribus testimonijs ostendens, profus fuisse curandum, vt fama huius Ordinis, quæ necessaria est causas animarum tractantibus, quantum fieri posset, integra seruetur. Quibus literis Auila peramanter, & officiosè rescripsit, Dei donum & munus prædicans, quod sibi ab ipso iam inde Societatis ortu intelligere, ac sentire datum esset, id manifestum diuinæ sapientiæ opus esse, magnamque eius, cum in eos, qui Societati se adijcerent, tum in cæteros, qui per eam in virtute erant profecturi, misericordiam, atque clementiam. Probauitque consilium B. Patris, vt ab Sede Apostolica præsidium aduersus eos, qui diuino operi se opponerent, peteretur, quo eorum frænaretur ora, qui sermonibus suis, siue recta ex mente profectis, siue peruersa, in suspicionem illud vocarent. Verumtamen nunquam post conditum orbem, non fuisse virtutem quæ exerceretur, ac vitium quod exerceret. Nec tam cælesti Domino placere famulos suos rebus præclare gerendis, quam aduersis alacriter, & cum fiducia perferendis. Atque alioqui verus à simulo seruus, quo interno scetur, inquit, nisi præsto sit, quasi lapis Lydius, infectatio? Aquila pullos suos obiectu solis explorat, metalla Argentarij cotricula, Christus famulos suos receptibiles camino humiliationis. Denique qua via caput præcessit, hæc subsequendum est membris. Quæ idè libenter commemoro, quia re ipsa in hac sancta Societate fieri confido. Hæc & id genus multa ad Ignatium Auila, qui sub idem tempus suis literis Antonij Cordubæ, qui Comitibus de Feria frater erat, beneuolentiam, & sincerissimū in Societatem amorem confirmauit, & auxit, vt eam denique biennio post Antonius non dubitaret amplecti. Hic enim cum multa, & varia spargi Salmantica in vulgus de hoc cœtu audiret, Auilam sibi consulendum putauit, quem admodum nostris cum hominibus sibi agendum esset. Is autè semel atque iterū ad eum de Societate summa cū laude rescripsit, cohortatus hominem vehementer, colere vt eam pergeret, eiusque se instituendum præceptis sine dubitatione committeret. Atque cum ipsemet ex eius vsu multum se in anima boni, commodique cepisse profiteretur, maiora ne expectaret experimenta diei, nec se inutili cunctatione data à Deo oportunitate subitæ mortis interuentu priuaret. Quid multa? Præstans hic Doctor, actorque virtutis vsque eo erat noster, & tam præclare de hoc Ordine sentiebat, & loquebatur, vt affirmaret, nihil se tam dolere, quam quod per ætatem, & valetudinem ei sese adiungere cum eius vsu, fructuque non posset. Discipulos tamen suos ad illum, quotquot posset, summa voluntate missurum. Collegium quoque in vrbe Baëza, vbi disciplinæ tradebantur omnes, cuius ipse auctor fuerat, persuaferat Societati dandum, & aliud item in vrbe Xerez Ignatio obtulit. Tamen neutrum B. Patri visum est ea tempestate, cum munera essent multa, quæ de Sociorum paucitate multos occuparent, cum operæ pretio suscipi posse. Ad Stradam vt redeam, vt erat in eo singularis illa, quam sæpè dixi dicendi facultas, semel auditus in æde S. Martini adèò populū permouit, accepit; adèò suo ex ore suspendit, vt ad Quadragesimæ conciones continuo sit à Parochis postularus. Eo dicente excussæ sunt inanes è pectoribus suspensiones, socijque deinceps, & ad consilium, & ad sacramenta fidentius adhiberi cæpti. Versa sunt maxima ex parte in amorem, in existimationem contemptio, & in clarissimam lucem atra animis offusa caligo.

58
Hispania
res.

59
Ioannes
Auila ma-
gnus vir-
tutis ma-
gister, So-
cietatis
per studio-
sus, & com-
mendator.

60
Auila de
aduersa-
rijs toleran-
dis senten-
tia.

61
Dolet Au-
ila sibi
non esse a-
tatem So-
cietati ido-
neam, nisi
tamen
ad eam
discipulos
suos.

62
Conciliū
Strada
fructus
Salmantica

Dixit in æde Sancti Martini ter in hebdomada, ut mos est loci, tam densa hominum turba, vix ut eam vllius ædis amplitudo caperet: surgendumque bene mane cuique esset, ne sub sellijs occupatis, loco idoneo excluderetur. Excipiebatur eius oratio fletibus magis, atque singultibus, quam adinurmuratione & plausu. A deo vndique spirabat ignem, & permiscebat cuiusque præcordia. Pardeinde tantis motibus fructus, qui cum in omni hominum genere præstantissimus apparebat, tum in eis, qui rebus relictis humanis in cœnobia discedebant. Horum centum amplius fuisse numerus perhibetur. Tanta autem contentium vis affluxit, ut cum satis aurium præberi nullo modo posset, rogandi complures fuerint, suos ut Parochos, aliosve sacerdotes adirent. In placandis, & leniendis iras haud minus efficax vox eius fuit. Ut mittam cæteras, gerebat duo quidam iras aduersus alium, vnde læsi erant, obstinatissimas: & alter alterum acuebat, & stimulabat ad eandem, præsertim quod hõrum alter fœdum in ore vulnus acceperat, nec deleri nora illa poterat, nisi sanguine percussoris. Clausæ erant monentibus aures, & velut spinis vndique circumseptæ vocem pacis non admittebant. Accessit Strada rogatus, & cum sensisset eos monitis obdurescere, læforû ad pedes accidit, personamque lædentis indutus profusis lacrymis, en ego, inquit, ille sum, qui læsi: ego qui iniuriam feci, sed delicti veniam peto, sed pacem postulo per Christi crucem. Non diu his lacrymis, supplicibusque verbis vsus est Strada, cum cordium scissæ sunt petrae, & eandem illi vim lacrymarum, ac copiam profuderunt. Tum demum pacem, ac veniam, quasi quodam pudore suffusi, attonitiq; dederunt. Ita peruicaciam inusitatam inusitata quoque conciliandæ pacis ratio superauit. Discessurus porrò Complutum Academicæ rogatu verba fecit in sacello publici gymnasij in funere Magistri Vegæ excellentis è Franciscana familia Doctoris. Et quanquam diei non plus spatium sumpserat ad dicendû, ita tamen selectissimis auditoribus se probauit, ut superiorum concionum iudicia nouo iudicio cõfirmarit. Eius desiderium sodales nouem, qui Salmanticæ remanserant, leniebant, præsertim Doctor

63
*Obdurata
dissidentia
pectora hu-
militate,
& lacry-
mis suis e-
mollit.*

64
*Michaelis
Turriani
humilitas,
& operosa
caritas.*

65
*Compluti
summa
paupertas
angustia.*

66
*Alfonfus
Ramirius
de Vergara
cõsultatur,
qui deinde
Cõpluten-
si Collegio
pro paren-
te fuit.*

Michael Turrianus, qui & tyronis, & veterani partes pari prope cum laude gerebat. Nam & ianitoris, coqui que muneribus, vir tota vrbe notissimus magna animi summissione præerat, & manu sua domesticorum omnium sternebat lectos, sordescq; verbebat, mensæ vltimus accumbebat: & quæcumque se dabat religiosæ humilitatis occasio, consecratur auidius. Cumque se ad proximos conuertisset, faciebat ad vincetos, carcereque inclusos persæpè verba, & eorû confessionibus sedulas aures adinouebat: eorum egestati, causis, iudicijs, quoad poterat, & licebat vigilantissimè consulebat: ut iam ab ijs haberetur loco, numeroque parentis. Afflictis, & mœrore percussis nullo loco deerat, nullum prætermittebat consolationis genus. Reos, capiti que damnatos, ut pio, & forti animo graderentur ad mortem, omni verborum prosequeretur officio, omni studio cõfirmabat. Eodè caritatis ardore ijs, quos in suo lectulo morbus extingueret, solatio erat pariter, & auxilio. Quo ex numero iustitiæ publicus administer, qui octauum iam annû factò cum vxore diuortio, capitali scelere se deuinxerat, cum medicinam sacramenti pertinacissime respueret, imò contra monita durior factus, in Cælites maledicta iactaret: ad extremum Turriani opera longas Deo preces, & suas, & Sociorum identidem adhibentis, manus dedit: collectumque tot annorum scelerum exitiale virus per confessionem vomuit, ne mors mortem exciperet, & eo raperetur infelix, vbi horrèdis maledictis, & perpetuis gemitibus omnia personant. Compluti Villanoua, qui cæteris præerat, non sine magna tolerantia laude rem animorum curabat. Erant ei ferenda non modo summæ paupertatis incommoda, verum etiam hominum odia, & obrectationes inuidæ. Ac paupertas quidem tanta erat, ut cum Petrus de Sylua Societatis nostræ sacerdos morte obita efferendus esset, sacerdotalem ei funeris cultum domestica negaret inopia. Quod admiratus ex Franciscana disciplina vir pius, feralia quædam amicula sacerdotali decora personæ sponte attulit. Ab suo nimirum duce B. Francisco impulsus, cuius Sylua perstudiosus in omni vita fuerat. Non deerat tamen interdum liberalis hominû misericordia, quâ diuina benignitas excitabat. Venerat Alfonso Ramirius de Vergara Complutum, vir cum literarû eruditione clarus (erat enim Doctoris titulis insignitus) tum splendore familiaris, qui Rectoris munere in Cõpluteni Academia summa cum laude perfunctus, Conchenis Visitator Episcopatus, & sacræ inquisitionis lectus est consiliarius. Hic igitur Complutum cum

cum ex itinere substitisset, multa de Societate, quam nondum nouerat, audiuit. Vt autem quid genus esset hominū suo vsu perdisceret, agere cum Villanoua cœpit. In quo cum præclara quædam diuinæ gratiæ munera perspexisset, quamuis ille necdum sacris initiatus, nec dum philosophiæ fines esset egressus, orsus est paulatim intimos ei sui pectoris aperire recessus: admiratusque in sese regendo viri prudentiam, & scientiam planè cælestem (apparebat enim in eius consilijs, atque præceptis pondus quoddam, lumenque diuinum) exarsit acriter ad exercitia. In ijs dum dies octo Villanoua Magistro se continet, tanto est animi sensu vitæ vniuersæ peccata confessus, vt nulla vnquam ex confessione meminerit se hausisse maiorem. Qua in exercitatione, vt etiam cætero vitæ cursu Villanouæ virtutibus captus, auelli scilicet ab eius latere, Societateque non poterat: tamen non deerat viri graues, qui tantam nouis cum hominibus familiaritatem non probarent: Quod dicerent in discrimen vocari nomen, & famam, si quid alienū à bonis moribus aliquando in nouo illo hominum genere deprehensum esset. Interim ille dum res propius inspicit, animaduersa paupertate nostrorum, qui ne proprias quidem haberent ædes, sed incolerent alienas, misericordia adductus rem suam nummariam omnem, quæ ad aureos ascendebat circiter octingentos, vnde domicilium sibi stabile compararet, ad Villanouam misit: sed eam, quam plurimis actis gratijs, Villanoua remisit, conscius hominis egestatis, qui sibi vel de viuo detraheret vniuersa, vt Societatis subueniret inopiæ. Eam rem Vergara suspexit: ac tum quidem quieuit: postea verò plus fortunatū adeptus, & Ecclesiæ quibusdam bonis actus, haud immemor Societatis nostræ suasit Villanouæ, cum Compluto discederet, vt ædes alias conduceret haud ita ab Academia remotas, & pretium vltro promisit. Paruit tum Villanoua: sed cum anxius hæreret, quod ille Complutum ferius rediret, non sine euidenti Dei providentia statim nactus est alium, qui item pecuniam locatori dandam sibi sponderet. Is erat Iacobus Martinius spectatæ virtutis aduocatus eximiusque; doctrinæ, qui quod liberaliter spondere rat, postea pari fide ac religione persoluit. Eius amicitia beneuolentiæque; in hanc familiam hæc fuerunt initia. Lectitabat is continenter sacrosanctum Christi Euangelium: idque; nō tam manu, quam mente & cogitatione versabat. Qua in contemplatione defixus, valde auebat expressum in humanis moribus cernere, quod cernebat in chartis, & vitam aliquam intueri persimilem vitæ Christi: quæ cum nihil haberet extrinsecus singulare, nihil in victu, cultuque; præcipui, esset tamen intus solida virtute referta. Angebat illum & rarus admodum sacramentorū vsus, hominumque; tanta socordia, vt ante pedes posita tot adiumenta salutis cæci, miserique; negligerent. Hinc oculis subinde conuersis in nouam Dei familiam, videri sibi visus est eundem in ea finem, eademque; ac Christo studia proposita; & tamen cōmunem ab ea cultū, & communem etiam cōvictum extrinsecus adhiberi: ab eademque sacramentorū crebriorem vsu ad mores pristinos reuocatum. Hoc igitur illi hunc ordinem mirè conciliauit: hoc ei primas quasi fores aperuit. Interim Vergara, cui socij Cōplutenenses admodū cordi erant, Villanouam Tolerum aduocat: vbi domini, qui Compluti domū vendere habebant in animo, versabantur; & simul aureos in eam mille liberaliter assignat. Earum ædiū extremo anno inita est à Societate possessio, quæ eo ipso fuere in loco, vbi etiam num sedem habemus. Odiā verò hominū, quanquam Compluti quidem in Societatem non erumpebant (erant enim ex ipsa Academia, qui nostris tacentibus, ea frangerent, & nascentes subinde sermones obrunderent) vagabantur tamen impune per loca finitima, & de suggestibus spargebantur in populis; vt multi iam pro Societate loqui, cum eaque; cōgredi vix auderent. Quin viri sapientes, & nostri nominis amantissimi, tot adducti sermonibus, etiam ipsi in nostris institutis, & his vitæ rationibus hæsitabant. Ecce autem primis illis rumorū autoribus, aliquantum repressis, studuit aliunde Satanas luminibus noui cœtus officere. Sacerdos quidam Ferdinandus Barrasas nomine fictis quibusdam pietatis indicijs, & externa significatione modestiæ, magnam sibi sanctitatis opinionem, famamque; collegerat. Quo velut hamo captus muliebris sexus frequens ad eum confessionis causa concurrebat, cuius ille vicissim vsu familiaritateque pellectus, multa turpiter, ac flagitiosè patrauit. Quæ si emanarent, (vt plerunque solent) ne ab hominibus crederentur, Societatis cultum, & quemcunque alium motum, & statum poterat, imitabatur, vt vnum aliquem de Societate ipsa, sese populo vendicaret.

69

Cōcilium etiam insignis aduocatus Iacobus Martinius, optime item de Cōplutensi Collegio meritis.

70

Emuntur ades Collegio Cōplutensi Vergara benigneitate.

71

Laboras Societas aliena inuidia: Villanoua magno periculo liberatur.

Hac simulatione multos in eam opinionem impulit, multos in fraudem induxit. Cuius opinionis confirmandæ gratia toto biennio à Villanoua contendit, vt in Societate sibi locum daret. Villanoua quâquam hominem funditus ignorabat, nec erat nescius, qua sanctitatis fama in ea Vrbe floreret, ex altera vero parte tanta laborabat sociorum, operarumque penuria, vt ne sacerdotem quidem, qui Domesticorum exciperet confessiones, haberet; tamen diuino prope admonitu, vt declarauit euentus, nunquam adduci potuit, vt Barrasæ postulationi concederet. Cuius effusæ in omni intemperantia libidines, & turpissima vita, tot simulationum inuolu crista tecta diu latere non potuerunt. Matronæ quædam honestæ, de Societatis existimatione sollicitæ, cum contaminatos hominis mores, & suspicionis odore sensissent, & mox etiam non obscuris comperissent indicijs, Villanouam & eius socium Emmanuelem Lopium confestim admonent. Ille verò nondum hominis criminibus, ac sacrilegijs in lucem editis, Barrasam amicè monet, quæ ad se certò, constanterque delata sint: proinde caueat infamiam, cõsulat dignitatem. Momordit admonitio illa Barrasam, quàm existimari posset acrius, siue quia graue ipsius conscientiæ pondus vrgebat, cuius in vtramque partem magna vis est: siue quia metus sollicitabat animimum, ne à Villanoua traductus, atque delatus sitæ turpitudinis pœnas vltimas daret. Itaque nihil restabat aliud, nisi vt ad cætera dedecora, & malicia, illud etiam adiungeret, vt Villanouæ sanguine manus imbueret, quas stupris, incæstisque polluerat. Statuit igitur illum de medio tollere, & conceptum iam mente facinus re perficere. Redeuntem Madrito Complutum itinere cum ferro adoritur. Cuius subito incurfu, nihil Villanoua perterritus, talium oratione permulsi, vt ille à scelere temperarit. Verùm cum effrenatas libidines suas cohibere, vitio iam dominante, non posset: quotidieque magis eius flagitia, & sacrilegia patenter: tum demum Villanoua ratus sibi diuinus saluo officio nefas tacere, constituit, quanquam in discrimen vocari Societatis nomen, famamque sentiret, si quem cuncta pene Ciuitas, ex grege nostro, numeroque putabat, eum Inquisitoribus indicaret, existimationem tamen Societatis diuino honore posteriorem ducere, & veritate, quæ contra hominum calumnias atque mendacia facillè se per seipsam defendit, fretus ac nixus ad Inquisitionis Toletanæ tribunal rem deferre. Interimque ne reus euaderet, Hieronymum Velam Academiæ Rectorem commonefacere. Vela cõprehendi hominè confestim iubet, deoque eo diligentem haberi quæstionem: deinde singulorũ criminum seriem, totumque iudiciũ publico scriba exceptum Toletum mittit. Quæ cum ab ijs magistratibus essent accepta, reum ad se deduci imperant, & in custodiam dari. Interim fama exoritur non modo Compluti, verũ etiam Madriti, totaque illa vicinitate Societatis hominem atrociam quædam ob crimina in custodiam Inquisitionis datum: itaque vapulabamus sermone omnium, nec deduci de errore tam subito vulgus poterat, vt tolerantiam magis ad horam, quam defensionis essent arma sumenda. Ac Villanoua quidem præsidij celestibus sustentatus, quæstionem aliam instituendam curauit, & testes quamplurimos conquisiuit, eosque grauissimos, qui fidem facerent, nunquam ex Societate fuisse Barrasam. Tot tantarumque multitudinem testium obruta videlicet manans est fama, & Cõplutensibus factu satis. Alios verò Barrasas ipse suis confessionibus patefactus, iugulatusque de falsa opinione deduxit: quæstione apud Inquisitores adhibita, coactus est cõfiteri, nunquam se de Societate fuisse: sæpè quidè se id à Patribus contendisse; sed nullis vnquam precibus extorsisse: simulasse autè vnum aliquè ex ea se esse, quo plus in vulgus fidei, plus autoritatis haberet. Postea publica (vt solet) aetione ab Inquisitoribus instituta edito excelsoque loco, velut in theatro, in eã ignominiam & dedecoris scenam impurissimus homo producitur, eoque audiente, innumerabilique præterea multitudine inspectante, iudiciũ voce clauissima recitatur, omnium cum enumeratione vitiorum, & criminum: nominatumque simulatio illa, qua se de Societate mētiebatur, expressa: ne quid vel erroris in animis, vel in Societate maculæ relideret. Quo iudicio damnatus sempiternæ Cœnobij custodiæ adijcitur, ex qua tandem elapsus, nusquam amplius apparuit. Hoc tam felici gratulatus euentu, vir religiosissimus Villanoua dictitabat postea, si non al unde sibi esset explorata in Societate diuina tutela, satis sibi ad eam explorandam fuisse vel hoc vnum in re Barrasæ recentissimum argumentum, qui tantæ opinionis hominem, in tanta operarum, sociorumque penuria, tanta contentione, studioque iocum aliquem in Societate nostra poscen-

72
Palam si
innocentis
Societatis.

Poscentem, nulla certa ratione adductus, sed interiore dumtaxat instinctu constantissime reie-
 cisset. Habuit autem Villanoua Compluti sin minus constantes, certe nauos ex itinere socios,
 quibus cum suos labores, curasque diuideret. Habuit Stradam, qui cum ad Prouincialem Valli-
 soletum se Salmantica contulisset, missus ab eo Valentiam, quam ad dies aliquot inflammauit, 73
 inde Complutum venit: ubi iisdem ad Sanctum Illesonsum vox eius excepta plausibus, non ex- P Christophorus
 iguo animis bono fuit. Habuit & Christophorum Mendozam, cuius in excolendis Complu- Mendoza
 tensibus pagis, non sine valetudinis incommodo vigilans labor enituit. Sæpe in stramine cu- Complute
 bandum ei fuit, sæpe frigora inter hyberna fugiens captandus somnus, sæpe nocturnis tenebris ses pagos
 paganorum obeunda Mapalia, vt quos pascendis gregibus occupatos lucente Sole non pote- excolit ma
 rat, solutos opere, atque negotio per cæcæ noctis tenebras institueret. Barcinone, qui Prouin- gna per in
 ciæ præerat Araozius, ad dicendi labores, ceteramque sui muneris sollicitudinem adiunxit et- commoda.
 iam curam corrigendæ muliebris disciplinæ in earum claustris, atque cœnobijs. Quarum quæ 74
 à Beata Clara nomen habent, cum suas ad pietatem progressiones ex præceptis, doctrinaque Araozij
 nostrorum animaduertent, summo studio ab Ignatio postularunt, vt ipsarum Societas o- studia Bar
 bedientiam admitteret: eaque de re scribi etiam ab Araozio voluerunt: qui quanquam alic- cuius: qui
 no ab eare animo erat, tamen ne regiam fœminæ commendationem, quod iniuerant, in- inceptus
 terponerent, morem ijs gerendum censuit. At Ignatius non modo fœminarum postulati- ab Ignatio
 on obsequendum, sed Araozium insuper accusandum putauit, qui ad id negotij, quod ab hu- quod in ri
 ius disciplinæ rationibus plurimum abhorreret, quoquomodo propendere animo visus esset. gynæci cu
 Gandiæ ipsis Martij Kalendis rite Apostolicis recitatis literis in templo Collegij, præsentē cum ram letius
 socijs Ouiedo, & ipso Araozio, Duceque Borgia, & Francisco Rocca Decano Canonicorum repudiasset
 Gandiensem, qui apostolicorum mandatorum executor erat, excitata est Academia, & eius 75
 Rector Ouiedus, auctore Ignatio, ad quem ea pertinebat lectio publice declaratus. Is inico mu- Gadiensis
 nere præceptores eodem loco decreuit. Theologiæ tradendæ Hieronymum Petrium præfecit, Academia
 doctum plane virum, & in docendi palestra veteratum, Commendatarium Monasterij à merce publicatur
 de Valentini, & Ordinis sui Vicarium generalem. Ceteri Doctores de Societate fuerunt. Ille
 eum propter famam ad illustranda principia, tum vt socijs in tanta paucitate plus vacaret, in a-
 lia munera lectus est: ac postea quoque, interdum Borgiae consilio Philosophiæ quidam externi
 Doctores acciti, ne quem sociorum ea doctrina ab theologiæ decursu studij retardaret. Ipso de-
 inde æterni Verbi à Virgine concepti die Araozius Ouiedo, & Mironi quatuor rite vota num-
 cupantibus operam dedit: cui spectaculo præfens item adsuit tota cum Duce nobilitas, & à Ma-
 gistro Petrio, quem diximus, habita concio: in qua pluribus, & luculenter de vitæ nostræ ratio-
 nibus, institutisque disseruit. Eodem die cum multis nobilibus, virisque religiosis ac sacerdoti-
 bus, qui Valentia eo consilio conuenerant, Dux cibum cum Patribus sumpsit, & ceremoniam
 illam omni honore, iudicioque decorauit. Porro Gandiæ eodem Societas studio ferebatur ad
 animarum opem, atque salutem. Ouiedus festis diebus psalmos Dauidicos enarrabat: &
 verbo perutiliter, vt solebat, non Gandiæ modo, veram etiam Oliuæ, quo cum Coniux Co-
 mitis euocauerat, laborabat. Hic ex phanatica, lymphataque fœmina dæmonem dispulit.
 Araozius autem, quanquam crebris tentationibus morbi necessebat hoc loco moras, nec ea,
 qua valebat dicendi facultate, vti poterat; orationis tamen vocisque iacturam quotidianis vir-
 tutum sarciebat exemplis. Valetudinarius etiam, Prouincialis nullam sui haberi rationem, a t
 præcipui aliquid in mensam sibi patiebatur inferri, communibus contentus escis: accumb-
 bat promiscue cum cæteris, sublata omni dignitate confessus. Crebro mensis, & bonam par-
 tem Quadragesimæ ministrabat: cibum autem non ante capiebat, quam eo sese reliqui refe-
 cissent. Secundum cibum diuertebat in culinam, vt lances extirgeret, & quicquid in vltus men-
 se patinarum, lebetumque sorduerat, repurgaret. Eadem in cultu frugalitas, in quo nihil ni-
 sitritum, nihil nisi vulgare, communeque cerneret, vt interdum etiam calceos paulo meliores
 cum aliorum deterioribus permutaret. Horum vis exemplorum etiam manauit ad Ducem,
 qui cum ad Araozium salutandi causa venisset, indigressu odore humilitatis illectus, descendit
 in culinam, ubi dum ea humilitate se pascit, pastum etiam suum imbecillo parauit Araozio, &

par ouorum sua manu coxit: quibus ad Araozium missis, monuit per internúcium, oua illa prima ab se cocta sorberet. Cui cum præsens inculcasset Ouiedus, quantum Dei munus esset, muna illa humilitatis obire. Tantum, Dux, inquit, est, vt equidem me planè indignum putem.

79
Quale studium Borgia.

Is, qua erat in Ignatium obseruantia, cognita eius de minuendo precatationis & pœnitentiæ studio, augendo verò Theologico, voluntate hoc auxit, & illud minuit, cuius studijs, ac disciplinæ, quo solutiore vacaret animo (nam cæteris doctrinis ante vacauerat) secessit in Collegium, quod ipse condidit, & Theologiæ operam dedit, eo præcipua intentus cura, vt cuncta ad sese cognoscendum, despiciendumque reuocaret. Cuius studij re vera Euangelici specimen placet apponere, adscripta ad verbum epistola, quam cum Positionibus (vt ipse appellat) Cõfusionis, Emmanueli Sà dedit.

80
Theses quadam cõfusionis proposita à Borgia.

Frater carissime, inquit, vide has Positiones: & in eis adde, vel minue, quod melius visum fuerit. Et, si gratæ sunt, Rectori ostendantur: postea verò carissimo Cæsari. Utinam & illi, & nobis largiatur Deus huius virtutis gradum, vt aliquando cum Propheta dicamus, Pro Nihilo facti sumus.

Positiones Confusionis.

Ex nihilo factus sum.

Ad nihilum redactus sum.

Quid sim ignoro.

Si aliquid scio, hoc tantum scio, Infernum domum meam esse.

Problema. Ex me ipso facio nihil.

Defendentur die craftina à prandio. Ad hæc, vt est mirè solers pietatis ingenium, solebat Borgia Theologicarum rerum è S. Thoma deprompta capita in seriem quasi Litaniarum digerere: vt studium esset oratio: de que Deo disputatio esset consuetudo cum Deo. Postea verò, cum Patres antiquiores Ignatius, & qui cæteris autoritate præstabant, in annum, qui consequitur Iobellæi, in Urbem per literas, multa cum ijs de Societate, & Constitutionibus consultaturus, inuississet: visum est ei, vt Dux quoque Borgia (quanquam nondum vestem religionis induerat) ad Urbem accederet. Qui verò sine suæ Prouinciæ, Collegijq; magno damno abesse non possent, ij loco ne commouerentur.

81
Res Lusitanica.

82

Aliquid turbatum est recepto prænobili adolescente.

In Lusitania eadem erant incrementa domesticarum rerum, & ad ea alenda res aduersè mittebantur, temperamentum prosperarum. Prænobilis adolescens dum Conimbricæ literarum studio dat operam, nostris vitæ rationibus delectatus, eas suscipere non dubitauit. Sed ne auocaretur à suis, nocte intempesta lapsus è muro contubernij, vbi studiorum causa degebat, in Collegium transuolauit. Ea re cognita consanguinei enixe primum ab Rege contendunt, vt eum sibi reddi, quæ primum imperet. Postea cum Rex admodum pius, & diuini Numinis in primis reuerens, nihil se interponendum putaret, adhiberi que vim vetaret, vniuersa propinquitas ad conuellendum iuuenem coniunctis viribus se conuertunt. Adeò vehemens Principum virorum oppugnatio fuit, vt in discrimen non exiguum res Societatis adduxerint. Adolescens tum quidem in sententia, propositoque mansit, & suis inuitissimis aliquandiu in Societate vitam egit. Ceterum cum B. Pater ex ijs, qui nobilitate generis, humanique donis insigniter præcellerent, singularia quoque religiosæ disciplinæ postularer exempla; quod residens ille ex fulgore seculi splendor religiosus in cœtibus, in eam partem, ad quam accesserit, momentum afferat maximum: neque tantam seueritatem ingenium hominis illius, delictiorque natura ferret, visum est expedire, vt rediret ad suos. Quod cum haud minore cum motu fore timeretur; tamen Deo B. Ignatij pia regente consilia, cum pace transactum est. Licuit tamen ex huius exitu, necnon adolescentis alterius, item prænobilis, qui non multo ante id tempus, cum in Societatem

83
Magna adhibenda cautio in allegandis nobilitate eminentibus.

nomen

nomen dedisset, post crebras, egregiasque de se ipso victorias; deque inimicis intimis reportatas, ad extremam, regressus est in Ægyptum, haud obscurè animaduertente, quanti tandem consilij sit Principibus viris religiosos Ordines aperire; quantoque sit moderanda frano nobilitatis ad legendæ cupiditas: cuius adeo notabilis, vel ad decus, vel ad turpitudinem exitus est. Habent tamen ferè generosi natales indolem magnam, & femina præstantia quædam virtutum, rerumque maximarum, quæ cum in Euangelicam collata philosophiam, eam penitus hausere, in raram omninò, atque pulcherrimam sanctitatis speciem efflorescunt. Id adeo perspicui in Ignatio Azebedio, hoc ipso cœptum est anno: qui cum se Conimbricam ad exercendum spiritum contulisset (vt supra demonstrauimus) quanquam in eligendo vitæ genere visus est cunctari diutius, vt qui sapientis putabat esse, cum in omni grauiore deliberatione, tum in ea, quæ de vitæ statu deligendo suscipitur, non esse præcipitem: tamen ad extremum in-

84
Ignatius Azebedius deinde nobilitate Martyr, ad seiscitur in Societatem, eiusque seruator.

duxit in animum humana omnia deserere; seseque Deo in Societate dicare. Qua inita bene mane, tanquam prima diei facies, qualis Ignatius aliquando foret, ostendit: cum & infra omnes sese perpetuo demitteret, & præ omnibus se contemneret. Insignis paupertatis amator, cuius in exercitatione, studioque cæteros, quibus postea præfuit (primus enim Collegij Olyssiponen- sis gubernacula tenuit) ita suo exemplo continuit, vt cum multa cuique in victu & cultu perpetianda essent, nullius tamen ex ore vox querelarum exciderit. Quo perpetuo tenore vitæ multis annis in Societate traductis, anno denique millesimo quingentesimo septuagesimo multis alijs cum socijs, quorum ipse signifer, & dux fuit, pro religione Catholica, vt eo loco reddetur, in nauigatione Brasilia Hereticorum mucronibus ceruices dedit. Inter hæc dum in Africa Ioannes Nunnius Tituani captiuorum vel corporibus, vel animis redimendis inuigilat, addita Societati Brasilia est. Cùm enim Lusitanæ Rex Ioannes instructam classem Thoma Solâ Prætoris mitteret, vt nouam nouo illo in orbe urbem conderet, & rem Christianam amplificaret, adiuncti sunt ei de Societate sex, Ioannes Azpilcueta Nauarrus, Antonius Petrius, Leonardus Nunnius, Iacobus Iacobæus, Vincentius Rodericus: & horum caput, ac Re-

85
Primi de Societate in Brasiliam missi. Emmanuel Nobrega, Ioannes Azpilcueta, Antonius Petrius, Leonardus Nunnius, Iacobus Iacobæus, Vincentius Rodericus.

tor Emmanuel Nobrega Lusitani omnes. Hi cum Kalendis Februarij Olyssiponè soluisent, Brasiliæ portum secundissimis ventis die sexto, & quinquagesimo tenuerunt. Est autem Brasilia noui pars orbis, quæ, vt Indica Historia Ioannis Petri Maffei scite describitur, à duobus ab æquatore gradibus, ad gradus quinque & quadraginta in austrum excurrit. Ea trianguli formam efficit: cuius basis in æquatorem, ac septentriones obuersa ab Oriente in Occidentem recta protenditur. Angulus extremus ignotas ad meridiem regiones attingit, latus in Orientem spectans interposito mari Hesperijs Æthiopicis obiacet: alterum latus à Prouincia Peruana determinant iuga montium adeo celsa, vt ipsos auium volatus fatigare dicantur. Regio multis locis amœna est, cœli admodum iucunda, salubrisque temperies; scætet vbi que fontibus, & amnibus in clytis, ferax faccari in primis: nec vites alicubi, triticumque inuectum malè respondet: sed vaccarum, & equorum armenta admirabili prouentu, fœtuque gignuntur. Pro pane satiis radicibus, quas Mandiocam appellant, in farinam reductis, vtuntur: ex ijdem vel ex milio, aut varijs pomorum generibus conficiunt vinum, in quod se perdit gens ingurgitat. Magna arborum, pomorum, herbarum, & animantium siue cicurum, siue syluestrium, quæ nostro non inuenitur in orbe, varietas. Sed mores indicandi sunt hominum, vt quas ad partes Euangelij causâ penetrarit, Deo inspirante Societas, planum fiat. Nullos omnino colunt Deos. Ominibus tantum, & augurijs ad insaniam dediti; & Ariolis, impostoribusque miserandum in modum quæstui sunt. Rectè, aut perperam factis nihil post mortem præmij, supplicijve superesse arbitrantur. Nudi æque viri, ac fœminæ prorsus incedunt, nisi quod frigidioris cælo bombicinis fœminæ vestibus uti solent, fluxo à vertice duntaxat capillo: nam cæteras corporis partes identidem expilant. Inertos habent iam inde à prima ætate deliciarum causâ, inferiore duntaxat labro, nonnunquam etiam facie tota prælongos nullius fere pretij lapillos, tetro sanè spectaculo. Viuunt in diem, & quicquid habent, in commune facile conferunt, nihil in posterum soli-

86
Situs Brasilia.

87
Mores Gentis.

- soliciti; laboris & inedia patientissimi sunt: triduum ipsum, vbi ciborum penuria ingruerit, ieiuni traducunt: ijdem, si copia suppetat, à primis tenebris ad insequentem vsque lucem, in conuiujs, & comotatione persistunt. Gregatim peregrinantur, ordine simplici, silentio miro. Virum vxor anteit. Carorum aduentu circundatis collo brachijs, appressio ad pectus capite, cum effusa comploratione, altisque suspirijs primum excipiunt, via laborem, & incommoda miserantes: momento dein siccant oculos, habentque lacrymas in potestate. Sparis domicilijs ac pagatim ferme habitant nullo magistratu, legibusque constricti. Connubia apud singulos plura, nec amore, aut benevolentia diuturniora; quibus in odium versis, aut coniugij satietate restinctis ipsa quoque matrimonij vincula relaxantur, eo etiam impunius, liberiusque, quod nullo dotis emolumento, quaestuque matrimonij societas retinetur. Nam qui ducunt vxores, in beneficij dati loco ponunt, nulla aucti dote, ita cum odio esse coeperunt, iure quodammodo sibi videntur repudiare. Fœminis haud ita multus in partu dolor. A puerperio fœta, confestim ad domesticas curas, & labores exsurgit. Eius loco (quod vix credas) ad dies aliquot velut æger vir ipse decumbit. Hic officij causa ab amicis, ac propinquis inuisitur, huic sorbitiunculae dantur ad refouendas vires, huic degentis more bellaria, & delicata munuscula deferuntur. Numerandi rationes, ac literas ignorant omnes: tantum tenui quadam traditione nonnulla de Noë, deque Diluuiio à Patribus accepisse dicuntur: vt valdè probabile sit, post dissipatos quosdam diuino iussu mortales, nullum huic genti, cum nostri orbis hominibus fuisse commercium. Bella inter cognationes frœuiunt. Si quos in bello capiunt, multa cura saginant, dum ad extremum in amicorum conuentu ingenti cum gaudio bene farti, pinguesque maestentur. Eæ optatissimæ Brasiliis epulæ sunt: neque, si cui hoc lethigenere petire contingat, male secum actum existimat, quinimò ad mortem pergit alacer, ac securus. Bellorum causa inter eos ira mœta, quibus sunt vehementer obnoxij: & leuissima offensione cientur. Si quis fortè mutuo incurso offendat alterum, statim se ad saxa, baculosque conuertunt, morsibus sese appetunt, mutuoque dilaniant: quin etiam in pungentes bestiolas perinde, atque in homines exandescunt, & vlciscendi gratia in ventrem auferunt. Qui diem suum obierint, eos perinde vt decesserint vel integro corpore, vel mancos, aut debiles, vulneribusque confossos descendere ad Orcum putant. Ergo incremata condunt humeri cadauera, addito rete cubandi causa (nam in retibus ipsi cubant à terra suspensis ad noxia vitanda animalia) nec non ad dies aliquot escas apponunt, quod ita sibi persuadeant eos & somnum interim capere, & cibo vesci. Lingua nec difficilis cognitu, & præter quasdam rationes, quæ proprias quoque habent, vna ferme communis est omnium, exceptis certarum rerum vocabulis, quæ aliter à viris, aliter à fœminis efferuntur. Beneficiorum acceptorum immemores: belluis, vt quidem initio videbantur, quam hominibus propiores. Nam postea tractabiles magis, nec pauci omnis humanitatis capaces reperti. Ad hos igitur Nostri, Sosa duce cum accessissent, ad Villam, quam vocant veterem, descensione facta, in introito agmine, Christianæque religionis præferentes insignia, patenti loco præcella Crucis trophæa fixere. Hic varijs artibus menstruo ferè spatio, conciliatis animis barbarorum, & pace cum accolis inita, spatium vrbi nouæ condendæ, duobus circiter passuum millibus à Villa vetere designatur, cui postea Saluatoris nomen est inditum. Sita est ad Bayam, quam vocant omnium Sanctorum, partibus tredecim in meridiem ab æquatore vergens: quam ob rem toto anno exigua habet lucis noctisque discrimina, & umbras modo dextras, modo sinistras. Baya porò tamen nomen est vsitatum Hispanis, quo sinum maris, maritimamque ad illum Oram appellant: obtinuit tamen vsus in Brasilia, vt hoc nomine, ob eius Bayæ nobilitatem, sinus & ager, in quo sita est noua hæc vrbs Saluatoris, & vrbs interdum ipsa significetur. Populo autem excitandis priuatim domibus, & cingenda raptim vrbe, dies, noctesque distento, Patres quibus antiquior erat cura boni communis, atque diuini, quam priuati, atque terreni, suis orsi sunt manibus, ac laboribus in Mariæ Virginis adiutricis nomine templum extruere: cuius in ædificium

91
*Ædificatur
 vrbs
 sancti Saluatoris.*

92
*Patres ad
 sub B. Virginitate
 la adificiunt*

cium ipsimet suis humeris aquam, & ligna ceteramque materiam proximis è montibus baiula-
 bant: iidemque excalceati, ac seminudi, nondum vlla in eorum victum, atque vestitum ab Re-
 ge decreta pecunia, quotidianum obibant munus, nec rarè eibaria ostiatim emendicabant: &
 tamen adiuuandis Lusitanorum animis exemplo, verbo, sacramentis instabant, dum popularis
 è Lusitania sacerdos, qui Parochi munere fungeretur, aduenit. Huic concessis ædibus tanto su-
 dore constructis, quoniam indigenarum illi salutem in summa Dei ignoratione versantium
 præcipua contemplatione spectabant, extra oppidum nouam in sedem loco edito commigra-
 runt, circumfusis vndique barbarorum tugurijs non sine magno vitæ, aperroque discrimine.
 Nobrega vero haud ignarus Europæos incolas Sancti Vincentij in vltimis Brasiliæ in meridiem
 finibus ab omni Christiano Pastore disiuunctos, sensim barbarorum consuetudine ad auita
 degenerasse pietate, duos ad eos ex suorum paucitate, Leonardum Nunniū, & Iacobum
 Iacobum destinauit. Ipse vero cum reliquis ad Brasilos indetidem cicurandos, & erudiendos
 incubuit. Obstabat his conatibus incititia linguæ ab omni Europæo sermone penitus abhor-
 rentis. Deinde barbara, atque efferata incolarum ingenia prona ad cædes, & infandis epu-
 lis assueta: nec minus in crapulam, veneremque proiecta: eademque a nostris sacris propter
 veterum Christianorum licentiam, & improbitatem admodum aliena. Accedebat mobilitas
 gentis, quæ cum sedem identidem pabuli ratione mutaret, non exiguo videlicet propa-
 ganda religioni impedimento erat. Sed non idcirco fractianimis, debilitatique sunt Patres:
 linguæ primum incommodum acri studio superarunt, & in ea breui tantos habuere progres-
 sus, vt, & ad confessiones audiendas, & ad habendas conciones idonei essent, eodemque
 præsidio doctrinæ Christianæ capita, certasque preces Brasílico sermone conuerterint.
 Dein vicos, & tuguria paulatim obire, modestia, comitate, beneficijs obligare sibi homi-
 nes ætatum omnium, ac simul de rebus diuinis dicere per se ad populum orsi sunt. Quibus ex
 concionibus admirabiles animorum motus in rudi illa, & tenebris inuoluta barbarie facti sunt.
 Verum ab amplectenda lege Domini inueterata turpitudine vitiorum, morumque peruersitas
 retardabat, tametsi mastrandis iam hominibus abstinebant. Quos autem à tam nefaria lanie-
 na Patres auellere minus poterant, eorum conabantur è faucibus, non sine magno suo discrimi-
 ne partam summa feritate prædam hum inorum corporum extorquere. Et quorum vitæ,
 corporibusq; non poterant, eorum omni studio animis consulebant, captosque homines, quos
 barbari saginandos in epulas alleruabant, eos ipsi priusquam raperentur ad necem Christum e-
 doctos sacro fonte lustrabant. Sed ne hac quidè ratione miseris prospicere diu licuit. Mali quip-
 pe dæmonis artificio sibi barbari persuaserant, irrinctis eo baptisinate carnibus inultum de pri-
 stina saporis gratia deperire: ac proinde immutata voluntate ab illo religionis munere Patres ar-
 cebant. Patres vero, ne quid ad eorum salutem intentatum relinquerent, diuino prope consilio
 excogitarunt, vt neci destinatos cum idonea catecheli præparassent, ad patibulum prosequuti
 madentibus aqua sudarijs super aliquam corporis partem vna cum sacramenti formula disti-
 mulanter expressis inter eundem abluerent. Idque sæpe tentatum ex animi sententia cessit. Ve-
 neficorum etiam quorum magna vis est apud eos, præstigias ac fraudes, quo facilius eorum in-
 firmata fide, verum Dei numen populo persuaderent, aperiebant. In ijs præcipua calliditate ve-
 nificus cum sese omnibus fallacissime vendicaret, & tractaretque se morbos omnes medendi arte
 posse depellere, summam sibi auctoritatem vbique pepererat. Hunc Nobrega data opera aggressus,
 rogat qua tandem ope res tantas efficiat, Deum ne consulat effectorem rerum omnium, ac
 dominum, an dæmonis cuiuspiam consuetudine, & opera ad id vtatur; Arrogantissime respon-
 dit, se quoque Deum esse, & Deo prognatum: hominemque certum vnde grauem morbum se
 depulisse diceret, coram produxit: illum vero regnatorem Cæli Deum sibi esse amicissimum, si-
 bi que sæpe numero suam præsentiam declarare: quam tantam audaciam, impietatemq; Nob-
 rega non ferens, aduocata repente concione, ingenti ardore spiritus, firmissimiq; rationibus, ita
 hominem confutauit; vt is tandem conuictus, ac fractus sententiam simul, moresque mutarit.
 Qui cum postea vna cum alijs initiandū vltro se obtulisset, catechumenus est coopertus. Patres
 tamen cū in colendis natu grandioribus animaduertent, nequaquã respondere opere fructū,
 tamen

93

*Ad præse-
 ãuram S.
 Vincentij
 Leonardus
 Nunnius,
 & Iacobus
 Iacobus
 mittuntur*

94

*Difficultas
 Kuangelij
 serendi.*

95

*Patrum
 conatus ad
 Brasiliorū
 conuersio-
 nem.*

96

*Industria
 dissimulā-
 ter bapti-
 zandi de-
 stina: os
 neci.*

97

*Veneficus
 nobilis ad
 fidem con-
 uertitur.*

98

*Præcipuo
 studio tene-
 ra atasi
 nauatur
 opera.*

teneræ ad ætatis culturam, quæ cum facilius ad Christum flectitur, tum iactam tempestiue semine in fouet alius, suas vigilias contulerunt. Ac primum quidem infantes, si qui forte ante rationis usum decederent, in tutum quam primum recipere, & consignare festinant. Deinde Patres, Matres, que familias precibus, ac promissis adducunt, ut puerilem ætatem, ac sobolem in disciplinam sibi tradant: quos varijs deinde blandimentis illectos ad Christi legem paulatim instituunt. Hi postea partim exemplo, partim per ocium ijs, quæ à suis magistris acceperint, inculcandis, ad Euangelij propagationem plurimum profunt, non sine peculiari parentum gaudio, quorum in auribus, oculisque non dubitabant pia catechismi carmina, & beatas Christi IESV, Mariæq; voces domi forisq; concinere. Quibus sane artibus, cum Brasili centum essentiam maturi baptismo, peracto Palchate, maximo apparatu, solenniq; pompa baptizati sunt: & catechumeni insuper septingenti, dum amplius erudirentur, in aliud tempus summa sui desiderij expectatione suspensi. Sed placuit Deo statim à baptismo Neophytorum tentare constantiam: qui salutaribus aspersi vix aquis pene omnes correpti sunt morbis. Quod quanquam ad baptismum inuidiose venefici referebant, per ludibrium dictitantes, lauacione illa pestem populis importari; tamen eorum improbitatem, atque mendacia, reddita mox Neophytis salus aperte redarguit. Nec deerant, qui barbarorum in Patres odia pari beneuolentia compensarent, quam tum maxime declarabant, cum ad se Patres doctrinæ gratia ventitantes obujs studijs, & officiorum significationibus excipiebant. Quanquam autem in alliciendis ad Christum Ethnicis, barbarisque iuuantis singulorum Patrum elaboraret industria, Ioannes tamen Azpilcueta Nauarrus erat præ ceteris in admiratione maior. Is varios pagos, vicosque pererrans, cum dispersos interdum incolas instituire, & erudire non posset; sæpe eam ob rem apud eos vacuos opere pernoctabat. Quorum linguam paucos intra menses adeptus, tam prospero apud eos versabatur euentu, ut Lulitani, cognitis iam rebus, quæ à Xauiero apud Indos fierent, affirmarent peculiare, ac proprium munus, decusque Nauarræ gentis Ethnicorum conuersionem videri. Huic à Brasiliis domus duæ præcipuis in pagis ad instituendos catechumenos extructæ sunt: tertiam iuxta nouam urbem construxit Nobrega: in qua par patrum erudiendis catechismo Neophytis, tam præclara Christiani nominis fama diffiniebatur, ut primarij quoque viri finitimorum locorum ad Christum mirifice propenderent: nec eius utique legem, & cultum abnuerent, nisi eos certi, ac stabilis matrimonij societas, quam contra mores patrios Christiana lex exigit, dererret. Alijs etiam in pagis Oratoria, sacræque ædes Patrum monitu construxere Neophyti. Eorundem quoque opera, & consilio dissipati per agros homines à vaga illa, agrestique vita in vios, & oppida contributi condere sibi leges, & iura describere, Magistratus constituere, & ad humanitatem semetiplos excolere paulatim ceperunt. Quorum fama excitati finitimi, nostros & ipsi, ut ad sese diuerterent, obsecrabant. Sed Sociorum diuortium paucitas non ferebat. Eodem anno colebant Indicam regionem de Societate triginta varia in loca distributi. Goæ autem Antonius Gomius, bonæ indolis adolefcentes viginti, & plerosque nobiles aggregauit. Extructum est prope Collegium opera in primis curaque Pauli Camertis ad excipiendos, curandosque non Neophytos modo, verum etiam Ethnicos Valetudinarium: cuius cū procuracioni, tum ministerio Camertis ipse præerat: quo facilius talibus eos deuinctos obsequijs ad Deum alliceret, & ad æternitatem dirigeret. Erat autem ita munerum partita varietas, ut dum alij ægrotantium periculis præsto sunt, alij lucrandis Ethnicis inuigilarent. Quorum ad Christum accessum cum Brachmanum pertinax superstitio varijs artibus moraretur, laborabat pro viribus Gomius, ut vniuersi ex ea insula pellerentur. Quæ res quanquam erat illa quidem impetratu difficilis, Patrum tamen industria perfectum est, ut à sua secta quotidie Brachmanes multi deficerent, & relictis tenebris properarent ad lucem. Studebat populo Gomius Quadragesimæ tempore non matutina modo Euangelij prædicatione prodesset: sed vespertinis etiam, nocturnisque de Passione Domini concionibus, quibus auditorum præcordia vulnerabat, & in lachrymas, singultusque soluebat, ut nimijs sæpe ploratus perorantis obruta vox exaudiri vix posset. Qui postea mos de cruciatus, & nece Domini per tenebras differendi, quoniam multum habebat & pietatis, & fructus, ab alijs deinceps cultus eadem animorum utilitate, fructuque diu vigit, vigeretque. His, alijsque

Euan-

99
Mulus ba-
pizantur.

100
Io. Azpil-
cueta Bra-
siliis egre-
gie saluta-
rio.

101
Indica res.

102
Conditum
prope Col-
legium Goæ
Valetudi-
narium.

103
Antonij
Gomij Goæ
nauis.

Euangelici præconis officijs adeo sese domesticis Gomius, externisque probauit, vt cum Regi Tanoris quæreretur legis Christianæ magister, (quam ille clam susceperat) nullius alius præter Gomium, & ab Antistite Goano, & ab Indico Prætoris sit datus. Est autem Tanor maritimum Malabaricæ Prouinciæ oppidum, vnde regnum eiusdem nominis appellatum, octoginta ferme infra Goam ad meridiem leucis, infraque Calcutum quindecim: medio pene spatio Goam inter, & Commorini fines. Plana admodum regio, hybernis imbribus ita redundans, vt interdum cubiti altitudinem aqua superet, nec tamen infalubris. Pingue solum, orizæ ferax, atque palmarum: quanquam paruo, tenuique vtantur incolæ victu, cultu nullo, cum Æthiopum more vmbilico tenus nudi ambulēt. Varia, vt reliqua ferme in India, apud eos hominū genera. Sed Nayres, qui inter eos nominantur, ceteris honore præstant, bello, & armis aptissime dediti. Sequuntur Brachmanes in honore proximi superstitionū magistri. Latomi vero fabri, & id genus optices adeo nullo in pretio, numeroque sunt, vt pro seruis, mancipijsque ducantur, cuius iniuriæ, vexationique propositi. Horum Rex, armis nobilis, magnanimi vir, magnaq; etiam apud amicos autoritatis, fratrem habebat ætate quidem superiorem, imperandi vero prudentia longe minorem. Quæ causa fuit, vt illo à gubernaculis regni repulso, ad hunc regius delatus sit honor. Qui quamuis esset è Brachmanū disciplina, tamen iam inde à puero propentius admodum in Lusitanos fuit: eorumque assiduo vsu, crebrisque de religione sermonibus sentim exarsit ad baptismum. Deinde à Præfecto, Vicarioque Cialensis Arcis, Cosimo que Anno qui è præcipuis autoribus Collegij Goani fuit, notitia aliqua Christianæ legis accepta, baptismo initiatur, & Ioannes est appellatus. Paulo post vxor quoq; salutis aqua perfunditur; itemq; è Cialensis regni Præfectis vnus, & è Dynastis alter. Vt autè pleniore noticia susceperet religionis imbueretur, ex Apostolis vnus (sic enim & ipse Societatis homines, quorum in ea propaganda studium celebrari cognouerat, appellabat) Goano ab Episcopo per literas postulauit. Verum hæc, ne quis grauior populorum motus existeret, in occulto fiebant. Consilium quippe Regis erat prius Nayres regni sui proceres, quos multitudo reliqua imitaretur, ad eandem religionem adducere, quæ se Christianum publice profiteri. Itaq; cum ad eum Gomius venit, domi quidè Christianum, foris Brachmanem reperit. Nam & Christi, quem colebat, in cruce fixa rãditam in sinu fouebat effigiem, & tamen trina fila Brachmanicæ superstitionis insignia, palam è ceruice gestabat: nec ab Idolorum sanorumq; externo cultu, ceterisque superstitionis ritibus abhorrebat. Ea simulatio Gomium vehementer offendit, præsertim quod eum talibus conditionibus initiatū esse cognouerat. Nec tamen sibi defuit, quominus Regem ipsum, quantam susciperet maculam admoneret, rogaret que, vt palam, & libere Christum, quem induerat, fateretur. Rex tamè factum suum excutabat: & ingentes rerum motus, regni que iacturam, si nouam suis religionem obtruderet, obtendebat, bello præsertim vrgente, quod cum finitimis populis, Dynastisque gerebat. Gomius, quo plures ei recusandi causas adimeret, conciliandæ pacis onus vltro suscepit, nec dubitauit ad eos se conferre Dynastas, quibuscum bellum erat, & pacis gratia passuum millia ferme nõgenta pedibus concurrere. Haud irritus cursus fuit, optatam statuit inter eos Principes, ingenti partium approbatione, concordiam. Deinde ad Regem redit, & rursus instat, & vrget, vt euolutus illis dissimulationis integumentis, pro Christiano se gerat, Brachmanicasque deponat è collo lineas. Rex cum datis conditionibus se defenderet, Gomium audiendum in præsentia non putauit: Goamque vltro adire, partim cum Episcopo, ac Prætoris ea de re colloquendi, partim aditringendæ cum Lusitanis amicitia causa, constituit. Nec dissuasorem sui consilij Gomium habuit: qui ad amplificationem, & dignitatem Christianæ religionis pertinere arbitrabatur, si talis, tantusque Rex eo se conferret, vbi fidem suam publice testaretur. Sed monendum per literas Prætoris censuit Georgium Capralem, qui Garziæ Sã vira functo, è regio codicillo successerat, quo loco apud hunc Regem Christiana res esset, qui suorum metu non modo religionem, quæ susceperat, occultaret; sed graui Dei cum offensione, superstitionem quæ abiecerat, simularet. Dat igitur Rex ipse literas, & ad Episcopum, & ad Prætoris sui aduentus, consilijque nuncias. Quibus ad urbem allatis, exquiri subito cœptum, quod affuturo propediem Regi genus honoris habendum esset. Ambigebat Prætor, vtrum qui apud suos nondum palam superstitiones

104
Tanoris
regni de-
scriptio.

105
Ad regem
Tanoris
Gomius
mittitur
& com-
tur. eum
Christi-
anus esset,
ab profes-
sore Æthi-
nici cultus
abducere.

106
Rex ipse
proficisci
Goam sta-
tuit.

107
Delibera-
tur, num
ut Christi-
anus esse
pudus sit.

exuerat, neque pro Christiano se gereret, eum Goæ pro Christiano accipi, & tractari oporteret. Itaque consilio habito, cum alij aliud rogati censerent, negauit Episcopus Neophyto Regi patrium in praesentia cultum, & suspensa de collo fila brachmanica vitio verti, aut fraudi esse debere. Iosephum quoque ab Arimathia, quem iustum sacra testetur Historia, itemque Nicodemum, & Gamaliclem spectata fide, & probitate viros, occultos Christi fuisse discipulos. Sebastianum quoque Diocletiano percarum, ducemque primæ cohortis Christianis sacris initiatum, militari tamen ornatu, ne à cæteris internosci posset, custodias dissimulanter obire, & Martyribus animos addere fuisse solitum, quoad sui indicandi tempus occasioque se dedit. Similiter huic etiam Regi tam pio, nondum maturis ad profitendam religionem rebus, concedendum aliquid spatij, dum Naves, ac Proceres vitandæ seditionis causa paulatim ab insita superstitione diuellat. Hæc, & alia in hanc sententiam, studio magis regiae salutis adductus, quam doctrinæ iudicio, momentisq; rationum pius Episcopus dixit. Quoniam enim interdum viri sancti dissimulato religionis ornatu, occulti esse voluerunt, quoad eos, vel necessitatis articulus, vel casus aliquis aperiret: nunquam tamen eos vsos ad fallendum legimus, vel superstitionis symbolo, vel latebra falsitatis. Nam si licuit extra culpam dissimulare veritatem, non licuit sine scelere simulare mendacium. Nec æque innoxij habendi sunt illi, à quibus simulatur impietas, atq; ij, à quibus temporis causa dissimulatur, tegiturq; religio. Vicit tamen Antistitis autoritas, & in eius sententiam ceteri omnes frequentes iere. Confestim igitur cum octo biremibus, idoneoq; comitatu mittuntur, qui Regem aduehant. Quorum aduentu Rex admodum lætus ad profectiorem extemplo se comparat. Circumstetere propinquitum Regem, Proceres, præcipueq; Brachmanes, eumq; monere, & obsecrare, amicalq; miscere minas, ne regnū sine causa deserat, & suū caput ignotæ genti committat. Verum in sententia perseverantem facta conspiratione, dispositiq; circumquaque præsidjs in arcem includunt triplici muro circumdatam. Is vero implorato Christi nomine, fascia, quam more gentis capiti obuoluram habebat, ceruinis cornibus alligata per vnum, & alterum murum cum ea, quam dixi Redemptoris icone noctu delabitur: per tertium autem ceteris altiore cum se dimittere pari facilitate non posset, ex editiore loco se liberat, & capite, crureque altero læsis euadit ad litus. Inde ad stationem Lusitanorum ægre progressus, in ascensu seaphæ tumentibus aquis pene submergitur. Consequuntur eum supplices sui, & cum lachrymis, gemitibusque reuocant. Quos ille partim largitione, partim spe ceteris reditus consolatus, Goam ire perrexit. Eius in urbem ingressus ab Episcopo, atque Prætoris regio prorsus exceptus est apparatu, ornatis vario peristromate vijs, qua incedendum erat, & prodeuntibus obuiam longo agmine cunctis ordinibus, clericisque, & sacris omnibus sodalitijs cum infulis, & insignibus religionum. Nihil prætermisum, quod vel ad cohonestandam regiam de more personam, vel ad colligandum arctius cum Christiana lege Neophytum pertinere videretur. Deinde Episcopo, Prætorique præsentibus Rex ipse per otium, theologisque nonnullis, quos eius rei causa nominatim vocare placuerat, totum suum de religione consilium exponit, testatus sibi nihil æque in votis esse, atque vt suos populares, vicinosq; Reges Christo conciliet: sed seruiendum esse tempori, nec quæ corde nunc tacitus premat, subito expromendum. Malabaricam gentem suas amplecti, ac fouere, alienas horrere, & aduersari leges. Interea sibi Christum, eiusque præcepta penitus in medullis hæere: testesque eius rei Deum & conscientiam habere: simulq; ad certamina, vbires ferat, pro Christi nomine subeunda sacrosancto chrismate confirmari se postulat. Prætor, & Episcopus collaudata vii pietate, cum satius esse dicerent ad ceteros permouendos profiteri palam se esse Christianum, & ope diuina magis, quam humana prudentia, consilioque confidere, ille vero in sententia permaneret, magna rursus pericula, motusque prætexens, aduersus eum ultra niti nec Episcopo, nec Prætori visum: seorsim tamen confirmacionis sacramentum enixe petenti minimè denegandum. Decem ferme dies non sine magnis Prætoris sumptibus Goæ substitit, & quidem in perpetuis spectaculorum voluptatibus, apparatissimis ludis, ceteri vt Indiæ Reges intelligerent quam solliciti de illorum salute, commodoq; sint Christiani, qui sua tam benigne in eos ornandos, honestandosque profundant. Ea inter gaudia Rex domesticorum reuocatus Epistolis, discedendi veniam petijt: cuius item discessus omni honoris,

108
*Handsa-
 sis sapien-
 ter decerni
 tur exci-
 piendum
 tanquam
 Christiana-
 num.*

109
*Rex mag-
 nus diffi-
 cultates
 superat, ut
 Goam ten-
 deat.*

110
*Quo risu
 Goæ exce-
 ptus, &
 habitus.*

noris, officijque genere, omni numerum amplitudine, dignitateque cultus est. Multum ei bombicinæ vestis, multum Gossipinæ famulis largitus est Prætor, vt multo quàm ante Lusitanis amicior, obstrictiorque discesserit. Verùm domum reuectus promissâ non præstitit: nec bonis inijtis reliqua consenserunt: vt suspicionem nonnullis fecerit, totam eam conuersione captandæ Lusitanorum gratiæ ab sese fictam: eademque de causa piscatoribus infimo hominum generi seuerè edictum, vt Christiana sacra capesserent. Cuius tamen etsi non is fuit, qui sperabatur euentus, prætereundus certè à nobis silentio non fuit: vt intelligatur, & quam non facilis externis probitatis notis habenda sit fides, & quam considerata tarditate nostra Principibus imperianda sint sacra. Nam quo celsiore constituti sunt loco, eo maiore probro Christianæ sunt legi, si ea contempta atque abiecta ad pristinas reuoluantur insanias. Goam ergò renauigans Gommus ex itinere Societatis domicilio Cocinenſi aliquod initium autoritate Prætoris dedit. Felicitior longè fuit Antonius Criminalis, qui post haustos Christi causa toto quadriennio in Commorino promontorio labores, dum Christi gregem à lupis sollicitus arcet, & Ethnicorum furore defendit, ab ijs crudeliter est necatus, felicissimus huius Societatis minimæ Protomartyr. Erat is Italus bono loco natus, Sisa ex oppido haud Panna procul: qui cum florem Deo consecrasset ætatis in Societate Iesu, anno huius seculi altero & quadragesimo, vt supra demonstratum est, in Lusitaniam mittitur ab Ignatio: deinde cum duobus socijs pergit in Indiam, & Paruanæ Ecclesiæ à Xauerio præficitur, omnium, qui de socijs in ea laborabant, moderator, ac rector. Hic inter assidua bella finitimorum Regum, summoque in odio sacerdotum Idolorum & Mahometicæ impietatis, aduersante in super egestate, & rerum omnium inopia, multas, ac magnas propter Christum, & Euangelium molestias tulit, multa incommoda tolerauit. Accedebat interior, ac priuata exercitatio virtutis, quæ pot à Deo suppeditatis occasionibus non contenta, nouam semper sibi ipsa patientiæ materiam, nouas cruces excogitabat. Terra ei cubile erat, tenuis admodum cibus, breuis somnus. Totam illam Commorini Oram, ducenta amplius passuum millia pede nudo, singulis mensibus concursabat. Tantum verò tot inter ærumnas, atque labores cum diuinitate commerciū: vt quotidie genibus flexis tricies eoque amplius (nam quidam quadragies prodiderunt) oraret. Qui dum ad Vada Remanacoris, (is autem Christianorum locus in septentrionem erat vltimus) populis erudiendis insudat; Brachmanæ haud à Regno Narsingano procul à Lusitanis militibus lacessiti, & varijs affecti contumelijs Badagas vicinos populos commouerunt, vt suas vliscerentur iniurias: nec diutius patriæ religionis Antistites, sacerdotescque Deorum, peregrinis, ac profanis hominibus pateretur esse ludibrio. Quorum illi querelis, ac vocibus incitati, certis de more significationibus iuuentutem ad arma vocat. Millia ferme sex momento conueniunt, & ad Remanacorem agmine infesto contendunt. Res minime dubios, aut ancipites exitus habitura videbatur. Pagus nullo aut perexiguo munito septus ad incusum patebat. Incolæ minime feroces ingenio, & super insitam lenitatem piscando, natandoque magis, quàm bello, aut armis exercitati. In Lusitanis tantum erat spes, qui tamen ipsi quadraginta numerum vix explebant, cum ab alijs rebus, atque præsidijs, tum à tormentario puluere imparati, quo vel pauci magna barbarorum examina in fugam agere consueuerant. Nota hæc Narsinganis per occultos exploratores, & delatores, erant: eoque maiore fiducia, & impetu ferebantur ad prædam. Aduentu hostis cognito Criminalis, præcipitante iam di e, Præsidij præfectum Ioannem Fernandū Corream ad pacem duris in rebus petendam hortatur. Sed cum ea frustra tentaretur, Templum, vbi rem diuinam mane peregerat, rursus ingressus, renellum gregem Pastori Christo commendat: tum de ipsorum magis, quàm de sua incomumitate sollicitus ad portum accurrit. Iam iamque adesse nunciabatur hostis, cum alij protinus in auia fugam arripere: alij domo raptim elatis, quæ quisque poterat, occupare lintres, vel vbi in ijs locus non esset, ad ipsas in salo stantes adnate naues: alij deficiente consilio, incerti quid agerent hac illac errabundi cursare. Mulierum in primis triste spectaculum, quæ paruulos complexæ liberos, opemque implorantes à viris cuncta lamentis, gemitibusque complebant. Antonius certatim offerentibus illi scapham Christianis, atque vt præſenti exitio subtraheret sese etiam, atque etiam obrestantibus, imbellem, & opportunam iniuriæ turbâ summa ope instar impone-

III
Rex Te-
noris non
præstat
missa Reli-
gijs Chri-
stiana pro-
ficenda. &
propagan-
da.

III
Antonij
Criminalis
vita, &
Martyriū.

III

III

re, non modo vt corpora, sed multo magis, vt animos eorum defenderet, quos metuebat, ne, si venirent impiorum in potestatem, amittendæ sanctæ fidei discrimen subirent. Inter hæc Badagæ nulla pacis mentione ad aures admissa, irarum, & cupiditatis pleni sine certamine irrumpūt, Lusitanos trepide molientes à terra telis eminus impetunt, lanceisq̃ue multi, plerique sagittis, Complures etiam nuper allatis ad eos ferreis instructi fistulis aderant: quibus licet nondum ita perite vterentur, tamen haud semper in irritum plumbea tela mittebant. Icti Lusitani periere postmodum sex. Antonius, dum suimet oblitus, pergît fidelis custos Christi gregi consulere, comitem suum, & interpretem eximia probitate virum occidi circa se videt. Ad eius casum illico manibus, oculisq̃ue defixis in cælum, genibus autem in terram, neci fortiter se offert. Expectantem eo orantis habitu mortem acies prima, vt reor, reuerita, intactum præterit, pileo tantum erepto. Mox plures ex hostibus irruunt, sublatumq̃ue de genu eadem oris, animiq̃ue tranquillitate precantem velut interfec̃turi, pariter & ipsi dimittunt; adeo vel ipsi barbari ipocien illam verentur orantis. Non eadem fuit cæteris reuerentia. Saracenus è tertia turma furore amens, sinistrum latus hasta transfigit. Alij manus vestimentis iniiciunt, vt ea detrahant, quos faucibus iam graui: et Pater suis manibus vltro iuuat: & ne quid prorsus hinc auferret veræ paupertatis amicus, interiorem quoque subuculam sanguine stillantem exuit, barbarisq̃ue concessit. Ita nudus, vulneratusq̃ue dum pergît in ædem, ab alio rursus hasta confoditur: quo accepto vulnere procumbit in preces, extractoq̃ue telo, quod altius inhæserat, in templum iterum pergît; cum à tergo strepitum instantium audiens, tanquam timens inhonesto contingi vulnere, obuertit se hosti, & obuio pectore Badagæ irruentis lanceam excipit. Qua in plaga dum se more suo rursus sternit ad preces, quartam super humerum accipit, & lapsus moribundus in terram impic̃t à barbaris iugulatur: ij lacerum ac cruentum caput, madentemq̃ue cruore subuculam ad ostentationem ex alto suspendunt. Inde ad prædam versi, magno fœminarum, puero- rumq̃ue abducto numero ad agendas pro bene re gesta simulacro gratias, cum tripodijs, & læto cantu discedunt. Beati Martyris truncum tenui cespite à superstibus incolis in summa tel- lure contentum, Lusitani deinceps altius effossa humo, cum lacrymis condidère. Vir fuit in- signi morum sanctitate dignus tali vitæ clausula, tali palma: minime vulgari consilio, & vsu rerum, mira corporis animiq̃ue patientia; ea verò comitate, ac fide, vt eum in suis controuersijs, ac litibus, iudicem sibi omnes, & arbitrum caperent. Quibus, alijsq̃ue egregijs animi bonis, ac virtutibus præditus, eo erat apud Xauerium loco, vt eum adhuc viuum sanctum appellare, præsertim cum ad Ignatium scriberet, non dubitaret. Omninoq̃ue eius similes ex Europa so- cios in eas terras expeteret. Henricus quoque Henricius negabat parem in quopiam à se obe- dientia perfectionem, tantamq̃ue mundi ac rerum caducarum despicientiam perspectam esse. Eximiam verò eius caritatem, & animi magnitudinem testabatur Ribadeneira sibi in itinere, quo pariter Auenionem vsque Roma contenderunt; dum ipse Parisios, Antonius Olisippo- nem peteret, vsu compertam. Nam ille ferendis sarcinulis socios subleuabat, ille in occurrenti- bus fluuijs vadum primus tentabat, comitesq̃ue imbecilliores impositos humeris traiciebat, ille demum cunctis obsequijs in hospitijs, vijsq̃ue seduli & serui, & Patris partes obibat. Deni- que quoniam bonus cordis thesaurus oratione depromitur, adscribamus quam superiore an- no ad B. Ignatium, cum ab eo cognouit se inter spirituales Coadiutores receptum, latinam epistolam dedit his verbis.

I E S V S.

Sit semper cum omnibus,

Tuę humanitati (Venerabilis Pater) me indignum Societatis Coadiutorem benigne placuit admittere: qua in re dabo operam pro viribus, vt tuis votis respondeam, quod Domino Iesu Christo præstante, spero facturum. Non idè ad hoc munus me idoneum iudico; nam longè me ad tanti muneris functionem distare reperio: nihilominus sicuti tibi visum est, ita cen- teo me ad vnguem obtemperaturum. Non solum autem Coadiutorem, sed & omnium bonorum,

atque

atque meritorum Societatis participem facis, in super omnibus facultatibus, gratijs, autoritate-
que non secus ac professis, vt libere concedis. Præterea doces me, Pater, hæc omnia ad ædifica-
tionem, non ad destructionem concessa: quod mihi proculdubio vbiq; terrarū in eodem Do-
mino Iesu Christo persuasi sequuturum. Et, vt melius progrediar, & si alias Romæ carissimo in
Christo Domino Petro Laudensi vota paupertatis, & castitatis, atq; obedientiæ, tibi danda re-
liqui: licetq; alibi idem pluries vouerim, scias velim me non solum Præposito, & Professis, Co-
adiutoribulq; siue cooperatoribus, sed cuicumq; Societatis nomine existenti, etiam seruo per-
petuo astrictum esse. Quod attinet ad illa septem, in quorum vnum si quis incidisset, ad Socie-
tatem non admitteretur, laudetur Dominus noster Iesus Christus, qui me ab illis protexit, & e-
ripuit. Reliquum est, vt obtenta facultate à Magistro Francisco, quibusve expedierit, gratijs il-
lis in Domino vtar. Nam absq; illa omnino abstinendum esse duxi, perinde ac si hæc ad me nū-
quam peruenissent. Interim Domino Deo optimo, maximoq; gratias agam, ipsum precabor, vt
omnes nos ad caelestem Hierusalem peruenire concedat. Ex iitis regionibus India, Commori-
ni caput appellatis, die quarto Decembris millesimo quingentesimo quadagesimo octauo.

Hoc igitur sancto viro in gaudia æterna transcripto, Patres, qui in ea Ora versabantur, in in-
terfecti locum ducem sibi, ac Præpositum elegerunt Henricum Henricium præstanti probitate
virum, & Malabatici sermonis gnarum: cuius & præcepta, quo facilius edisceretur, in artem re-
degit. Eo duce ac moderatore eadem sociorum in animas studia & officia flagrant: ijs autori-
bus instituta est inter Neophytos sacra confessio, plurimi boni procreatrix ac parens: e mendati
ex ea mores, aucta religio, excitatus cultus caeremoniarum, & singularis quædam pietas Chri-
stianis in ritus. Ac templorum quidem tanta apud eos veneratio erat, vt, cum quid iitium inter
Lusitanos & Indos, Ethnicos, & Neophytos oriretur, ad eas tollendas, finiendasq; Neophyti
perductos in tēplum Ethnicos ad iururandum adigerēt. Vt autem quanta sit iururandi reli-
gio Deus etiam Barbaris declararet, immisissis interdum morbis repetebat à peieratibus pœnas,
quibus illi territi, atē se alieno primo quoq; tempore liberabant. Eadē impulsu religione Neo-
phyti, plurimum habebant Patribus honoris, ac reuerentiæ: tantum verò fidei, vt ad eos in tē-
plum agros, & varijs affectos morbis medicinæ causa deferrent: qui si deferri morbi grauitate
non possent, Patres ad se vocabāt, vt prece adhibita lues pellerent. Sæpeq; vsu venit, vt ab ad-
uentu, saluationeq; Christi famulorum lues omnis abscederet. Tāra erat eorum pietas, & tam
accēsa fides. Colani in aggregandos ad Christum Ethnicos, informandosq; Lusitanorū mores
Nicolaus Lancillottus gemino cum socio incumberebat. Puerorum etiam in ea vrbe Collegium
indigenis excitauit: quos & ipse docendos, instituendosq; suscepit. Eandem Ethnicis, Christi-
anæq; rei nauabat operam Meliaporæ Cyprianus, eandem Bazaini Melchior Consaluius, gemi-
no item adiuncto socio. Deniq; eandem cum socijs totidem Malacæ Franciscus Petrius. Bazai-
ni cum superiore anno Consaluius ad Seminarium regendum esset admissus, quod (vt in loco
demonstrauimus) Franciscani ante Patres administrārant, Prætor, quo plura fierent religionis
propugnacula, hoc anno bifariam Seminarij prouentibus vna cum procurationis onere distri-
butis, suam vtriq; partem dedit, Franciscano vnam, Melchiori alteram: & huic in super aream,
domumq; aureis mille quingentis in opus, ac primordia Collegij, quod inchoari statim iussit,
nummis aureis attributis in annos singulos octingentis. Ea pecunia cum esset vberior, quā pau-
corū postulare egestas, Patres, ne animorum modo, verum etiam corporum saluti prospicerēt,
quod ex sua frugalitate, ac parsimonia superabat, in Christi pauperes deriuabant. Collegio iam
nato Iesv nomen est inditum: continuoq; ex eo fructus, qui optabatur, effloruit. Tum proles
imbecilla è gremio auulsa parentum, & præceptionibus disciplinæ Christianæ, & primis litera-
rum apicibus imbui cœpta, vt eos nō ore modo, verū etiam stylo exprimere, & atramēto perdif-
ceret. In Amboino Nūnus Iberius multis, ac magnis pro Christo laboribus functus, ad extre-
mum (vt cōstans fuit opinio) à Saracenis veneno insidiosè parato diē vltimum clausit. Tentarūt
illi quidem iam antea circumiectis ignibus virum exurere domi suæ: sed cum hæc fraus ex sentē-
tia non cessisset, tētarunt eam, quam dixi, veneni, pretio etiā interfectori proposito, si subsecuta
nex esset. Festo igitur die Assumptæ in cælū Deiparæ Virgini, quo die mane cum singulari quo-
dam

117

Henricus

Henricium

Henricium

Henricium

Henricium

Henricium

Henricium

Henricium

Henricium

Henricium

Henricium

Henricium

118

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

Iururandi

dam gestientis animi sensu sacrificauerat, virus latenter infusum secundum cibum vim suam prodidit: quod ubi permanuit in venas, & tota viscera permeauit, gignere ingentes æstus, & febres cœpit, tetrosque stomachi dolores ciere. Exinde Nunnus sensim confici, & contabescere in horas, donec septimo tandem die, depaetis exitiali peste præcordijs, viribusque consumptis extinguitur. Vir fuit vnus de præcipuis Patribus Societatis nostræ, qui singularis patientiæ, sollicitæque caritatis in proximos in ijs locis documenta reliquit. Seliquianni spatio, (tantundem enim in ijs partibus est moratus) duo amplius hominum millia aquis salutaribus expiauit. Naufragium semel, atque iterum fecit proposita ante oculos semper morte, tot inter odia, & capitales hostes Christiani nominis. Sustentabat herbarum radicibus orizæ pusillo corpusculum suum. Contra verò tanto in egenos, afflictoque Christianos commouebatur affectu, vt, cum nihil esset, vnde eis opem ferret, sepè vestes sibi ipse detraheret, quibus eos seminudos, aut scrutis obuolutos inuolueret. Interdumque cum ad eum mendici venissent subsidij aliquid peturi, Nunnus incredibili quadam miseracione tactus, quicquid pene gerebat vestium protinus exiit, & eorum egestati diuisit, vt mox vnde se tegeret, non haberet. Supremo vitæ suæ die, cum per absumptas veneno vires ingredi ad tuendos de more homines suis pedibus nusquã posset, gestari ab alijs per Christianorum loca se voluit, Ioannemque imitatus Apostolum, piorum inter manus conuisebat Ecclesias, & saluberrimis monitis tum vniuersos, tum singulos confirmabat. Has inter curas, atque labores deficiente iam vita spe plenus, atque fiducia, cum suspensiuo patibulo Domini complexus esset effigiem, lætus ex his tenebris in illam lucem excessit. Elatus est Christi Martyr in eam ædem, quam ipse Dei Marti magno labore cõstruxit non sine magna sanctitatis opinione, cultuque bonorum. Ternate in insula Molucarum, vt diximus, celeberrima Ioanne Beira valetudinario vnâ cum fratre laico Nicolao Nunnio, rem Christianam curante, ingens amplificandæ religionis spes affulsit. Venerat ad Lusitanorum arcem Rex Ternatinus, cuius & in Christianos propensionem, & consilium tradendi ex suis liberis vnus ad fontem supra memorauimus. Is nunc promissi memor cum Beira, Arcisque Præfecto de hoc ipso sedulus egit: testatus ad Lusitaniæ quoque Regem, & Indiæ Prætozem ea de re literas se daturum, cupereque vt & ipsi litas ad eos literas vna coniungerent, quo facilius ad conditiones, quas ipse postularet, illi descenderent. Res eo loci venerat, vt minimum natu filium Societatis in disciplinam Goam mittere in animo haberet. Sed cum eo anno nauigatio conquiesceret, consiliu distulit in insequentem annum, quo nobiles alios adolescentulos cum filio se missurum pollicebatur. Et spes erat etiam de filij natu maximi conuersione. Beira per eam occasionem haud immemor, quanta Regi cum Xauerio amicitie necessitudo fuisset, petiuit ab eo Xauerij nomine, vt ad instituendos indigenas Christiana lege puerulos bona quædam attribueret: cuius Rex petitioni concessit, & potestatem insuper fecit, non modò vt indigenæ, verù etiam vt aduenæ, ac peregrini, qui Christiana sacra capesserent, ijs fructibus alerentur, quorù procuracionem penes Societatem esse voluit, vel si eam Societas recusaret, penes Sodalitium misericordie: domum etiam adiunxit nuper ædificatam cum potestate commodiorem in locum trãsterendi Collegij, si commodior esset inuentus. Itaque nobiles adolescentes aliquot in id Collegium cum suis recepti famulis, regia iam liberalitate vti cœperat, & spem celeris fugis, copiosaque dabat. Sed de Beira cuius tam præsens conatibus, ac laboribus Deus aderat, illud ipsum pene commemorari posset, quod de suis laboribus ac periculis commemorat Paulus. Nam & is Mauricas inter Insulas, atque Ternatem ter naufragium fecit: totoque biduo cum vndis in alto luctatus, nandi, vrinandi que imperitus ex arrepta tabula ieiuno, frigidoque ventre suspensus hæsit. Nec pauciora excepit terra, quam mari discrimina, modo venditus Saracenis, ac Barbaris à desertoribus Christianæ fidei, modo illis persequentibus actus in fugam, & in nemora, syluasque compulsus, quarum latebris dies complures sine vlllo comæatu, ciboque se contexit. Quoties in eius cædem expediti mucrones? quoties eius vitæ parata venena, collocatæ insidiæ, conflata pericula sunt? quoties stimulatus est fame, Solis vstus ardoribus, variisque morbis excruciat, omni humano medicorù, pharmacorumque destitutus præsidio? Sed ad nonere Deus tantorù Patrum robore, ac patientia nos voluit, quãtos animos geramus oporteat, quãtam ex ipso virtutem induamus,

cùm

123
Sancti eius
labores.

124
Res Ternatino.

125
Io. Beira
pro Christi
suo ingētas
armata.

cùm terras illas difiunctiffimas pro eius nominis gloria peragrarè, & eas colere toto pectore concupiscimus. Egregia verò Gasparis Berzæi Armuziæ opera longè utilis fuit. Ea est Vrbs emponio in primis nobilis, quæ & regno nomē dedit, & modicæ in qua sita est, Insulæ ad ostiū sinus Persici: quam insulā Gerum sup vocāt nomine. Finitimas habet prouincias nobilissimas duas, à Septentrione Persidem, à Meridie versus Occidentem Felicem, quam vocant, Arabiam, Mauris, & vtramque referram. Regni caput vbi Turcarum sedes est, Bazoia dicitur. Sed in vrbe ipsa Armuzia Rex habitat, olim potentissimus, nunc stipēdiarius Lusitani Regis, haud Babilone procul, quam Baged hodie nominant: ab Gœa verò leucis abest amplius quadringentis. Huc Xauerius cū Gasparem destinaret, cuius spectatam iam virtutem habebat, eumque ardorem fidei, & studium animorum, vt Armuziani regni finibus contineri, quin ad mortem, ac supplicia pro Christi nomine subsunda se in medios Persas, & Turcas immitteret, minime posse videretur, in ipso suo discessu planè veruit, imposito religiosæ obedientiæ præcepto, suo iniussu ex Insula Armuziæ pedem ad triennium efferre: multaque alia documenta addidit, quibus ille in ea prouincia se regeret. Raimundo igitur Pereria comite nauim conscendit, qua cum Christianis Saraceni pariter, & Iudæi, compluresque Ethnici videbantur. In ea nauigatione, quæ bimestris fuit, suam pristinam cunctos adiuuandi consuetudinem tenuit. Quotidie sexus vtriusque mancipijs, & puerorum turbæ Christianæ fidei rudimenta tradebat. Sub noctem litanias decantabat. Sabbato Cæli Reginam, matrem misericordiæ saluere salutationis vsitata formula in communi iubebat. Dominicis verò diebus ad naualem turbam verba faciebat. Inciderant in eos dies hebdomadæ sacrosanctæ mysteria, quibus hortante Gaspare magnus ad confitenda peccata concursus est factus: plurimi etiam partim studio luendi pœnas, partim aliquid perpetuendi cum Christo, palam se verberibus malè mulctarunt. Sexta verò eiusdem hebdomadæ feria, puerorum sese cædentium agmen Gaspar instruxit, totoque nauigio admirabili Maurorū, Ethnicorumque spectaculo circumduxit. Itaque non defuerunt ex his, qui deserta perfidia, Christi fidem cæteris religionibus anteferebant. Tanti sunt vel apud barbaros veræ pietatis exempla. Mafcatum deinde Arabiæ Felicis oppidum Gaspar delatus, complures ibi reperit Lusitanos desertores, & exules, qui tanquam ad Asylum in ea loca perfrugerant. Descensione facta, semel atque iterum de Christiani hominis officio coram eius oræ Præfecto, alijsque præterea compluribus sub vmbraulo auscultantibus pro concione differuit. Vbi perorauit, plurimi ad confessionis Sacramentum, quo decimū, duodecimūve iam annum caruerant, accesserunt: quorum vt necessitati, studiisque seruiret, diem amplius vnum, Præfecti, populi que rogatu in eo ipso loco nauis substitit. A Mafcato prouectus Armuziam, haud à portu procul obuios habuit in duabus cymbis officij causa Vicarium Episcopi cum vniuerso Clero, & Armuziani Regis æconomum cum largo, lautoque cōmeatu: à quibus perhumaniter exceptus ad arcis Lusitanæ Præfectū Emanuelem de Lima honesto cum comitatu deducitur. Ibi cū inter sese Præfectus, & Vicarius de hospitalitate certarent, & Gasparē apud se vterque retinere percuperet, facile eam controuersiam Gaspar ipse diremit, ad publicū valetudinarium suo more diuertens, obstupescēte Præfecto tanta hominis summissione atque modestia: qui Patri confestim iussit apud ægrotos ædiculā exrui, cum pergula mōre gentis, vbi per æstiuos calores vulgò oēs nocturnis temporibus somnum capiunt. Est enim Armuzia nulla dote nisi cōmercij opportunitate nobilis: regio infelix, sterilisque. Nullus in arido, sitienti que solo dulcis aquæ fons, nullæ ad opacandum arbores, nihil tota insula ferme seritur, telluris humore absumente vi salis, cuius passim natiui montes existunt, cæsi que subinde renascuntur, tantæ acrimoniæ, vt quicquid eo aspersum fuerit, tandem exedat, atque conficiat. Sulphurata præterea multis locis tellus identidem flammam euomit: Auorumque memoria tota Insula septem ipsos annos arsisse fertur: cui fidem afferunt steriles montium vertices ab omnibus nudi virgultis, & ad iastar excocti lapidis rufi, cinerei que coloris. Nullas quoque fert ea insula volucres, nullum bestiarum genus, siue cicurum, siue ferarū. Sed cunctis non modo ad cibum, verum etiam ad potum rebus inuectis, & importatis vititur. Accedunt calores intolerabiles, ac longè quam sub æquinoctiali linea grauiorēs: cuius æstus causam in exhalatione calidas, siccasque referunt, quæ ex salso, sulphuratoque solo vaporent. Itaque per æsta-

126
Armuzia
situs, &
mores.

127
Nauigatio
Gasparis
Armuziana
per
uiliū Ve-
beribus.

128
Mafcatū
ex itinere
inuas.

129
Armuzia
aduectus
ad Noso-
comium
diuertit.

130
Armuzia
sterilissimæ
& calores
maximi.

tem quibusdam in nauiculis, puluillo capiti subiecto, vultu tantum extante interdiu, noctuq; aqua merſi vulgo homines iacent, Salubris tamen corporibus ea regio est: neq; vllus in ea morbus admodum diuturnus, ob plurimum sudorem fortasse, qui ex artibus perpetuo fluit: quo cum noxius etiam humor egeritur. Quamuis autem sterilitate infamis Insula sit, loci tamen, situfq; opportunitas, quod Persici sinus ostium obsideat, qua totius ferme Orientis mercimonia commeant, Armuziam Urbem in admirabilem celebritatem, frequentiamq; perduxit, Iudæis, Mahometanis, Abassinis, Armænis, Georgianis, alijsque plurimarum nationum, sectarumque Ethnicis, Christianisq; permixtis mercaturæ causa confluentibus. Nec minor in ea scelerum, quam hominum, nationumque colluies: summa diuini, humanique iuris ignorantia, impiæ superstitiones, contractus nefarij, incæsti, vagique concubitus, fidelium cum infidelibus infanda cõnubia: ex quo fiebat, vt Christiana proles à matribus educata in impios aliarum gentium ritus, moreſque transiret. Ad hanc igitur urbem non minus vitij, quam diuitijs nobilem delatus Gaspar, simul in eam pedem intulit, quasi ad aduentum eius, vt multi interpretati sunt, Satanas expauesceret, veritus ne diuturno eius Insulæ dominatu spoliaretur, insolitis, horrendisque motibus tota contremuit. Qui tremor cum ad plures dies continuasset, incredibili omnes formidine pauoreque perculit. Cuius occasione vltus inter concionandum peropportune diuinus Præco admirabili spiritus vehementia, terribiliq; cælestis iræ denunciatione sacrilegam promiscuarum nuptiarum consuetudinem, peccandique licentiam, magna ex parte discussit. Principio autem Præfecti, Optimatumque voluntates sibi conciliare aggressus, breuiter perfecit humanitate, submissione, prudetia, vt omnium nemo illis esset acceptior, nemo carior, idemque ad omnia publica, priuataque consilia adhiberetur. Præfectus verò, vbi totius antea actę vite peccata Gaspari semel aperuit, parentis eum deinceps numero semper habuit, omniaq; ex eius potissimum præceptis, consilioque gessit, & correctæ viuendi ratione cæteris vniuersis diuini honoris studio, liberalitate in pauperes, & pietatis officio præluxit. Per hos maximè viros de statu emporij, & generibus negotiorum, deq; hominum moribus probè Gaspar edoctus, neglectum, incultumque iam pridem per operarum incuriam agrum à vepribus, dumetisque purgare, quantum in ipso fuit, instituit. In tanta igitur errorum, nationumque colluie nullius salutem negligendam ratus, quo pluribus vnus ipse sufficeret, spatia temporis certa ratione dispensat. Quotidie pomeridianis temporibus pueris, Neophytisque, necnon sexus vtriusq; mancipijs vicatim ære campano coactis catechismum exponere, tanto reliqui vulgi, multitudinisque concursu, vt eos sæpè ædes ipsa non caperet. Nec ijs modo Christianas præceptiones, atque mysteria, solennesque precandi formulas edisserere, sed diuinarum etiam laudum cantica certis contenta numeris ita tradere, vt ijs mirum in modum allecti homines profanas sensim cantiones, lasciuasque dediscerent, & castissimo versu monitisque saluberrimis dies noctesque omnia vndique personarent, eo etiam nomine gestiente Caspare, quod insumpti olim à se in canendi arte labores bono animarum, & diuinæ gloriæ inferuissent. Res eo processit, vt easdem Mauri præceptiones, ac monita, perinde ac Christiani passim canerent. Simul etiam quotidianæ singulorum vitæ custodes Pater adhibuit, qui ad se quæ quisque peccaret, cuncta deferreret: propositisque præmijs ac pœnis, pudici paulatim, ac probi mores in vulgus inducti. Eadem illa rudimenta, legeſque serui mox heris, Filij parentibus, Christiani pueri Mahometanis æqualibus, alijsque priuatim edebant, vt eos ad Christum omni arte pellicerent. Iam verò cæterorum quoque salutem curare Gaspar aggressus, hebdomadę dies ita distribuit, vt secundam quamque feriam Ethnicis, sextam Mahometanis, Sabbatum Hebræis, quoniam sectæ illæ hos maximè festos obseruant dies, reliquos autem Christianis, quorum potissimum gratia in ea loca venisset, attribueret, atque dicaret. Ergo & ægrotis in Nosocomio, quoad licebat sedulus aderat, & custodias frequenter adibat. Conciones verò Dominicis diebus habebat tanto omnium ordinum atatumque concursu loca certatim occupatum, vt pene ante lucem templum auditoribus oppleretur. Earum verò fructus haud exiguus. Cum enim multi nitrum, ferrum, & cætera metalla, vetitasque merces alias ad Mahometanos inferrent, quod Pontificium anathema contra id facinus in Cœna Domini intorqueri solitum, vel penitus ignorarent, vel pro-

proterue contemnerent, docti quanto id reipublicæ damno, & animorum piaculo fieret, à quæstu plerique sacrilego destitire: & pro ea potestate, quam Gaspar habebat, in gratiam cum Ecclesia restituti. Plurimi à scortis, & nefario pellicatu diuulli. Sacerdos honoratus, ac locuples duarum concubinarum amoribus irretitus, ex quibus etiam liberos susceperat, salutaria omnia sui Præfulis monita respuebat: & à Gaspare priuatim admonitus, admonitionē videlicet illā permoleste tulit, verū cū speraret se aliqua ratione posse perficere, vt turpiter præuaricaretur & monitor, militare deinceps munera, & ad prandium inuitare, venientem domo tapetibus exornata, ramisque, ac reliquo omni humanitatis genere excipere: interim tamen ipse eodem in luto hætere, iisdem in sordibus volutari. Quod cū Gaspar animaduerneret, fecit aliquādo, vt pro concione in clericos generatim concubinarum amicos inucheretur. Sed, vt est suspicax malè sibi conscia mens, cū se propriè ea concione perstrictum sacerdos existimaret, dilapsa multitudine, sui similibus clericis, eademque notatis labe succinctus Gasparem adit, acrique oratione communem se contumeliam vlturos inuitantur. Gaspar, quanquam nullius in ea re culpæ sibi conscius, culpam tamen prouolutus ad pedes infimis precibus deprecatur: quæ illi submissione placati non nihil mitigatique discedunt. Postridie cū ad audiendum sacerdos iterum Gasparem reuertisset, & is, qui Christiana modestia, non segni metu, alienique impediendi sacrilegij, non sui defugiendi periculi pridie supplex acciderat, nihilo minore libertate eandem insectaretur intemperantiam, adeo est animo repente commotus, vt nullo modo à lacrymis, ac gemitibus temperaret. Dimissa concione, multis cum lacrymis humi stratus, veniam eorum, quæ pridie petulantius in Patrem iecerat, ab eo petit, collatisque in matrimonio concubinis, in virum alterum, & sui dissimillimū se conuertit. Eius exemplo laici cōplures admoniti, concubinas & ipsi vel ab sese amandarunt, vel matrimonio sibi legitimo coniunxerunt, aut etiam dicta dote apud alios collocarunt. Inde cū ad tollendas controuersias, & extinguendas inimicitias, quæ plurimè inter milites intercedebant, Gaspar animum adiecisset, monitis, & auctoritate sua viros aliquot de principibus perpulit, vt mutuo iunctis inter se dextris, & offensio-num venia vltro, citroque petita ad ipsas templi valuas magna populi frequentia redirent in gratiam. Conciliatis igitur inter se multorum animis dissidentium, teterrimam aliam humani generis pestem auaritiam, & fœnebre malum aggreditur. Quo in genere tanta erat nonnullorum impudentia, vt aureorum mutuatione vix decem iteratis per annum vsuris integra semper forte, seque, familiamque turpiter alerent. Ad hæc tollenda scelera singulis Sabbatis de auaritiæ peccato disputationes insigni cum fructu instituit. Nam qui prima luce ad argentarias tabernas protinus se conferre, atque ibi nullo recti, prauique discrimine fœnus exercere consueuerant, iam intima religione tacti domo templum recta ad rem diuinam, inde forum ad sua negotia petebant. Ibi tanquam in Academia de Christiani mercatoris officio, de iure mutui, de contrahendi permutandique legibus è Gasparis potissimum præceptis, actraditione quærebant. Itaque malè partæ pecuniæ restitutio plurima, vel in duplum iustis dominis facta est, aut vbi illi non appaerent, in pios vsus. Et vt semel Dei caritas, ac gehennæ formido auaritiæ claustra perrupit, elemosynæ etiam collatæ complures ad aureorum amplius septem millia: quibus & Nosocomij laxatæ sunt ædes, & orbantum virginum pudicitia, multorumque paupertati consultum. Opulenti præterea mercatores suas omnes vltro rationes Gasparis ad arbitrium detulere, parati quicquid à se fraudatum esset, non pecunia modo, sed vbi fatis ea non esset, etiam corporibus luere, nec defuere, qui veterum peccatorum pœnas, vt Deo penderent, Dominicis, festisque diebus ad templi fores celeberrimo populi conuentu sese publicè verberarent. Confitentium porrò numerus tantus erat, vt cū dies, ac noctes eis Gaspar adesset, vix interdum horæ spatium ad necessariam corporis quietem, quæ alio qui vel in otio summo triura fere horarum spatio finiebatur, eriperet. Et quoniam valentes, integrosque differre solitus, ægrotis potissimum, ac prostratis, qui cum periculo versabantur, operam dabat; plurimi Patris aures occupatas ab ægris, morborum simulatione captabāt. Complures autem ex ægrotis, & imbecilibus, quorum de salute desperauerant medici, confessione rite obita, (vt sacramenti vim agnoscas) valetudinē mirabiliter recuperabant. Nec deerant ne-

136
Quæritæ
intemperantia.137
Sublata
inimicitia.138
Et iniqua
cōmercia.139
Ardor pœnitentium.140
Terna horæ quietis nocturna Gaspari, interdum tantum singula.141
Simulans quidam morbum, copia Gaspari ad confessionem impetrens.

farij homines, atque sicarij, qui in maxima scelerum enutriti licentia, atque impunitate dicta Gasparis floccifacerent, præsertim è militum numero, qui mutuis odijs, & inimicitijs impliciti dictabant, malle se suas ultos iniurias in Tartarum trudi, quam ultionis omiſſa dulcedine in Cælum scandere. Quod hominum genus, vt etiam blasphemij, seditioſi, graſſatores, & alijs huiusmodi cooperti flagitijs, quæcumque Gaspar ſapienti ratione, optimoque exemplo conſtituebat, ea ipſi per ſummam licentiam diſturbabant. Qui quidem omnes, vt oppido pellerentur, egit pro viribus cum Luſitano Præſecto Gaspar, ſed propter multitudinem impetrari nõ potuit. Plurimos tamen ex ijs, quos monentis Patris manſuetudo non potuit, *plectentis Dei ſeueritas* emendauit. Monaianum in Perſidis continenti munitum Caſtellum eſt Armuzianæ ditionis, quo per inſidias ſubito ab hoſtibus occupato, miſſa extemplo ſunt recuperandi gratia militum quinque millia, & ijs additi Luſitani circiter quadringenti, Pantaleone Sà duce. Hos Gaspar, antequam egrederentur ad bellum, ad eluendas animi labeſ Chriſtiano ritu conatus adducere, vix id viginti perſuadere potuit. Venienti quæ ad ſe deinde ſalutandi cauſa Pantaleoni, veteri ſe admodum dixit, ne graues neglecti Numinis pœnas propediem Luſitani darent. Prædictioni reſpondit exitus. Namque arcem dum obſident, tetra Luſitanam cohortem morbi lues inuaſit, pauciſque diebus quinque & quadraginta conſumpſit: centum autem circiter percuffit hoſtis, cum alij ſuper alios caderent, & paſſim inſtar pecudum vulnerati iacerent. Tum demum victa contumacia eſt: & ex conſcientia delictorum ad vnum omnes ſempiterni exitij metu perterriti, Gaſparem inſclamare, & quam antea proterue reiecerant, conſeſſionem ſummis votis expetere. Aegrè igitur trahentes corpora Armuziam repetunt, Gaſparem quæ requirunt, vt reſiſpicentes exaudiat, & à peccatis abſoluat: nec enim alia ratione, niſi Deo propitiato ſperari poſſe de hoſte victoriam, aut ſi moriendum ſit, leuius id laturos, ſpe veniæ concepta. Gaspar cum vnus omnibus præſto eſſe non poſſet, ex ijs complures ad alios ſacerdotes illacrymans dimittebat. Sed vulgò negabant milites vlli omnino ſeſe niſi Gaſpari arcana ſui pectoris commiſſuros. Quocirca menſis vnus ſpatio, quo lues tenuit, ita diſtringebatur homo miſericors, vt vno, eodemque tempore, huic aures expromenti peccata, illi voces animam agentis, & orationis præberet officium; & muneri vtrique par eſſet. Quanquam autem id ille maximè ſatagebat, vt animorum morbis faceret medicinam, haud tamen curationem, quam poterat, corporum negligebat. Nam & iacentes identidem inuiſebat, & inter alia ſolatij genera, ſtipendiorum illis ara, vnde ſibi pharmaca compararent, à Præſecto curabat. Centum tamen vel hac adhibita diligentia, morbus extinxit. Cæteri verò animi, corporiſque recuperata ſalute, Monaianum reuertuntur. Verum cum bellum longius extraheretur, & amiſſæ arcis obſidio malè procederet, ſupplicationes ad Dei Matris adiculam, paſſibus ab Armuzia vrbe mille quingentis, Gaſpar indixit. Procedebant pueri ſupplicantes, & ſexus vtriuſque mancipia, nec non magnus Neophytorum numerus; quorum ad quinquaginta aſperis inſtructi flagellis ſua terga pulſabant. Sequebantur linteati cum accenſis facibus ſacerdotes, & extremum claudebat agmen multitudo promiſcua. Incedebant exalceati omnes, opem cæleſtem, ac pacem conſono clamore poſcentes: nec vllius fuit tam ferreum pectus, quod in petenda à Deo venia, lacrymis non maduerit. Haud in irritum fuſæ preces. Monaianum vi, & armis ad eam diem fruſtra oppugnatum, acceptis demum conditionibus, ipſi met hoſtes dederunt. Adeo ad victoriam exorandam plus pœnitentium preces, quam armatorum minæ valuerunt. Ea res præter ſpem nunciata ingentem Gaſpari cum apud omnes, tum apud milites gratiam, & reuerentiam peperit. Centurio repertus eſt vnus pellicum amoribus, quas perpetuo tres apud ſe habebat, inſanis, & in Deum, ſuperosque blaſphemus, qui Gaſparis proterue monita, & comilitonum derideret exempla. Is in arcis obſidione de medio repente ſublatus, grauiffimas impietatis ſuæ pœnas dedit: & qua raptus eſt hora, ea ſubito offundi tenebris cælum, ſæuire venti, mugire tonitrua, mixta grandini pluuia præcipitari, tanto rerum omnium tumultu, horroreque ſunt cœpta, vt alter alterum non agnoſceret. Semihoræ ſpatium tenebræ tenuère, vt vniuerſum credes ornatū hunc mundi dilapſum occidere & interire: & quod ſupremo mundi die futurū credimus, vt tum igneſcat, & occidat, cū refrigeſcet caritas, & abundabit iniquitas, id in vnus hominis

142
Quosdam
in celere
obſtinatos
diuina pœ-
na corri-
pit.

143
Quibus
reſiſpican-
tibus inſi-
gni cari-
tate Ga-
ſpar præſto
eſt.

144
Supplican-
tione re-
operatur
arx ex ho-
ſtibus.

145
Supplicium
diuinum
in homine
flagitioſo
& blaſpho-
mano.

minis obitu factum diceret, in quo vim caritatis omnem abundantia iniquitatis extinxerat. Alius prædiues, ac nobilis Lusitanus, sed vitij item notatissimus, Gasparem salutaria monita suggerentē auersari vsque adeo cœpit, vt eum spoliare vita omnino decerneret. Gaspar nihil eius pertinacia deterritus, magis, magisque pro illo preces, & obsecrationes instaurat: donec octauo die Lusitanus videre sibi illum sera iam nocte per quietem visus est suauissimo odore flagrantē, ore decoro, mirisque splendoribus radiantem, quibus totum cubiculum collucebat. Tum alter nescio quis astare Gaspari videbatur, qui hominem hæc videntem affatus, Cur, inquit, huic, scelereste, tua vlcera, & peccata non aperis? Nonne cernis quāta sit oris dignitas, quantus decor? Hic vero cum Lusitanus Gasparem manibus conaretur appetere, Paterque refugeret; ac frustrationem ille ægre admodum ferret, audita vox est monentis, in publico Valetudinario Gasparem diuersari, rem diuinam apud egrotos facturum. Admiranda somnij virtus ferreum pectus emollijt. Quippe is cum luce euigilans, nocturnumque visum animo reputans incredibilem vim lacrymarum fudir: accersitumque confestim è valetudinario Gasparem summis precibus obtestatur, vt confitenti det operam, paratus obire pœnas, quascunque præscribat. Mox tempestiuo aliquot dierum secessu, actæ ad eam diem vitæ noxas, quas adhuc nefarie suppresserat, salutariter enunciat, & ex Christiana denique perfectione vitam, moresq; componit, cuius rei cū alia multa non obscura signa prodidit, tum quod in egenos paucis diebus aureorum amplius mille quingentos impendit. Alium quendam Gaspar diu, multumq; cunctantem, ac tergiverfantem, tandem ad euomendam animi faniem, & confitenda peccata perduxerat: quorum enumeratio cum dies aliquot absumpsisset, pridie quam beneficium absolutionis acciperet, dum circa noctē mediam impositam à Patre pœnam perfoluit, ecce felibus, muribus, tetrisque alijs animalibus cubiculum repente completur. Cohorruit homo ad tam fœdum spectaculum, & peccatorū conscius, ne vius in Tartarum abriperetur, extimuit. Deinde vbi se ex pauore collegit, detractam è pariete Christi Redemptoris imaginem arcte complexus, magno clamore diuinum Numē implorat. Ad eas voces mōstra illa momento diffugiunt tanto cum strepitu, fremituque, vt domus tota concuti, & conuelli funditus videretur. Quibus ille spectris admonitus, quarum se bestiarum similem effecisset flagitiose viuendo, studuit in humana specie deinceps hominū more viuere, non vitam imitari bestiarum. Alius annos iam complures in flagitiorum cœno demersus cum inde sese extrahi minime pateretur, eamq; ob causam Gasparis colloquium atq; congressū omni animi prouisione vitaret: ipsum forte Gasparem, quem de facie non nouerat, obuium habuit: illatq; ab eo de confessione sermone, respondit malle se armata cū acie, quā cum Gaspare semel congredi, veritus deinde, ne si diutius in ea vrbe mansisset, ad id, quod adeo horrebat, adigeretur, mutare quamprimum sedem, & in Indiam migrare decreuit. Vix nauim ea mente conscenderat, cū subita vi morbi oppressus, ac simul iræ quodā diuinæ terrore correptus, in singula momenta mortem sibi suspicabatur instare, quicquid increpuiisset pertimescēs. Hisce timoribus anxius Armuziam iter cōuertit, nec prius aliquid habuit, cum in terram exscēdit, quā vt Gasparē supplex adiret, eiq; peccata cōfessus, concubinā, quam multos iam annos in delicijs habebat, ab se abijceret. Sanatis animi plagis, subinde etiam corporis sanatus est moribus. Centurio nobilis corporis viribus stolide ferox per insignē contumaciā, procacitatemq; totius pene Ciuitatis odia sibi cōsciuerat: ac proinde cū multis, vt fit, graues, & apertas inimicitias exercebat. Hūc diu, multumq; Gaspar ad morum modestiam, concordiamq; conatu semper irrito cohortatus, cū ei occurrisset in via, Quā me tædet, inquit, istius prosperæ valetudinis? Exorandus utiq; mihi est Deus, vt ad frangendā istius mētis duritiem, febri aliquā actutū immittat. Nec diu sui famuli Deus preces, & vota distulit. Breui Centurio sæua correptus febre Gasparē aduocat, & sua scelera confitetur. Quē deinde Pater apprehensum, inermē, ac supplicē, ad petendam ab inimicis veniam tota vrbe circūagit, tum cū alij lapidibus, alij gladijs, & sclopis instructi inuisum caput opperiebantur ad necem: quorum incensus ad vtrionem animi dolor Centurionis humilitate, & Gasparis autoritate mitigatus protinus est. Ita quod ferreus miles affectus audacia, & robore nunquam foret, vt totiras inimicorum frangeret, impetumq; comprimeret, id morbo subactus Christiana submissione perfecit. Alum item moribus perditissimis, ac sanguinarium in morbo,

146
Apparet
Gaspar bo
mini sceler
ste unde is
resipiscit.

147
Cuidam
penitentis
visa in cu
biculo vis
magna be
stiarum.

148
Morbo a
liis ad pe
nitentiam
adigitur.

149
Ferox er
iam miles
immissio
morbo
mansuescit.

150
*Gasparis
 prædictio
 peniten-
 tiæ auer-
 santi.*

confessionis causa Gaspar inuisit. At ille fracta nodum asperitate, sæuitiaque Patrem auersatus, vltro maledicta, & contumelias ingerit, certus nolle se inultum excedere: id ni faciat, se suumq; caput execrationibus, dirisque deuouet. Cui Gaspar ita ne, inquit. Atqui non ante crastinus occidet Sol, quam tu, quinquies Sacerdotem ad confessionem inclames, & quem paratum ad audiendum abijcis, frustra propemodum reuoces. Vt prædixit, euenit. Postera luce ante meridiem acri symptomate oppressus, posita repente ferocia, magnis vocibus sacerdotem implorat, ac parum affuit præcipitante iam vita, & sacerdote cunctante, quin sine præsidio illo, quod ante neglexerat, negotium de æternitate conficeret. Haud animorum morbis solum, verum etiã corporum vi supera, atq; diuina Gaspar occurrit. Primarij viti filius, febri grauissima laborabat, eademq; oculus erat diuturna tabe putridus, & acri tumore corruptus: cum remedia omnia morbi vis superaret, nec in humana ope quicquam iam spei, mærens Pater Gasparem obtestatur, vt pro salute carissimi filij semel rite sacrificet. Fecit ille quod rogabatur: & ipso die, quo salutarem Gaspar obtulit hostiam, non solum vniuersa febris abiit; verum etiam delapsis ex oculo grandioribus tanquam squamis de integro restitutum est lumen. Tum parens accito festine Gaspari, & gratijs actis, liberatum vtroq; morbo iuuenem vix præ lætitia sui compos, ostendit. At Gaspar modesto vultu Deiparæ Virgini, cuius votiuum fuerat sacrum, tantam virtutem, tamq; insigne miraculum tribuit. Idem cum pro amico rogatus pene iam animam agente fecisset, ille vix re diuina peracta conualuit. Nobilis item mulier à Dæmone propemodum obsessâ, spectrisq; horrificis agitata, nec satis mente constans, in vltimum erat iam adducta discrimen: euocatus à marito Gaspar, vt afflictæ, & exangui manus imponat, per occupationes ipse tunc adire non potuit: ceterum schedulam in scripto Ioannis Euangelio, & alijs quibusdam precationibus pro se mittit, quam Dæmoni, maloq; amoliendis mulier è collo suspendat. Id vbi factum, confestim leuata morbo, terroribusq; soluta surrexit. Hæc, & alia id genus à Gaspare cælestis cuiusdam virtutis edita documenta, miram ei apud omnes venerationem, & auctoritatem conciliarunt. Suspiciebant homines summam in eo paupertatem, & in tantis animi bonis, tantaq; doctrina tantû sui corporis, vitæq; neglectum, magnam præterea rerum omnium humanarum despicientiam; qui nullum ex tot laborum contentionibus præmium, nullam mercedem præter vnâ animorum salutem, bonumq; requireret. Itaque cum vulgo ab omnibus haberetur vt sanctus, ob frequentes salutantium occurrationes nudo erat ei semper capite per vias publicas incedendum. Eodẽ

151
*Reddit
 valetudi-
 nem agro-
 ris multis.*

que puerorû turbam ad catechismum tintinnabulo conuocante, fenestræ omnes *Christianis*, Maurisq; fœminis cõplebantur partim piam sacerdotis sedulitatem admirantibus, partim miserantibus egestatem: eiq; ex itinere obuiam factæ, flexis illico genibus vestes certatim osculabantur, & manus. Quibus populi studijs ceteri sacerdotes inuidiæ facibus inflammati, questi sunt apud Gasparem, vnum illum ipsum cunctorum confessiones excipere, contemni se, nec in partẽ vllam vocari laboris. Quibus ille respondebat, testes eos, qui accederent, esse posse, quam nullo artificio, blanditijsq; homines ad se alliceret: vltro autem venientes repellere æquum sibi non videri. Cum vero illi consilium ea de re inissent, multis dictis sententijs, statuerunt deniq; perspicuo Dei nutu, voluntateq; id accidere, qui Gasparem ijs ornasset, instruxissetq; bonis, vt eum omnes merito sequerentur. Itaq; inuidia in benevolentiam versa, sua deinceps studia ad eum amandum, & cõplectendum cum cetera multitudine coniunxerunt. Plurimis Societatis iniecta mens est, è quibus ille paucos elegit, quos scilicet ad perfectam vitam, ac sanctitatẽ euidenti impulsu diuinus spiritus, instinctuq; vocaret: in ijs vnum, qui audita eius concione, detracta sibi in oculis multitudinis vestimenta, & cetera, quæ habebat, omnia diuisit egenis: idemq; noctu cubabat humi nudus ad imam crucẽ: interdum vero totum sese ad ægrotantium, & egenorum impendebat obsequia. Is vulgo visus est insanite. Sed exposita Gaspari suæ mentis, conuersionisque ratione verè sapietiæ cõsultissimus est repertus. Ardebat cupiditate martyrij, & sperabat ad Euangelium disseminandum potestati sibi fore in Persidẽ penetrãdi. Alius auditus inter ludũ à prætereunte Gaspare maledicta dicere, ab eoq; grauius increpitus, cõfestim relicto ludo, monitorem sequutus est suum, nec ab eo discessit amplius. Haud absimilis ceterorum vocatio fuit. Sed fama Gasparis, atque fructus non vna continebatur Armuzia: transuolabat Persidẽ, & Ara-

152
*Magna
 auctoritas
 Gasparis
 è operib.
 miran-
 dia & san-
 ctæ vitæ.*

biam:

153
*Liquot
 socios
 scisciti.*

Digitized by Google

biam: & quas pede non poterat regiones, fama, & nomine peragrabat. Germanus erat genere Ioannes nomine, Coloniae natus parentibus locupletibus, qui Turcarum in Oppido Catifa non longe ab Armuzia finibus pro Mahometano annum iam decimum se gerebat, tormentarij pulueris artifex, atque ob id ipsum genti percarus. Is audito Gasparis nomine, & que ab eo gerebantur Armuzia, constituit prorsus ab impio ministerio ad Christi famularum, si Gaspar adiuuaret, redire quamprimum. Sed cum atramenti non esset copia, quo literas exararet, è diluto sulphuris puluere, literas ad eum scripsit, latino, belgico, francoque sermone, vehementer optare se, modo apud Lusitanos tuto liceat commorari, Armuziam accedere, & Christo Domino, per Sacramentum Pœnitentiæ reconciliari. Gaspar eo nuncio lætus, ex tempore rescribit, fidenter accedat: sibi ac Lusitanis aduentum ipsius gratissimum fore. Hæc epistola à Catifano Præfecto intercepta Ioannis consilium prodidit. Confestim à Turcis de ipsius religione quaesitum. Ille vero intrépide se Christianum fateri, atque ad omnia tormenta, necemque promptum exhibere pro Christo. Inde furentibus Mahometanis fœde laniatus, atque dissectus, ad vltimum vsque spiritum in veræ fidei confessione permansit. Caput ab scissum, & prælongo infixum hastili Turcæ in arcis mœnibus posuerunt. Haud ita multa post à Lusitana classe capto Oppido, atque direpto, Gasparis epistola apud Præfectum reperta, eo que iudicio de Ioannis nece cognitum. Ergo reflexum è vestigio Martyris caput Armuziam accurate transmittitur, idque à Gaspare postea cum psalmodia, & laudatione perhonorifica acceditum est. Atque hæc ab ipso Gaspare in Christianos, & eos, qui ad Ecclesiæ ditionem quoquomodo pertinent, sunt profecta. Iam in Ethnicos, Maurosque & cæteros infideles haud segnior eius caritas, & cura fuit. Quippe in omnes paternos gerebat affectus: & quo magis in lubrico salus hominum verfabatur, eo misericordia in eos maiore tangebatur. Quomodo enim tenerum illud, & pium pectus non totis commoueretur præcordijs, cum tantam, tamque diuersam superstitionum, sectarumque turbam, tot à Deo conditas animas certum ruentes ad exitium animaduerneret? Erant, vt sæpe significauimus, in vna eademque vrbe præter Orthodoxos, Hæreticos, ac Schismaticos cunctarum prope sectarum, tum Iudæi, Turcæ, Ethnici, denique ex impijs religionibus fœda colluuijs. Quæ miseranda species cum pios in Gasparis oculos quotidie incurreret, existimari potest, quantum ei doloris, & cruciatus afferret. Atque vt de vnis duntaxat Ethnicis dicam, quorum quodammodo insana magis, & deploranda cæcitas est, quis sicis oculis præteriret cum passim ab eis cerneret diuinitatis honores mutis animantibus tribui? Nam & serpentes, & vaccas vulgo colunt. Vaccisque libere per urbem vagantibus, ad ædium vestibula, quæ apud eos ampla sunt, aquam ad potum exponunt, magno vtique emptam, cum nusquam in insula (vt supra dicebamus) dulcis aqua reperitur: ijdem mos est curru triumphales ingentes extruere, in quibus vehuntur multi Pagodibus immolandi: & ipsimet cultris, ac nouaculis se incidunt, donec ex curru mortui decendant. Occisorum porro carnes arcibus eiulantur in populum, qui certatim eas studet arripere religionis causa. Nec de populo sæpe desunt, qui eadem adducti superstitione sub rotas currum sese vltro coniciant, & insana religione comminuant: quod nihil gratius suis se Dijs facturos sibi persuadeant, quam si eo leri genere sese mactent, ijsque sacrificent. Cum vir decesserit vxor viua comburitur, & sexcenta id genus apud Ethnicos digna lacrymis Gaspar inuenit. Quibus erudiendis cum vnu. inter hebdomadam diem, vt diximus, tribuisset, plurimos à suis auocauit insanijs, plurimos conuertit ad Christum. Atiebant Ethnici, & qui Deum penitus ignorabant, non vnus Christianus, sed sibi quoque, & cuicumque hominum generi Gasparem missum, vt cunctos naturæ legem, & rationis præcepta doceret. Saraceni vero, qui prius hominis paupertate contempta, conuicijs eum, ac probris cœno, ac lapidibus appetebant, postea admirati virtutem, cælestique philosophiam, qua Christianos iubebat sua cuique reddere, nullo habito religionis sectæque discrimine, siue Christiano, siue Saraceno, contemptum in venerationem, ludibria in honores, & officia conuerterunt. Obtulerunt ei splendidam vestem, ac pretiosam, quam cum suis sordibus, vilique tunica commutaret. Sed ille paupertatis amatorem se esse contestans, eam vltro remisit. Complures suo Mahometo, Christianæ legis admiratione, relicto, sequuti sunt Christum: & qui in suis tenebris, ac cæcitate perstabant, ij nihilominus tantum ei habebant honoris, vt

cum

154
Ioannes
quidam
Cœnien-
sis, pro Chri-
sti fide
mactatur.

155
Opera à
Gaspare
impressa
Infidelibus

156
Superstio
Ethnicorum
Armuzi-
anorum.

157
Gaspar
Ethnicis
quoque, &
Mahome-
tarijs &
Iudæis ve-
nerationi.

cum magnum sacerdotem Christianorum appellaret: & in Coranum suum, quo Christianis intulisse pedem capitale est, prehensa ad osculum subinde manu vesteque, magno comitatu perduxerint. Nec abnuit Gaspar quò ducebatur ascendere, quo certius, propiusque gentis ritus, ac superstitiones refutandi causa cognosceret. Haud minore in existimatione apud Iudæos eius sanctitas erat: quem in Synagogis suis Sabbato disputantem, atque docentem erectis auribus auscultabant: eumque Zachariæ filium Joannem Baptistam appellabant. Quo ex numero semper aliqui Gasparis disputatione conuicti, & suæ iam pertæsi perfidiæ, fidei obedientiam amplexabantur. Par ei cura differendi cum ceteris sectis, cum se dabit occasio, præsertim cum Mahomericæ: cuius ille perebat capita, & legis peritos prouocabat ad pugnam: qui cum diu (vt solent) congressum, altercationemque defugerent, tandem veriti, ne, si pergerent certamen abnuere, causæ diffidere viderentur, Persam ætate prouectum, qui non Mahomericæ volumina tantum, sed etiam Aristotelem lectitarat, & medicam tenebat artem, in medium producunt. Is, siue medicamentis, & robore naturæ fretus, siue audaciam simulans, Gaspari sponsonem obtulit, vt in montem natiui salis squallidum, ac desertum, & omnis inopem alimenti secederent ambo; vter autem in eo monte diutius in ediam tolerasset, eius religio potior, ac sanctior haberetur. Ad id Gaspar respondit, Tentandum non esse Deum: hominem à mutis animantibus ratione, & oratione secerni: ratione prius agerent, & concertatione verborum: deinde, si lis ita decerni, & controuersia non posset, tum demum sponsonem certarent. His philosophus auditis, rubore statim, mox pallore suffundi; ad extremum pudorem vincente metu, in aliud tempus rem trahendam censuit. Cuius vxor, & filia, quæ præsentibus aderant, è nobili Zeidensi familia, quam ferunt ab ipso Mahometo originem ducere, non vulgari indole, & ingenio fœminæ, coniugis, ac parentis animaduersa formidine, contra vero hominis Christiani constantia, sapienter argumentatæ sunt, nihil solidum, atque sincerum patriæ sectæ, disciplinæque subesse. Dein afflata diuinitus baptismum à Gaspare seorsim petunt. Gaspar illustres fœminas fidelem apud amicum, & probum catechismi causa in hospitio locat. Ea re cognita Persa iniuriam dolenter expostulat. Coniugem, & filiam repetit. Gaspar contra, nihil iniuria factum dicere: fœminas vltro, ac sapienter sibi consuluisse: multisque vltro citroque habitis, nouam philosopho conditionem ferre: relictam paulo ante disputationem ex condito repeterent: testes adessent: Si Persa victor euaderet, fœminas sane domum suam abduceret; sin victus, vna cum illis ipse quoque Christianus fieret. Eam conditionem Philosophus, quia amor, & necessitudo, & ratio præterea dignitatis vrgebat, quanquam inuitus accepit. Dicta certamini die conuenere sponsonis iudices, spectatoresque non sine interprete, & scriba publico, qui dialogum literis ex fide mandaret. Gaspar, vt se quoque Dialecticis imbutum ostenderet Persæ, acutis conclusionibus, & argumentis effecit, primum Dei naturam minime solitariam, aut infœcundam esse: eoque illum disputando perduxit, vt Deum trinum, & vnum ex fidei orthodoxæ decreto, & confessione concederet: deinde Christum verum Deum pariter, & hominem duplici natura in vnam coeunte personam, non solum de Spiritu Sancto conceptum, & è Virgine natum, verum etiam ad reconciliandum humano generi Patrem sponte subijisse mortem, & durissima quæque perpessum. Denique variè argumentando, ratiocinandoque hominem adduxit, vt Christi legem, ac disciplinam dignam esse fateretur, quam prudentissimus quisque susciperet; Mahometanâ vero nec sine dementia posse suscipi, nec sine pertinacia defendi. Vbi ad hunc locum ventum est, nouo perfusus gaudio Gaspar instare rursus cœpit, & clarius eandem confessionem exprimere. Verum confusus, perturbatusque philosophus tam longe se progressum ingemuit, & ne manus dedisse videretur, negotia excusare domestica, subitoque se in arenam, ne datam fidem falleret, descendisse. Denique vt proferretur dies, dum certis libris lectitandis rediret instructior, fractis conditionibus postulauit, Inde furtim ex vrbe ad vicinum Dynastam consultantis gratia secessit: à quo acriter obiurgatus, quod cum veteratore, ac venefico (sic enim Gasparem appellabat) egressus, Camelis in Persidis interiora transmittitur; quibus ex latebris, exilioque nunquam amplius reuertit. Insignis ad Caciziorum dedecus (quo nomine Mahometanæ atque Ethnicæ superstitionis, Antistites appellantur) ea fuga fuit. Vulgo etenim fractum, & abiectum Persam

fam latebras quæfisse narrabant. Vxor autem eius, & filia Christianis institutionibus erudita diuifis in pauperes aureorum millibus ferè quatuor, apparatu foleenni, atque pompa, fummoq; omnium gentium, ordinumq; concursu baptizatae sunt: & cohonesto matrimonio collocatae.

Eodem anno patefactus est aditus, & Euangelio, & Societati nostræ in Iaponias insulas optatissimo appulfu Xauerij. Is Goam è Cambaïæ regno reuerfus, distributo Patribus notiore ad Orientem orbe (vti supra demonstratum est) & constituto Goani Collegij Rectore Antonio Gomio, Indicæ verò prouinciæ Paulo Camerte, omni celeritate profectiorem Iaponicam ad-

ornabat. Dissuadebant amici, & difficultatibus, ac periculis ingerendis tali ab itinere deterrebant. Nam primum recens appulfæ Malaca naues nunciabant bellum contra Lusitanos in Si-

narum portibus comparari, vt ad eos portus accedere, quâ Iaponia ipsa petitur non liceret. Dein proponebant amici ante oculos modo locorum interualla longinqua (abest enim ab Iaponibus Goa leucas amplius mille trecentas) modo illius pelagi naturam sæui, atque asperi,

quod suis vorticibus totas sæpè naues absorbet; modo etiam pyratarum excursionses, & latrocinia, & super hæc omnia subitas ventorum procellas, quos Typhones appellant, in ea vel maxime plaga furere consuetos, & ipsa cum oneribus vectoribusque nauigia in asperum sæpè litus,

ac laxa torquere, vel in medio salo rotata deprimere. Hæc, & alia multa cum ad timorem obijcerentur Xaueriosis & contemnendis iam periculis affluetis, vbi religionis propagandæ facultas se dedisset, atque ad eò indignum existimans inde cælestium mercatores opum metu discriminum deterreri, vnde terrenarum non arcerentur, inuicta constantia respondebat, nihil eorū se prorsus extimescere, cum rerum omnium Domino, atque arbitro deseruiret, cui animata pariter, & inanima famularentur ad nutum. Seruorum autem Dei animos magis in periculis con-

quiescere, quam in portu: nec maiorem se vnquam sensisse quietem, quam in æstu ipso laborum, atque discriminum. Stimulabat eum ad iter illud genus hominum illius Orbis egregijs à natura donis instructum, & (vt aliquorum Iaponum iam vsu compererat) ingeniorum nobilitate, atque acumine ad percipienda Christianæ fidei mysteria maxime aptum. Cumque iam Indi triginta de Societate magistros, ac vitæ duces haberent, existimabat tuto se posse, & sine re-

gionis Indicæ detrimento constitutum iter arripere. Duobus igitur de Societate comitibus, Cosmo Turriano, & Ioanne Fernandio Hispanis, de externis verò Paulo, famulisque: Iaponibus Ioanne, & Antonio Cocinum à Goa primum, inde Malacam perrecturus, Aprili ineunte discessit. Præerat ei nauigio Iacobus Noronia, quem cum cæteris vectoribus prudens Pater,

quo faciliores sibi aditus ad eorum curandos animos aperiret, studuit sibi prius omni comitate & affabilitate sermonis obstringere: nec abnuit ea de causa subinde cum ludi ferebat honestas, spectare ludentes, & super ludum false dicta miscere; vt Noronia, qui nondum satis hominem nouerat, nec eius mentem propius inspexerat, cum familiaribus de illo colloquens, dictitaret

vnum è populo, yideri Xauerium; nec illius sanctitatem vulgi sermonibus respondere. Verum suam breui Noronia sententiam mutauit, cito retexit orationem. Appulso a quationis gratia nauigio, Xauerius in desertum, ac solitarium locum secesserat ad orandum, & in eo totus Deo, extra se positus, fruebatur; iam nauis ab aquatione soluebat, cum sensit Præfectus vnum desiderari Xauerium. Mittit igitur extemplo, qui hominem ocuis ad nauim reuocent, diuque vobibus frustra quæsitum, tandem in secessu alienatum à sensibus in precatione reperiunt. Eius rei

fama per totam nauim momento dispersa, Xauerio cumulate reddidit, quod comitas non intellecta sustulerat. Præfecto, cæterisque vectoribus maiore fuit in honore, pretioque deinceps: & eius monitis, ac præceptis facilius aures cuiusque patuerunt. Cocinum vt ventum est, ad Franciscanos suo instituto diuertit. Hic rogatus à ciuibus, vt aliquot de Societate suæ Ciuitati concederet, sed em idoneam & necessaria cuncta pollicitis, is Iaponicæ profectiōis cogitatione suspensus, Petro Confaluo Episcopi Vicario totius rei permisit arbitrium, vt cum Camerte

& Gomio, quos cæterorum Moderatores reliquerat Goæ, ea de re decerneret. Erat tum Cocin-

ni, quem in Molucum destinatum supra memorauimus, Alfonso Castrius, quem publicè de suggestu auditum, probatumque Cocinenses à Xauerio flagitarunt. Sed is tanquam eius palme gloriosæ prælagus, quam interfectus à Saraccenis pro religione Christiana in ijs erat regionibus

diuifis in pauperes aureorum millibus ferè quatuor, apparatu foleenni, atque pompa, fummoq; omnium gentium, ordinumq; concursu baptizatae sunt: & cohonesto matrimonio collocatae.

Eodem anno patefactus est aditus, & Euangelio, & Societati nostræ in Iaponias insulas optatissimo appulfu Xauerij. Is Goam è Cambaïæ regno reuerfus, distributo Patribus notiore ad Orientem orbe (vti supra demonstratum est) & constituto Goani Collegij Rectore Antonio Gomio, Indicæ verò prouinciæ Paulo Camerte, omni celeritate profectiorem Iaponicam ad-

ornabat. Dissuadebant amici, & difficultatibus, ac periculis ingerendis tali ab itinere deterrebant. Nam primum recens appulfæ Malaca naues nunciabant bellum contra Lusitanos in Si-

narum portibus comparari, vt ad eos portus accedere, quâ Iaponia ipsa petitur non liceret. Dein proponebant amici ante oculos modo locorum interualla longinqua (abest enim ab Iaponibus Goa leucas amplius mille trecentas) modo illius pelagi naturam sæui, atque asperi, quod suis vorticibus totas sæpè naues absorbet; modo etiam pyratarum excursionses, & latrocinia, & super hæc omnia subitas ventorum procellas, quos Typhones appellant, in ea vel maxime plaga furere consuetos, & ipsa cum oneribus vectoribusque nauigia in asperum sæpè litus, ac laxa torquere, vel in medio salo rotata deprimere. Hæc, & alia multa cum ad timorem obijcerentur Xaueriosis & contemnendis iam periculis affluetis, vbi religionis propagandæ facultas se dedisset, atque ad eò indignum existimans inde cælestium mercatores opum metu discriminum deterreri, vnde terrenarum non arcerentur, inuicta constantia respondebat, nihil eorū se prorsus extimescere, cum rerum omnium Domino, atque arbitro deseruiret, cui animata pariter, & inanima famularentur ad nutum. Seruorum autem Dei animos magis in periculis con-

quiescere, quam in portu: nec maiorem se vnquam sensisse quietem, quam in æstu ipso laborum, atque discriminum. Stimulabat eum ad iter illud genus hominum illius Orbis egregijs à natura donis instructum, & (vt aliquorum Iaponum iam vsu compererat) ingeniorum nobilitate, atque acumine ad percipienda Christianæ fidei mysteria maxime aptum. Cumque iam Indi triginta de Societate magistros, ac vitæ duces haberent, existimabat tuto se posse, & sine re-

gionis Indicæ detrimento constitutum iter arripere. Duobus igitur de Societate comitibus, Cosmo Turriano, & Ioanne Fernandio Hispanis, de externis verò Paulo, famulisque: Iaponibus Ioanne, & Antonio Cocinum à Goa primum, inde Malacam perrecturus, Aprili ineunte discessit. Præerat ei nauigio Iacobus Noronia, quem cum cæteris vectoribus prudens Pater, quo faciliores sibi aditus ad eorum curandos animos aperiret, studuit sibi prius omni comitate & affabilitate sermonis obstringere: nec abnuit ea de causa subinde cum ludi ferebat honestas, spectare ludentes, & super ludum false dicta miscere; vt Noronia, qui nondum satis hominem nouerat, nec eius mentem propius inspexerat, cum familiaribus de illo colloquens, dictitaret vnum è populo, yideri Xauerium; nec illius sanctitatem vulgi sermonibus respondere. Verum suam breui Noronia sententiam mutauit, cito retexit orationem. Appulso a quationis gratia nauigio, Xauerius in desertum, ac solitarium locum secesserat ad orandum, & in eo totus Deo, extra se positus, fruebatur; iam nauis ab aquatione soluebat, cum sensit Præfectus vnum desiderari Xauerium. Mittit igitur extemplo, qui hominem ocuis ad nauim reuocent, diuque vobibus frustra quæsitum, tandem in secessu alienatum à sensibus in precatione reperiunt. Eius rei fama per totam nauim momento dispersa, Xauerio cumulate reddidit, quod comitas non intellecta sustulerat. Præfecto, cæterisque vectoribus maiore fuit in honore, pretioque deinceps: & eius monitis, ac præceptis facilius aures cuiusque patuerunt. Cocinum vt ventum est, ad Franciscanos suo instituto diuertit. Hic rogatus à ciuibus, vt aliquot de Societate suæ Ciuitati concederet, sed em idoneam & necessaria cuncta pollicitis, is Iaponicæ profectiōis cogitatione suspensus, Petro Confaluo Episcopi Vicario totius rei permisit arbitrium, vt cum Camerte & Gomio, quos cæterorum Moderatores reliquerat Goæ, ea de re decerneret. Erat tum Cocin-

ni, quem in Molucum destinatum supra memorauimus, Alfonso Castrius, quem publicè de suggestu auditum, probatumque Cocinenses à Xauerio flagitarunt. Sed is tanquam eius palme gloriosæ prælagus, quam interfectus à Saraccenis pro religione Christiana in ijs erat regionibus

161

B. Xauerius ab

ad eundem

Iaponia

nullis periculis deterritur.

162

163

Cū Cosmo

Turriano,

Ioanne Fernandio

ex India discedis.

164

Comitas

periculosa

nisi exitus ad

iungatur.

165

Res à B.

Xauerio

ex itinere gesta Cocini.

166

Rerum oc-

cultarum

cognitio,

Cocinensium præ-

ditiō.

inuenturus, cum Emmanuele Morale porro illuc voluit pergere. Eadem in vrbe cum in veterem suam Xauerius amicum Iacobum Madeiram occurrentem ad manus osculum incidisset, peruncatusq; ex eo, quam rectè valeret, ille, rectè admodum respondisset: Xauerius, qui conceptam in eius animo fraudè, quam mox destinarat admittere, Deo indicante peruiderat, Rectè tu quidem, inquit, corpore, non item animo vales. Quia ille tam certa vaticinatione perstrictus, è vestigio secutus est Patrem: nec dubitauit se ipse ei per confessionem aperire, cui iam se viderat diuinitus patefactum: confessionem verò secuta est morum, vitæque præteritæ castigatio. Septimo Kalendas Maij Xauerius Cocino soluit. Ac dum Nachuaras insulas præteruehitur, exorta repentina tempestas biremes duas ad ima demersit; onerariam verò Xauerij nauim satis per se imbecillam, ita iactauit, atq; cõcussit, vt mortis obiectu nauæ de iactura iam facienda leuandi nauigij causa cogitarent. Sed vetuit Xauerius meliora pollicitus, omni asseueratione confirmans, priusquar. Sol se cõderet, terras apparituras. Prædictionem Sol occidens affirmavit, cum in conspectum se terra dedit, & tranquilla: o iam mari, nauigiū incolume Malacam appulit. Hic veterem amicū Vicarium, febrium ardore delirum, nec minus animi quàm corporis saluti diffusum offendit. Ergo pro eo sacrificiorum certum numerum Deo vouet. Eo voto facto respuit sine mora Vicarius, & mente composita, peccata confessus, cum spe immortalitatis excessit. Malacæ item dum nauigationem Iaponicam opperitur, homines perditissimos, maximeq; meretricijs amoribus implicatos ad meliora traduxit. Et quidem cuidam mercatori se ipsum conuiuam offeredo, in familiaritatem intimam illapsus, septem ipsas dicitur, quas ancillarum nomine alebat pellices, sensim aliam post aliam detraxisse, eidemq; ad accuratam confessionem perdueto facile persuasisse, vt eas honeste sc̄minas in matrimonio collocaret. Hæc erat diuina Xauerij ars, qua morbis hominum veluti prudens medicus medebatur, tempestiua dissimulatio: vt cum in eorum se familiaritatem: penitus insinuasset, tum demū eos suorum vitiorum comiter, & sine arbitris admoneret. Ex quo fiebat, vt quemadmodū remedia minime exulceratis, sed lenitis iam animis adhibebat, ita eorum esset sanitas, & curatio præstantior. Cuius etiam rei documentū illud est: quod cum in eodem Malacensi cursu, eodemq; nauigio vector esset apertissima concubinæ societate apud omnes infamis, nec Deum timens, nec homines reuerens; Xauerius tam arctam cum eo familiaritatem, & amicitiam iniijt, vt cæteri vectores, quanquam non ignorabant singularem Patris in hominum curandis ingenijs, morbisque prudentiam, nec plerosque lateret tempestiua dissimulationis artificium, tum tamen plus solito demirati secum ipsi dicerent, quod olim Pharissæus ille tacitus de Christo dicebat, Hic nescit utique quis, & qualis sit homo iste, quo tam libenter vititur. Verum nauigatione peracta suum senserunt errorem. Xauerius enim cum egrederetur è naui, suū illum compellans amicū, Heus, inquit, Domine, nunc demum tempus est. Cui ille, sentio, inquit, quid Pater velis: & concubinam à se cito dimissam honestissime collocauit. Dum in his Xauerius curis nauigationis tēpus Malacæ moratur, duæ res admodū lætæ, quæque desiderium ei Iaponicæ profectionis acuerēt, afferuntur. Altera quod in Iaponia Dynasta quidam mentem ad Christi legem adiecerat, legatumq; ad Indiæ Prætorem miserat cum mandatis, vt sacerdotes aliquot, vnde sanctam legem perdiceret, postularer. Altera quod inter Iapones etiam diceretur in insula quadam Sacrosanctæ Crucis insignia in honore iam esse: eaq; passim ab incolis in ædium suarum vestibulis ad fugandos dæmones excitari, quo maximè præsidio vti solitos Lusitanos aduersus Dæmonum formas, & terra monstra cognouerant. Quippe in oppido quodam cum deserta quædam spectris dæmonum domicilia, & terriculamentis infesta Lusitanis mercatoribus rei totius ignaris ad hospitium Iapones assignassent, eorum edocti periculo, exemploq; senserunt, nihil esse aduersus ludibria, terroresque Dæmonum Christi Cruce præsentius. Quocirca spe cõcepta Xauerius crebræ ex Satana in Iaponia victoriæ, quando eo iam tot essent venerandæ Crucis inuicta trophæa, gestiebat quam primū in ea loca migrare. Verum Lusitano destitutus nauigiō, Sinam Ethnicum nauicularium, cui cognomen erat Latro, Deo tamen magis, quam barbari fide confilius adhibere non dubitans, certa cum eo mercede transegit, vt relictis ad læuam Sinis, sese in Iaponiam cum comitibus extemplo perduceret. Iunio igitur mense, data sibi à Nauarcho fide,

167

Res: g: sta
Malaca.

168

Sapientia
Xauerij in
curandis
animis.

169

Lætis de
Iaponia
nauigijs in-
citatur
ardor Xa-
uerij.

170

Vis Crucis
aduersus
dæmones

171

Ethnico
Nauicula-
rio se
credidit

Præto-

Prætorique Malacz, ipso S. Ioannis Baptistæ natali die Malaca discessit, explorata prope spe felicis euentus, & impedimenta Satanæ perrumpendi. Quam quidem in eo fiduciam alebat gemina illa cogitatio. Primum, quod Deus, qui suum cõsiliũ intueretur itineris, sibi testis esset, nihil ab se aspectari aliud, nisi vt animæ ad eius similitudinem conditæ Conditorem suum agnoscerent; & debitum ei cultum, honoremque tribuerent: deinde, quia cum eius prouidentia, nutuque non modo homines, verum etiam Dæmones regerentur, rabiem illi suam in se exprimere, nisi Deo coniuente, & permittente nõ possent. Hæc tam salutaria cogitata non mediocriter confirmabat Ignatij dictum, quod propositum ferè semper habebat: Societatis hominibus enitendum esse, vt se ipsi vincerent, timoresque ab sese omnes abijcerent, qui Dei fiduciam minuerent, impedirentque; quominus spem omnem in vno Deo reponerent, ac locarent: cuius quidem assequendæ spei gratia, vias omnes indagandas, ipsum tamen fiduciæ fundamentum, si quidem Dei munus est, collocandum vtique in eo esse, cuius ad arbitrium ea plerumque; fiducia ijs, qui se vicerint, impertitur. Has præclaras cogitationes vt cum actione coniungeret, instans iam necessitas postulabat. Quippe instituta secundissima nauigatione Nauarchus cõtra fidem interpositam (quæ barbarorum perfidia est) Iaponici itineris cursu, cõsilioque; mutato, tempus de industria in obuijs insulis temerè consumebar. Pupugit ea res Xauerium vehementer, veritù ne secundis abuli ventis exacta mox ætate cogerentur in finibus hyemare Sinarum. Augebat dolorem pij Patris barbarorum plurima superstitio, qui passim execranda in eius oculis sacra suo operabantur Idolo, quod illi cereis in puppi compluribus, & odoribus ex aquilano ligno incensis ad amentiam venerabantur, Dæmonemque; sæpè sortibus consulebant, vtrum secundis essent vsuri ventis, si Iaponiam peterent, & tempestate percommoda: Xauerius autem commemorandis Nauarcho pignõribus, & minis precibus permiscendis, tandem impulit reluctãtem, vt iter in Iaponiam dirigeret. Sed eo in itinere Satanas, qui præclara Xauerij incœpra, atque consilia ferre non poterat, miscebat subinde sortes, ne Patris ex sententia properantis in Iaponiam, eductæ caderent. Iamque erat in cursu nauis, cum visum est barbaris ductis iterum sortibus ex Diabolo percunctari num ea nauis ex Iaponia sospes esset reditura Malacam. Edita fors est, in Iaponiam quidem peruenturam, sed Malacam minime reuersuram. Tum verò illi hædere, & in annum proximum Iaponica profectioe dilata, apud Sinas hybernare cõstituunt. Lente igitur prouehantur ingemiscète Xauerio, qui profectioem suam Dei causa susceptam ad Diaboli nutum, arbitriumque; dirigi videbat ab Ethnicis: doloremque geminus vno die casus, & miserabilis auxit. Die B. Magdalenzæ sacro sub vesperam intumescente fluctibus mari, cum nauis iactis anchoris fluitaret in salo, vnus è Xauerij comitibus Emmanuel Sina in apertam forte sentinam nauis iactatione prolapsus, à capite vmbilico tenus in imo demergitur. Inde agrè extractus omnium opinione mortuus, cum diu exanimis iacuisset, & graue vulnus accepisset in capite, tandem Dei benignitate precibus Xauerij ad salutẽ reuocatur. Sub primam Emmanuelis curationem, cõsimili agitatione nauigij Nauarchi filia in altum excussa, sub ipsis parentis, & cæterorũ oculis fluctibus hauritur. Tum verò lugubris clamor barbaro vlulatu, planctuque permixtus, qui diem illum, noctemque; tenuit, exoritur. Inde ad Idolum sacrificijs placandum versi omnes, diemque noctemque maectandis auibus, & apponendis simulacro dapibus consumpserunt. Sciscitantibus ex Idolo causam cur Nauarchi filia interijisset, Diabolus occasionem ratus optimam in inuidiã adducendi Christianos apud eos Ethnicos, edita sorte respõdit, si Emmanuel homo Christianus in sentina perijisset, puellã in mari non fuisse perituram. Sensit ea sorte Xauerius se, ac suos peti, variisque ab architecto, & parente mendacij modis, ac rationibus oppugnari. Verum eadem semper animi magnitudine, eodem diuinæ fiduciæ robore vir sanctus instructus, cum tantas, & tam apertas iniurias Christo fieri sacris illis impurissimis cerneret, nec eas ab se prohiberi villo modo posse, ardentem sese in preces effudit, vt homines illos pro sua clementia Deus suam ad imaginem procreatos tantis, tamque impijs erroribus liberaret: aut certè communem hostem Satanam illarum superstitionum autorem toties pœna exaggerata puniret, quoties Nauarchum ad sortes duçendas, & se pro Deo colendum impelleret. Huius posterioris optati compos est quodammodo factus. Quippe Dæmon quasi rogatu Xauerij nouas esset

172

*B. Ignatij
vox: Iam-
nes formi-
dines abij-
ciendas.*

173

*Difficul-
tas nauig-
ationis
ex perfidia
& super-
stitione
Nauarchi*

174

175

176
 Contra
 terrores
 Dæmonii
 remedia.

pœnas, & cruciatus expertus, sæpius ei imitans denunciauit, venisse tempus viciscendi doloris sui. Cuius ille minas, terroresque deridens, didicit etiam Dei beneficio, quemadmodum in maximis terroribus, quos Dei permisso timidus hominibus Satanas inquit, dimicandum, & quibus tandem præsidij contra eius impetus sit utendum. Extat eius ad Goani Collegij socios ea de re epistola sanè luculenta: vbi summam narrat, quid à Deo cæcas illas inter procellas, tenebrasque didicerit, & quam certum, tutumque præsidium sit contra terrores incussos, Dæmonumque terricula, ut sibi quis diffusus, & Deo penitus fretus cor omnis formidinis expers, & pectus gerat: neque permittat, ut tali, ac tanto defensore metuere, aut de victoria videatur ambigere. Nihil enim magis in re tali, tali que tempore metuendum, quam Dei diffidentiam: Cum nihil nocere cuiquam Satanas possit, nisi quoad Deus ipse permittat. Ea tempestate perfuncti nauta, solutis anchoris Iaponiam versus persequuntur iter. Paucis diebus ad Cantoniensem Sinarum portum noua cum ijs pugna oritur. Minus quippe læta de Iaponica nauigatione responsa ab Idolo ductis fortibus reddebantur, & ne cursum intermitterent, neve Cantoniam in Insulis, ut obfirmato animo constituerant, hibernarent, desudandum Xauerio fuit, modo precibus, modo minis, & nunc pignorum commemoranda iactura, nunc Præfæti Malacensis, & Lusitanorum obijcienda formidine, quibus data fides esset, ut Nauarchus in instituta nauigatione procederet. Nec diu perfidus in fide persistit: rursus in Cinæo altero Sinarum portu, qui proximus erat, meditabatur hiberna. Tam multa impedimenta, morasque propius in Iaponiam aduentati Xauerio Satanas inferebat. Nec ab eo proposito abduci facile Nauarchus posset, nisi obsecundans Xauerij votis admirabilis Dei prouidentia, cui mos est partem illam sustinere potissimum (ut aiebat Ignatius) quam humanis viderit spoliata præsidij, ab eo, quem dixi, portu cursum auerteret. Iam erant portum ipsum subituri Cinæum, & illic inuito hibernaturi Xauerio, cum aduolans è vestigio nautica, obsessum prædonibus portum, actumque fore de nauis, si eò propius accederet, nuntiat. Quo perterritus nuntio Nauarchus (nec enim passuum millibus amplius quatuor prædones aberant) portum illum declinare constituit. Cumque repententi Cantoniensem aduersus Iaponiam petenti secundus afflaret ventus, volens, nolens in Iaponiam flexit. Ergo in has demum tam optatas insulas decimo octauo Kalend. Septemb. qui dies Assumptæ in Cælum Deiparæ sacer est, inuitis Xauerius nautis, & reluctante Satana, deportatur. Applicuit nauis Cangoximam Pauli Iaponis patriam: quæ vrbs in regno Saxumæ potissima est, quò maximè Xauerius optabat. Hic ille à Pauli propinquis, atque domesticis, & ab vrbs Præfecto, primariisque; ciuibus vna cum socijs peramantem exceptus, faustum Iaponibus nuncium & spem præsentem attulit æternæ salutis eo præsertim die, quo videbatur eos inuitare quodammodo in cælum inuecta ipsa cæli, terræque; Regina. Atque ut intelligatur, quæ Xauerius in loca diuino afflatus spiritu penetrarit, subiiciamus & nos hic paucis, ne ad alios remittendus sit lector, regionis situm, atque naturam. Iaponiæ nomine in extrema Asia, extremoque; Oriente complures insulæ sunt ab trigésimo ferme ad trigésimum octauum gradum ab æquatore in Septentrionem porrectæ, modicis inter se fretis, Euripiisque discretæ; decennio antequam eo Xauerius appelleret, à Lusitanis inuenta. Tres magnitudine præcipuæ Insulæ sunt, Niphon, Ximus, & Xicocus. Niphon tribus & quinquaginta regnis constat non admodum magnis: ceterum compluribus opulentis, quorum caput vrbs Meacum, vnde quidam reliquæ regioni dant nomen. Ab Niphone vocabulo, quod Sina paululum immutarunt, Iaponis apud nos, & Iaponiæ nomen increbuit. Eius longitudo millia passuum septingenta, latitudo varia traditur: vbi autem maxima centum circiter, & octoginta. Ximus regnis distinguitur omnino nouem, & nobilissimas habet vrbes Vsuquin, & Funaium in regno Bungensi, in Saxumano verò Cangoximam, quam Pauli patriam esse diximus, eoque; Xauerium cum comitibus appulisse. Prima quippe ex India nauigantibus insula Ximus occurrit: quæ idcirco, & quia frequens etiam portus est, à Lusitanis mercatoribus celebratur. Eius longitudo centum & quinquaginta, latitudo septuaginta passuum millia fere colligit. Xicocus regna continet non plus quatuor, dimidio ferme Ximo minor. Ita Iaponiæ regna vniuersa seu potius Præfecturæ (nec enim omnia sunt eiusmodi, ut in ea regni vocabulum quædam) sex & sexaginta censentur. Terra verò vniuersa Italiæ magnitudine propè par-

177

178

Die Assumptæ in cælum Deiparæ Xauerius in Iaponiam peruenit.

179

Iaponia situm, & magnitudo.

180

Die Assumptæ in cælum Deiparæ Xauerius in Iaponiam peruenit.

A Septen-

A Septentrione Tartaros, ab Occidente Sinas spectat, ab Oriente nouam vergit ad Hispaniam, ab meridie vasto mari interfuso, nondum exploratum est, quibus terris obiaceat. Vni olim Regi parebat, quem Vo, seu Dayrim appellant. Sed regno à Dynastis perduellibus erepto, distractoque, inane penes eum imperij vocabulum mansit. Summus verò & potentissimus Iaponum omnium habetur ille, qui Meacù, & Meaco finitima regna armis, atq; arcibus occuparit: quem Iaponico sermone Cubucamam vulgo vocat. Regio æstiuis temporibus feruentissima, hybernis frigidissima est. Argenti fodinis in primis nobilis, frugibus verò, agrorumq; fecunditate non item, bellorù strepitu magis, agrorumq; neglectu, quam telluris vitio, lociq; natura. Itaq; apud eos nec oliueta, nec vineæ nisi per paucè: raris etiã triticù locis: quod ipsum imbrìu sepè vi, tempestateque deperditur. Ex eo polentæ genus, offæque, non panem more nostro conficiunt. Panis, communisque cibus oriza est, ex qua vinum etiã exprimunt. Neque oleum habent nisi factitium è cetis ad littus eiectis. Nam pineas vulgo tædas ad lumen adhibent. Pisce abundant, & vario animantium genere, quibus tamen ferè abstinent: nec carnes gustant nisi venatione quaesitas. Multa proferri noui illius orbis admirabilia sanè possent siue in arborum, ac plantarù ingenijs, siue in aquis medicatis, editisque montibus, vnde erumpunt incendia: sed propositum est non tam aurium delectationi, quam vtilitati seruire: præstatq; incolarum, quam terrarum ingenia, moresq; describere: vt appareat quam verè senserit, prudenterque Xauerius, cum Iapones affirmabat ad capeßendam, retinendamq; Christi Domini disciplinam longè aptissimos esse: eosdemq; quamuis à natura bene institutos & informatos, diuinæ lucis eguisse præsidio ad discutendam peccatorum, errorumq; caliginem, in qua cum ipsius naturæ deprauatæ vitio, tum veritatis ignoratione iacebant. Iapones generatim acuti omnes dociles, facileq; sunt: quod indicatur etiã rusticis, puerique: quorum hi celerius, quam nostrates Europæi quicquid docerent, dicuntur arripere: illi vrbano prope mores, minimeq; agrestem indolem præferre. Literas pleriq; norunt, & dicendi cupidissimi sunt. Ea de causa sermones de Deo, diuinisq; de rebus, vt ea omnia, quæ naturæ, rationiq; congruunt, auidè ad aures, & libenter admittunt. Lingua vna omnium est, eaq; vberissima, adeoq; multiplex, vt cuiusq; notionis, ac rei multa, atq; idè significantia sint verba: quorù alia apud Procures, alia apud vulgus, alia à viris, alia à fœminis vsurpentur: ijdemq; aliter in familiari sermone mentem suam, atq; sententiam, aliter in scriptis enunciant, nec sine elegantia quadam vernaculoq; nitore: in ipsa verò scriptione alijs literarù notis epistolas, alijs volumina, librosq; conscribant. Vt autem iudicio valent, ita maximè tuentur in omni vita constantiam: memoresq; decori, semper animo prouident, ne quid in dictis factisue molle, aut effœminatum appareat: animi perturbationes & iras dissimulatione mira coërcent. Nam & gradus in ira lentior, & frons hilarior est apud eos: nullæ vociferationes, nulla iurgia seu publice inter popùlares, ac ciues, seu priuatim inter vxores, ac viros, liberos, ac parentes, heros, ac famulos. Si quid odiosius accidit, contentionis vitandæ causa per internuncios agunt. Inter ipsas quoque noxiorù pœnas conuicia remouent, acerbitemq; verborum: rarè etiã inter eos rixæ, ac prouocationes, cum tamen tanta sit inter eos armorum & gladiatorù impunitas: ferociam quippe omnem, & vlciscendi sitim in tempus differunt. Denique turbidis in rebus, æquè ac lætis admirabilem in speciem æquitatem animi, constantiamq; conseruant: ad hanc ætas quoque imbecilla, ac puerilis formatur, vt vel in ipsis lusibus, & remissione animorum maturitas in ea quædam, & grauitas senilis eluceat. Natio est laudis, ac gloriæ mirum in modum appetens, & in retinenda dignitate Romanis veteribus prope par. Porro Dayris, id hodieque iuris obtinet, vt quidam quali Præfectus honoris sit. Eius vnus in Iaponia tota iudicium est, quibus quisque titulis honestandus, decorandusq; sit. Ergo apud hunc regni procures, singulique Dynastæ suos quisque procuratores habent, & pretiosis inter se muneribus certant, vt eius gratiam incantent. Honore posteriora ducunt omnia, nobilitate diuitias, honestate vtilitatem. Paupertas nemini fere probro aut dedecori est. Patritijs, vel egentibus suis manet honos haud minor quam diuitibus, & opulentis. Nec diuitiæ tanti sunt apud eos, vt nobiles quâuis pauperes, vllis adduci conditionibus possint, vt cum plebeis vel ditissimis connubia iungat. Putant enim, si ad ea descendunt,

181

Iaponum
imperium.

182

Iaponici
soli natu-
ra.

183

Iaponum
ingenia.

184

Lingua
Iaponica.

185

Iaponum
mores.

186

A. u. i. g. e. s.
h. i. c. r. u. s.

187

N. b. i. l. i. t. a. s.
i. n. p. r. e. t. i. o.

- 188 dant, multum se de sua existimatione, ac dignitate deperdere. Sua autem cuique vxor est, non
Vnica vi-
ro vxor.
 plures: & quoniam ad honestatem valde propendunt, ex eo fit, vt omne genus alicui, & furta omnia veluti res turpissimas auersentur. Ludis idcirco abstinent, quod lutores appetentes sint alieni, sensimque à lucris cupiditate ad furti consuetudinem traducantur. Furtum autem ipsum adeo detestantur, & horrent, vt fures omnes in crucem agant. Itaque tanta supplicij atrocitate proposita pauci apud eos fures. Nullam non modo contumeliam speciem, sed ne dictum quidem paulo asperius ferre queunt: ergo reuerentur se inter se precipue nobiles, certantque officijs, & honore verborum. Armorum gloria, virtuteque bellica cunctis se prestare nationibus arbitrantur, ceterasque pre se contemnunt. Tantum tribunt armis, quantum alia nulla: nec re alia perinde gloriantur, atque armis auro, vel argento decoris: gladios, ac pugiones iam inde à pueritia perpetuo gestant etiam domesticos intra parietes, quos & noctu, cum quieti se dederint, ad cervical suspendunt. Rem familiarem in armis, & cultu corporis, seruorumque comitatu consumunt. Sagittarij sunt peritissimi, pedestribusque praelijs, (tametsi equorum copia non desit) fere contendunt. Bella continenter inter se gerunt: & vt quisque vincit viribus, ita latissime dominatur. Instituntur iam inde ab vtero ad duram, & militarem vitam. In lucem editi, vel tempestate perfrigida lauandi ad flumina deferuntur. Auulsi ab vbere locis asperis, & incommodis procul à matribus, & nutricibus educantur. Quod nulla res adeo infringat animos, & eneruet, vt educatio mollis & delicata. Famem, sitim, æstum, ceteraque mortalitatis incommoda incredibili animi robore, ac tolerantia perferunt. Aperto capite in Sole pariter, ac pluuia vterque sexus incedit. Storeis pauimenta consternunt, vbi & somnum capiunt, ceruicibus tigno subiecto: & humi quoque epulantur cruribus insidentes. Pisce, pomis, oleribus, oriza victitant: & huius frugalitatis beneficio cum secunda valetudine vtuntur, tum ad extremam senectutem plerique perueniunt. Alia ab alijs de Iaponum moribus eleganter, & copiose sunt scripta. Sed nos ea precipue excerpimus, quae docerent quam parata, & idonea ad accipiendos Euangelicæ prædicationis satus Iaponica sint ingenia. Sequuntur ea, quae lucis Euangelicæ necessitatem indicant, densissimæ errorum tenebrae, atque vitiorum: quae prope ex æquo cum eorum bonis, virtutibusque contendunt. Primum enim in Dei cultu, & in finibus bonorum, ac malorum miserandum in modum errant. Nam cum superstitionum apud eos multa sint genera, liberum cuique est, quam voluerit sequi: sæpeque fit, vt eodem sub tecto, vir aliam, & aliam vxor, aliam quoque liberi sectam sequantur. Et quanquam sæpe oritur inter eos de disciplina dignitate contentio; tamen cum cuique liceat, vt velit, viuere, nullas plerumque ea res turbas excitat. Ea varietas, ac multitudo sectarum è Xacæ fraudibus dicitur exiisse. Hic homo versutus, ac detestabilis è regno Sionis in finitimos Sinas cum Amidam quendam prædicans, superstitionis nouum, perplexumque genus intulisset, demum in Iaponiam quoque inde peruenit.
- 189 *Ludis, & furtis abstinent.*
- 190 *Armis gloriantur.*
- 191 *Qualis educatio. Qualis mores.*
- 192 *Superstitiones Iaponica.*
- 193 Venerabantur ea tempestate Iaponij Deos tantum suos quasi domesticos è Regibus priscis, vel hominibus alia re memorandis in diuinitatem adscriptos. Neque ab his alia quam vitæ huius (cum eam vnam tum nossent) emolumenta orabant, bonam valetudinem, liberos, opes, & similia horum. Hiique sunt Dij, quos Cames appellant. Xacæ autem aduentu Fotoques addidere, quorum principes Amida, & Xaca ipse numerantur, & ab his vitæ post hanc futuræ bona precantur. Nam Xaca cum in Iaponiam venisset, & præsentis vitæ imperium occupatum à Camibus reperisset, tanquam diuino religionis regno, mentioneque vitæ futuræ illata, facile persuasit, vt rudes gentes à Fotoquibus venturi æui commoda expectarent. Ita præcipua Iaponum numina Cames, & Fotoques sunt. Ceterum Xaca aggressus suorum somniorum deliramenta literarum tradere monumentis, adeo, siue quia difficile est sibi consistere in multo sermone mendacem, siue etiam dedita opera ad dictorum vanitatem regendam, magister tenebrarum tenebras persequens, implicauit sensus; ac totam orationem vocibus obscurauit ambigujs, alibi que aliter pronuntiauit, vt ex eius voluminibus, quæ multa & magna sunt, plurimæ inter se discrepantes; planeque contrariæ, dum ad suam quisque libidinem autoritatem eius detorquet, natæ, ac propagatæ sint hæreses. Omnium tamen summa eo redit, vt pœnas, ac præmia

mia post mortem vulgaris turba credat manere: Principes quique sapientiores habentur, arcano quodam interpretantes artificio Xacæ dogmata spacijs huius vitæ cuncta definiant. Sunt præterea, qui & ipsi Diabolo templa erigunt: in quibus effigiem eius multo, quam nos tetriciorem, deformioremque depingunt. Is varijs modis illudit hominibus: nonnullisque familiariter vititur, & varia specie se visendum offert, terroribusque interdum, ac denunciatione pœnarum, vt sibi sana construantur, extorquet. Nonnullis cupiditate vitæ beatoris iniecta, vt ad certum dierum numerum voluntario supplicio sese macerent, persuadet: quod vbi satisfactum sibi esse pronunciauerit, tum demum ad voluntariam quoque necem miseris adigit. Sunt qui Amidæ visendi studio, viam sibi ad eum certa morte munite non dubitant. Ac primum emendicata diebus aliquot stipe, & in manicas indita, concionem aduocant, vt totam sui consilij rationem populo exponant, cunctis admirantibus & approbantibus tantam hominum sanctitatem. Deinde mare petunt, nauigiumque conscendunt: & alligatis ad brachia, pedes, lumbos, & collum faxis, vel perforata de industria fentina merguntur, vel in altum se ipsi præcipitant. Eam verò nauim amici, atque propinqui separato protequuti nauigio confestim concremant, nefas rati, quæ tantis religionibus consecrata sit nauis, eam ab vilo in posterum contingi mortalium. Religionum magistris, & sacerdotibus vtuntur ijs, quos Bonzios appellant, flagitioso, atque impuro hominum genere: quorum sectæ plurimæ numerantur, vario inter se cultu, superstitionibusque distinctæ. Nec pauciora genera Bonziarum, quas Biconias ipsi vocant. Bonzij capite, ac mento prorsus abrafo inter quotidianas impuritates, atque flagitia, vitam nihilominus cœlibem profitentur: nuptias quippe contraxisse capitale ijs est. Eorum quidam media nocte tintinnabulis excitati, alternantibus in Odæo choris carmina quædam è Xacæ libro suo more decantant: vt in omnibus se: e Diabolus Christi æmulatur Ecclesiam. Dies per annum festos agitant multos, & concionibus populum suo arbitratu circumagunt. Claro vt plurimum nati sunt loco. Proceres namque multiplici onerati prole, quibus satis amplum patrimonium relinquere se posse diffidunt, ne turbas aduersus hæredes concitent, ad Bonziorum numerum aggregant. Miserandum in modum populis illudat. Xacam, Amidamque ante omnia iactantes bina, ternave annorum millia voluntarijs se afflixisse pœnis, vt hominum innumerabilium salutem consulerent: proinde qui nullas delictorum suorum pœnas lucrint, si sectarum suarum autores, ac principes implorarint, eos ab omnibus incommodis, vel ex ipsis etiam inferis liberandos, modo magna eos fiducia implorent, in eisque spem suam ponant omnem. Vtuntur autem ad eos implorandos ferie quadam orbicularum bene longa; atque inter orandû gradatim singulos, ad orbiculos eos inuocant. Quam præcû feriem alij alijs crebrius, rariuſve percurrunt. Ita Diabolus, cui nihil propositum est magis, quam vt criminibus quam plurimis mortales irretiat, cum principum, sapientiarumque professorum plerosque summota supplicij, præmijve post mortem expectatione, quò libitum est, agat: ceterum multitudinem fallaci illa fiducia, ad eandem peccandi licentiam pellicit. Multas habent varijs locis Academijs co-
 pioſis veſtigalibus instructas ad percipiendam, retinendamque, sectarû disciplinam: atque vt nulla propemodû sacrosanctæ Christi Ecclesiæ in ludicro illo Satane simulacro desit imitatio, præest Iaponicis superstitionibus supremus quidam Antistes, qui vel à stirpe, nobilitateve legitur, vel pecunia. Is latè admodû imperat, & copiosis veſtigalibus fruatur, vt cum profanis sæpe Regibus certet. Habet & is Meaci domicilium, intra quod Idola sex & sexaginta supra trecenta numerantur, quorum singula singulis vicissim noctibus ad eius latus excubiarum causa locantur. Sacrosanctus vulgo putatur, & pro Numine pene colitur; vt nefas quidem ei sit humi vestigia ponere: quæ si ponat, de honoris illico gradu deijcitur. Eius munus, & partes sunt moderari facta omnia, & nascentes Bonziorum sectas suo diplomate comprobare, sine quo illæ nullam existimationem, vel auctoritatem obtinerent. Ad eundem spectat creare Tundos, qui sunt velut Episcopi, aut creatos à Regulis confirmare (nam & pœnes Regulos, Dynastarumque; nonnunquam potestas hæc est) Tundi verò magno & ipsi in honore sunt: ij sacerdotia conferunt, & leuiora quædam curant. Ad eosdemque Antistites pertinet, chirographis quibusdam cauere populo, nihil

195
Diabolum
quidam
colunt.

196
Bonzij Iaponicæ.

197
Aſtueria
Diaboli imitandis
Christianis ritibus

198
Frans
Diaboli imitandis
faleribus propagandis.

199
Summus
Iaponicæ
sum superstitium
Antistes

200
Tundi genus
Antistitem in
fericrum

- 201 nihil eum post mortem mali à Dæmonibus accepturum, qui vnum aliquid ex ijs è vita migraturus acceperit. Et quanquam eiusmodi chirographa caro admodum veneunt, plurimi tamen ea, priusquam hinc abeant, comparare sibi non dubitant: eaque diligenter asseruata moribus disepeliri secum iubent, quorum Diabolus fugetur aspectu. Ea Bonzijs quæstiosa est mercatura; qui quidem suis legibus carne, pisce, vino palam abstinent: oleribus tantum & oriza, nec nisi semel in die vescuntur. Quæ singularis ciborum abstinentia magnam illis in vulgus auctoritatem conciliat: & in omni morum, vitæque fœditate tuetur, opinionem: cum tamen apud eos ita nefariæ libidines vigeant, vt horrorem non sentiant, neque in peccatis id numerent: obiurgati que risu, & facetijs eleuare conentur obiecta. Id nimirum vmbra illa sanctitatis fraudulentissimus Satan agebat, vt cœcessarum abstinentia nuptiarum infanda stupra induceret. Quem admodum enim nec mala permittit Deus, nisi maiorum causa bonorum: ita nec Diabolus quædam ex se bona suadet, nisi vt ad deterrima quæque gradum sibi per ea faciat. Ergo talibus magistris tam nefario flagitio populus totus sordet, & magistrorum se auctoritate defendit. Quoniam si Bonzijs, inquit, id licet, quid ni profanis hominibus liceat? Alunt & fœminas Bonziji complures suis in cœnobijs, & claustris, quas colonorum suorum esse coniuges mentiuntur. Adeunt & horis omnibus causa Biconias, vicissimque ipsi à fœminis adeuntur. Quorum exemplo corrupti reliqui reuulsis pudicitia repagulis, in omnem & ipsi turpitudinem sese intemperanter effundunt. Haud postremas apud Iapones obtinet calliditas, ac perfidia, & simulandi, fallendique studium. Vti quemque pessime oderunt, ita familiarissimis oculis intuentur. Accedit fœuitia morum, & immanitas dira. Leuissimis de causis, quos oderunt, auersos, nec opinantes inuadunt: vnoque aut altero acuti, ac ponderosi acinacis ictu conficiunt. Dein composito, ac securo vultu quasi facinus ad se nulla ratione pertineat, ferrum vagina reddunt. Nec fœminis ingenium mitius, quæ suos enixæ fœtus alendi radio, vel egestate, iniecto pede præfocant. Alicubi etiam mulieres, quæ ventrem ferunt, quoniam persuasum habent, fœminam si pepererint, ad inferna damnari, suum in vtero fœtum medicamentis interimunt. Nulla apud eos publica, & gratuita siue peregrinis, siue pauperibus agrotantibus diueta foria. Sub dio pernoctant, miseramque trahentes animam ab hominibus destituti, vel ipsa die sanantur, vel extincti morbo abijciuntur in sterquilinum. Quo etiam magis Christianam caritatem erga derelictos, & pauperes admirantur. Forensis res nulla propemodum, non iuris ciuilibus formata, non citatio reorum, non carcer publicus. Ius totum in armis, aut Principum placitis. Priuata Patres familias suæ quisque domi capitalium rerum cognitionem exercent, & grauiora ferè crimina morte puniunt. His priuatis iudicijs populus regitur. In proceres verò seditiosos sic animaduertunt. Aedes noxij Rex milite circumdat armato, dataque aut pugna, aut voluntariae mortis optione, si pugnam is optet, commissio protinus prælio cum familia tota deditur, perpetuaque in omnem posteritatem notatur infamia: sin voluntariè necem eligat, optimis vestimentis ornatus, vna, aut altera plaga vltro sibiimet ventrem scindit: & in viscera tanta vi ferrum adigit, vt ea diffluant. Sic exenteratus amputandas parato ad id ipsum famulo ceruices præbet. Atque id demum mortis genus infamia vacat: nec filij quicquam de iure deperdunt. Ex amicis verò subinde præcipui illatis pariter sibi manibus supra mortuum corruunt: idque honestum sibi, & gloriosum ducunt. Idemque facinus in alijs quoque periculis, præsertim vbi agitur existimatio, ac fama valde vltatum, ac perhonorificum habentur. Reges, atque Dynastæ armatorum stipati caterua difficiles ad se aditus præbent; adductoque supercilio nutibus ferme agunt; & quidam interdum barbaro quodam fastu adorari, colique se iubent. Apud eos regit omnia metus. Nihil opis in populi caritate repositum est, ex quo fit, vt crebræ, & occultæ conspirationes erumpant; has autem Regnorum conuersiones, & summa rerum omnium perturbatio consequatur. Ergo in hanc cæcam errorum, vitiorumque noctem Euangelij facibus Xauerius primus illatis, tenebras paulatim disijcere, & Solem iustitiæ conditum aperire pluribus locis cœpit. Cuius ad aspectum, atque fulgorem pudoria multis redit, horrorque vitiorum; emendari in homi-

201
Bonzijs
austriæ,
& fœdi-
tas.

202
Diabolus
cur bona
quædam
Bonzijs
magistris
gustat.

203
Simulatio
apud Iapo-
nes mul-
ta, & alia
morum por-
tenta.

204
Iura Iapo-
num.

205
Vltro sibi
ventrem in
periculis
scindere
honestum.

hominibus ratio, ne bestiarum more viuerent: suscitari, quos Deus indiderat veritatis igniculi, & vt ex ijs, quæ deinceps narranda sunt, planum fiet, sobrietas, iustitia, pietas coli cœpta. Verum enim vero arduum vsquequaque erat opus, longèque humano conatu superius. Inferendum erat bellum infernis potestatibus in vetusta tyrannide obstinatis, lacessenda tanta tot Dynastiarum, ac Principum contumacia, irritanda superbæ gentis sanguinaria perfidia, conuellendi patrij ritus, ac mores tot seculorum autoritate firmati, templis incredibili magnificentia spectandis, simulacris non religionis modo opinione augustis, ac sanctis, sed argento quoque auro, opere admirandis, vitæque vulgo carioribus afferendæ manus. Ante omnia Bonziorum nudanda fœditas, & protrahenda in lucem turpitudine: omnibus denique mortiferæ quidem, sed dulces tamen, & assuetæ carnis illecebæ detrahendæ; eoque omnium odia, insidiæ, iniuriæ subeundæ, in vltimo mundi angulo, in summa humanorum præsidiorum solitudine, & rerum omnium egestate. At Xauerius, cui Apostolicum illud facere omnia, & sustinere omnia propter Euangelium, iam diu steterat: cui reportatæ tot ante de inferno hoste victoriæ animum erigebant, percepta diuinæ tutelæ pignora constantiam roborabant, dulcedo animarum Christo partarum ad noua lucra exacuebat industriam, continuo duce Christo admouet sancto operi manus. Primum omnium induxit in animum, quoniam Bonzios audierat carne, & piscibus abstinere, ab ijs etiam ipse, ne in cuiusquam offensionem incurreret, temperare. Quoniam multo sibi arctiorem abstinentiæ legem indixit, quam quæ Bonzijs diceretur indicta. Ipsa rerum egestas, & diuersa, ac peregrina victus ratio parcius eum viuere, duriusque coegit. Pro pane oriza, pro obsonio fere pomis, oleribusque; barbaro item more conditis leniebat desideria naturæ: nec tamen melius alibi, quam in Iaponia valuisse se scribit, scilicet non tam frugalitatis naturali ope, quam cælestis pabulo caritatis. Deinde sedulam, & accuratam operam dare linguæ Iaponicæ rudimentis aggressus in præcipuis Christianæ fidei capitibus conuertendis adiuuante Paulo complures dies summis laboribus desudauit, non tam quia natura difficilis ea sit ad discendum, quam quod, vt ante diximus, varia, & locuples. Quo accedit exquisita inter vrbanos, & literatos recte loquendi consuetudo: in qua, si quid imprudens pecces, aut à ratione discedas, risu, & sibilis exploderis. Itaque primis illis diebus Xauerius ac Socij tanquam mutæ quædam statuæ inter Iapones versabantur, & ad eorum voces penitus surdi, cum multa de se dici, agitarique sentirent, obmutescabant. Quoniam autem Paulo Iapone vtebantur interprete, tamen cum hic in sua ipsius lingua peregrinus videretur, & hospes, & literarum insuper esset expers, minus videlicet recte, fideliterque reddebat, quæ Christiana lex tradit. A deo autem scribebat imperite, vt ea, quæ scriberet, à literatis Iaponibus perlegi sine risu non possent. Itaque Socij simul ac fari cœpissent, excipiebantur cachinnis, & eorum ab omnibus deridebatur infantia. Xauerius tamen alienæ salutis sitientissimus auditorum cachinnatione cõtempta rem constanter vrgere, & balbutire perseverabat ad populū. Et quoniam Bonziorum autoritate senseræ vniuersæ multitudinis studia niti, faciendum sibi putauit, vt quo magis cetera in expedito forent, eam vel sibi adiungeret, vel obtereret, & euerteret. Ergo per opportunitatem ipsum Bonziorum Antistitem nactus, quem sua lingua Ninxit, appellant, cui omnes tum eruditionis, & sapientiæ fama, qua ceteris anteibat, tum muneris, quoungebatur, amplitudine, atque præterea autoritate, quæ octoginta annorum iam erat, plurimum tribuebant, comiter sese in eius familiaritatem insinuauit. Inde sensim habitis de religione sermonibus in animorum immortalitate nutantem sæpe senem offendit, tandemque disputatione prouectus, eum inconstantia, leuitatisque conuicit. Quod victoriæ genus, quoniam odiosum victorem victo ple-

206
Difficilis
congruum
delaponia,

207
Prima
ra B. Xa-
uerij in Ia-
ponia con-
uertenda
sua vita
exemplis
præluere.

208
Deinde
linguam
ediscere.

209
Tum Bon-
ziorum au-
toritatem
vel adim-
gere sibi
vel obto-
rere.

210

211
Ad hac po-
sitatem a
Rege sua
gel: 7. indi
impetare.

prædicandi potestatem ab Saxumeno Rege petere ante constituit: Pauloq; adnitente, quin-
lutando Rege anteuertat, faciles ad eum aditus nactus est. Is Cangoxima milliaria quindecim-
aberat, Pauloq; ipsi ex Indiæ remotissimis regionibus peregre redeunt, & ob id suis populari-
bus prope miraculo, valde sese comem, ac beneuolum præbuit. Quoniam autem Lusitanorum
iam dudum commercium, quos ad emporia vicina cum pretiosis oneribus commeari didice-
rat, expetebat, multa ex Paulo de Lusitanorum moribus, ac virtute: multa de rebus Indicis, &
legis Christianæ mysterijs sciscitatus est curiosus. Cui cum satis Paulus, cumulataq; fecisset; de-
que Xauerio multa insuper addidisset, ad extremum egregie pictam in tabula, quam ex India
aduexerat, Dei Matris imaginem, pueriq; I E S V materno sedentis in gremio, spectandam Re-
gi protulit. Quam Rex submisso poplite veneratus, id ipsum fieri ab omnibus, qui aderant im-
perauit. Paulus vt ad pietatem propensum Regem sensit, Xauerium ei, sociosque conciliauit.
Ipsa quoque Regis mater visa est ad Christi legem non mediocriter affici: tabulaque capta spe-
cie paucis post diebus, quam Paulus Cangoximam redijt, nobilem ad eum virum misit, qui su-
mendum quoquomodo eius curaret exemplum, & simul literis consignanda Iaponicis Chri-
stianæ legis initia. Ac pingendæ quidem tabulæ defuit artifex. Ceterum fidei summam dierum
aliquot labore conscriptâ Paulus dedit. Cuius post reditum, ad eundem Xauerius Regem iam
beneuolum, ac paratum profectus, potestatem legis Euangelicæ prædicandæ popularibus suis,
edictumq; publicum impetrauit. Ita Christiana sacra paulatim in vibem inducta; Paulique
primum vxor, ac filia, tum propinqui, & amici complures, qui haud iniquo animo tulerant eū
factum esse Christianum, assiduis eius monitis, & hortatibus ad baptismum perducuntur. Hos
deinceps subsequuti sunt alij, & paucorum mensium spatio ciues amplius centum haud repug-
nantibus, inuitisque propinquis, in ijs Bonzij duo: quos cum alijs aliquot Neophyti Xauerius
in Indiam misit, vt ingenuis artibus in Collegio Goano, & religionis imbuti mysterijs, suis de-
inde popularibus reuersi prodessent. Ipse vero nondum vsus vernaculi sermonis adeptus, præ-
cipua fidei nostræ capita Iaponice conuersa, literisq; nostratibus consignata Neophytis è codi-
ce, populoque tradebat. Porro ad eius confirmandam inter homines Ethnicos, & alienos à ve-
ritate doctrinam, prodigiorum adminicula, miraculaque non deerant. Ethnico homini Can-
goximæ ciui honesto, ac locupleti, filiam quam vnice diligebat, immaturo funere mors abstule-
rat. Hunc amici Neophyti, cognatiq; nonnulli nimijs angoribus deditum cum vidissent, & vi
doloris pene dementem, hortantur vt ad Xauerium præcipua sanctitatis fama præstantē opem
aliquam imploraturus accedat. Confestim illi desiderio carissimæ filiæ ad eum, quem sibi no-
minauerant, aduolat, & madentibus vberi fletu genis, multis, ac supplicibus verbis obtestatur,
& orat, vt opem aliquam, si qua sit, exinctæ filiæ porrigat. Xauerius orbitatem hominis, ac soli-
tudinem miseratus, cum Ioanne Fernandio socio ad orandum se recepit. Nec ita multo post læ-
tus, & alacer, quod indicium solet esse plerumque Numinis exorati, è precatōne reuersus, ho-
minem iubet bono animo esse, viuere filiam eius, & saluam esse. Ille vero Xauerij verbis non sa-
tis intellectis, quæ utiq; vir sanctus in re persimili à Christo didicerat, indignabundus abscedit,
suspensus opinor eum vel à suis ædibus abhorrere, vel minorem sibi fidem habere de filiæ mor-
te narranti. Domum repetenti puer domesticus obuiam venit, & filiam viuam, & incolumem
nunciat. Quo nuncio nectas Pater exhilaratus domum properat, & quam exanimem relique-
rat, viuam reperit. Obstupuit ad eius patens aspectum, & manantibus gaudio lacrymis ex eam
sciscitatur, quæ tandem redijt in vitam. Respondit illa se cum exisset è corpore dum à tetris
quibusdam sceleribus ad horrenda quædam deportatur incendio, repente duobus à viris sane
quam egregijs, ex eorum ereptam manibus vitæ redditam. Sensit Pater familiæ præsentissimam
Xauerij opem, & vna cum filia gratiarū ergo ad eum confestim redit. Filia Xauerium, & Socium
eius intuuta, admirabunda Patri succlamat, en, inquit, illi, qui me ex inferis reuocarunt, & obor-
tesambo lacrymis precantur ad pedes. Mox tota cum familia relictis superstitionibus pa-
trij, Christianis sacris inuitantur. Disseminata huius prodigij fama, pufio quidam affertur ægro-
tus totus tumens, ac turgidus, quem sublatum suas Xauerius in vlnas, & aliquoties sic affatus,
Benedicat tibi Dominus, pulsus tumoribus sanum reddidit. Ciuis etiam alius locuples, & hone-
stus,

212
Primi in
Iaponia
baptismi.

213
Reddit vi-
tam Xau-
erius de-
mortua
puella.

214

215

216
Pueri sic-
de tumen-
tibus sa-
uarius sa-
nat.
Et Lepro-
sum.

Benedicat tibi Dominus, pulsus tumoribus sanum reddidit. Ciuis etiam alius locuples, & hone-
stus,

tus, alta scabie, & lepra resperfus Xauerium per internuncium rogat, vt ad se citandum rē qua-
 uetur accedere: Xauerius excusatis occupationibus, pro se militē comitibus vnum, qui salutato
 suis verbis aegrotō, semel, iterum terioq; perquireret, Christianus ne fieri vellent: cum ager an-
 nuisset, is manu ducta in morem Crucis hominem signat, statimque absterfa est omnis macula:
 nitor redijt, vt nitorem reciperet animi, qui iam receperat corporis. Stetit promissis, & Christia-
 nus factus est. His prodigijs quanquam ad Christi fidem populus propendebat, tamen ex altera
 parte Bonzij, qui initio hiluerant, id quod Xauerius tanto ante prauiderat, vt senserunt Christi-
 anis institutis sua instituta conuelli, vitia perstringi, discipulos ab se abduci, peregrinā religionē
 in dies propagati, toto pectore Euangelij cursum eucertere, & odio furere in Xauerium institu-
 unt: inire etiam inter se consilium quemadmodum eum, vel de medio tollerent, vel in Indiam
 relegarent. Interim in ipsum, & eius socios de suggestibus iram suam effundere, maledictis pro-
 fcindere, Dæmones, ac Veneficos appellare, qui nefarijs præstigijs, & arte Diaboli fictis miracu-
 lis, ac prodigijs oculis humanis illuderent. Quibus sermonibus populus incitatus, auersari cœ-
 pit eos, quos paulo ante videbatur appetere: prohibere ne in foris dicerent, irridere cum prodirent,
 & ad risus, ac probra verborum lapidationes adiungere. Quo circa Patres velut domestica
 in clusi custodia carere publico ad dies aliquot sunt coacti: sed ne sic quidem à petulantissima
 multitudine tuti esse poterant, quæ nocturna lapidatione fores, fenestrasq; petens, concepta in
 hominum capita odia expromebat in tecta. Nec defuit ad cohibenda ora maledica cæleste pro-
 digium. Appetitus conuicio, & maledicto Xauerius, mente, animoque Dei Numen iratum in
 maledicū vidit, cuius vicē vir mitissimus miseratus ad eum conuersus, Caueat, inquit, orituo
 Deus. Nec temere caefatus est verba: repentino enim, & copiosa pituitæ cursu fæde misero il-
 li distortum est os; vt quoties hisceret, ac fari vellent, roties intortæ in Dei famulum contumeliæ
 veniret in mentem. At Bonzij, cum satis non haberent in Xauerium, & socios multitudinem
 concitasse, viderentq; Prefectum vrbis iussu Regis peregrinis hominibus impense fauere, se au-
 tem despici, minoresq; in dies fieri, tentarunt apud ipsum Regem fictis eos criminibus in inui-
 diam vocare. Sed clausas Regis aures inuenerunt, qui vel in eos obiecta crimina retorquebat,
 eorumq; auaritiæ, superbiæq; singularē modestiam Patrum, & expertem omnis cupiditatis in-
 opia opponere, vt esset horum cōmendatio, Bonziorum acris vituperatio. Quibus Rex ab suo
 conspectu repulsis, misit illico ad Xauerium, qui suo nomine iuberet bono animo Patres esse, &
 fidem faceret, quanto eos amore prosequeretur. His regiæ benevolentia significationibus ani-
 mati, erectiq; Dei præcones, rursus ad pristinam concionandi consuetudinē medijs in foris, &
 priuatis in ædibus eos docendi, qui Christiani fieri cuperēt, reuerterunt; vt distumperentur do-
 lore Bonzij, nec tamen conquiescerent, donec euertendæ funditus rei Christianæ Cangoximæ
 se dedit facultas. Audierat Saxumæ Rex negotiatores Lusitanos ad Firandum, (ea Ximi insula
 est & cognomine oppidum, in regno Figenti) cum mercibus appulisse, & periniquo terens ari-
 mo Firandi regulum sibi inuisum insperatis opibus augeri, se vero diuturna mercium expecta-
 tione frustrari, sentim auersari Xauerium cœpit, & ab ipsius doctrina, præceptisque refugere.
 Cuius offensionem odorati Bonzij tempus suum interpretati, ad eum frequentes redeunt, pa-
 rataeque nacti aures facile persuadent, si Christi legem Iaponum legibus aduersariam suam in
 regnum introduci sinat, non modo ditionem eius vniuersam, sed cultum etiam Deorum, matro-
 rumq; instituta penitus ruitura. Proinde capitali pœna sanciat, ne quis in posterū Christiana sa-
 cra suscipiat. Hac regulus oratione commotus, & nouis quasi facibus incitatus, vt Bonzij postu-
 larunt, edixit. Perculit id edictū Xauerium, & præclaros eius impetus retardauit. Sed cum tub-
 eunda esset pro cella temporis, quæ deuitari non poterat, omne suum tempus partim in vnīs ex-
 colendis Neophytis, partim in acuenda, & procudenda lingua Iaponica contumebat. Quod ab
 his otij erat, Deo scilicet tribuebat. Interimq; multa, & grauiā in omni vita perferebat incom-
 moda. Quibus ita non fractus est animo, speq; deiectus adiungendæ ad Christum Iaponiæ, vt
 in Indiam scripserit Sociorum accersens auxilia, in ijsque nominatim Gasparem Berzæum euo-
 caret, quem profecturis vna socijs præficiēbat. Anno labente cum obseptū Cangoximæ penitus
 Euangelio videret iter, Neophytorum tutela Paulo relicta ciui eorū, & egregio Christiano, ipse

217

*Bonzij rā
 bide se op-
 ponunt E-
 uangelio.*

218

*Maledico
 conuicio-
 rori os ste-
 de distor-
 quetur.*

219

*Saxumæ
 Rex Lusita-
 norū com-
 mercio de-
 stitutus in
 Xauerium
 irritatur.*

220

*Veras fieri
 Christia-
 nos.*

221
*Xaverium
 in Firan-
 dam abir.* cum Cosmo Turriano, & Ioanne Fernandio mœrente nouello grege in Firandam ad Lusta-
 nos soluit. Reliquit autem Cangoximæ (vt ad Goensis Collegij Socios scribit ipse) Neophy-
 tos fere centum probe edoctos, & institutos; qui postea vel ipso orbat Paulô omniq; Patrum
 ductu, ac magisterio, adeò cōstanter in Christi fide māsērunt; vt non modo totos annos trede-
 cim eorum nemo à suscepta religione defecerit; sed numero insuper aucti sint ad quingentos,
 222
*Constituta
 primitiarū
 Ecclesia
 Iaponica.* vita & moribus ceterorum Iaponum tam dissimiles; vt id anno thuius seculi tertio & sexagesi-
 mo Saxumæ Rex admiratus; siue hic (quem diximus infensum fuisse Xauerio) siue qui huic in
 regno successit, datis ad Antonium Quadrium literis Indicæ Societati Præpositum, Patres
 aliquot postularit, à quibus ceteri ciues, ac populares sui Christiana lege per-
 cepta, & ad eandem & ipsi formam suas vitas, moreque
 componerent.



HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Decimus.



ECVRREBAT quinquagesimus huius seculi annus Iobelæi san-
 ctitate augustus, quem veteri Ecclesiæ instituto Iulius eius nominis
 Tertius Pontificatu nuper inchoato Iulius eius nominis
 hominum generi faustus, ac salutaris, tum Societati nostræ præci-
 pue lætus. Erat Iulius is, quem supra nominauimus, Ioannes Maria
 de Monte Cardinalis Prænestinus, qui vt in œcumenico Tridenti-
 Concilio Sedis Apostolicæ Legatus Societati prolixè fauerat; sic in
 Pontificatu quantam eam faceret, & verbis declarauit, & rebus. Indi-
 cto, ac proposito toti Christiano Orbi Iobelæo, quo grex cunctus
 suum ad Pastorem, vt est in more positum, vocabatur, Ignatius Põ-
 zifici supplex fuit, vt Societatis hominibus, qui pro Ecclesia, & animarum salute in locis disiun-
 ctissimis versabantur in India, Brasilia, Congo denique, & propiore Africa: nec sine magno rei
 Christianæ damno ad Vrbe[m] conferre se poterant, promerendi Iobelæi copiam, potestatem-
 que cum Christianis earum regionum; atque Neophytis faceret: simul & quid eius merè di-
 gratia faciendum præscriberet, indicaret: Pontifex blando octulo Ignatium intuitus, vt animi sui si-
 gnificaret affectum, quod attinet, inquit, ad elargiendum Socijs vestris absentibus Iobelæum, ² *Largi sima*
 id libenter elargior; hac tamen cum parsimonia, & vt eius verbis vtar, cum restrictione, vt om-
 niam meam in hac re potestatem cum Societate vestra communicatam velim; liceatque fratribus ^{concedit}
 vestris tanto à nobis interuallo disiunctis ex Ecclesiæ thesauris, & largissimis huius anni condo- ^{Patribus}
 nationibus gaudere; ad easque promerendas quicquid visum fuerit, vestro arbitratu præscribere ^{remouissi-}
 Ignatius plurimis actis gratijs, per eam occasionem Pontifici Maximo nonnulla ex ijs, quæ de ^{marum}
 Indijs, & remotis illis partibus nuntiabantur, audita læta, nec celsissimis illis auribus indigna ^{regionum.}
 commemorauit. Quæ cum Pontifex audisset, studio diuini flagrans honoris, lacrymas tenere ³
 præ gaudij voluptate non potuit, testatus ea sibi accidisse pericunda: Nec modo Indijs, vltimis ^{Er multis}
 que terris, sed compluribus etiam, qui propius ab Vrbe aberant, Iobelæum Ignatio postulante ^{alijs Igna-}
 concessit: vt multis Messanæ Societatis amicis, multis item Venetijs, ac Lutetiæ, copijs quoque in ^{ty postula-}
 Africam cum Vega Prorege Siciliæ barbarorum profectis ad bellum: similiterque Societatis ^{ru.}
 hominibus in Germania: Salmanticęque & Gandiensi cititati vniuersæ propter eximiam Ducis ⁴
 Borgiæ pietatem, atque virtutem. Tam singulare beneficium alio non minore munere liberali ^{Nec priuile-}
 Pontifex cumulauit. Nam cum moris sit toto Iobelæi cutriculo priuilegiõrum vsu cunctis Reli- ^{gia Socie-}
 gionum Ordinibus interdiceret, quibus Apostolicæ Sedis autoritate fas est, à retentis, referuat ^{tatis vult}
 que peccatis confitentes absolueret, Societati tamen Iesv voluit ea, quæ concessa nuper essent a ^{per Iobelæi}
 Paulo, hoc quoque anno salua, atque intacta vbique terrarum relinquere. Quocirca Societatis ^{tempus}
 Præpositos, ac Rectores, qui ab Vrbe aberant, per literas Ignatius monuit, vt & ipsi ad animo ^{suspendi.}
 rum commodum priuilegijs illis vti pergerent, & alios aliquos è Societate nominarent, quibus
 eam potestatem, in excipiendis præsertim sacris confessionibus, tuto committerent. Maximum
 autem illud beneficium numerari debet, quod Societatis instituta à priore probata Pontifice, &
 sanctissima illa sede Iulius sua denuo autoritate probauit, verbisque grauissimis rata voluit: &
 quæ prioris in approbatione Pontificis, Paulique literis obscuriora esse poterant, ambiguam-
 que, ac dubiam interpretationem habitura videbantur, ea ipse proprio diplomate declarauit, &

ad Ignatij mentem, sensumque distinxit. Quarum literarum exemplar eo videtur hoc loco vulgandum magis vt literarum Pontificis Pauli, quæ totæ inseruntur, prima Ordinis huius fundamenta cognoscere cupienti, simul copia fiat. Est igitur tale.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

5
Summa li-
terarum
Apostoli-
carū Pau-
li iij. de in-
stituto So-
cietatis.

EXPOSCIT debitum pastoralis officij, cui nos, licet immeritos, prætulit diuina Maiestas, vt fideles quoslibet, præsertim religiosos, in via mandatorum Domini, ad illius honorem, & gloriam, & proximorum spiritualem profectum deambulantes paternis confoueamus affectibus: vt fideles ipsi, dextera Domini sibi assistente propitia, æternæ salutis præmium feruentius exquirant, & in eorum pio proposito confoucantur. Dudum siquidem, per felicis recordationis Paulum Papam Tertium, prædecessorem nostrum, accepto: Quod dilecti filij, Ignatius de Loyola, & Petrus Faber, ac Iacobus Laynez, necnon Claudius Iaius, & Paschatus Broet, ac Franciscus Xavier, necnon Alonsus Salmeron, & Simon Rodericus, ac Ioannes Coduri, & Nicolaus de Bobadilla, presbyteri Pampilonen. Gebennen. Segutin. Toletan. Viscen. Ebredunen. & Palentin. ciuitatum, & diœcesis respectiue, in Artibus magistri, in Vniuersitate Parisien. graduati, & in Theologicis studijs, per plures annos exercitati, Spiritu sancto afflati, iam dudum è diuersis mundi regionibus decedentes, in vnum conuenerant, & exemplaris, ac religiosæ vitæ socij effecti, abdicatis huius seculi illecebris, eorum vitam perpetuo Domini nostri IESV Christi, atque suo, & successorum suorum Romanorum Pontificum seruitio dedicauerant, & iâ pluribus annis verbum Dei prædicando, & fideles priuatim ad pias meditationes, beneque, ac beate viuendum excitando, hospitalibus inferuendo, pueros, & alios rudes salubria dogmata ad Christiani hominis institutionem necessaria docendo, ac denique omnia caritatis officia, quæ ad animarum ædificationem pertinebant, vbique terrarum, vbi peregrinati fuerant, quisque iuxta traditam sibi ab ipso Spiritu sancto gratiam, multa cum laude obeundo, laudabiliter in vinea Domini se exercuerant; eorum institutum, sub quadam viuendi formula ab ipsis edita Euangelicæ veritati, & sanctorum Patrum sanctionibus conformi, vt vinculum caritatis, & vnio ipsis quidem Socijs, & alijs, qui prædictum vellent institutum sequi, conseruarentur, approbavit, & confirmavit, & benedixit; ipsosque Socios (quorum numerum, non vltra sexaginta esse tunc voluit) sub sua, & Apostolicæ sedis protectione suscepit, illisque condendi Constitutiones, & statuta quæcunque ad ipsius, sic institutæ, & confirmatæ Societatis cōseruationem, & felicem progressum, licentiam concessit per quædam. Cumque postmodum progressu temporis, Spiritu sancto cooperante, ex Societate prædicta spiritualem animarum fructum crescere, & multos, qui institutum prædictum sequi vellent, in Parisien. & alijs generalium studiorum Vniuersitatibus, studere intellexisset idem prædecessor, Ignatij, & aliorum sociorum prædictorum piam vitam, & doctrinam attendendo, eidem Societati, vt quoscunque alios idoneos, & iuxta suas Constitutiones probatos libere admittere possent, concessit. Et nihilominus, vt Coadiutores tam presbyteros, qui in spiritualibus, quam laicos, qui in temporalibus, & domesticis officijs eos adiuuarent (qui quidem Coadiutores peractis probationibus, iuxta Constitutiones Societatis huiusmodi requisitis, ad maiorem deuotionem suam, & meritum, etiam tria vota, Paupertatis videlicet, Castitatis, & Obedientiæ possent emittere, non solennia, sed quibus, pro eo tempore, quo Præpositus Generalis Societatis prædictæ eis, in ministerio spirituali, vel temporali vtendum iudicaret, astringerentur: quique omnium bonorum operum, quæ in dicta Societate fierent, ac meritorum omnium participes fierent, perinde, vt qui solennem professionem, in eadem Societate emisissent) possent assumere; & alias gratias, ac priuilegia ad fouendam, & adiuuandam in ijs, quæ ad Dei honorem, & animarum salutem pertinebant, Societatem prædictam, de benignitate Apostolica concessit. Vt autem prædicta omnia prius ab eodem prædecessore

decessore concessa, magis confirmetur, & simul omnia quæ ad institutum Societatis prædictæ pertinent, eisdem in literis aliarum summam continentibus comprehendantur; & vt aliqua obscurius dicta, & quæ scrupulum, ac dubitationem possent iniicere, per nos exactius explicentur: nobis fuit humiliter supplicatum, vt formulam, qua prædictæ Societatis institutum exactius, & distinctius, quam antea, edocente experientia, ac vsu rerum, expressum, eodem tamen spiritu, comprehenditur, confirmare dignaremur; cuius tenor sequitur, & est talis. *Qui-
cunque in Societate nostra, quam IESV nomine insigniri cupimus, vult sub crucis vexillo Deo
militare, & soli Domino, ac Ecclesiæ ipsius sponsa, sub Romano Pontifice, Christi in teris
Vicario seruire, post solennem perpetuæ Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ votum, pro-
ponat sibi in animo, se partem esse Societatis, ad hoc potissimum instituta, vt ad fidei defensionem,
& propagationem, & profectum animarum in vita, & doctrina Christiana, per publicas prædicationes,
lectiones, & aliud quodcunque verbi Dei ministerium, ac spiritualia exercitia, puerorum,
ac rudium in Christianismo institutionem, Christi fidelium in confessionibus audiendis, ac ceteris
Sacramentis administrandis, spirituale consolationem præcipue intendat: & nihilominus ad
dissidentium recõciliationem, & eorum, qui in carceribus, vel in hospitalibus inueniuntur,
piam subuentionem, & ministerium, ac reliqua caritatis opera, prout ad Dei gloriam, & commune
bonum expedire visum erit, exequenda gratis omnino, & nullo, proprio in prædictis omnibus
labore, stipendio accepto, se vtilem exhibeat: curetque primo Deum, deinde huius sui
instituti rationem, quæ via quædam est ad illum, quoad vixerit, ante oculos habere, & finem
hunc sibi à Deo propositum totis viribus assequi: vnusquisque tamen secundum gratiam
sibi à Spiritu sancto subministratam, & vocationis suæ proprium gradum. Ideoque, ne quis
forte zelo vtatur, sed non secundum scientiam, proprii cuiusque gradus iudicium, & officiorum
discretio, ac distributio tota sit in manu Præpositi Generalis, seu Prælati per nos quocunque
tempore eligendi, vel eorum, quos ipse sibi ea cum autoritate substituerit, vt congruus ordo
seruetur in omni bene instituta communitate necessarius. Qui quidem Præpositus de consilio
consociorum Constitutiones ad constructionem huius propositi nobis finis conducentes condendi,
maiori suffragiorum parte semper statuendi ius habente, & quæ dubia esse poterunt in nostro
instituto hac formula comprehenso, declarandi autoritatem habeat, Consilium vero necessario
conuocandum ad condendas, vel immutandas Constitutiones, & alia grauiora, vt alienare, vel
dissoluerè Domo, ac Collegia semel erecta, intelligatur esse maior pars totius professæ
Societatis (iuxta Constitutionum nostrarum declarationem) quæ sine magno incommodo potest à
Præposito Generali conuocari. In alijs, quæ non ita magni momenti sunt, idem Præpositus
adiutus, quatenus ipse opportunum iudicabit, fratrum suorum consilio per seipsum ordinandi,
& iubendi quæ ad Dei gloriam, & commune bonum pertinere in Domino videbuntur, ius
totum habeat, prout in Constitutionibus eisdem explicabitur. Quicumque autem in hac
Societate professionem emiserint, non solum in primis professionis suæ foribus
intelligant, sed quoad vixerint, memores sunt, Societatem hæc vniuersam, & singulos,
qui in ea profitentur, sub Sanctissimi Domini nostri Pauli Papæ Tertij, & aliorum
Romanorum Pontificum successorum eius fidei & obedientia Deo militare. Et quamuis
Euangelio doceamur, & fide orthodoxa cognoscamus, ac firmiter teneamus, omnes
Christi fideles Romano Pontifici, tanquam capiti, ac IESV Christi Vicario subesse: ob deuotionem
tamen maiorem ad obedientiam Sedis Apostolicæ, & maiorem voluntatum nostrarum
abnegationem, & certiore sancti Spiritus directionem summopere conducere iudicauimus,
singulos nos, & quicumque eandem in posterum professionem emiserint, vltra illud
commune votum vinculam, speciali ad hoc voto astringi, vt quidquid modernus, & alij
Romani Pontifices, pro tempore existentes iusserint ad profectum animarum, & fidei
propagationem pertinentens, & ad quascunque prouincias nos mittere voluerint, sine
vlla tergiversatione aut excusatione illico, quantum in nobis fuerit, siue nos ad
Tucas, siue ad quoscunque alios infideles, etiam in partibus, quas Indias
vocant, siue ad quoscunque Hæreticos, Schismaticos, seu etiam ad quoslibet
fideles, mittendos censuerint, exequi teneamur. Quamobrè qui ad nos accessum sunt,*

ante-

6

*Instituti
Societatis
formula.*

7

*Vota pau-
peratis,
castitatis,
& obedien-
tiæ, finis in-
stitut.*

8

*Puerorum
ac rudium
institutio.*

9

*Operi car-
itatis ex-
ercitia,
qua gratis
omnino ex-
hibenda
sunt.*

10

*Officiorum
distributio*

11

*De condē-
dis consti-
tutionibus*

12

*Præpositus
habet au-
toritatem
deklarandi
Instituti
Consilium
ad grauiora
conuo-
candum.*

13

*In his qua
non tanti
momenti
sunt vis to-
rum habet
præpositus.*

1

*Spe-
ciale
votum o-
bediendi
Romano
Pontifici.*

15
Ingressuri
Societatis
quid con-
siderare
debent.

16
Missiones
non procu-
randa.

17
Votum o-
bedientia.

18
Præpositi
electio &
potestas.

19
Gubernandi
ratio.

20
Obedien-
tia subdi-
torum erga
Præpositum.

21
Paupertatis
Votum.

22
Professi, &
eorum Do-
mus non
possunt ha-
bere reddi-
tus.

23
De colla-
gijs, & eo-
rum reddi-
tibus.

24
Colligiorum
gubernatio
penes
Præpositum
vel Socie-
tatem est.

25
De officio
diuino re-
cursando.

antequam huic oneri humeros supponant, diu multumque meditentur, an tantum pecunie spiritualis in bonis habeant, vt turrim hanc iuxta consilium Dominicum possint consummare, hoc est, an Spiritus sanctus, qui illos impellit, tantum illis gratiæ polliceatur, vt huius vocatio- nis pondus, illo adiuuante, se laturos sperent: & postquam, Domino inspirante, huic IESV. Chri- sti militiæ nomen dederint, die noctuque succincti lumbos, & ad tam grandis debiti solutionem prompti esse debent. Ne qua autem possit esse inter nos missionum, aut prouinciarum huius- modi ambitio, vel detrectatio; intelligant singuli, sibi per se, vel alium, de huiusmodi missioni- bus quidquam cum Romano Pontifice non esse curandum, sed omnem hanc curam Deo, & i- psi Pontifici tanquam eius Vicario, & Societatis Præposito dimittendam: cui quidem (sicut ce- teris) nihil de sui ipsius missione in alterutram partem, nisi de Societatis consilio, cum dicto Pontifice curandum erit. Voueant etiam singuli, se in omnibus, quæ ad regulæ huius nostræ ob- seruationem faciunt, Societatis Præposito (qui ad hoc munus quam fieri possit idoneus, ad plu- ra vota, prout in Constitutionibus declarabitur, eligitur) obedientes fore. Ille autem omnem eam autoritatem, & potestatem habeat supra Societatem, quæ ad bonam eiusdem Societatis ad- ministrationem, correctionem, & gubernationem utilis erit. Iubeat autem ea, quæ ad constru- ctionem propositi sibi à Deo, & à Societate finis cognouerit esse opportuna, & in prælatione sua benignitatis, ac mansuetudinis, caritatisque Christi, Petri, Paulique formulæ semper sit memor: & tam ipse, quam consilium prædictum ad normam hanc assidue spectent. Singuli vero subdi- torum, tum propter ingentes ordinis utilitates, tum propter nunquam satis laudatum humili- tatis assiduam exercitium, non solum Præposito in omnibus, ad institutum Societatis pertinen- tibus parere semper teneantur: sed in illo Christum veluti præsentem agnoscant, & quantum decet, venerentur. Cum autem experti fuerimus iucundiorē, puriorē & ad proximi ædifica- tionem aptiorē esse vitam, ab omni auaritiæ contagione quam remotissimam, & euangelicæ paupertati quam simillimam, cumque sciamus Dominam nostrum Iesum Christum, seruis suis regnum Dei solum inquirentibus, necessaria ad victum, & vestitum esse subministratum: sic voucant singuli, & vniuersi perpetuam paupertatem, vt non solum priuatim, sed neque etiam communiter possint Professi, vel vlla eorum Domus, aut Ecclesia ad aliquos proventus, reddi- tus, possessiones, sed nec ad vlla bona stabilia (præter ea, quæ opportuna erunt ad vsum propriū, & habitationem) retinenda ius aliquod ciuile acquirere, rebus sibi ex caritate donatis ad neces- sarium vitæ vsum contenti. Quia tamen Domus, quas Dominus dedit, ad operandum in vi- nea ipsius, & non ad scholastica studia exercenda destinandæ erunt: cum valde opportunum fore alioqui videatur, vt ex iuuenibus ad pietatem propensis, & ad literarum studia tractanda idoneis operarij eidem vineæ Domini parentur, qui Societatis nostræ, etiam professe velut quoddam seminarium existant; possit professa Societas ad studiorum commoditatem, Schola- rium habere Collegia, vbicumque ad ea construenda, & dotanda, ex deuotione aliqui moue- buntur: quæ simul atque constructa, & dotata fuerint (non tamen ex bonis, quorum collatio ad Sedem Apostolicam pertinet) ex nunc autoritate Apostolica erigi supplicamus, seu pro erectis haberi: quæ Collegia possint habere redditus, census, seu possessiones vsibus, & necessitatibus studentium applicandas, retenta penes Præpositum, vel Societatem omnimodæ gubernatio- ne, seu superintendētia super dicta Collegia, & prædictos studentes, quoad Rectorum, seu gu- bernatorum, ad studentium electionem, ac eorūdem admissionem, emissionem, receptionem, exclusionem, statutorum ordinationem, & circa studentium instructionem, eruditionem, & edifica- tionem, ac correctionem, victus vestitusque; & aliarum rerū necessariarū eis ministrandarum modū, atq; aliam omnimodam gubernationem, regimen, ac curam; vt neq; studentes dictis bonis ab- uti, neq; Societas Professa in proprios vsus conuertere possit, sed studentium necessitati subue- nire: Qui quidem studentes ingenij, & morum indole tales esse debent; vt merito speretur, post absoluta studia ad Societatis functiones idoneos fore: & sic demum post cognitum in spiri- tu, & literis eorū profectū, & post sufficiētem probationem, in Societate nostrā admitti possint. Socij autem omnes cū presbyteri esse debeant, ad dicendum officium secundum communem Ec- clesiæ ritum, sed priuatim, & non communiter, vel in choro, teneantur: & in ijs, quæ ad vi- ctum,

Etum, & vestitum, & cætera exteriora pertinent, honestorum sacerdotum cõmunem, & appro-
 batum vsum sequentur: vt quod inde pro cuiusq; necessitate, vel spiritualis profectus desiderio
 subtractum fuerit, ex deuotione, & non ex obligatione, rationale obsequium corporis Deo,
 prout expediet, offeratur. Hæc sunt, quæ sub præfati Domini nostri Pauli, & sedis Apostolicæ
 beneplacito, de nostra professione, typo quodam explicare potuimus, quod nunc fecimus; vt
 summam informarem tum illos, qui nos de nostro vitæ instituto interrogant, tum etiam po-
 steros nostros, si quos Deo volente imitatores, vnquam habebimus huius vitæ, quâ cum multas,
 magnasq; habere annexas difficultates fuerimus experti, opportunum iudicauimus, etiam sta-
 tuere, ne quis ad professionẽ, in hac Societate emittendam, nisi diuturnis, & diligentissimis pro-
 bationibus (prout in Constitutionibus declarabitur) eius vita, & doctrina explorata fuerit, reci-
 piatur: quia re vera, hoc institutũ omnino humiles, & prudentes in Christo, & in Christianæ vitæ
 puritate, ac literis conspicuos exigit. Imo, & ij, qui in Coadiutores tam in spiritualibus, quam in
 corporalibus, & in Scholares admittentur, quorũ vtriq;, post sufficentes probationes, & tempus
 in Constitutionibus expressum, vota sua, ad deuotionẽ, & meritum maius, nõ quidem solennia
 (præter aliquos, qui de licentia Præpositi Generalis, propter ipsorum deuotionem, & personarũ
 qualitate, tria vota huiusmodi solennia facere poterunt) sed quibus teneantur, quamdiu Præ-
 positus Generalis in Societate eos retinendos esse censuerit, emittere debeant, prout in Consti-
 tutionibus latius explicabitur, non nisi diligenter examinati, & idonei reperti, ad eundẽ finem
 Societatis, admittantur ad hanc Iesv Christi militiam, qui tenuibus cœptis nostris fauere di-
 gnetur, ad gloriam Dei patris, cui soli sit semper decus, & honor in sæcula amen. Quapropter
 considerantes, nihil, quod pium sanctumq; nõ sit, in dicta Societate, eiusq; laudabilibus institu-
 tis, ac exemplari Ignatij, & aliorum Sociorum prædictorũ vita, & moribus reperiri, ea que omnia
 ad suorum, & aliorum Christifidelium animarum salutem, & Dei exaltationẽ tendere; Socios,
 ac illorũ Coadiutores prædictos, & ipsius Societatis Scholares à quibusuis excõmunicationis,
 suspensionis, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine
 quauis occasione, vel causã latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectũ præsen-
 tium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fere censes, illosq; sub
 nostra, & Apostolicæ sedis protectione suscipientes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia,
 autoritate Apostolica, tenore præsentium, erectionem, & institutionẽ Societatis, ac extensionẽ
 numeri illius Sociorum, ac receptionis, & admissionis Coadiutorũ, ac omnia, & singula Priui-
 legia, immunitates, exemptiones, libertates, & condendi, & alterãdi statuta, & ordinationes, ac
 alia quauis indulta eisde, Societati, & illius Præposito, per prædecessorem nostrum, & sedẽ hu-
 iusmodi, sub quibuscunq; tenoribus, & formis concessa, & cõfirmata, ac desuper confectas tam
 sub plumbis, quã in forma breuis literas, & in eis contenta, ac inde secuta quæcunque, perpetuo
 approbamus, & confirmamus, ac eis perpetuæ firmitatis robur adijcimus, suppletes omnes, &
 singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui interuenerint, in eisdem: Eaque omnia & singula
 perpetue, & inconculse firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere, & sic per
 quoscunq; Iudices, & Commissarios, quauis autoritate fungẽtes (sublata eis, & eorum cuilibet
 quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate) iudicari, interpretari, atq; deci-
 di debere; necnon quidquid secus super his per quoscunq; quauis autoritate, scienter, vel igno-
 ranter contigerit attentari, irritũ & inane decernimus, & declaramus. Quocirca vniuersis, & sin-
 gulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus,
 Prioribus, & alijs personis in dignitate ecclesiastica cõstitutis, per Apostolica scripta mandamus,
 quatenus ipsi, & eorum quilibet per se vel per alium, seu alios præfatis Præposito, & Societati in
 præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes faciant autoritate nostra singulas prædictas,
 & presentes literas plenum effectum sortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, nõ permit-
 tentes quenquam contra illarum tenorem quomodolibet indebite molestari, contradictores
 quoslibet, & rebelles per censuras ecclesiasticas, & alia iuris opportuna remedia (appellatione
 postposita) cõpescendo, ac censuras prædictas legitimis super his habendis seruatis processibus,
 etiam iteratis vicibus aggrauando: inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio beati Petri
 apostolici;

33
Non obstantibus,
C. c.

cularis; Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, & singulis, quæ in literis prædictis idem prædecessor noster voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque; aut si aliquibus cõmuniter, vel diuissimè ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excõmunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nostrã absolutionis, susceptionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, decreti, declarationis, & mãdati infringere, vel ei ausu temerario cõtrahere. Si quis autẽ hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romã, apud sanctũ Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M. D. L. Duodecimo Kalendas Augusti: Põtificatus nostri Anno Primo.

F. de Mendoza.

Fed. Cardinalis Cæsius.

34
Liberalitas Iulij
Pontificis
in Societatem.

Ad hæc interiora, & quæ animorum propria sunt, benigne Iulius externa insuper, & quæ ad rem familiarem, fortuna;que; pertinerent, adiunxit. Is ex Ecclesiæ bonis Salmanticensi Collegio, Cardinali rogante Mendoza, aureos septingentos quotannis attribuit, quamuis ægre alias adduci posset, vt de priuatis Ecclesijs detraheret aliquid quod in alios vsus, & Collegia conuerteret. Is Romano Collegio, quod anno insequenti cõceptum est, Duce postulante Gandiæ, aureos item mille quingentos in annos singulos assignauit. Is Cæsaraugustæ domicilium sacrarum virginum à Ioanne olim Consaluo Aragonensis regni cõseruatore excitatum, ab eodemque; postea autoritate Pontificis Maximi dissolutum, nostris addixit. Is denique, cum ad eum supplex rediret Ignatius, vt ex interioribus Ecclesiæ thesauris aliquid more suo in animorum commodũ postularer, Pontifex cum annuisset petenti, Quid? inquit, nihil ne in vitæ vestræ tutelam, & indigentiam corporum postalatis: iussitque; in posterum acri interposito obedientiæ mandato, quoties Professorum domus in egestate esset, toties ad se sidenter, & sine verecundia reuertitur: vnumque de familiaribus suis præsentem monuit, vt id ipsum sibi ad memoriam subinde redigeret. Hæc præstantissimi, optimique; Pastoris erga Societatem mens, hic animus fuit. Quo excitatus, & animatus Ignatius, admonente præsertim tantæ sanctitatis, & religionis anno, statuit Professores Patres, qui ab Vrbe aberant, quod diu iam cõcupierat, conuocare, vt cum eis de Societatis summa conferret, constitutionesque; ab se perscriptas, & perpolitas, priusquam in lucem ederet inspiciendas traderet, & generalis Præpositi sese, vt deinde paruit, abdicaret munere. Patres vero qui ex Hispania Romam expectabantur, erant hi, Araozius Prouincialis, Gandiæ Rector Ouiedus, Franciscus Strada, & Iacobus Miro: quibus accessere alij tres, Petrus Tablarnus, Emmanuel Sa; & Franciscus Roias. Hi omnes opranti, petentique; Duci Borgiæ, quem cum cæteris inuitatum ab Ignatio supra diximus, sese comites adiunxerunt. Dux autem ipse discessurus ad Urbem, se domestica, ciuilique; composita. (Nam & filias in matrimonio collocauerat, & filio nato maximo cum vxorem adiunxerat, tum Ciuitatis gubernacula iam tradiderat) ita distribuerat vniuersa, nullo vt incommodo rei vel publicæ, vel priuatæ Ducis munere abdicare se posset. Cumque; se vna cum

35
Præcepto
obedientiam
sua sponte
iubet Ignatium
ad se
adire in
domestica
rei argu-
stij.

36
Conuocat
B. P. Profes-
sors de
constitu-
tionibus
consultatus.

37
Venit Ro-
mam Frã-
cisus Bor-
gia palam
iam præ-
fessurus
Societati.

38
Ratio iti-
neris Bor-
gia.

filio Ioanne Patribus coniunxisset autumno ineunte suum egressus Oppidum, non sine honorem Frã-
sto, nobilique; comitatu equitum ferme triginta, manibus oculisque; sublatis in cælum ingenti ani-
mi sensu, multisque; præ gaudio lacrymis, carmen illud Dauidicum decantauit. In exitu Israel de
Ægypto, domus Iacob de populo barbaro. Deinde illud ex eodem oraculo, laqueus contritus
est, & nos liberati sumus. Induxerat profus in animum nunquã se amplius vnde abierat, reuer-
surum: & huic inductioni, decretoque; sic paruit, nunquam vt postea, quã diu fuit in Hispania, ne
tum quidem cum post annũ alterum & vicesimum Pro iubente Pontifice eius nominis Quinto,
cum Alexandrino Cardinali, nobilissima in legatione redisset, vllis precibus sit adductus, vt Va-
lencia, vbi substiterant, Gandiam vsque; diei non amplius itinere, tanto interuallo recurreret. Iam
perpetui itineris ea ratio fuit, vt eius comitatus non popularis aliqua multitudo, sed Religioso-
rum bene instituta sodalitas videretur: adeo erant omnia ad disciplinam apta, atque disposita.
Quotidie post precationem, eamque; bene longa multarum scilicet horarum, noxas animi cõfessionem
tergebat. Nullæ sacro singulari quadam illius mysterij reuerentia semper aderat, Domini-
corpus

corpus pio ore, animoq; sumebat: quod ad sacerdotium vsq; perpetuum ei, soléneve fuit. Cultus eius, atq; vestitus infra dignitatem Ducis erat, infra personam, clerici propior, quã secularis. Cibusetem quotidianus admodum parcus, isq; sumptus semel in die. Nocturnam quietem, cū sopor altus famulos oppressisset, crebræ verberationes interrumpebant. Sed res ea geri tâta diffimulatione non poterat, vt puerorum aures falleret: ij crepitu excitati plagarum, plagas ipsas læpe numerabant: quarū constat fuisse numerum ab eis in initum supra quingentas. Tædia itineris mutua diuinis de rebus colloquio leuabat, eademq; vicissitudine quadam longa silentia precationis interpellabat. In prætereundis vrbibus, oppidisq;, quanquam sui ipsius despiciendi studio Ducum, & Ciuitarū, quibus erat notus, vitabat occursum, ne quid sibi haberetur honoris, cōsequi tamen non potuit, quin vbiq; pro dignitate, quacunq; iter faceret, exciperetur, præsertim Ferrariæ ab Hercule Duce auunculo suo, Florentiæq; à Cosmo Mediceo Hetruriæ Duce: apud quos tantorum Principum humanitate coactus, dies aliquot diuersatus, tandem relictis suæ virtutis impressis vbiq; vestigijs, ad Vrbem venit: intra quam etiam honestissimum, & celeberrimū contra votum, contraq; decretum modestissimæ suæ mentis, introitum habuit. Fuerat ei quidē in animo, ne quid ingressus ille celebritatis haberet, per tenebras vrbem inire: verum tanta fuit & Cardinalium, & Cæsarei legati, aliorumq; Procerum vis, atque contentio, vt honorem illū, publicamq; gratulationem perinuitus, & nolens admiserit. Prodierunt ei obuiam extra Portam Cardinales aliquot, & is, quem dixi, legatus, clarissimusq; vir Fabritius Columna cum equitatu permagno. Quo comitatu introductus in vrbem, cum & à Pontifice Maximo suas in ædes, & à Cardinalibus inuitaretur in suas: actis vtrisque, qua par erat humanitate, gratijs, non dubitauit domus nostræ paupertatem, humilitatemq; magnificis, splendidisq; Pontificum ædibus anteferre. Erat domi nostræ Duci, Ducisq; familiæ satis commodum conclaue paratum aliquot distinctum cubiculis, & à cetera Patrum habitatione secretum, vt esset aditus ad salutandum Duce[m] sine domesticæ perturbatione quietis, & disciplinæ, perfacilis. Huc igitur Dux succedens, vt præstolantem ad ianuam vidit Ignatium, comitatu dimisso, confestim ad pedes aduolat, vt ferret osculum, & amplexus, prehensaq; item ad osculum manu, benedictionem vt à Patre, præpositoq; iam suo suppliciter postulauit. Ignatius teneriore quodam animo illacrymans dulciter amplexatus, suo tecto lætabundus excepit: vt qui vim admirabilem in eo diuinitæ gratiæ persenserat, & iam tum animo prouidebat, quantos editura fructus esset ea recens in Christo proles. Cum ex itinere paululum conquiesset, Pontificem adiit, ad vilitatam osculationem pedum. Cuius Pontifex gratulatus aduentu, peculiari quadam animi propensione, maiore etiam quam ceteros Principes consuesset, eum excepit: singularem eius pietatem, quam & in suscipiendis propter religionem illius professionis incommodis, & in omni vita palam omnibus præferret, graui oratione commendans. Simul & illud addidit, præclare actum iri cum Ecclesia Catholica, si multos eius generis Dynastas, ac Principes Francisci Borgiæ imitatores haberet: futurum, vt aliquando illa reuiuisceret Ecclesiæ nascentis imago, cum olim Imperatores, ac Reges ad sepulchra Principum Apostolorum supplices conuolabant. Ad extremum de habitatione suarum ædiū ei rursus obtulit. Sed Dux dato iterū pedi osculo supplicauit, vt Societatis apud Patres maioris quietis, & otij gratia sibi esse liceret. Reuersus è Curia cōsalutari multis à Præsulibus, & Cardinalibus cœptus est, cunctis admirantibus eximiam Ducis humilitatem, atq; modestiam. Cuius quanquam de Societate mētem, consiliumq; non norant, admoniti tamen tanta animi submissione, & splendore virtutum, suspicari facile poterant id, quod erat. Haud minus admirandus domi nostræ Dux fuit, vbi ad vsum, exercitationemq; virtutis suppetebat etiam facultas maior. Cœnatis apud Ignatium aliquando quibusdam Patribus repente Dux vnā cum filio Ioanne ministrandi gratia linteo paruo præcinctus apparuit, expressaq; eius rei venia, & conuiuaiū manibus aqua fusa, mensæ dapes inferre, capite nudo velut è domesticis puer vnus instituit, toraq; cœna sedulus ministravit. Deinde sublata mēsa recta tacitus in culinam, vt inquinatas patinas repurgaret. Abnuuit tamen Ignatius præteritis contentus exemplis, & ne laboris insuetum defatigaret. Nec minor erat iucunditatis fructus, quem ex vsu Parrum antiquorum Dux Borgia, quam quem ex eius Patres capiebant exemplo; præsertim vero ex vsu, consuetudineq; P. Igna-

39

40

*Excipitur
Roma per
honorifice.*

41

*Dirigit
ad Ignatium: eiq;
se tradit.*

42

*Excipitur
à Pontifice
per benigni-
tate, & cō-
mandatur.*

43

*Exercet
domi sibi
nunc sancti
humilitate
1900.*

- tij cui, vt iam antea per literas fecerat, se totum dedit, & addixit, sui que pectoris arcana, quod diu vehementer optarat, ac recessus aperuit: cum eo suam precandi rationem, & poenitentiae genera, cum eo totum suae vitae cursum, statumque contulit, vt eius ductu, nutuque in susceptis vitae rationibus regeretur; deque Societatis moribus, institutisque propius iam, vberiusque cognosceret. Vt autem satis sibi consuluisse quotidiano B. Patris vsu, colloquutione, preceptis visum est, ne sibi vni dumtaxat studeret, & suo tarum bono, comodoque vacaret, adiecit animum ad eius, quam inibat, Societatis incrementa curanda. Atque vt in itinere, quod ad Urbem habuit, nullas vnquam eius augenda, ornandaque; praetermilit occasiones. Nam & Genuae illius vrbs Antistitem, & Ferrariæ, Florentiaque; Duces suis vt in vrbibus Societatis Collegium constituerent, Bononiae vero sedis Apostolicae legatum, vt inchoati Collegij primordia promoueret, hortatus est: sic in ipsa vrbe de Romano fundando Collegio (quod B. Pater multis nominibus vehementer optabat) suisque instruendo re ditibus cogitare sollicitus, studioseque cepit. Cuius vt initium fundandi primus ipse facere, sex circiter aureorum millia subito numerauit: Pontificique Maximo, quod modo significauimus, vt certos ei prouentus attribueret autor fuit. Cuius egregia voluntate adductus Ignatius, obtulerat ei fundatoris titulos, & honores, quos tamen ille modestissime recusauit: quod diceret satius esse ei huius honorem nominis reseruare, qui per facultates suas posset illud aliquando Collegium vberiore fulcire prouentu, & omnes numeros fundatoris implere. Pari studio cum sacrae aedem Professae domus perangustam, nec concursus quotidiani capacem animaduertens: statuit aedem ampliore a fundamentis extruere, & ad eius operis inceptiorem Esquilacensem Episcopum Borgiae genti peramicum induxit. Hic vna cum Duce, Ignatioque; primum lapidem rite iecit. Quem etiam in ritum suam quoque; Ioannes filius operam cum primarijs a paterna familia viris effodiendo, aquisque; trahendis ad structuram operis contulit. Quod opus quanquam deinde alio maiore, & loco meliore inchoato, praetermissum est, non idcirco suo apud Deum merito Ducis pietas, praemioque; caruit. Anni sub exitum iam Romam primae autoritatis Patres conuenerant, qui quidem sine procurationum publicarum incommodo possent. Quorum haec tantum certa sunt nomina. Araozius, Strada, Ouiedus Miro ex Hispania aduecti cum Borgia: tum Lainius a Sicilia reuocatus. Romae aderant Miona, Erusius, Polancus, cuncti vota quatuor professi praeter Stradam, qui Kal. Februarij insequenti anno Romae professus est. Salmeron paulo ferius, verum ante Patrum discessum adfuit. Simonem expetebat Ignatius maxime, quod quanto maior in Lusitania moleserat rerum, tanto ipse potuerat experimento, vsuque; plura deprehendisset: eoque; pluris in terrarum comunem Patrum sententiam coram ab illo cognosci, & rationem vitae; formaque; publicae administrationis, quam ex Romano hausisset fonte, in suam referri Prouinciam. Sed verum Rex ante anni insequentis exordium proficisci. Igitur ijs, quos dixi, ad Urbem congregatis, Constitutiones suas Ignatius primorum autoritate rogatusque; Patrum, & tota urgente Societate perscriptas, in conuentum retulit: copiamque; cum vniuersis, tum singulis eas inspiciendi, perpendique; fecit, vt si quid mutandum, vel addendum, vel inducendum esset, id libere, ac fideliter indicarent. Nam cum tantum Societati Paulus Pontifex tribuisset, vt in his literis, quibus Societatis instituta confirmat, eadem autoritate Constitutiones, & leges, quas ipsa conditas approbasset, eo ipso nullo alio adhibito iudice comprobaret; Ignatius, qua erat prudentia, & sanctitate praeditus, ne quid in lucidaret, quod non omnium posset subire iudicium, suo ipse iudicio stare, & suam in prudentiam in ijs eisdem, vulgatisque; nullo modo voluit: sed eas vltro, ac sponte alicuius animaduertentiam, iudicioque; subiecit. Optabat enim tales ab se Constitutiones prodire, quae congruerent vniuersis: & a quibus nulla regionum, nationumque; varietas, nulla morum, naturarumque dissimilitudo posset excipihaudignarus, vbi tanta morum, nationumque; varietas foret, non omnia in omnes apte cadere, nec omnia omnibus conuenire; crebris autem exceptionibus legum leges ipsas infringi, & suum robur amittere. Cumque; Societatis corpus omne vbiq; gentium, atque; terrarum vnus esse velut oris, colorisque; perciperet, id erat ijs legibus temperandum, quae omni hominum generi, varietatique; sine exceptione congruerent. Itaque; prudentissime vir Sanctus fecit, vt antiquiores Patres a varijs prouincijs, atque; nationibus conuocaret, quibus cum ea, quae ab sese essent diuturnis precibus, & conmentatione perscripta, atque elucubrata conferret: eorumque demum iudicij, sententisque decer-

decerneret, id quod esset diuinę laudi, omnique hominum generi maxime consentaneum. Nec modo ijs, qui tum conueniant, verum etiam alijs postea, qui abfuerant, eas tradidit expendendas, ne præcipuis quispiam desideraretur è Patribus, cuius ille non exquireret in re tam graui iudicium. Lectę sunt ab omnibus perlibenter, summoq; studio, nec minore approbatione susceptę. Sed B. Pater ijs adhuc expoliendis, & corrigendis intentus, mutandisque nonnullis, quę vel à Patribus essent animaduersa, vel dies progrediens admonuisset, non eas ante annum huius seculi tertium, & quinquagesimum promulgandas existimauit. Tum demum eas in Hispaniam, Lusitaniam, & alias aliquot provincias milit, non vt à suis illę quidem, veluti iam perfectę, & omnibus expletę numeris acciperentur, sed vt quales tandem essent ad actionem reuocata, quamque aptę moribus cuiusque generis, ac nationis vsus ipse quotidianus ostenderet, & quod tanto studio diuturna que commentatione, tot deliberationibus, ac sacrificijs in eis decretum, & cõstitutum esset, corroboraret. Ac ne tum quidem vim eas vllam, aut robur vllum habere, nisi ab vniuersa Societate denuo recognitas, probatasque voluit: id quod eius post obitum (vt suo tradetur loco) duo de sexagesimo huius seculi anno, cum ad Præpositi Generalis comitia cõuocata est Societas, fecit. Tum demum Præposito Lainio renunciato ex eiusdem Societatis decreto vnum in locum congregatę, rursus excussę, in manibusque iactatę, summa omnium consensione probatę, & quasi quadam veneratione receptę sunt. Eisdem per idem tempus Pontifex Paulus huius nominis Quartus ab quatuor Cardinalibus examinari iussas, & diu, multumque discussas, tandem saluas, atque integras, quemadmodum acceperat, ne verbo quidem immutato, restituit. Sed quid mirum eas tanta in admiratione fuisse, cum earum autor (vt supra dicebamus) in ijs conficiendis tam apertis significationibus diuinę mentis, tam crebris, inusitatisque luminibus redundarit? tam matura, diuturna que deliberatione in ijs elimandis, tot denique grauissimorum Patrum iudicijs, consilijsq; sit vsus? Conficiendarum porro eõ fuit Ignatij ratio. Primum omni motu animi, affectuque deposito in statuendis, omittendisve quibusque rebus, neutrã propendebat in partem, sed summa æquitate animi totum se in Dei manus, potestatemque tradebat. Deinde summo etiam ardore, & contentione poscebat vim, opemque dispiciendi veri, & ex Apostoli præcepto potiora probandi. Tum disputabat ipse secum in vtramq; partem, cum constituendum quippian, aut non constituendum videretur: collectasque vtrinque rationes conferebat inter sese, & suo quamque pondere, momentoque pendebat. Denique quod constitutum, & designatum animo iam habebat, id ad Deum referebat: & in eius velut oculis, conspectuque ponebat, supplex orans, atque obsecrans, vt lumen aliquod præferret menti suę: vt quod ei placeret maxime, id potissimum ipse discerneret. Post accuratam hanc, exquisitamque deliberationem, quo cuiusque rei constitutio, electioque tot rationum expressa momentis tutior, & aptior esset, omninoque cum Dei sensu, voluntateque congrueret, non continuo vtratum, ac fixum statuebat illud, quò bene affectus animus, & perturbatione iam vacans rationum ferebatur impulsu, sed id sæpius in consilium, & deliberationem adducebat, modo nouis excogitandis, afferendisque rationibus, modo allatis, & inuentis denuo ad trutinam reuocandis. Ad extremum quasi nihil egisset, id quod erat ei familiare, in arduis præsertim rebus, atque negotijs, totum se precatoni omni alio solutus opere, cura que tradebat, & rem diuinam quam accuratissime faciebat, vt mentem suam Deus pleniore quodam lumine collustraret, & motu ciceret interiore, quo magis omnia è re diuina, Societatisque decerneret. Atque vt sanctissimus Pontifex Leo, cum ad Episcopum Flavianum aduersus impiam, & detestabilem Eutychetis scribebat hæresim, priusquam aliquò destinaret epistolam (ea est in eius epistolarum volumine ad Flavianum decima, mirifico deinde plausu à Chalcedonensi probata Concilio) scriptam iam, & exaratum altari B. Petri Apostoli, cuius miro studio Pontifex ille tenebatur, imposuit; totos quadraginta dies precatoni, ieiunioque continenter intentus, vt chirographum tanti ponderis, quodque grauissimam Ecclesię causam continebat, si quid in eo castigandum, & corrigendum esset, Apostolus ipse sua manu corrigeret. Sic Ignatius cum scribendis Constitutionibus operam daret, priusquã de quaque re deliberaret, omninoque decerneret, id quod super eam orando, deliberando que commentatus esset, calamo exceptum, atque exaratum, imponobat alta-

50
Quæ multis, varijs, fuerisque iudicijs cõprobata sint Societatis constitutiones.

51

52

Quæ ratione vsus B. Ignatius in condendis constitutionibus

53

54

Informata constitutione quamque exemplo magni Leonis imponebat altari à Domino corrigenda

55 *Quadragesima dies deliberat B. Ignatium virum Sacrarum Professorum certos reditus habere expedire.* ri, vbi quotidiana sacrificia rite factitabat (quemadmodum & nos à senioribus audivimus, & is, qui sacrificanti minister aderat Ioannes Paulus Borellus exposuit) vt scribenti, deliberantique illucelceret Christus vberius : & multiplicato lumine de re quaque secundum maximam Dei gloriam, honoremque statueret. Quadragesima dies ipsos continuos, vt coniectura de reliquis fiat, in ardenti precatione, deliberationeque cōsumpsit, vt vnum illud tuto, & sine errore decerneret, liceret ne Professorum domibus, quæ totæ liberali hominū misericordia victitant, sacras ædes, vel modicis cum prouentibus possidere, vt haberent saltem vnde necessarios sumptus in instrumentum templi, ceterosque sacros vsus suppeditarent. Extant etiam num cōmentarij quidam, in arcula post eius mortem reperti, in quibus per hos quadragesima dies habitum animæ suæ, variosque sensus manu sua percripsit diuino sane instinctu : vt incredibilem prope donorum, quæ largissime ex immenso Diuinitatis fonte hauriebat, & diligentissime recondebat, species ad posteros aliqua emanaret. In ijs elucet ad viuum expressa viri sanctitas, admirabilis que diuinæ liberalitatis in seruū suum, & quanti apud nos ponderis esse oporteat relictas ab eo Constitutiones, ac leges : in ijs sese nobis (quamuis id non ageret) suo quasi pennicillo depinxit, vt qualis in precatione siue matutina, siue vespertina, qualis in comparando animo ad rem diuinā, qualis in ipsa re diuina, & secundum rem diuinam esset in actione gratiarum, nostrum ad exemplum, ac disciplinam intueremur. Hic luce clarius apparet quanta ei esset cum diuina mente coniunctio, quanta communicatio in expendendis, ac pertractandis singulis ferme Constitutionum locis, quanta vis lacrymarum, quantus imber, quam affluens, quamque redundans diuinarum suauitatum copia : quam cum humani pectoris angustia non satis caperent, ei umpebat frequenter in corpus, magno eius sæpe languore, magnoque labore : vt in ipsa sacrificio nonnunquam interclusa voce, cum facultas libere respirandi non esset, proloqui omnino verbum, ac pronuciare non posset, quoad tanta illa diuinæ dulcedinis copia, vbertasque remitteret. Interdumque fiebat, vt preces inter, & sacrificia tantis ardoribus æstuarer ; vt omnes partes corporis exardescerent, venæque omnes manifesta cordis palpitatione micarent ; interdum vero etiam pilus capitis inhorresceret. In ijs inquam Commentarijs cerni licet, (quod dudum dicebamus) quam crebris, quamque perpetuis à Deo splendoribus mens eius illustraretur, dum eius pectori mens illapsa diuina, cum eo sese admirabili quadam ratione, & incredibili iucunditate communicat. Cuius illapsu, communicationeque plurimæ in eius animo, maximæque notitiæ de Dei natura, & Personarum Trinitate fiebant ; vt etiam earū processiones, proprietates, operationes, & ea, quæ percipi ab homine sine doctrinæ præsidio, & disciplina non possunt, ei sine magistro, vel studio, siue expressis earum rerum in eius mente notio nibus, siue etiam visis obiectis extrinsecus patefierent. Quæ tot, tantæque notitiæ cū incredibili iucunditate coniunctæ, non ad exigui temporis fructum, sed ad dies sæpe complures hæreere eius pectori consueuerat ; vt quocumque ingrederetur, eæ comites sequerentur : cum eoque siue in cubiculo, siue in cœnatione, siue apud suos, siue apud alienos semper habitarent, & quodammodo pernoctarent : quarum æstu, magnitudineque sic absorbebatur, & à se ipse peregrinabatur interdum, vt similis esset homini, qui corpore terras coleret, mente cælum. Et quidem vt pijs lectorum studijs satisfaciam, quos non dubito quin auiditas ceperit eorum commentariorum specimen degustandi (quamquam perdifficile est conseruare spiritum eorum latina lingua) interferam quam fidelissimæ, quid altero, & vigesimo die notari. Sabbato, inquit, quintum sacrum de Trinitate. In precatione consueta, cum initio non multum adesset, post dimidium sat multum præsto fuit pietatis, iucunditatisque animæ cum aliquo obiectu, & specie lucidæ claritatis. Dum altare componitur occurrente menti I E S V, motus ad eum sequendum : cum penitus existimarem quod ipse sit Dux, caputque Societatis ; id esse omnium argumentum maximum, cur paupertas, & nuditas summa esset assumenda : quanquam aliæ quoque rationes, quas in electionibus adhibueram, eodem spectabant. Atque hæc cogitatio commouebat me ad pietatem, & lacrymas, atque etiam ad constantiam, vt quamuis in sacro huius diei, vel in alijs non affluerent lacrymæ, videretur hic sensus fore satis tentationum, & molestiarum tempore ad constantiam obtinendam. Inter has cogitationes cum progrederer, & sacras vestes induerem, crescebat pius sensus, & videretur

56 *Sensus mirabiles eorum quadragesima dierum.*

57

58

59 *Exemplar sensus diei vigesimi secundi.*

60

Quid maxime impulerit B. Patrem ad perfectam paupertatem in Societate decorandam

Quid maxime impulerit B. Patrem ad perfectam paupertatem in Societate decorandam

batur hæc plane esse confirmatio decreti ; quamuis aliæ consultationes abessent : & videbatur confirmatio esse quodammodo à Sanctissima Trinitate (Hoc enim B. Pater cupiebat: adesse sibi potissimum ab augustissima Trinitate sensum aliquem vnde intelligeret accepta illi esse, quæ ipse de paupertate decreuerat) cum ita se communicaret filius : quia recordabar eius temporis, quo Pater me apud filium collocavit. Post indutas sacras vestes, cum se mihi magis, magisq; nomen IESV imprimeret, & ita ego essem corroboratus, & cõfirmatus in omnem euentum, erumpēbat noua vis lacrymarum, atque singultuum. Sacrum iam ingressio multum comitabatur gratiæ, ac pij sensus cum quieta, longaque lacrymatione. In processu varij adfuerit motus in decreti confirmationem. Cumque diuinum Sacramentum sustinerem manibus, subiit internum colloquium, & commotio vehemens nunquam Dominū deserendi quicquid se objiceret, superfundente se noua dulcedine spiritus, ac nouis motibus. Permanitque sensus ille ingens cum impulsu ad lacrymas etiam post sacrum; totoque die, quoties subiret IESV memoria, recurrebat menti deuotio, & confirmatio. Huius potissimum diei placuit sensus adscribere, quamuis in alijs admirabilia legantur dona luminum cœlestium, atque suauitatum, quod hic clarius explicatur, quid maxime ad perfectam paupertatem beatissimum virum impulerit. Nec fraudabo piorum mentes cogitatione pulcherrima, quam die quinto, & trigesimo adnotauit. Venerat illi in mentem certo die finem sacrificijs imponere, quæ super hæc de paupertate deliberatione faciebat: deinde considerans, non ita definite agendum cum Deo, Dum me abijcerem (inquit) nec æquū existimarem præscribi à me certum tempus; sed vt me penitus, omniaque subijcerem, & ibi desinerem, vbi placeret summæ bonitati se mihi indicare : Subijt cogitatio quid si Deus me ipsa in gehenna collocaret : Hic vero, inquit, duo mihi offerebātur, ex vna parte cruciatus, quos eo loco perferrem, ex altera maledicta in Deum, quæ audirem. In priore non poteram mihi dolorem repræsentare, neque ijs cruciatibus commoueri: atque ita videbatur mihi multo acerbius fore in sanctissimum Dei nomen audire blasphemias. Sic B. Pater affectus Constitutiones suas edolabat, atque his maxime studijs, atque præsijs, cum eas scriberet, utebatur. Nullus enim apud eum tum librorum apparatus, nullus codex præter Missarum volumen. Studium eius præcatio erat: bibliotheca perennis cum diuina mente congressus. Et quidem in suis Constitutionibus ea sæpe tradit, vt non ab ipso inuenta, sed à Deo videantur bene dictata. Rogauit is Lainum cum Constitutiones scriberet (à quo non ignorabat sanctorum vitas, & eorum, qui religiosas aliquando familias, disciplinasque fundarunt, studiose peruolutatus) censeretne diuinitus earum autoribus omnia, quæ ad instituta cuiusque familiæ pertinent, indicata, an præcipua potius aliqua, & grauiora duntaxat, relictis ceteris non tam intimis, nec tam grauibus Patriarcharum, Fundatorumque prudentiæ, cui Lainius sibi videri dixit Deum Optimum Maximum, vt primum Familiarum omnium procreatorem, atque parentem, quos ad eas excitandas tanquam administratos, & famulos delegisset, ijs grauiissima quæque, & cuique disciplinæ intima præmonstrasse. Nam cum religiosorum Ordinum institutio non hominum sit inuentum, sed Dei, qui quidem proprium quendam ab vno quoque Ordine, cultum ac famulatum exigit, relinquitur, vt is etiam hominibus præsignificet, atque præmonstret, quæ ab quoque obseruari, curarique velit: vt quò sua homines coniectura, ac suspitione non possunt, illuc Dei admonitu, significationeque perueniant. Cetera vero, quæ non tam vim, naturamque cuiusque Ordinis, quam adiuncta quædam, & quasi circumstantias attingunt, eademque pro varietate temporum, ac locorum variari, mutarique possunt, ea putabat Fundatorum permitti iudicio, atque prudentiæ: quemadmodum in Ecclesia Catholica animaduerti licet, in qua regenda, ac temperanda multa huiusmodi Deus suorum ministrorum, vicariorumque prudentiæ libera, atque integra esse voluit: cum tamen ea, quæ sunt præcipua, iam tum ab initio suis Apostolis, & primis illis Ecclesiæ Pastoribus indicarit. Hæc censuit Lainius, cui & se subscribens Ignatius, sic, inquit, & ego sentio. Quo quidem ex responso non obscura coniectura dicitur, ei quoque indicata fuisse de Cælo, quæ ad intimam huius instituti rationem, naturamque pertinent, & quæ sunt quodammodo nerui, ac fundamenta huius, quam sequimur, disciplinæ. Atque hinc superiorem B. Patris interrogationem ortam, quasi dubitantis, & ambigentis liceret ne sibi quippiam aliud, quod tum

61

62

Mira B. Ignatii erga Deum caritas.

63

Lainij sententia, Deus Religiosorum Fundatoribus reuelat grauiissima quæque sui Ordinis.

64

65

Idè probat B. Ignatius vnde intelligitur, etiam illi sententiam, ut vocant, Societatis reuelata. qui omnia etiam tribuit Manu reuelata.

forſitan

forſitan in mentem venerat, haud ita tamen ſuæ diſciplinæ, intimum, ac præcipuum, Deo non indicante, decernere. Quod ipſum eiſdem ex ore planius cum vna cum Ludouico Conſaluo (cuius alias eſt facta mentio) de Societate diſſereret, intellectum eſt. Nam cum multa & varia inter ſeſe de huius vitæ rationibus, inſtitutiſque conferrent, præfertim illa, cur Societas communem cum ceteris Clericis, aut non admodum diſſimilem cultum corporis adhiberet, cur publice in templis choris alternantibus, vt ceteri Ordines, ipſa quoq; non pſalleret, cur ad exploranda, ac periclitanda ingenia, moreſque tyronum pedeſtria imperaret itinera, nullo adiuncto viatico, ſed prece humili corrogato, cur præter Profeſſorum, Tyronumque domicilia Collegia inſuper, & ſtudiorum ſedes haberet, cum hæc, in quâ, & alia huiuſmodi inter ſeſe communicarent, eorumq; ſingillatim rationes Ignatius redderet, ad extremum rationum omnium ſummam ad vnum illum rerulit Manræ ſe ceſſum: in quo perſpicuas horum omnium, & aliorum à Deo impreſſas, & quaſi conſignatas in animo ſuo notiones, & intelligentias acceperat. His igitur teſtatas indiſijs Conſtitutiones noſtras habemus, vt plane appareat, quid ſentiendum ſit de eo, ſi quis exiſtat, qui tot diuinis ſignificationibus, & admonitionibus editas leges, tot ſacrificiorum procurationibus, precationibus, lacrymis conſtitutas, tam diuturni temporis apparatu confeſtas, tot vigilijs elucubratas, tot grauiffimorum Patrum iudicijs, conſilijs, deliberationibus agitatas, tanto denique Societatis vniuerſæ conſenſu, approbatione, periclitatione, vſuque receptas, aut parui pendat, ac negligat. Præuis mentibus nihil vnquam reſectum, obliqua ſunt omnia, dum ad reſectam normam regulamque ſe ipſæ non dirigunt. Conſtitutionum induat ſpiritum, & ſanctitatem oportet, qui de earum dijudicare præſtantia, & ſanctitate velit. Collatis igitur cum Patribus B. Pater Conſtitutionibus ſuis, plena, ac libera mutandi, moderandi, addendi, quæ viſa eſſent, poteſtate facta, opportuniſſimum tempus ſenſit eſſe, vt quod dudum apud ſe conſtituerat, per occasionem vniuerſi conuentus partes ſuas alteri traderet, & antiqua illa ſua auiditate patendi, ſeſeque in ordinem redigendi, tum etiam tot ſuis & animi, & corporis (vt affirmabat) imbecillitatibus incitatus, ſeneſta in ſuper accedente, quæ ſuo quaſi iure vacationem muneris poſtularat, à Societatis gubernaculis, quæ per inuitus acceperat, omnino recederet. Ac ne ſibi, vt olim coram agenti reclamaretur à Patribus, per hanc Epistolam conſilium ſuum diſertis verbis expoſuit. Quod complurium, inquit, menſium, & annorum conſideratione nullo ſiue interioris, ſiue exterioris commotionis impulſu, ad maiorem laudem, & gloriâ diuinæ Maięſtatis conſequi, & intelligere potui, id nunc in cõſpectu Procreatoris, ac Domini mei, qui me in æternum iudicaturus eſt, exponam vere, & omni remota perturbatione. In mea multa delicta, multa que vitia, & multas animi, corporiſque infirmitates intuens, ſæpe in eam penitus veni ſententiam, mihi infinitis prope partibus de eſſe vires neceſſarias ſuſtinendo oneri huic Societatis, quod in præſentia inducũ, & impoſitu eius ſuſtineo. Opto itaque in Domino rem diligenter expendi, & alterum deligi, qui melius, vel certe nõ ita male regendæ Societatis munere fungatur, & hoc ad eum munus deferri: nec modo ſi melius aut minus male, ſed etiam ſi pari modo geſturus ſit. Quamobrem in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vnius Dei, & Creatoris mei ego ſimpliciter, & absolute quicquid muneris gero, depono, & ab dico, quæſoque, ac toto animo precor in Domino tum Profeſſos, tum quos illis ad hanc deliberationem aſſumere viſum erit, vt hanc oblationem meam, a deo coram diuina Maięſtate iuſtam, accipiant: Sique inter eos, qui futuri ſunt arbitri, forte non conueniret, per caritatem, ac reuerentiam Dei Domini noſtri oro, vt impenſe rem eius diuinæ Maięſtati commendent; vt omni ex parte voluntas illius perficiatur ad maiorem eius gloriam, & commune maius bonum animarum, totiuſque Societatis, accipiente ipſo omnia in maiorem ſuam laudem, & gloriam æternam. Recitata in cõuentu præter omnem expectationem hæc epistoła magnos animorum motus fecit, cum ſingularem ſancti viri modęſtiam, animique ſubmiſſionem latis extollere cuncti Patres, & admirari non poſſent: cuius cum omnibus adminiſtrandi ratio tot nominibus probaretur, ei tamen oneri ſeſe imparem prædicaret. Placuit tamen in eius gratiam ad ſuffragia rem vocare. Vnus Andreas Ouiedus, qua erat ſimplicitate candidiſſimæ mentis, concedi poſſe Patri quod flagitaret, ſibi dixit videri: cauſamque alijs quærentibus, Quia, inquit, ipſe, qui ſanctus eſt, ita exiſtimat expedire. Sed ceterorum omnium,

66

67

Conatur
B. Ignatius
abdicare
Generale
ſumm.

68

Epistoła B.
Patris ad
Congrega-
tos Patres.

69

70

Andrea
Ouiedi ſim-
pliciter.

omnium, & ipso statim accedente Ouiedo, quæ fuerat olim in renunciando, eadem nunc fuit in eo retinendo consensus. Ergo per internūciam admonent Societatem regere porro pergeret, & ut instituerat ordinare: se quidem saluo officio gerere morem eius postulationi non posse, ac ne alium quidem vnquam in Societate Præpositum (eo superstite) se laturus. Hoc Ignatius responso accepto, cum animaduerneret ad optatissimam fugam cūctosiam sibi aditus interclusos, paucos post dies periculosum in morbum lapsus reputare secum ipse magna sua cum voluntate cœpit, num compendiarie aliqua via sese Deus eo vellet onere liberare. Sacro igitur Natali Domini die cum vnum & alterum sacrificium continenter eo, quo cōsueuerat ardore animi, & contentione fecisset, virium languore tabescens graui correptus est morbo. Cumq; sibi iam persuaderet, breui se è corporis custodia mittendum, (non enim procul aberat à summo periculo) tantis animi voluptatibus deliniri, tantis perfundi suauitatibus cœptus est, spe, atq; expectatione quietis æternæ; vt cum fluentibus sine modo lacrymis imperare non posset, ingens corpori detrimentum afferret: rogandusq; & à domesticis, & à medicis sæpè fuerit, vt nimios illos temperaret ardores: & ab inflammatis illis studijs, amoreq; superarum rerum, atq; cœlestium animum parumper abduceret: nec ad eastanto impetu rapi sineret, in ijsq; si hæere defixum, vt destitutum viribus corpus infinito languore deficeret. Sed tam iucunda spes & vitæ pariter, & muneris deponendi frustrata est virum sanctum. Breui enim ex eo morbo emerfit, & intoger restitutus est suis. Tradidit tamen Cœlo Romana domus dignum memoria virum Cornelium Crocum. Ortus erat Amsterodami in Hollandia honestis parentibus: ibiq; complures annos, post humanas, sacrasq; disciplinas Louanij perceptas, iuuentutem bonas literas edocuerat, singulari studio curans, vt teneras mentes non minus pietate, quam literis informaret. Nihil sinebat ex veterum libris parum pudicum, vel ad oculos adolescentium, vel ad aures accidere. Vt Grammaticam impij Melanchtonis amoueret è ludo, suam ipse composuit; & alia opuscula ex vsu doctrinæ politioris. Grauiora quoq; contra Hæreticos opuscula edidit. Corruptores enim religionis, & detestabatur grauissime & insectabatur acerrime: nullumq; non subibat laborè, nihil non moliebat, vt eos refelleret, confirmaretq; Catholicos. Diuinum etiam cultum, venerationem præsertim augustissimæ Eucharistiæ perstudiose tuebatur. Et habebant curæ eius momentum ingens, & exitum peroptatum, quod innocens vita grauissimi sacerdotis, claris, perpetuisq; exemplis cum præibat, tum sequebatur seduli studia monitoris. Ad initia Conimbriensis Academiæ cum ab Lusitano Rege magnis honorum inuitaretur ille cebris, suo omni cōmodo, ac splendori vetulæ parentis caritatem antetulit. Quæ vbi octogenaria composita est, quinquagenarius ipse humana fastidiens, anhelans cœlestia perfectæ amore virtutis Romanum iter pedes aggreditur. Parisios cum venisset, focijs hortantibus, vt autumni mitiora expectaret tempora, Nolite, inquit, fratres, nolite retardare peregrinationem meam. Dominus dux mihi, & socius erit, cuius gloriæ modicum hunc laborem capesso. Spero & mihi, quamuis nona hora accedam, reddendum denarium. Romam igitur magno labore venit sc̄uic̄tis æstus incommoda nihil formidans; & in Societatem admissus, vitā omnem confessione accuratissima recognouit. Ac subinde, quod noxio anni tempore Vr̄bem inierat, morbo correptus, paucisque diebus consumptus, quam serus ad vineæ Domini labores accesserat, tam citus ad denarij, quam sperabat, mercedem peruenit. Vir singularis humilitatis, atque modestiæ, præclarisq; naturæ, ac Dei donis ornatus. Secundis in vr̄be rebus sese, vt solent admiscuerunt aduersa. Dederat superiore anno Societati nomen Lucius Crucius nobilis Tyburtinus, patruo perinuito eiusdem vr̄bis Episcopo: qui vt Lucium à proposito reuocaret, cum Põtificis Maximi auctoritatem per Cardinalem quendam interponendam curaret, anteuertit Ignatius, & Pontificem ad suas partes adiunxit. Qui non modò audiendum Cardinalem illum non putauit, sed eum potius, quod Societatem suis sermonibus carperet, per alium Cardinalem grauius obiurgauit. Ergo de sua spe Tyburtinus deiectus Antistes, acrem se nostris aduersariam per suum vicarium Tybure præbuit. Habebat tum in S. Laurentij r̄de ciuitatis principe Michaël Nauarrus conciones, & Catechismum, quibus ei Vicarius, vt interdiceret, causam aliquam queritabat. Cum inueniret nullā; socium eius Antonium Roborem, quod oleum per vr̄bem emedicaret, (eleēmosynis enim tum

71

*lubesur
Ignatius
pergere in
Societatis
admini-
stratione.*

72

*Agrotas,
& maxi-
mo per sum-
ditur gau-
dio è spe
vita bea-
sa.*

73

*Mors Cor-
nelij Cro-
ci.*

74

*Aliquid
procella ob-
roceptum
Lucium
Crucium.*

Societas Tybure victitabat) id quod ab alijs etiam fieri consueuerat, cōprehendit, in carcerem-
que coniecit. Quo factō cum minime commoueretur Michael, nec verbum pro socio faceret,
solumque dicitaret, si quid cōmeruisset Antonius, iure plectendum, Vicarius eum de custodia
dimisit. Et quoniam ex Michaele quæsierat quo tandem iure, quauē autoritate ad populū verba
faceret, & ecclesie sacramenta homo peregrinus administraret, perlatæ sunt confestim ab vrbe
literæ, quæ fidem facerent Societati vbi que licere per sedis Apostolicæ iura beneficiumque suas
rite partes, & functiones obire: ita & Vicario, & Episcopo silentium impositum. *Quantū Ignati-
tij reprehensionem Nauarrus, quod Vicarium sibi molestum acrius aliquando cohibuerat, non
effugit. Volebat enim suos omnes B. Patet, etiam tum, cum pro Societate causa staret, non mo-
do aduersus Episcopos, verum etiam eorum erga vicarios summissæ, modesteque se gerere. Sed
Episcopum Crucium Lucij denique cōstantia, & dies ipsa placavit: vt qui prius Societati se pro-
fitebatur infensum, postea commutatus animo fautorem se cum Hieronymo fratre, Lucij pa-
rente, ac beneuolum declararit. Antistite propitio solutiora iam omnia Tybure Societati fuere:
Gymnasium publice expositum extra portam illud quidem & extra muros, sed non exiguo di-
cipulorum numero. Celebrabatur initio ab adolescentibus, puerisque ferme septuaginta, quo-
rum vt commoditati cōsuleret Ciuitas, de transferendis in interiorē urbem scholis agere cœ-
pit, & in eius velut vmbilico locum, & ædem obtulit. Nec minus opportuno loco præstati pro-
bitate scēmina Lucia Cynthia domum cum hōrtis attribuit. Cuius beneficentiam haud impari
munere remunerata Societas est. Eius quippe Nepos in iurgio cum ciue rixatus, à Michaele for-
ras abductus, dum turba sedatur, & aduersarij conticescunt, spiritualibus exercitijs excolitur.
Qua ab exercitatione vbi dimissus est, miraculo fuit popularibus suis eius insignis commutatio.
Nec minore hominum admiratione ab eodem sunt Michaele morbi corporum, febresque depul-
sæ. Filius erat vnicus ciui principi, quem suis reuerfionibus pertinax febris exagrabat. Ad
hunc Michael cum accessisset parentis accitu, & super ægrum manum imposuisset, febrim re-
pente dispulit. Humiliora, quæ modo faciunt ad exemplum, varijs gesta per Italiam locis non
prætermittamus. Meldulæ, Fauentique (nec enim admodum inter se distant vrbes hæ duæ) Ste-
phanus Capunfacchus, quo eum inuitarat Antistes, rem Christianam antequam sacerdos est con-
secratus, strenue, nauiterque promouit. Virgines, atque puellas, quæ propter inopiam ad Gine-
cæa transire non poterant, curauit pias per matronas in paternis saltem ædibus excolendas; ob-
uijs mendicis ne suæ caritatis deesset officio, compluribus autor fuit, vt quod Bacchanalibus sibi
parauerant epulam, in eorum necessitates, famemque conferrent: Ad communem horarum
quadraginta supplicationem cœtus integros adducebat: & singulis horarum initijs, paucis co-
hortando præfatus, ad pie, riteque precandum eos, qui conuenerant, erudiebat. Is dum ad sa-
cerdorum Ignatij iussu se comparat, mors obrepit. Mortis causa nimia eius in corpus suum dur-
rities, & orandi contentio: qui cum in literarum studio Patavij versaretur, consueuerat se cun-
dam cœnam singulis noctibus horas in oratione quaternas, quinqueve traducere. In edomando
vero corpore, & verberibus accipiendo tam erat immitis, & asper, vt sæpe totos humeros cruentaret.
Inuentus est aliquando nudus à Iacobo Lainio domesticis in hortis concubia nocte, hye-
meque rigente totis viribus, ac lacertis in sua terga sæuiter partim recentibus cruenta plagis, partim
præteritis adhuc tumida. Tum demum immoderatis eius ardoribus non prius animaduertis
iniecti feni, sero illi quidem, & tum videlicet, cum in eum locum deduxerat valetudinem, vt
nullis subleuari remedijs, ac eiurationibus posset. Sed illud cōmodi è nimis illis maiorum cō-
tentionibus postea ortum, quod legibus diligenter est cautum, ne quis suis Rectoribus inconsultis
quicquam audeat in corpus suum, quod Deo semel, ac disciplinæ dicarit. In Silano, quod
Carfagnanæ (hodie vulgus appellat) prouinciæ caput est; vt etiam in finitimis Ferrariensis, Flo-
rentinæque ditionis locis Syluestri vigilijs, curisque iam notis perniciosæ sublata sunt hæreses.
Vis æris alieni suis Dominis ingens reddita. Sodalitates ad officia pietatis incensæ, sacramento-
rum mos creber inductus. Virgines ad cœnobium, cuius Syluester ipse cōstruendi fuerat autor,
certis astrictæ legibus, & institutis inclusa. Denique alia è se diuina, & communi sunt gesta.
Quorum fama Ferrariæ Dux Hercules ad Ignatium pro retinendo tam nauo, tamque inductio*

VIRO,

75
Reprehen-
dit Ignati-
Michaelē
Nauarrū,
quod acri-
us pro So-
cietate
quāquam
iusto, pu-
gnasset.

76
Captum
doceri Ty-
bure.

77
Michael
Nauarrus
aliquos
curas a-
grosos.

78
Stephani
Capunfac-
chi res Mel-
dulæ ac Fa-
uentia.

79
Singulorum
mors, &
vita seu-
erina.

80
Res Sylue-
stri Landi-
ni in Car-
fagnana.

viro, ardētes literas scripsit. Nec abnuit studio pij Ducis Ignatius, votis præsertim Toletani Cardinalis impulsus hæreticæ prauitatis inquisitoris, qui gratum sibi fore significauerat, si regiones illas, quæ in aliquâ suspensionem hæresis vocabantur, sua Syluester prædicatione lustraret. Quod ille ingenti animorum motu, plurimoque fructu fecit. Cuius ardoribus alij Præsules delectati, suas item ab eo dioceses inspici, lustrarique voluerunt. Et ij erant ad templa concursus quocunque ille veniebat, & sui copiam fecerat, vt referri videretur vbique perpetua quædam celebritas maioris hebdomadæ. Cumque vnus aures sufficere contentium turbæ non possent, adhibebat ad id eos, quos supra significauit, presbyteros, ab se iam doctos, & pijs commentationibus institutos. In itineribus oblidebatur à populis, vt sibi illico operam daret: nonnullique rædijs in syluis, summisve montibus comprehensum, non prius dimittebant, quam enunciantibus sua peccata remitteret. Interdum etiam ad eum Matresfamilias flentes, ac supplices, vt ad suos curandos ægros accederet, plenæ fiducia festinabant. Erat tum anni tempus, quo metendis frugibus distinebantur agricolæ; & tamen cum auditum esset, Syluestrum esse dicturum, messorum ad eum omnes relicto opere confluebant. Quidam autem dum optatis frugibus nimium incubat, quæstusque labori intentus, ceteris ad concionem coëuntibus, vnus remanet, manipulos, quos collegerat inopinatus ignis absumpsit; incertum vnde ortus: sed vulgo creditur immixtus à Deo ad luendam anxiam curam pereuntis pabuli. Secundis hæc rumoribus Mutinensis etiam permotus Episcopus ab Ignatio Syluestrum impetrat, & suæ omnis peragrandæ, cognoscendæque diocesis partes imponit, in primis aurem docendi Parochos ad populum ea dicere, quæ in exercitiorum libello B. nostri Patris prima traduntur hebdomada. Namque Antistes erat Ægidius Foscararius è veneranda S. Dominici familia, qui sacri quondam Palatii Magister, eum accurate libellum, cum ad examen vocaretur, expendere, & primus suo chirographo, verbisque grauisimis approbavit: ex eoque tempore magno illum in pretio semper habuit, & eo demum loco, numeroque, vt inde non orandi, & commentandi modo, verum etiam vtiliter differēdi, & concionandi sylua facile comparetur. Eius igitur iussu Syluester locis centum supra triginta lustratis, & eius familia vniuersa succinstituta, vt octauo quoque die sacrosancta confessionis, communionisque mysteria celebraret, plenus fructibus, ac meritis locuples inde discessit. In Neapolitano regno nauatum est animis à Bobadilla studiū præsertim Rossani, non minore bonorum gaudio, à quibus colebatur, & ferebatur in oculis, quam malorum inuidia, à quibus passim ei parabantur, & struebantur insidiæ. Vehemens suspicio fuit, idque ab amicis multo ante prouisum venenum à perditis ei datum, vt prodigij instar miraculique sit habitum, quod extremam perniciem ictus iam Pater effugerit. Verum vt emerit è morbo, eadem alacritate, atque constantia ad castigandos improbos redijt. In Siciliensi regno par incrementum & Societatis, & rei Christianæ. Messanæ primum è cunctis Societatis locis inchoata Probationis est domus, è Nouitijs ferme duodecim ab antiquorum congressu, atque habitatione seiuantis, ita tamen, vt in eorum ædes è Collegij domicilio pateret ingressus, nõ dum proprio adhibito ianitore, vel ostio: proprio tamen adiuncto Magistro, atque custode Cornelio Vishauco. De quibus domibus penitus ab ceterorum congressu sciungendis mentionem primus omnium intulerat superiore anno Natalis. Reliqua eundem tenebant in Vrbe cursum: nec desiderata foris est, cum se dabat opportunitas, Societatis industria. Magnas Paëtensis ciuitas ex Andrea Frusio, qui eò se Præsulis rogatu contulerat, vtilitates hausit. Nam cum eâ publica sceneratorum iniquitas premeret, & obrueret, plurimique ciues patria cedere, vagique errare per montes, & antra cogerebantur, Frusius maxima omnium approbatione perfecit, vt sceneratoribus ad pœnitentiæ sacramentum, & male parata reddenda perductis, familiæ amplius centum, & quinquaginta, quæ solo patrio carebant, longo veluti postliminio redirent. Panormi versabatur adhuc Lainius sui semper similis in agendo. Eius oratione constituta est è ciuium numero sodalitas, quæ puerorum solitudini, & orbitati succurreret. Nec minore opportunitate à laico Fratre Iuliano Flandro publicæ custodiæ consultum. Qui cum ægrotos vincetos animaduertet squallore, situque carceris extremum vitæ discrimen adire, cubicula quædam separatim, quo illi transferri, curarique possent, extruenda curauit. Quo in munere mors illum cum occupasset, non sine magno luctu, desiderioque

81

82

Nimium accēti manipulis ignis absumis.

83

Bobadilla cura Rossani, ubi & periclitatur.

84

Messana prima in Societate domus probationis secreta à ceterorum consuetudine.

85

Paëtensibus Andrea Frusij vtilis labor. Panormitanis Lainij.

86

Iulianus Flander moritur, cuius opera consultum custodijs publicis.

ciuitatis, cui carissimus erat, Prorex, ne tantæ pietatis opus relinqueretur inceptum, publicis mandauit scribis, vt id vrgerent, ac promouerent: victorumque præcipuam in eorum morbis curam, atque rationem, cum aduocandis Medicis, & Chirurgis, tum pharmacis comparandis haberent. Deinde ad Lainium, & Domenecum missos, ex eorum præscripto, consilioque gerere rem omnem iussit. Ita conflata sodalitas alia, & suis legibus temperata, quæ victorum incommodis, morbisque prospiceret. Ac Vega quidem Prorex perseuerabat in amore, opinioneque Societatis. Is à Cæsare impetrauit, vt Abbatia quæ prima vacaret, quingenos, sexcenosve annui census ferens aureos Panormitano Collegio assignaretur. (Assignata est post aliquot annos sanctæ Mariæ à Crypta.) Et quoniam rescripserat Cæsar Societatem, quam ei commendaauerat, non satis cognitam sibi aliunde fuisse, tamen si dictis eius, ac literis fidei satis habebat, faciendum Vega putauit, vt literarum Apostolicarum exemplar, quibus Societas confirmabatur, ad eum mitteret, & simul obsecraret, testimonium de ea sumeret ex ipso Pontifice, Ferdinandoque Romanorum Rege, minime dubitans, quin tantorum Principum testimonium cum sua testificatione congrueret. In Africanam expeditionem hac estate discedens, nihil antiquius habuit,

87

*Ioan Vega
Prorex
Abbatia
Panormi-
tano Col-
legio impe-
ratis: ac de
Societate
Carolus
V. edocet.*

88

*Africana
expeditio
Vega, ad
quam La-
inius du-
xit.*

quam vt Lainium precibus, & sacrificijs apud Deum, opera & concionibus apud milites prædico futurum vna deduceret. Quippe Africam urbem (quod Aphrodisium Prolomeo videtur esse, quidam Leptim appellant) in aduerso Siciliæ litore sitam, Dracutus Archipirata famosus cum occupasset, repentinisque inde excursionibus Siciliam, maritimaque Italiæ, ac totum late intra Herculeas columnas mare haberet infestum, Carolus Cæsar, vt eam pestem amoliretur, receptaculum, & cubile illud eripiendum prædonibus ratus, Proregem Vegam expeditioni præfecit. Iussus & Andreas Auria adesse cum classe, cui Pontificiæ triremes, Florentinæque, ac Melitenses adiunctæ. Vndecimo Kal. Quintiles Panormo classis secundo cursu prouecta, die S. Baptistæ natali Aegates insulam clade olim Pœnorum nobilem (cui hodie Favagnana nomen) tenuit. Hic Prorege hortante in concionem Lainius progressus, ex ipsis Baptistæ præceptis officium Christiani bellatoris exposuit. Quarto post die, non magno negotio terra Africa potiuatur, captoque Castris ex sententia loco, ad instruendum Nosocomium Lainius (quam ei curam Prorex

89

*Lainius
Nosocomio
præficitur:
quod sum-
ma cari-
tate, ac se-
dulitate
curat.*

90

vniuersam tradidit) ingenti ardore se vertit. Præclaram laborum segetem præbuit in longum ducta obsidio, præsertim Africanos per æstus in anni maxime torrida tempestate. Opportunum erat leuamen quatuor Capuccinorum caritas: sed cum horum binos glorioso sub falce mors oppressisset, binos grauius laborantes cum alijs permultis agrotis Prorex in Siciliam remisisset, totum prope in Lainium, eiusque Socium Martinum à Cornozona onus incubuit. Sua ipse manu Pater præparare, ac porrigere pharmaca, vnguenta oblinere, cibos in os moribundis inferere, lintea quoque purgare: idem præsto esse cunctis alloquio, nocturnas ducere excubias, præcipue intentus agere, ne quem in expiatum confessione criminum extrema necessitas occuparet: frequens in publico sacrificium adhibere, frequentem de inanitate mortalium rerum, de corrigenda vita, comparandaque æternitate sermonem; suprema demum officia vita functis præce, & iniecta humo persolvere. Alij super alios interim sternerbantur. Ducenti sæpe, & quadraginta iacebant: nec modo laborum moles, sed ipsa loci graueolentia, spiritusque putrescens, & quoddam quasi contagium administratos ad vnum lecto omnes, ereptis multis, afflixit. Vni Martino, & Lainio, quibus minimum erat quietis, valetudo; & quidem, vt is loquitur, solito firmior constitit, admirantibus iuxta cunctis & gratulantibus. Inter hæc, vt est vir, quem Christi caritas vrget, vnus pro multis, nihilominus curæ strenuus sacerdos valentibus copijs impendit. Proregis, Garziæque à Toletto, Alfonso Gulettæ Præsidis, Ferdinandi item a Toletto qui Neapolitanas, & Aluari Vegæ, qui Siculas ductabant copias, Ferdinandi quoque consobrini Proregis Castrorū Præfecti, plurimorumque præterea ex primis confessiones excipiens, multum consilio, autoritateque, ad capitum inter sese concordiam, rei que summam profecit. Iuuabat sancta non minus ex vrbe belli successum Ignatius, suisque & vniuersam per Societatem in dictis sacrificijs, ac precibus. Quin etiam (vt supra significauit) à Pontifice Iulio institit, vt sacri anni Iobæum Africanis militibus impertiret. Quæ res vbi perlata in castra est, & magna omnium letitia tubarum clangore vulgata, vrgens occasionem Lainius, quam & imminens oppugnatio intende-

91

*Lainij cū
valenti-
bus cura.*

bat,

bat, ad vitæ omnes expiationem, instaurationemque apposita concione succendit. Tum vero certatim ad sacra concursum. Traductæ Lainio inter audiendum penè noctes insomnes: mutæque adeo vulgo mores; vt plerisque militia, quæ non raro est vitiorum officina, fieret scholæ virtutis; pulchriore multo de se ipsis relata, quam de hoste victoria. Testati sunt veterani multis in bellis sæpe ante versati, nusquam sibi tantum ad pietatem studium, ac nominatim ad conscientias confessione leuandas, nusquam militarem licentiam modestiorem, iustiorumque perspectam: neque alibi supremum certamen magis anceps: vt haud obscure auxilium cœlestè in exitu cerni potuerit. Quarto idus Septembris expugnata vrbs est: quatrduoque post, qui dies Dominicus, & sanctæ Crucis exaltationi sacer illuxit, cæremonia magna præcipuum è Mahometicis fanis, Deo vero, sancti Ioannis Baptistæ titulo dedicatum: & Maurorum quidam sacro fonte lustrati. Quorum vnus grauius saucijs, eodem die deceffit. Lainius autem in eadem celebritate, de gratijs Deo agendis, deque instruenda ab militibus in præsidio remansuris, vita disseruit. Priuatim subinde sacræ administrationis seriem præceptis, & monitis ordinauit, luculenta etiam ad rem diuinam suppellectile ex varia ducum liberalitate quaesita. Iam sacra erant, iam profana composita: & naues conscenderat miles, gestiensque victrices in Siciliam proras obuerterat, cum aduerso morante vento, nuncius tristis interuenit, Ferdinandum Vegam Proregis filium natu maximum, quem is in prouincia vicarium sibi reliquerat, acerba morte sublatum: ac protinus eodem die, vbi nox inhorruit, immanis tempestas cooritur: quæ tres deinceps dies noctesque desæuiens, nauigia quassans, interseque collidens, onerarijs duabus dissolutis, & fractis totidem cum aliquot triremibus meris, in extremum omnes discrimen adduxit. Ita arbiter summus prospera attemperare gaudet aduersis, non in his minus, quam in illis benignus, & laudandus. Quod ipsum vbi tranquillitas redijt, Lainius militi ad refarciendas naues, ac vires in litus egresso, pro suggestu ostendit, sapienter orbitate Proregis, & tempestate descripta, magno cum auditorum assensu, maiore cum fructu. Quippe cuius orationi non singularis modo doctrina, visque dicendi, sed multo maius perspecta eximiarum virtutum decora pondus dabant. Duas tamen ex omnibus in vito Dei laudes vniuersi notabant, suspiciebantque maxime: abstinentiam pecuniæ, & excelsum animi inter quosuis terrores inuictam; vno verbo, rerum humanarum, vitæque contemptum. Nam in Noloscomij procuratione conquisitis studiose subdidjs large, lauteque habens ægrotos, inde sibi ne cibum quidem, sed ex priuata Vegæ benignitate capiebat. Qui recuperauerant valetudinem, summis precibus gratæ memoriæ monumentum aliquod obtudebant; Nihil tamen vt vnquam reciperet, impetrarunt. Quin etiam gratissima accidebat vulgo illa eius sedulitas, quod diligenter aduigilabat, ne vestium, aut ceterarum quidpiam retum ægrotantibus siue per incuriam, siue per iniuriam, vt sæpe vsu venit in castris, deperiret. Quo in genere euulgata Patris fidelissima cura fecit, vt permulti pecunias apud eum, quæ quæ haberent carissima, vrbs tentaturi, aggressurique deponerent. Quibus non ipsæ modo res fideliter custoditæ, sed etiam conseruata videtur vita diuinitus. Nam cum Lainius, dum pro toto exercitu preces facit, nominatim eos, qui sibi tantum crediderant, tutelæ Numinis commendasset, plane euenit, vt eo de numero nullus tam difficili desideraretur in prælio. Hi deinde, alijque de præda cum multa offerrent, quam fidelem repererant ipsorum pecuniæ, tam suæ mendicitatis custodem integrum reperere. Sed periculorum, vitæque contemptum tum inter decumbentes, ac morientes securo perseverantia, diurnisque tot mensium, ac nocturnus labor ostendit, tum sæpe dum oppugnatur vrbs inter hostilia tela progressus. Cuius securitatis causam deinde afferrebat, quod nunquam nisi caritate, ac recta ratione (quantum sibi videretur) suadente, in ea loca conijceret sese. Nuper autem tempestate furenti, cum animum æque miles, ac nauta despondissent, ac vel attoniti metu hærent, vel lamentis cuncta miserent, Lainius diuino plenus solatio perstitit, ac spe bona, incolumitatem, vt euenit, cunctis constanter, & magnæ voce denuncians. Nec profecto ad miratione caruit, triremem, quam ipse conscenderat, vetustate fragilem, crebroque aliarum incussu quassatam, vnius etiam illisu puppis magno hiatu ruptam, neque solutam compagibus, neque fuisse demersam.

92

Vrbs capitur.

93

Ferdinandus Proregis filius maximus in Sicilia moritur.

94

Abstinencia Lainij et animi magnitudo.

95

96 *Collegium Venetijs inchoatur sub Nicolai Gaudani cura.* Eodem Societas anno Collegio Veneto aucta est: cuius autor idem, qui fuerat Patavini, Andreas Lipomanus. Is præter eos duodecim, quos alebat de Societate Patavij, totidem Venetijs alios poposcit alendos. Ad ea ponenda principia destinatus est ab Urbe Nicolaus Gaudanus cum alijs aliquot è Patavino Collegio. Hi primo suo aduentu apud eundem diuersabantur Andream: deinde tradita parte domus cum adiuncto sacello Beatæ Virginis huc migrarunt: primique pridie idus Aprilis quasi formam quandam dedere Collegij. Nemo erat inter eos vno excepto Gaudano sacerdos, qui sermonis Italici non satis gnarus, nec dicere ad populum præterquam ad suos Belgas poterat, nec Præpositi partes, quas sustinebat, implere. Quo circa Ignatium commonendum Lipomanus putavit: vt, si ei videretur, & Proregis cum pace fieret, Andream Frusium è Sicilia reuocaret in Gaudani locum. Paruit Beatus Pater viri beneuolentissimi monitis: & dum Frusius Venetias mittitur, (mitti enim nisi anno vertente non potuit) alterum suffecit Andream è Patavino Collegio, cui Galuanelli cognomen. Gaudanum vero cum Petro Schorichio Ingolstadium ire iussit, Salmeronis in locum, quem Veronæ Pontifex Iulius Lipomano Præsule postulante concesserat. Gaudanus autem priusquam in Germaniam se conferret, ex Ignatij præscripto Bononiam venit, vbi publicum doctrinæ testimonium & honorifica Doctoris insignia, antegressis non sine laude consuetis periculis, ac iudicij accepit.

Iam in ipsa Germania tres illi, quos supra nominauimus, Salmeron, Iaius, & Canisius publice in Ingolstadiensi gymnasio docebant, sed fructu non maximo, idoneis destituti discipulis. Itaque, quanquam Dux Albertus, qui Guilielmo parenti vita functo successerat, acriter cum Pontifice per literas, atque interuencios egit, ne quis eorum auocaretur, ab ipso tamen Pontifice Cardinalis Augustanus impetrauit Iaium & ad restituendos suæ moris Ecclesiæ, & ad rem Catholicam promouendam in Cæsariano conuentu, qui propediem erat habendus Augustæ. Nec ingrata Ignatio res visa, cui persuasum iam erat Iaij operam longe alibi vtiliorem fore. Salmeronem item, cum designatus esset in ea Academia Theologicæ disciplinæ decanus, Veronæ (vt modo dixi) suffecto in eius locum Gaudano, Pontifex dederat. Itaque Ingolstadio abiierunt, multis cum Academicorum lacrymis: magno etenim æstimabant vtriusque virtutem, spectatamque doctrinam, longoque intervallo prosequuti sunt abeuntes, nihil in Ignatium commoti, cuius iam propensam in Germaniam voluntatem, animumque perspexerant; sed iram omnem in eos effuderunt Antistites, qui Patres illos suis postulationibus abduxerunt. Veronæ Salmeron totum obduxit annum. Cupientem ad Vrbeim accedere, quo cum Patribus antiquioribus vocabatur, Lipomanus Episcopus vetuit, tum ne suas Pater conciones intermitteret, quas varijs locis habebat frequenti conuentu, tum vt sibi ipsi ad edenda ea, quæ de sanctorum vitis elucubraverat, vsui foret. Vnus igitur è tribus illis Ingolstadij Canisius mansit, qui propter excellentiam virtutis, atque doctrinæ renunciatus Academiæ Rector, magna cum laude, nec minore Academicorum fructu muneri illi præfuit. Eorum mores partim acerbis hortationibus, ac colloquijs, partim salutaribus consilijs, ac monitis, quæ Cancellario Aistetenis Præsuli suggerebat, paulatim correxit. Nam quæ ad tollendas prauas consuetudines pertinebant, per hunc malebat Antistitem Canisius exequi, quam ipse per se.

Auxit gesti muneris gratiam repudiatu stipendij honor. Dedit etiam studiose operam, vt ex Academicis aliquot ineunte anno in sacellum, quo ipsi Patres utebantur, ad capessenda simul diuina mysteria conuenirent: quod vt plane rarum eo loci, ac nouum, ita admirabile vulgo erat: eisdemque Pater ad ea frequentanda mysteria, & ad omnem pietatem, priuatim etiam domi scholis habendis alliciebat. Quin & morem induxit, vt singulis festis diebus, quod Coloniae norat præclare succedere, de virtute quapiam declamationes haberent, vt meditatio virtutis ad actionem gradus foret: & ex occasione opportuna illis monita ipse suggereret. Eidem vero, cum aliquandiu latinas habuisset, iam etiam germanicas habenti conciones mire beneuolus aderat, ac sedulus auditor, idemque tam frequens, vt in amplius templum quamuis migratum esset, ne id quidem caperet vniuersos.

fos. Idem ab Duce Alberto, vniuersaque Academia in Procancellarij, qui exceſſerat, locum ſubleſtus eſt, & magnis precibus ex Ignatio poſtulat: ſed nec humilitati, nec paupertati Societatis adminiſtratioſalis, cui & Canonicatus Aſtetti adiunctus erat, ſatis eſt viſa congruere. Nec ſane eſt republica erat, cum ea procuratio in totam vitam demandari ſoleret, tantam viri virtutem Academiae vniſſaffigi. Gaudanus alternis diebus modo morales Ariſtotelis libros, ad

101
Ibidem
Gaudani.
& Schorichij labor.

quorum interpretationem ſuos & iuriſperiti auditores mittebant, & ipſimet ventitabant, modo ſacras Pauli epiſtolas explanabat. Schorichius & graeci tradebat rudimenta ſermonis, & philoſophicam ſcholam habebat, & quidem eo Academicorum plauſu, vt Regentis in ſummo gymnaſio ei munus, honoremque deferrent. Quem tamen ille, tanquam magis debitum veteranis, magisque de Academia illa benemeritis, & à Religioſa profeſſione alienum non accepit. In his Patres dum perſeuerant muneribus pariter illud emitebantur, vt quoniam ple-roſque nauſea quaedam (publica tum per ſeptentrionem peſtis) ſubtilioris doctrinae, theologi- cae potiſſimum occuparat, ſciendi ad ſolidum cupiditatem exirent, & elicerent ingeniorum acumen: eamque ob rem diſputandi, concertandique morem acrem, ac vitridum, & ad diale- cticas praerceptiones exactum inducerent: nec refugiebant ſcholasticorum promptiſſimos ad eas concertationes apud ſe exercere in vmbra, quos ad Solem mox, & gymnaſij lucem produ- cerent. Ergo res cum pietatis, tum literarum per eam induſtria ſedulitate, & illuſtria vitae glorioſiſſimae documenta cedebat in dies felicius, & Caniſij nomen latius emanabat. Qui cum & ad Concilium Tridentinum, & à varijs Praeſulibus, Eccleſijsque in ſumma temporum diffi- cultate poſtularetur, aduigilante tamen, ac retinente Duce Alberto, ad annum vſque inchoa- tum ſaeculi alterum, & quinquageſimum eodem loco permansit. Eo anno cum Ferdinandus Rex Romanorum iam Societati Collegium Viennae excitaret in Aſtria, ſupraque ceteros ſo- cios theologorum par à Pontifice poſtulaſſet, Caniſius ſimul & Gaudanus (nam Schorichius ante diſceſſerat) Viennam translatis, ſummo & Academiae, & populi Ingolſtadienſis dolore, ac Duce etiam perinuito. Sed obediendum Pontifici fuit, & Ignatio, qui vt Alberti quoque pietati faceret ſatis, commodatos eos potius Ferdinando, dum & Ingolſtadij maturitas ad eſſet con- dendi Collegij, quam traditos ſcripſit: nihilo tamen minus quo moras abrumperet, diſceden- di ſpatium diem ab receptis mandatis quartum decimum praeriniuit. Atque hunc exitum In- golſtadienſis haec Societatis altera commemoratio habuit. Habebatur iam Caſareus Auguſte con- uentus, & Iaius vt in tanta nobilium frequentia ſtrenuam, atque ſalutarem nauabat operam gentium diuerſarum mortalibus. His conſilio aderat: illis ſtudio, ac labore, omnibus vitae ex- emplis, & ſedula ad Deum praer. Non paucos ab haereſum errore deduxit, in iſſque adoleſcen- tes aliquot bonae indolis, ac doctrinae, in nutritos in ea ſaer. Multorum praererea correxit mores: perque exercitia ſpiritus ſacerdotem praerobilem, atque opulentum (quod etiam ad exemplum magnopere valuit) penitus immutauit. Itaque ſubmotis ille domo parum pudicis tabulis, & quicquid huiusmodi ſiue ſculptum, ſiue textum inerat venenorum, religioſa argumenta ſubſti- tuit. Caſtigata conuiuiorum luxuria, diuinis iam epulis, quas fere quotidiano ſacrificio ſiuebat, deletabatur. Quicquid in equorum, ſtipatorumque ſumptuoſam profunde- bat iactantiam, in o- pera vertit miſericordiae. Denique & progariendi caſſa dulcedine iam Dei, ſanctorumque Do- ctorum congreſſu, quorum verſabat volumina, tenebatur. Haec Iaius Auguſte & alia praerclare dum gerit, demum & Collegijs in Germania condendis aditum patefecit. Nam cum Urbanus

102
Iaij labor-
res Augu-
ſtae.

Labaceniſis Antiſtes plurimū illi tribueret, ſpecimenque de cetera Societate ex eo caperet, Regi Ferdinando, cuius conſeſſionibus, & eleemoſynis praererat, valde ſuaſit, vt ad Viennensem Aca- demiā aliquot de Societate Theologos aduocaret, & ad perennem commoditatem ipſi Colle- gium Societati Viennae fundaret. Accepit libenter pius Princeps eum ſermonem: cumque ex alijs, & ipſo Iaijo, quae Collegiorū noſtrorum eſſent inſtituta, quae opportunitates cognosſet, omnino induxit animū rem primo quoque tempore ad effectum deducere: deque ea literas ad Ignatiū, atque ad ipſum Pontificem continuo dedit, quae in exitu anni perlatae ſunt Romā. Colonia ſtudebat pro viribus proximorū ſaluti, qui ceteris praererat Leonardus Keſſelius. Praererat autē domesticis

103
Ferdinan-
dus Rex
Romanus
agit de ex-
citando
Vienna
Collegio.
Keſſelij o-
pera Colo-
nia, qui &
nimos &
corporum
multorum
ſeruat.

*is sacra
confessio-
nis.*

104

spectatæ indolis discipulis quatuordecim; quos partim legata à Canisio pecunia, partim egregia liberalitate Carthusiani Prioris alebat. Kesselij operam haud raro Deus ad sanandas mentes hominum vna cum corporibus adhibebat. Is à præposito cuiusdam cœnobij rogatus, vt ad Cœnobitam iam morti proximum (erat enim ad supremum iam certamen rite perunctus) accurreret; cum paruisset, placuit ægroto, priusquam decederet, consulere rebus suis, & ab vltima pueritia peccata omnia confitendo repetere. Vix eam confessionem inchoauerat, cum vis morbi remisit: cumque ad eius finem peruenisset, omni denique leuatus est morbo: surrexit è cubili, & suis pedibus ingredi cœpit. Nec enim releuari prius poterat corpus, quam suis animus releuaretur oneribus. Alius, quem occupato corpore malus spiritus exercebat, cum apud Kesselium rite noxas expiasset, continuo Dæmonem ab se excussit: nec ibi diutius habitare satanas potuit, vbi per sacramentum reconciliationis ius amiserat domicilij. Erat & matrona quædam mœrore afflictæ propter infaniam carissimi filij, qua iam biennium misere laborabat. Sed cum ad componendam adolescentis mentem impetrasset à Kesselio, vt apud eum dies aliquot haberetur, ex eo tempore adolescenti redire mens cœpit. Versabatur Louanij paucis cum domesticis Adrianus ab Adriano. Tenuis enim, & perangusta res domi faciebat, vt ad Vrbs, qui Societati se adiungerent, mitterentur. Agebatur per id tempus de stabilienda, continendaque per Cæsaris potestatem in Belgio Societate. Sed quoniam Prouincias illas pro Carolo tum foror administrabat Regina Maria, visum est scœminæ prudentissimæ super eam rem Louanienis Academiæ consilium exquirere: datumque ab Academia grauissimum, & honestissimum Societatis est testimonium quod anno ab hinc sexto ex ipsis Academiæ monumentis, cum eadem causa acrius vrgeretur, in hæc verba depromptum est.

105
*Academia
Louanien-
sis de So-
cietate iu-
dicium.*

Adrianus Cornelij de Brouluors Kauen artium Magister, & sacre Theologiæ Professor, Almaz Vniuersitatis studij generalis Oppidi Louanienis, Leodiensis diœcesis Rector, iudex ordinarius omnium, & singulorum membrorum, scholarium, & suppositorum eiusdem à sancta sede Apostolica, quod notorium esse denoscitur, specialiter deputatus, vniuersis, & singulis præsentibus literas inspecturis, lecturis pariter, & audituris notum facimus, & præsentibus attestamur, quod quidem à Serenissima D. Maria Regina vidua Vngariæ, & Boëmæ, sacre Cæsareæ Maiestatis in Germania inferiore locum tenente, facultas sacre Theologiæ ante dictæ Vniuersitatis requisita, vt Bullas, & Priuilegia Societatis IESU examinet, & quid sibi de illius instituto videretur referret. Eisdem Bullis, & Priuilegijs mature visis, examinatis, & discussis: consideratis quoque moribus, & conuersatione eorum, qui de dicta Societate pluribus annis magno cum fructu, & ædificatione Christi fidelium egerunt, respondit eidem Serenissimæ Reginæ eorum institutum pium, & sanctum fore, & nihil in eorum Priuilegijs, Bullis, moribus, ac conuersatione inueniri, quod toti Ecclesiæ, & inferiori Germaniæ non sit expeditius & vtile. Et quia hæc sic esse cognoscimus, & testimonium veritati exhibere merito debemus, idcirco in præmissorum fidem, & testimonium præsentibus nostras literas excudi fieri, & per Notarium publicum subscribi, sigillique Rectoratus dictæ Vniuersitatis iussimus, & fecimus appensione communi. Dat. Louanij anno à Natiuitate millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, secunda Ianuarij. De mandato præfati D. Rectoris, Ioannes Pels dictæ Vniuersitatis Notarius.

106
*Parisianò
nihil tur-
barum.*

Parisijis quanquam acres non defuerunt aduersarij, plus tamen habuit incrementi Societas. Quidam Ecclesiastes in æde S. Seuerini, cū in explanandis pro concione verbis Apostolicis fratres in Christo Iesu, paulisper hæsisset, grauius in Societate, quod Societate Iesu vocari se vellet, inuectus est: & id sibi nomē potissimum arrogaret, quod cum Christianis omnibus commune esset. Proinde suos hortabatur auditores, vt eius ab vltimo longe, consuetudineq; refugerēt. Plus adhuc ei periculi vir magni nominis procreauit: qui, cum simulatione sanctitatis, & singularis in edis specie venena prauis dogmatis occultaret, multa in Societatis homines, & in eorum instituta vomebat, suisq; obtreccionibus, ac mēdacijs nō modo cuncta respererat; verum etiā eos, qui vel ad Societatem mentem adiecerant, vel in eā benefici esse cœperant, auocabat. Sed cū ficti mores diu latere non possent, manifesta deprehensus in hæresi, quam foris longe, lateque dissemina-

bar,

bat, in carcerem traditur, & sua ipse confutare mendacia Societate tacente, nec id agente, co-actus est. Is dein amicorum studijs emissus è vinculis Francofurti ad hæreticorum Asylum migravit: vbi suam cum cetera sui similibus colluione perfidiam profiteretur impunius. Sed Christi seruis inter aduersarios solatio erant amici. Quorum primas Episcopus Claramontanus facile tenebat. Is domum Collegio dederat, & annuos redditus alijs cum beneuolis vltro desponderat: sed domicilij adiri possessio non poterat, quod Societas necius naturalitatis (sic enim loquuntur) habebat Gallia legibus impetrandum à Rege, nec aliquem ex suo numero Lutetia Professum, qui ipsius nomine in possessionem veniret. Posteriori tamen incommodo B. Noster Pater occurrit ocuis, cum Ioannem Baptistam Violam, qui Parisijs versabatur, per literas iussit in manibus, sinuq; ipsius Claramontani Episcopi ex formula ab Vrbe missa solennia vota concipere. Quæ res adhuc arctius bonum Præsulem obstrinxit, qui quamuis diuinam rem ipse facere per valetudinem minus posset, partes tamen illas Abbati sanctæ Genouefa concessit: quo sacrificante sua Viola vota octauo Kalend. Septembris coram omni populo Dei, labijs suis, & voce clara distinxit. Ea res multos ab errore deduxit, qui Societatem opinabantur in Religionum numerum non venire. Quorum profino tum est reiecta, ac refutata constantius, cum duorum ab vrbe Pontificum testimonia Pauli, & Iulij, quibus confirmatio noui Ordinis & priuilegia continebantur, allata sunt. Quod vero ad eum recipiendum in regnum, & quasi in corpus Gallia copotandum pertinet, res est instituta perbelle. Versabatur tum forte Romæ Carolus Cardinalis Guisanus, is, qui mox Lotharingius dictus est mortuo nominis huius Cardinali propinquo. Salutauit officij causa præstantissimum Præsulem Ignatius, resque ei Societatis in eo regno comendauit. Et ea commendatio tantum apud Cardinalem ponderis habuit, vt in ea regione patroni eius ac defensorem se fore vltro receperit, admonens, ne quenquam alium sibi patronum adscisceret. Nec remissus, quam verbo reuersus in Galliam, beneuolentiam suam, humanitatemq; præstitit. Is Violæ rogatu ius naturalis ortus Societati impetrauit ab Rege. Quod beneficium cum nec consignari de more sine publici consilij autoritate, consensuque posset, nec satis commode ea de re ad id Consilium in præsentia referri, tanto videlicet potiri munere, & gaudere non licuit. Quod ipsum animaduertit Dei prouidentia non vacasse. Nam si subito id impetratum & consignatum esset, Claramontanus vtique possessionem omnem domus, cuius duntaxat vltimo concesserat, Societati dedisset, vnde ipsa nullum omnino deinceps aditum, aut certe per difficilem ad laxiores comparandas ædes habuisset. Eodem tempore Matrona pietate præstans, pecuniæ summam quandam, vnde fructus caperentur annui, Societati legarat, modo quaternaria sibi, suisque Missarum sacrificia quotannis ab ea persolueretur. Quam pecuniam Ignatius, cum propter adiectas conditiones, vel in magnis rei familiaris angustijs, recusasset, quod ab institutis suis abhorreret, Pia mulier sub latis conditionibus pecuniam illam in partem census, atque prouetus simpliciter, & absolute dedit. Habebat igitur in ædibus Claramontani Societas, dum ex disciplina, & in quadam quasi Collegij forma, Deo & animis seruebat: sed paupertate prementre, tres è domesticis in Collegio Longobardorum studijs suis inuigilabant. Quo in Collegio cum è Prouisoribus vnus, penes quos ea procuratio erat, è vita migrasset, in eius locum Collegiarum omnium studijs atque suffragijs Viola sufficitur: is ipse, qui Prioris paulo ante munus, honoremque respuerat. Sed rem non probauit Ignatius, qui quamuis non esset nescius Prouisores illos nulla teneri lege sui muneris obeundi, intra septa Collegij, licuisseque Violæ vel apud suos partes illas obire; tamen ad declinandas ab religiosa tranquillitate alienas tricas, susceptam iussit ab eo prouinciam sine mora deponi, & tres insuper illos de Societate discipulos, qui in eo cõtubernio inopiæ causa residebant, inde migrare coniungiq; cum suis. Nondum Societas Ecclesiastem, & qui ad populum verba faceret, Parisijs habebat; sed tum administrandis diuinis rite mysterijs, tum pijs sermonibus conferendis, præcipue vero demonstrandis orandi, meditandique vijs suam ciuitati operam, studiumq; nauabat. Et quanquam templo etiam ipso carebat, sacramentorum tamen frequentem vsum, modo in sacello domestico, modo in Ecclesia, curiaque sanctorum Cosmi, & Damiani, interdum etiam apud Patres Carthusianos vrgebat: qui præcipua quadam animi propensione templi sui copiam, potestatemq; Societati faciebant: cu-

ius laboribus etiam ipsi crescebant, duobus circiter ac viginti paucis mensibus tyronibus aucti.

- 110 *Res Hispanica. Gandia Meretrices omnes conuersa.* In Hispanijs, Gandiæ vulgatæ, famosæque foeminae ad vnam omnes, è suis probris, & impunitatibus, Societatis ac nominatim Baptistæ Barmæ concionibus emerferunt. Redditus est etiam ciuium mos alternantium apud communes ægrotos suæ caritatis officia. Toleti res componere, quoad poterat, Michael Turrianus pergebat. Is in eam urbem eo se consilio transtulerat, vt à quo plurimum amabatur, Antistitem Societati non amicissimum amicum redderet. Verum cum in suis illum opinionibus obstratum, pugnacemque sentiret, re infecta, continuo vnde abierat, se recepit, plenû suæ admiratione virtutis relinquens, quod pinguißima, & honestissima sacerdotia, annuosque proventus, si Societatem desereret, ab eo oblatos constanter repulisset. Obtulerat etiam Præsul ille Societati procurationem gynecæi cuiusdam, quod ipse institutis in matrimonium puellis extruxerat. Sed eam Michael, vt ab institutis nostris abhorrentem, pari libertate reiecit. Sed priusquam Toletum discederet, cû Inquisitore, Gubernatore, Comite Mellitensi, alijsque huiusmodi Proceribus sedulam dedit operam, vt si quam de nostro nomine falsam animo comprehendissent opinionem, eam docti remitterent: tulitque pretium operæ, benevolentia accessionem, ac fidei non exiguum. Denique Burgenßi Ecclesia rogatu Cardinalis Mendozæ, qui illi iam præerat, cum socijs quatuor copioso non sine fructu, & magna morum emendatione percursa, Salmanticam redijt.
- 111 *Michaelis Turriani cura Toletis et Burgis.* Sed vt rebus Lusitanicis, reliquisque per Europam quanquam egregijs, quia non multum afferunt noui, prætermittis, ab hoc orbe nostro longius abeam, Brailienßis ager non idem pridem excoli cæptus haud satis operæ respondebat, partim ob efferatæ gentis ingenia diris dapiibus, & vagis sedibus assueta, partim ob exagitatam vulgo fidem, conitantiamque Neophytorum. Tantaque erat apud eos corruptela malæ consuetudinis, vt vel è corpore migraturi nefandas epulas flagitarent, negarentq; vllum sibi fore suauius edulium, nec maiori voluptati, quam si suorum inimicorum carnibus saturi de vita discederent: quod si eæ non inuenirentur, ingenti se cum mœrore decedere. Quos cum Ioannes Azpilcueta grauius obiurgaret, auorum, atque maiorum se defendebant exemplis: quibus item carne hominum vesci vetus consuetudo fuisset. Nullo autem iure posse tam veris, tamque proprijs sibi epulis interdici. Venerat aliquando Ioannes in locum, vbi inactatorum hominum carnes in magno cacabo coquebantur: iamque in eum humana capita à suis auulsa truncis, & obruncati lacerti, pedumque extrema, tetro spectaculo iactabantur. Circum lebetem vetulæ sex, septemve, quæ vestigijs hætere vix poterant, choreas ducebant, concinnantes ignem, struemque lignorum, Dæmonum, quam hominum propiores. Quæ sæda coquina & si prohiberi nulla via potuit, non tamen deerant in tanta barbarie, qui prælatam Euangelij subinde lucem aspicerent, impigre elaboratè Ioanne, & Christianorum Ecclesia eximio suo candore, ac probitate vitæ laborum mitigante tristitiam. Instabat cæptis acriter Azpilcueta, & distributa sibi ipse dierum ratione sparsa toto agro mapalia, & adiacentes villulas catechismi gratia singulis obibat hebdomadis. Is cum è Christiana lege complura, in ijsque precationis Dominicæ formulam Brailice conuertisset, ipsis etiam corporum morbis, ea super ægros à pueris pronunciata, leuationi erat. Sed Brailici sermonis gratia, nonnullos ex indigenis, quorum in omnem partem sedula pateret industria, ad conuictû recepit. Interim Antonius Petrius, quem domi pro se huc, atque huc excurrens Nobrega reliquerat, & templum Socijs, & domicilium impigro labore, manibusque suis vertendis ad opus, extruenda curabat, dum ad fastigium inchoata perduceret: cum tamen nihil interim de audiendi contentione remitteret siue eos, qui publico in hospitio iacerent, siue eos, qui confessionis gratia ad sese vndique ventirent. Tametsi auxilia Sociorum Lusitanica, quibus cum suis labores, curaque diuideret. Alfonsus Blasius, Saluator Rodericius, Emmanuel Paiua, & Franciscus Petrius omnes sacerdotio præditi commodum appulerunt. Iam rerum Africanarum is erat status. Sacerdotes duo, postulante Lusitano Rege, Tingin (id erat ex eius Præsidij vnum) Emmanuel Fernandes, & Petrus Parada Conimbrica discessere. Tertius de Societate sacerdos Ioannes Nunnus Tituani cum Ignatio Bogato confidebat, tam multis, tamque varijs dissentus animorum causis,
- 112 *Res Basilica.*
- 113 *Auditas Brasiliorû vorandis inimicorû corpora.*
- 114 *Ioannis Azpilcueta labores.*
- 115 *Antonius Petrius suo labore domum edificat.*
- 116 *Quatuor ex Lusitania Patres recens in Brasiliam appellunt Alfonsus Blasius, Saluator Rodericius, Emmanuel Paiua, Frânciscus Petri.*
- 117 *In Africa elaborant Emmanuel Fernandes, Petrus Parada.*
- 118 *Ioannes Nunnus, Ignatius Bogatus.*

causis, vt eius laboribus patientia pene fidem excederet. Adimebat illi somnos intentissima cogitatio, quemadmodum animis pro cuiusque necessitate succurreret. Ac præter vigilantissimas curas, cum in continendis in Christi fide captiuus, qui eam per facile deserebant, tum in impijs desertoribus reducendis, puerorum in super, ac puellarum redemptionem, quorum maxime fides, ac pudor inter Saracenos versabatur in lubrico, omni curabat industria, magnamque captiuorum vim precario, & conquisita stipe redemit: plurimosque ad Christi cultum, vnde impie defecerant, reuocauit. Publicum etiam Tituani captiuus, & ægrotis erexit hospitium, eosque emendicatis à Christianis vcl longe positis subsidijs alebat. Qua Patrum misericordia Saraceni perspecta, suos ipsi quoque captiuos morbo oppressos ad eos mittere, & eis credere non pauebant. Adiungebant illi Patres ad quotidianæ vitæ, salutisque subsidia, quæ precario parabant ægrotis, obsequia manuum, & in omni humilitate munerum ministerium. Et quo pœnior, ac cumulatior ipsorum humanitas esset, didicerunt à captiuo medicæ artis gnaro curandorum corporum præcepta quædam: quibus ipsi Medicorum, Chirurgorumque penuriam aliqua ex parte supplerent. Veniebant ad eos captiui frequentes, vt contractis è vinculis, carenisque tumoribus mederentur. Qui vero præ ceteris laborabant, & velut insanabiles habebantur, hos suum intra tectum, quo propius, & opportunius eorum periculis iretur obuiam, excipiebant, miro exemplo, & approbatione cunctorum. Atque hæc quidem copiosa Patribus caritatis, & tolerantia reges erat. Nec ea minor, quam barbari, & Christianæ legis hostes insensissimi suggerebant: qui non modo eos male dictis, ac probris, sed sæpe etiam colaphis, ac sputis, interdum etiam plagis, ac verberibus lacebsebant. Sed nullis seu Nunnij, seu Bogati laceßita virtus cedebat iniurijs, nullis verberum, verborumque irritabatur aculeis, quin etiam acuebatur in dies: præsertim Bogati, qui vt Nunnio par in existimatione non erat, ita lasciuentium Ethnicorum insultibus magis eius patebat humilitas. Is igitur tanto animi robore, ac silêtio ferebat omnia, vt omnium denique vel barbarorum in se oculos suæ virtutis admiratione conuerteret. Nec in Indijs desiderata est suæ messis vbertas. Ac Goæ quidem, vbi Rector præerat Antonius Gomius, aggregati sunt in sociorum numerum Lusitani permulti compluresque ex Ethnicis ad Ecclesiam. Iamque Cocini Frâciscus Henricius, & Balthasar Gagus sedem habebant, magno & Lusitanorum commodo, & Ethnicorum. Quorum cum multi vel ab ipsis militibus nulla instructi catechesi consignarentur, interdumque non satis consentaneis, decorisque rationibus adducti, idque multorum fons esset malorum, autor fuit per literas B. P. Ignatius, vt Catechumenis domicilia extruerentur, vbi diuturna deliberatione, tractandisque Christianis ritibus, & ediscendis, ad ea mysteria paratiore venirent. In ora Commorini, quam cum socijs quatuor colebat Henricus Henricius, multa instaurata, & noua etiam dedicata sunt templa. Aggregabatur & hic ad Christum Ethnicorum numerus sane magnus: & quo plures aggregarentur strenuos Neophytos decem sibi delegit Henricus, qui postpositis vtilitatibus suis, ad quærendos vna secum relictos in tenebris fratres totis animis conspirarent: quique non modo in alliciendis, & conquirendis Ethnicis, verum etiam in tradenda Christi lege, & obseruandis Christianorum moribus, si quid in ijs sanandum, & corrigendum esset, vicariam sibi operam darent. Nec caruit suis fructibus hæc industria, sustinentibus cum laude, dignitateque Neophytis impositas partes. Sed quo altius nouorum in animis Christi fidem, & religionem imprimeret, quod eos coram docebat, id in scriptis relinquebat. Deinde singulas doctrinæ causâ pererrans Ecclesias, vt B. Martyrem Ciminalem ante se fecisse cognorat, mensem circiter morabatur in singulis, cum reuincendis, & & confusandis Ethnicis, qui sapientes præ ceteris videbantur, tum enucleandis, & inculcandis multitudini susceptæ legis initijs. Habitabat is plerumque in oppido Punicali, vbi secessus ædificatus est Patribus, quo se per interualla colligerent, & è tot peregrinationum, curarumque molestijs paululum respirarent. Quamuis enim nunquam illi aut precandi, commentandique diuinis de rebus, aut scrutandi sui peccatoris consuetudinem intermitterent, reuocare tamen ex sententia ad sese animum tot occupationum aberrationibus sæpe distractum, & secum esse cogere pro voluntate nõ poterant. In eodem oppido valetudinariũ publice expositum est, cui Societas partim hominum misericordia gratuita, partim pecunia multæ gratia officiosissime ministrabat.

119
Res Indica.120
B. Ignatius
autor extruendi
Catechumenorum
domos in India.121
Res in ora
Commorini.

Albat etiam Henricus adolescentes aliquot à parentibus vltro oblatos in vsum rei Christianæ. Quo ex numero ad Lancillottum duodecim lectissimos Colanum misit. Quanquam & hic alios ferme quinquaginta ad id ipsum instituebat. Vbi valetudinis imbecillitatem, dum incredibili labore tuetur Ecclesiam illam, virtute animi superabat. Illud tamen vnum inter Christianos non ferebat Henricus difficile ad expugnandum, & ex eorum moribus euellendum: quod connubia inter propinquos non modo quarto, tertiove necessitudinis gradu, sed sæpe etiam secundo iungebantur, vt impetranda à Pontifice Maximo potestas fuerit, vti liceret ad annos saltem aliquot, inter eos, qui se tertio, quarto vè propinquitatis gradu contingerent, ius esse nuptiarum. Eaque ratione vitiosa consuetudini sensum occursum. Gaspar Berzeus Armuziæ bene mereri de omnium sectarum colluione pergebat, seu familiari congressu, seu disputationis altercatione. Cuius fama Rex ipse Mahometanus permotus paulatim in studium Christianæ religionis incubuit; atque in id ipsum viginti circiter millia è multitudine traxit, itemque è nobilitate nonnullos. Mox ad se Gasparem accersijt, intransique non assurrexit solum, sed etiam in suamet sella diu renitentem sedere coegit. In eo congressu cunctis arbitris consulto remotis, astum est de coarguendis in publico cœru, Principumque corona Mahometanæ se & fallacijs. Dein conditum catechismo tempus, regioque baptisati. Gaspar cognito Regis animo lætissimus abiit. Sed eam rem Sarapæ ægre admodum passi (neque enim celari diutius potuit) blanditijs primum, ac presibus tentant Regem: aspernanti mox defectionem; & arma denunciant. Rex diuina tutela fretus, ac minis hisce contemptis, Antistites, quos Cacizios appellant, abigi lapidibus iubet: ausosque in regjæ vestibulo de auita religione tenenda verba facere, perpetuo multat exilio. Hastenus constantiam, & fortitudinem Rex præstitit miram. Sed Matris ad extremum, intestina bella, patriæ excidium, occasum regni, omni arte miserantis obtestationes, ac lacrymas diutius ferre non valuit. Itaque vocato rursus ad se Gaspari, cum ad scalas occurrisset intranti, ac dextræ insuper apprehensæ ferre osculum de genibus contendisset, quanto in periculo versaretur ostendit, si Christiana sacra susciperet: proinde cedendum tempori, dum promissa persolueret, & tempestatis transitum expectandum. Ad ea dicta Gaspar ingemuit, hortatusque Regem vti Deo fideret, totamque ei rem ex animo commendaret, ipse quoque digressus à Rege nouam è cœlo poposcit opem: ieiunia, obsecrationes, & id genus alia per se, perque suos instaurat: supplicationes de more decernit, incedentibus longo agmine pueris pie concinentibus, ætate vero robustiore quinquagenis, aut sexagenis pariter flagellis in sua terga sæuientibus.

124 Cacizij vicissim inflati pœnitentia Regis, concitata plebe, ne Christianis vllare cederent; & ipsi supplicationes obire, in mediam extendere, noua culis cutem incidere, quam maximas copias in Coranum, & reliqua fana cogere, Mahometis execrabile nomen ex omni parte dissomis clamoribus inuocare. Tum Gaspar facinus indignum ratus in Vrbe, quæ Lusitano præsidio teneretur, Christo Mahometem opponi, magno animi ardore. Crucem comparat grandem: ac nulla vi, nullo armorum strepitu, præuia duntaxat psallentium puerorum turba ad Coranum tendit intrepidus. Res mira. Crucis virtute, atque fulgore perstrikti, attonitique Mahometani repente diffugiunt. Gaspar Crucis insignia palam in Corano defigit: adhibiti que fabris iussu Regis cæmento, & calce templi aditus, & valuas obstruit. Super hæc impiæ Mahometanorum vociferationes tota insula graui prohibentur edicto. Fremere hic Antistites, Sarapæque & sacra deserta, religionesque violatas, cum Armuziano coram, cum ceteris Regibus, inprimisque Persa per literas queri, cunctos ad arma, & vltionem accendere: postremo sese vrbe relictuos, & alio commercia auocatuos minari. Cum parum terrendo proficerent, magnitudine pecuniæ Christianos aliquot, perque eos nouum arcis Lusitanæ præfectum adoriuntur, vt Coranum pate fieri sibi permittat. Præfectus nihil irconsulto Gaspare ausus aggredi; tamen inclinato ad assentiendum animo, Patrem ad conuiuium inuitat, in eoque cum blande super ea re Gasparem appellare, & molli brachio negotium tractare cœpisset, subito deliquio pene exanimatus cœptum omisit: de ceteris, qui rem nefariam vrgebant, paucis diebus alij alio periere letho. Rex cum aliquandiu Christi cultum agitaasset animo, improborum artificio, ac scelere sensim infatuus, denique ne præsentis vitæ regnum amitteret, sapientem cogitationem abiecit. De populo tamen fiebant

122
Gasparis
Berzei
studia Ar-
muzia.

123
Rex ipse
Mahome-
tanus tra-
nsiit ad
Christum,
sed non co-
munit con-
stantiam.

124
Super fanum
Mahometi-
cum sta-
ntia Crucis.

125
Diuina
vltio in
fauentes
impietati.

fiebant subinde Christiani, & quo res melius Christiana procederet, studebat crebris in congressibus Gaspar Mahometanæ sectæ mendacia perspicuis disputationibus redarguere. Quo fiebat vt Mahometani quantum de sua lege iudicij, opinionisque remitterent, tantum assumerent de Christiana: & qui ante maximis ducebant in probris hanc amplecti, postea non minore eam habuerint in honore, quam suam. Declarabat quotidiana multorum ab impio Mahomete defectio, & ad Christum accessio: Christianæque doctrinæ progressio tanta, vt etiam inter Mahometanos frequens eius carmen audiretur. Qui ne tot è suo numero conuolarent ad Christum, publicas ad sua sana supplicationes, nostrum imitati ritum, atq; concentum instituebant, Gasparisque non modo vocem, ac vultus horrebant, sed etiam ad consuetum catechismi signum aures suas appositis manibus obturabant: quod ita persuasum haberent in ipso quoque tintinnabulo, ac sono vim inesse maleficam. Ex Ethnicis, quos sua Gaspar disputatione conuictos ad Ecclesiã aggregauit, Iogues quidã fuit, insigni duritia, & austeritate vitæ, magnæq; proinde opinionis in vulgus. Sunt enim Iogues (vt alias monuimus) è Brachmanarum genere, qui sanctimonix famam horrido in primis, & aspero victu, cultuq; vulgo captant è veterum illa, vt apparet, Gymnosophistarum secta, quos, vt S. Hieronym. autor est, Bardesanes vir Babylonius Samanæos vocabat. Hi suburbanum Armuziæ specum, ac delubrum habebant: vnde ad imbuedas varijs erroribus hominum mentes interdiu, & emendicandam stipem, cibosq; prodibât: cumque propius ad muros accederent, haud vrbe ingressi, tandiu venatoris cornu canebant, suum significantes aduentum; dum ciborum aliquid quispiam afferret: cuius ex reliquijs nihil eis licebat in crastinum condere. Noctu sese in eandem latebram recipiebant, statiq; horis dato signo, ad certas primum commentationes, tum ad suum venerandum Idolum (quod Pagodem Indorum vulgus appellat) euigilabant. Vnus omnibus præerat, neglecta semper barba, & capillo, asperso cineribus corpore, oblitus pannis, ac seminudus, grandi macie torridus, qui cunctos in tantam sui admirationem asperitate vitæ traduxerat, vt qua pedes aqua lauisset, hanc Armuziæ Rex ipse religionis causa potaret. Is ergo Gasparis colloquijs, rationibusque paulatim in studium Christianæ religionis adductus, cum inter consilium mutandæ vitæ perplexus hæret, triginta dierum spatium ad deliberandum sumpsit: cui Gaspar insuper autor fuit, vt singulis diebus quina virgæ verbera, totidem Christi plagas recolendo; susciperet; certamque sibi lucem à Deo accuratis precibus imploraret. Qui dum facit imperata, diuinasque laudes nocte quadam apud se reputat, clara subito vox ad aures accidit, Quin tu, quod tibi monstratur, ad vitam iter ingrederis? Vna est ad salutem via, quam populus Christianus insistit. Simul vigilanti magnificus sacrorum apparatus, & pretiosa vestis multiplici varietate distincta, quam ad rem diuinam solenni pompa, rituque faciendam Christianorum vsurpat Ecclesia, per visum obijcitur. Quo ille vehementer incensus, admonitusque mane Gasparem, baptismi gratia, sine cõtatione conuenit, & Christianæ captus humilitatis amore, vt Regis vitaret aspectum, atq; cõgressum, quem audierat ad se visendi causa, vt solebat, accedere, de suo cœnobio profugit. Hunc dein aqua salutis exceptum, Pãuliq; nomine nuncupatum, Iogues alij Rectoris auctoritatem sequuti, non sine eiusdem impulsu sancti Spiritus imitati sunt. Eidem postea Goam profecto, & in Europam classè transmissis, parantiq; postmodum è Lusitania Romam ipsam adire, vt Romanæ Ecclesiæ maiestatem, & sanctitatem oculis vsurparet, mors interuenit. Insignis interim ad propagationem Christiani nominis ea conuersio fuit, & in omnium ore, ac sermone versata. Specum etiam, atq; delubrum solenni Gaspar cœremonia expiatum, præalta in eo defixa cruce, Deipara Virginẽ dedicauit. Celebrabatur in dies Gasparis nomen & rerum gestarum gloria, & fama sanctitatis. Iamq; incumbabant ad Collegium populi vota, promptaq; ad id erat liberalitas ciuium, & priuatorum vltro oblata benignitas: vt in spem Gaspar venerit grandioris aliquãdo Collegij è capitibus minimum quadraginta. Sed eius fundandi prouinciam sibi depoposcit arcis Lusitanæ præfectus Emmanuel Lima magna, & explorata prope spe accensus longe, lateq; propagandæ Christianæ rei tum apud Persas, & Arabes, tum apud Aethiops, barbarasque nationes. Res prosperis virgebatunitijs: & erat iam Societati opportunitas tecti eum instrumento suppeditata domestico, & cetera in promptu, nihil vt præter operas in eius agri culturam,

126
*Nobilis
 Iogues ad
 Christum
 conuertitur: & cū
 eo ipsius
 discipuli.
 Lib. 2. in
 Ionianis.*

127
*Ioguum
 diuersorū
 Beata Virgini
 deditur.*

128
*Inchoatur
 Armuzia
 Collegium.*

129
 Continentes
 Labores
 Gasparii.

quod Societas requireret, amplius esset. Quas sensim Gaspar partim accersendis, & postulandis ex India, partim aggregandis, & deligendis Armuziæ colligebat. Sex omnino delegit è multis. Alij quoque familiaritate cum eo simul inita, supplices ad pedes strati cum lacrymis obsecrabant, ut in suam se disciplinam acciperet, cum eoque sibi liceret aliquando, cuius fragrantia vota iam nouerant, pro Christo emori. Quos autem ad sua instituta Gaspar minus reperiebat idoneos, haud ita tamen omni naturæ munere destitutos, quin opis aliquid afferre secum in rem Christianam possent, præsertim si petiturus esset Sinas, ut auebat, expectabatque propediem: hos in ministrorum potius, & adiutorum, quam in fratrum, Sociorumque numerum referebat. Interimque dum hærebat Armuziæ, quos retulerat, & aggregarat, ijs literas, virtutemque tradebat, ad eamque vitæ duritiem, ac disciplinam exercebat, ut non admodum ab Anachoretarum vita horroreque distaret, nisi quod non ad umbram, ac solitudinem, sed ad puluerem & aciem, ingenerans animarum sitim, formabat. Nec tamen proximis vlllo ipse loco deerat. Sexta feria sub noctem in agris, patentique cælo, de mysterio aliquo patientis Domini diserebat. Quotidie Christianæ legis capita pueris instillabat. Singulis Domini diebus ternas conciones habebat, matutinas ad populum, meridianas ad seruos, pomeridianas ad ægros insigni fructu, & laboribus prope pari. Complures mirabiliter ad Christum perhibentur adiuncti, seu præclaris excitati vilit Christi Domini, ac diuinæ Parentis, seu ex occulto missis vocibus. Venit in hunc numerum Neptis Mecani Satrapæ, qui se Regem Arabiæ nominat, nupta prænobili viro, quem Armuziam magnus Persarum Rex legatum miserat. Isque, cum legatus conquereretur uxorem per summam indignitatem abreptam, Legatum Lusitani Regis Henricum Macedum apud se de pace agentem, redire vetuit, bellum acerrimum minitatus, nisi fœmina redderetur. Consilio habito Armuziani Christiani, cum quid Persæ responderent, ambigerent, Gasparem consulunt. Is è sacris oraculis, id responsi dedit, Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos: quo illi erecti, ac confirmati responso, præsertim id timentes quod sequitur, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos, cum fere eueniat, ut inde accersatur calamitas, vnde male declinatur, in animum constanter inducunt, quiduis perpeti potius, quam ad iniqua postulata descendere, ut pio, ita felici consilio. Nam & iras Persa non ita post remisit, & legatum Lusitani Regis, confirmata ex sententiâ pace benigne dimisit. Penetrauerat in Arabiam vsque Felicem Gasparis fama. Ammon ea regio dicta, à qua & Ammonitæ (ut opinio est) sacrae historię commemoratione per celebres. Hi Gasparem per internuncios, & literas euocatum, sitientibus auribus expectabant. Sed quo minus ad eos vir ardentissimus euolaret, & illuc Christi cultum, verique Dei notitiam indaceret, vbi fama acceperat mortalium primos à Mahomete in fraudem inductos, Xauerij (quod supra retulimus) grauissimum interdictum, ne præscriptos Armuziæ fines se inconsulto, egrederetur, obstabat. Obsequium igitur sacrificio antiquius ratus, duobusque nuncijs baptismo lustratis, occupationes, quo minus in eam regionem in præsentia tenderet excusauit: cogitantque si minus ipsi liceret ire, aliquem eo suis è discipulis mittere, nationem illam per epistolam monuit, ut interim in amore cognoscendi veri, propositoque perstaret. Tantis apud Indos rei Christianæ incrementis, tamque industrijs, frugiterisque Societatis laboribus Lusitaniæ Rex Ioannes ex Antistitis Goani sermonibus & grauium virorum commemoratione permotus in regio consilio, Senatuque decreuit, suffragante etiam Ludouico Regis fratre, & verbis amplissimis eandem Societatem ornante, toto ut Oriente vbi cumque ea Collegium haberet, habituravè esset, aliquando præsto ei forent ad omnem nutum in propaganda Christi fide, Neophytisque iuandis non modo Ecclesiæ vniuersæ, verum etiam regij omnes Præfecti, ac Magistratus suppeditandis opportunitatibus omnibus, necessarijsque subsidijs. Tantumque Patribus pro sua pietate Rex tribuit, cunctis ut Prætoribus æque præsentibus, ac futuris id mandati dederit; ut quocumque Patres ingredi rei Christianæ causa perciperent, nullo eis loco, subsidioque, deessent: & quicquid illi vel ad amplificandû Christi cultum, vel ad conformandos hominum mores necessarium in præsidij iudicarent, id ipsi de eorum sententiâ, atque consilio sine vlla hæsitatione præscriberent. Commendatitias etiam literas ad Pontificem Iulium Conimbrica dedit, quæ docebant quantas fruges, vtilitatesque illorû Patrum genuisset aduentus,

130
 Continentes
 Labores
 Gasparii.
 Accitus
 Gaspar in
 Arabiam
 mauult o-
 bedire Xa-
 uerio: Cui
 quam suo
 zelo.

131
 Ioannis
 Regis Lu-
 sitaniæ
 præclarum
 erga So-
 cietatem,
 & fidei
 propaga-
 tionem
 studium.

aduentus, quos singulari Dei providentia in sua regna prior Pontifex destinasset, seu formandis, è Christiana disciplina moribus Christianorum, seu vocandis ad Christum Ethnicis, & alienis à fide. Magnam autem exinde spem amplificandæ religionis affulisse, seque in animum induxisse cum in omni Lusitanæ regno, tum in Indicis regionibus Societatis collegia passim condere: & per eam opportunitatem omnes Euangelio aditus aperire, modo eius sanctitas votis ac conatibus obsecundaret, & bonis aspiraret initijs. Proinde Simoné Rodericium ab se Romano consulto mitti. (Namque in sequenti anno Rodericius Romam venit) vt suo nomine, quæ ad secundum rei Christianæ cursum pertinere viderentur, exponeret: cui paternæ benignitatis aures patere faciles vellet, & quæ in eam rem postularer, large concedi.

Res Iaponicæ gradatim ac sensim, nec sine perpetuis Xauerij laboribus procedebant. Is dum Cangoxima Firandum petit, duodeuiginti circiter passuum millia progressus, in arce quadam Saxumani Regis prædarum inde suarum aliquid reportaturus, hæsit. Hic omnes vltro ad audiendum paratos legem doctum æterni Dei, Christianisque præceptis instituit. Percunctabantur illi de Xauerio permulta, & quæ ferebant responsa, stylo excepta suis deinde cum animis reputabant. Quæ vt erant humanæ rationi mire congrua, fidem scilicet faciebant, & ad baptismum incendebant. Præfectus ipse, quamquam nouam legem, & peregrinam accipere Regis metu nõ audebat, eam tamen ita probabat, vt animo se Christianum diceret, potestatemque coniugi faceret cum filio quadrimo suscipiendi baptismi. Ex eius familia lustrati sunt quindecim, in ijsque prudens senex, penes quem omnis erat administratio familiæ. Huic probe instituto, atque edocto in suo digressu Xauerius instituendi alios, & pueros excipiendi baptismo negotium dedit. Id quo tutius, atque constantius à sene fieret, reliquit apud eum libri exemplar, quem ad informandos Iapones Cangoximæ composuerat: vbi inter cetera Christi vitam, & septem psalmos de pœnitentia, litaniaque descripserat: iussitque omnes singulis diebus festis, cum ad decantandas litanias, tum ad audiendum aliquid de Christo Domino, Sexta vero feria ad concinendos eos, quos dixi psalmos vnum in locum congregari: sacros etiam Ecclesiæ fastos, rationemque perfacilem, qua præcipuam quamque feriam in eis recognoscerent, inuenirentque, apud eos reliquit. Atque hæc omnia Iaponico sermone conscripta. His senex adiumentis tantum incolendis nouis illis plantis irrigandisque profecit, vt procedente die, non Iaponicos inter Idololatrias Neophyti illi, sed Europæos inter Christianos viderentur educti. Prudenterque Xauerius fecerat, vt quoniam Iaponum ingenia senserat ad voluntarias vexationes corporis esse propensa, verberandi sui corporis consuetudinem, cum suos conuentus agerent, introduceret, & in eam rem spartæ apud eos flagella relinqueret. Ea deinde flagella obseruantissimi Xauerij filij, velut in sacris habita, & asseruata reliquijs, non tam ad castiganda, quam ad curanda corpora conuerterunt. Constat eorum appulsu multis ab ægrotis morbos fuisse depulsos: eademque admota coniugi ipsius præfecti, cum doloribus tentaretur acerrimis, vel in summa desperatione salutis, omnem mitigasse mali acerbicatem. Nec minus in litanijs sanctorum Xauerij manu descriptis ad pellendos, fugandosque morbos repertum est virium. Quas quidem cum ad præfectum ipsum adhuc Ethnicum in extremo vitæ discrimine pia coniux applicasset, protinus ab eo morbum, & perniciem auertit, toto obstupescente præsidio. Digressus à nouo grege Xauerius, cum multa terra, marique pertulisset, in hoc prædonum, tempestatisque pericula, in illa sarcinularum onus, quod erat sacerdotale instrumentum, pedumque labores, tandem præcipuum in Figeno Iaponiæ regno Firandi portum tenuit. Hic à Lusitanis primum, dein etiam ab Rege Firandi multis, ac magnis gratulationis, & honoris significationibus est exceptus: factaque ab eo comiter potestate promulgandi Firandensibus Euangelij, primis viginti diebus, centum circiter ex eis, plures quam Cangoximæ multis mensibus, Christo peperit. Horum opera, studioque Lusitanis etiam adiuuantibus sacram ædem Lusitanis ipsis, & Neophytis excitauit. His deinde Neophitis Cosmo Turriano commissis, Amangucium ipse, Meacum inde petiturus, cum Ioanne Fernandio traiecit. Distat Firando id oppidum passuum millia ferme trecenta, nobile in primis, & amplum: in quo familiæ per id tempus numerabantur ad decem millia. Cuius Rex opibus, viribusque præpotens, cum ipso Meacenti Rege omnium

132

Res in Iaponia Xauerij.

133

Neophytorum in arce quadam mira in fide perseverantia.

134

Flagellum ex Iaponia à B. Xauerio traditum Neophytis mira efficiunt.

135

Firandensium multos ad Christum adiuuati.

136

Amangucium Xauerius petit relicto Firandi Turriano

maximo

137
Amangu-
ciana Ec-
clesia pri-
mitia per-
exigua.

maximo de imperio contendebat. Complures hic tam è nobilitate, quam è plebe Christianæ legis cognoscendæ percupidos, de qua multa iam ipsi fama, & auditione cognorant, Xauerius reperit. Quorum studijs vt morem gereret, in compitijs triuuijsque bis in die de scripto, nondum satis nactus Iaponici sermonis vsu, Euangelium diuulgabat. Magni ad eum concursus fiebat: tametsi non omnes æque prospere Dei verbum excipiebant. Nec deerant, qui eum petulanter illud contempserunt. Nam per vias transeuntem, velut insanum, ac stolidum puerorum turba, populique fax vltima à tergo insequens conuicijs onerabat, ac probris: perque iocum, ac ludibrium ea ipsa Christianæ legis mysteria, nominatim quæ audierat, inculcabat. Prudentiores tamen, & qui in dicio aliquo valebant, admirabili eius patientia, & æquitate perspecta, fatuum non ducebant, præsertim cum audirent, nouæ eum duntaxat afferendæ legis causâ per immensa Oceani spatia, tantosque terrarum tractus, inde vsque ab Europa in Iaponiam traiecisse. Quæ res Dynastas quoque non paucos impulit, vt explorarent, quid alio ex orbe religionis adferret: eumque ad se frequenter accerferent, patrijs religionibus se vltro, polliciti peregrinas, & aduentitias, si probarentur, antè laturus. Diebus aliquot per priuatorum ædes, & compita, magno eorum bono transactis, euocatur à Rege: iussuque legem illam, in qua vna omnium salutem hominum sitam esse diceret, explicare, bonam sui voluminis partem, magno silentio, ad horam circiter recitauit. Vtinam pari fructu, & sicut aures ad audiendum, sic animum ad assentiendum Rex barbarus inclinasset. Sed in suis ille tenebris se continuit, nihil animo commutatus. Nec ex eius popularibus, nisi pauci salutarem amplexi sunt legem. Quorum Xauerius paucitate nequaquam contentus, satius censuit Meacum petere, quo iam animo destinatar, quam in ea vrbe cunctari, vbi pretium operæ non sperabat. Multa namque in ipso itinere, cursuque Iaponico, priusquam in eas insulas pedem poneret, de Meacensis vrbis magnitudine, Collegiorum celebritate, Cœnobiorum multitudine, varietateque cognorat: & iam tum in animum induxerat, eo recta contendere. Sed Cangoximam appulsa nauis, & subito iniecta spes illic rei bene, feliciterque gerendæ, primam in ea vrbe moram, stationemque suavit. Hinc pristino repetito consilio, Meacum statuit pergere, vt ab eo Rege, qui propter imperij magnitudinem, magnus Rex appellabatur, Euangelij diuulgandi veniam, & facultatem peteret. Extremo igitur discessit anno gemino cum comite, altero de Societate Ioanne Fernandio, altero è Neoplytorum grege bono in primis viro Bernardo, qui Christi legem Cangoximæ nuper allatam primus acceperat. Id iter, quoniam sequentis anni terminatur in initijs, rectius eò rejicitur,

138
Statuit
Xauerius
Meacum
petere.

quam interrupta narratione se-
iungitur.



HISTO.

HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Vndecimus.



ANNO post quinquagesimum primo, cum iam aliquandiu Ro- 1551
 mæ Dux Borgia consedisset, & pia Urbis loca Martyrum infecta
 cruore lustrasset, venerandaq; vetustate oculos, animumq; satias-
 set, sensit non esse dissimulandum diutius occultū suum de ineun-
 da Societate consilium, & elegantem nitorem vestium, ornatum-
 que profanum vna cum fortunis vniuersis, Ducisque titulis de-
 ponēdū. Eius rei gratia Gasparem Villalonum honestum equi-
 tem cum literis in Germaniam ad Cæsarem misit, vt eius volun-
 tate sibi liceret Gandiæ dominatum, atque ditionem Carolo tra-
 dere natu maximo. Dum responsum affertur, serpere primum ob-
 scuris sermonibus cæpit, deinde etiam tota curia dissipari consiliū Ducis: vt iam de eo in Cardi-
 naliū Collegium cooptando, ne tantum lumen sub modio delitesceret, Iulius Pontifex cogi-
 taret. Quod vbi Dux rescivit, perinde ad id expauit, vt exultare, & triumphare gaudio, hono-
 re illo iam parto, quem tanto opere concupierint, vulgo homines solent. Ergo de B. Ignatii sentē-
 tia, decreuit è conspectu Pontificis prope se subducere, & celeri in Hispaniam reditu honori-
 bus se eripere. Sed priusquam auelleretur à Patribus, vt vestigium aliquod suæ virtutis impres-
 sum apud eos relinqueret, exorauit ab Ignatio, sibi vt liceret in communi cœnaculo cum ceteris
 cibum sumere. Vbi cum princeps ei locus (vt par erat) in accubatione datus esset: is postea, vt hoc
 quicquid erat honoris pari humilitate compensaret, extorsit precibus ab eodem, vt in humil-
 lima omnium mensa, quæ pœnitentiæ nomine in medio cœnaculo sterni solet, vna cum filio suo
 Ioanne, nonnullisque alijs amicis accumberet. Hic ad maiorem animi demissionem, vt eius pie-
 tati mos gereretur, super mensam obiurgator inducitur, qui de more disciplinæ, cœuiæ pœni-
 tentis errata, noxaque perstringeret. Accessit ad hoc exemplum egregia Ducis humanitas in e-
 pulo dando domesticis vniuersis ipso Dei Matris Purificationi festo, sacroque die. Quo die &
 mensis ipse cum filio aperto semper capite ministravit, & lanciū sordes, ac coquinaria vasa de-
 terisit. Qua in re dum nimio inter sese ardore pater, filiusque eius ministerij haud sane multum
 periti decertant, Ioannes ex argilla fictam patinam casu fregit. Qui cum paternæ humilitati non
 cederet, non dubitauit, id quod in nostris moribus animaduertent, recentem errati culpam
 ad coqui nutum cunctis enunciare conuiuis, & suæ inconsiderantiæ quodammodo præco fieri.
 Atque his, alijsq; domi nostræ relictis præstantissimus genitor & proles æmula documentis, ve-
 niaque ab Ignatio paternæ benedictionis accepta, post caros singulorum amplexus, saluta-
 tioneq; solennes, in Hispaniam vnde venerant, eodem equitatu, comitatuque domestico, Pa-
 trum etiam aliquot adiuncto solatio, remigrarunt. Post Ducis abitum ducta sunt primordia
 Romani Collegij duodecimo Kal. Martij conductis ædibus peragustis ad arcis Capitolinæ ra-
 dices. Atque huc primo è Professorum domicilio, numero tredecim studiorum nomine, & qui
 eis præflet, Ioannes Pelletarius natione Gallus commigrarunt. Alebatur is numerus pecunia-
 rum subsidijs à Duce relictis, vnde modicum vectigal in annuos sumptus capiebatur: nec aliæ
 initio tradebantur artes præter eas, quibus vel ad humanitatem iuuetus instruitur, vel hebraici,
 græciq; sermonis eruditio continetur. Verum cum domesticorum pariter, & externorum dies
 ipsa progrediens numerum duplicaret, & ex ijs cōductæ domus angustijs migratur in laxiorem
 ad arcem vltimam Farnesianæ Basilicæ, qua flectitur ad Mineræ. Ea erat olim Familiæ Frangi-
 panæ iam noua capitum incrementa vberiora quoq; alimenta pascebant. Ea cum decissent, re-
 ducta Ignatii.

data estè confecto veltigali pecunia, vnde ad tempus aliquod auctus numerus sese aluit. Quo exhasto praesidio, cum iam nihil Ignatio restaret, vnde suorum vitas, ac corpora tueretur, erat ei pro veltigali costans in Deum spes, erat ingens ardor amplificandae publicae rei, bonique communis. Atque hoc erectum animaeque praesidio conuolante ad se Societatis gratia, cuiusque conditionis, & ordinis multitudine, nemini, qui videretur idoneus, aditum denegabat: ut operarum suppeteret copia, quas in varias orbis terrae partes virorum principum inuitatu, Ciuitatibusque dimitteret. Ad interiorem inopiam, & egestatis incommoda accedebat externa magistrorum petulantia: qui cum institutum docendi nascentis collegij suis aduersari vel emolumentis, vel existimationi sentiret, iniquo scilicet ferebant animo tot emulos repetere Romae in erudicenda iuuetute succrescere: quorum nomen, & gloria, suam nimirum interpretabantur infamiam. Ergo ad eam obtundendam, & primos eius ortus opprimendos, peregrinis magistris obrectare: interdum suis effusi palestras cateruatim currere ad ludum nostrum cum lasciuiente discipulorum iuuenta, fores quater, conuulnere fenestras, docentibus oblatrare, mediaque in exedras petulenter irrumpere: in inuisione, scematis, conuicijs, omni ope noui gymnasij nomen, famamque doctrinae apud auditores in inuidiam vocare. Quae tamen omnia Dei benignitas, cuiusque famulorum denique virtus, animique magnitudo, & quod caput est, probata in vulgus docendi ratio, perspetuaeque literae superarunt. Nec ab ipsis Haeticorum insidijs nascenti collegio licuit esse securo. Quippe anno insequenti proditum est domesticos intra parietes haeticus, qui latebat, a Philippo Melachtone, alioque haeticorum antesignano, eo Romam consilio summissus, ut res Societatis, ac mores curiosis oculis exploraret, ex eaque nonnullos, si cosequi posset, ad execrandum suum, ac detestabile dogma traduceret. Hunc oris dignitas in robore comendabat iuuentatem (erat enim natus annos tres ac triginta) & ut erat apprimere versutus, belle simulabat se esse catholicum: admirabilique facultate sermonis, atque congressus in Societate sese nostram intravit. Ad tyrociniam admittus obeundis suis rite partibus nemini cedere: saepe exomologesim inter hebdomadam, saepe facta iterare synaxim, voluntarijs suum plagis corpore accipere, colere externa pietatis officia, totum se ad disciplinam praescriptam, & Moderatorum nutum, vultumque fingere: nihil denique, quod ad celandam seetam, & nefaria sua dissimulanda consilia pertineret, omittebat. Coenaculo instruendo praepositus, Socium sui muneris, ac laboris adiunctum Oliuerium. Manarum habuit, quem ille remotis iam arbitris, testibusque domesticis, ut peregrinis doctis abduceret, retate non semel aggressus, crebro cum eo de cotrouersis in religione quaestionibus agitare: crebros de sacrarum imaginum vsu, de potestate Romani Pontificis, de fide, & operibus, deque ijs denique rebus, in quibus minime catholicis cum haeticis conuenit, miscere sermones. Sensit Oliueri post multa, ac varia colloquia saedis, ac perniciosis imbutum opinionibus socium, hominemque suspicatum haeticum, obseruare eius omnia dicta, ac facta dissimulante instituit: paucisque diebus quinque & viginti exitialia dogmata a catholicis abhorrentia ex imprudentis ore collegit. Admonitus ea de re B. P. Ignatius, eum sine cunctatione ad summum haeticum prauitatis Inquilitem Cardinale Ioanne Petrum Carasam, qui summum postea Pontificatum gessit, deferendum curauit. Is comprehensum hominem, & in custodia inclusum, cum postea suis se reus confessionibus indicasset, sententiamque mutasset, ne peccandi licentiam augeret: impunitas, perpetuas ad triremes, & probrosa trastra damnauit. Non hic Haeticorum contra Societatem animus stetit: sed re vna omnium preclarissimam facturos arbitrati, si quos ex ea sibi tam infensa, tamque suis rationibus aduersaria deciperent, ad suasque partes traherent, luculentam ad eam honesto cleemosynae nomine vim librorum, ac suppellectile transferunt, eo ordine collocata, & in arca deposita, ut summa in arca Catholicorum monumenta subito se offerrent, in ima cederentur Haeticorum. Sed ne haec quidem peruersarum mentium ars, & veteratoria astutia processit. Ignatius patefacta fraude, probra illa pestilentissimorum codicum mandari flammis, & in cineres redigi, ne vel auram inficeret, ac pestem lectoribus inhaledent, confestim iussit. Tybure suburbanis Societas aedibus ciuium inuitatu relicta, in interiorem migravit urbem: ita melius & Tyburinam iuuetutis comodis vicinitate gymnasij, & domesticae valetudini salubritate loci consulti. Eodem anno constitutum in Hetruria Collegium est: cuius haec fuerunt exordia. Florentini Ducis vxor Eleonora Petri a Toledo Neapolitani tum Proregis filia Iacobum Lainium ex Sicilia reuocatum, interposita summi Pont-

6
Vexatur
Collegium a
secularibus.
Ludimagistria.

7
Deprehenditur inter domesticos explorator haeticus.

8
Mittunt Haeticos ad inescandos Romanos Socios abno eis inter probatos librorum copiam res haeticas.

9
Tybure a suburbanis migratum in urbem.

mi Pōtificis autoritate, nutuq; Pisas, quo cū Duce se cōtulerat, euocauit. Hic inchoata iā Quadragesima Lainius dieb' festis diuina p̄cepta legis apud Benedictinæ familiæ Monachos, quo Eleonoræ iussu diuerterat, explanabat: profectis autē in va. ijs Gynecæis Archiepiscopi procuratori cōmissis, amore virtutis incēdebat ancillas Christi. Nec tamē interim plebeculā infimā, mēdicosq; deserēbat. Eorū ingentē numerū nempe plus centū ad sanctā cōfessionem, à qua per solēnia Paschæ abstinuerāt, comitate sua, & caritate pellexit. Quos & orationē Dominicā, & salutationē Angelicā edocebat, nūmulosq; quotidie aliquot ijs, qui pridiana dictata edidicissent, largiebatur de pecunia, quā pi⁹ mercator distribuendam obtruserat, deque suo etiam cōmeatu. Ita pariter & animis, & corporibus cōsulebat, ac p̄miolo illo ad cōueniendū libentius ediscēdumq; sollicitabat: vt esset lucelli cupiditas animi esca saginandi. Quo tempore (vt ad eū scripsit Polancus) Romæ Pōtifex Concilium generale Tridenti repetitur⁹, rursus illū nominatim theologum pōtificium cum Salmerone decreuit, vt appareat, inquit, tuas literas in Christi pauperibus erudiendis optime collocatas: summoq; Pōtifici in ea opinione te esse, qui nō orationē modo Dominicam edocere possis, eosq; auditores, quos mercede cōquiras. His igitur Lainius studijs intentus, nō desistit opportune de collocādo Pisīs, Florentiæve Collegio (vt ab Ignatio habuerat in mandatis) agitare cū Ducibus, docere per otium quanta spes esset messis, nisi idoneæ deessent operæ: animoq; se iam cernere periclitatis incolarum moribus, quanta inde ad vniuersos cōmoda, quanta rediret vtilitas. Quāquā autem Cosinus non ita calebat: Eleonora tamen maxime ardens, summam pecuniæ quandam Ducis nomine, quādam etiam suo quotannis in id spondit, Lainium cohortata, vt ea de re ad Ignatium quamprimum scriberet: se quoq; literas ad eum daturam; & vt Dux ipse ad suum in Vibe legatum ea de re scriberet, perfecturam. Oblatæ sunt insuper ad habitandum ædes, & certus quotannis in alimenta Collegij frumenti numerus, viniq; prouentus, & ea denique omnia, quæ ad conflandum Collegij corpus, tuendosq; de Societate duodecim vsui forent. Scripsit, vti receperat, ad Ignatium Lainius, & Ducum mentem exposuit: simul admonens, vt è suo numero duodecim ad exordia noui Collegij designaret: & quoniam sibi discedendum propediem esset Tridentum ad œcumenicum Concilium iussu Pontificis, Elpidium Vgolettum, si ita videretur, è Patauino Collegio sibi sufficeret: qui & ceteris p̄esse posset, & simul vigeret Collegij recentis initia. His acceptis literis Ignatius, Elpidio per literas mandat, vti quamprimum se Pisas conferat: ipse vero Sociorū Romæ manipulum instruit, adiuncto, qui hos omnes regeret Ludouico Codretto, eosq; ad Pōtificē duci iubet, vt proficiscentibus bene precatus, de more veniam, & cōmeatum daret. Hæc agēti, & meditati afferuntur Pisīs ab Elpidio literæ, rem Collegij fringere, hærerē studia Ducum, & ab accessu Lainij in sententia nō manere: quod ea cōditione dicerent se postulasse Collegiū, vt apud se, & in sua ditioe Lainius permaneret. Sensit Ignatius apertam Satanæ fraudem: nec tamen ab incœpto desistere, quin etiam multo acrius, quasi nihil de immutata Principū voluntate ex secundis literis accepisset, ex primis Lainij rem totā gerere: propterea quod integrum sibi nō esset, admonito iam de Ducum voluntate Pōtificē, instituta deserere. Ergo sine cūctatione de Societate duodecim, vt Lainius scripserat, Florentiam destinaat, sperans fore, vt ipse Religiosorū, quos postulassent, cōspectus Ducum animos permoueret. Extant p̄cepta, ac monita, quæ B. Pater tradebat ijs, qui nouas in colonias per id tempus demittebantur, & vim legum nondū alijs promulgatis, habebant, & his quoq; sunt tradita, qui Florentiam abiere. Tria, inquit, vobis propōita esse debent Florentiæ, primum vt Societas ipsa cōseruetur, atq; proficiat cum pietate, tū literis: deinde vt ciuium animis cōsuletur, postremo vt Collegij rationes ad perpetuitatem stabiliantur. Ex primo autē pendent duo sequentia. Quanto enim meliores ipsi fueritis, tātō adminicula vos p̄æbebitis aptiora, quibus & ad animarum salutem, & ad firmamenta Collegij diuina manus vtatur. Igitur eo quisq; sincere dirigens mentem, vt nolit quærere, quæ sua sunt, sed solū quæ Iesu Christi, magnum assumat animū, generosamq; voluntatem, ac serium studiū, vt omnino velit verus, ac fidelis Dei, ac Domini nostri seruus esse: se que probare per omnia, cuiunque addicatur muneri, cum abdicatione perfecta suæ voluntatis, atq; sententiæ, subijciens se gubernationi diuinæ per sanctæ obedientiæ arbitria siue ad humiliores procuraciones, siue ad altiores

II
Lainij in-
dustria in
alliciendis
pauperibus
ad Case-
chisforum.

12
Perseuerā-
tia in bene-
captis Ig-
natij.

13
Monita,
quib' hoc
tēpore So-
cietatis
Collegia
regebat̄ur.

adhibeatur: crebrisq; & ardentibus precibus ab omnium largitore bonorū insiſtite, hoc vt vobis donum concedat: & Rector hæc eadem identidē suis in memoriam reuocet. Quo ad eius fieri poterit, Romanę domus, atq; Collegij cū in oratione quotidiana, & examinatione conscientię, & reliquo vsu pietatis disciplina seruetur, tū præsertim in custodia obediētix, & vsu nō habēdo cū externis, nisi prout Rectori videbitur. Quotidie domi scholastici per vices exerceātur habēdis super mensam cōcionibus, vnā duntaxat horā præmeditati. Et certis diebus super proposito argumēto varijs linguis etiā græce declamēt ex tempore. De suo quisq; in doctrina progressu & aliorū sollicitus sit. Scriptio sit frequēs, & collatio, ac disputatio: ex vsuq; erit ad auditorū quoq; exterorum inflāmādā pietatē, si octauo quoq; die, aut certe quintodecimo, qui lōgi⁹ in eloquētia processerint, scribāt diligēter orationē de Christianis virtutibus, corāq; cōdiscipulis accuratē pronūntient. Quod vero ad ciuiū vtilitates pertinet: præter assidua precationū auxilia, eas per hæc maxime curabitis, primū omnibus, qui accesserint latinas tradetis, græcasq; literas; siq; locus ferret, etiā hebraicas: seduloq; auditores & disputādo exercebitis, & scribēdo. Deinde qua; hebdomada semel, seu diebus Dominicis, seu quo alio die Christianā ijs doctrinā exponetis: curęq; erit, vt quotidie ex ea partē memoriter discāt. Præterea adnitemini vt magis magisq; probis moribus excolātur. Audiant sacrū quotidie, cōcionē sacris diebus: semel in mense noxas cōfessione detergant: ab execrationibus, iurādiq; prauitate, ac dictis fœdis abſtineāt. Videbitis quoq; num ad iuuādos clericos sacrarū literarū schola aliqua, aut quæstionū cōscientiæ, aut subtilioris doctrinæ futura sit vsui: præcipueq; curabitis, vt errores cognitos habeatis, qui serpunt hoc tēpore, vt internoscere eos, redarguere, & extirpare possitis. Diligenter ad sacramēta frequentāda confessionis, atq; cōmunionis quotquot dabitur, traducetis, & ad ea ministranda prōptā ipsū & alacrem operā conferetis. Exēplis vitæ, religiosaq; cōsuetudine vtilis esse ciuitati quiuis potest. Ad exercitia spiritualia hebdomadæ primæ multos, ad omnia nō nisi, qui perfectionis statui videātur idonei licebit adducere. Suo tempore custodij publicis atq; valetudinarijs nunc opera, nūc alloquio, idoneaq; cohortatione, nunc confessionibus excipiendis adeste. Ac semel vt dicam, quæ fuerint in vrbe pia opera cognoscite: ea; siue per vos, siue per alios conamini promouere. Ad extremū ex multis iuuandi proximos vijs, prudētia quæ cuiq; tempori, ac loco aptiores sint, edocebit, dū semper spectetur diuini obsequij maior fructus, ac bonus Societatis odor, ratioq; habeatur munerum, quę propria Collegiorū sunt. Porro ad Collegij firmitatē, quæ singulis diebus cuiq; in precibus, & sacrificijs ad maiorē Dei gloriā curæ esse deberet, vtile erit eorū, qui maxime adiuuētō queant esse, cōciliare, tueriq; beneuolentiā modestia, sinceraq; obseruantia, & vera significatione virtutis. Hæc ferme erant monita, quibus Collegia id tēporis tanquā legibus regebantur. Addebatq; ad extremū B. Pater, vt octauo quoq; die Romæ de rerū statu literas daret, quo opportune iuuari, regi; possent. Iā Florentinus manipulus post multas precationes ad opem Numinis de more implorandā, dulcesq; fratrum complexus ad præclara omnia parato animo ab Vrbe discessit. Eūtiū porro iter maiorū scilicet more fuit. Pedites ambulabāt, & vacui, tamerſi cantherius aliquis ad subuehendas farcinulas, leuandāq; nonnullorū imbecillitatē, forte non defuit. Ceterū pecuniæ subsidia subministrabat occurſantiū emēdicata benignitas. Ambulationem varia de Deo vel cū Deo colloctio cōdiebat. Exacto die nō prius in hospitij suā ipsi quietem, quam animorū cōmodū diuini verbi prædicatione captabant. Ita Florētia vsq; traductū est iter. Quo cū extremo Nouēbri peruenissent, à Ioanne de Rosis perstudiosissimo familiar nostræ (Medicus erat natione Germanus) tecto excepti, paucos post dies de suo numero Pisas ad Duces mittūt, Christophorū Lainiū Iacobi fratrem, & Petrū Ailon. Quorū aduentu Duces sane gratulati, facillimos eis ad sese aditus præbuerunt. Hic multa Patres super re Collegij cum Ducibus collocti, ad extremum Ignatij rationes, cur Florentiæ præstaret Collegium esse, quam Pisas, conductis præsertim in ea Vrbe iam ædibus, in scriptis proferunt. Eæ Ducibus probatae sunt maxime, & in eam quoque venit Eleonora sententiam, vt Florentiæ Collegium conderetur. Et eo denique par illud Patrum re deliberata, ac constituta, non sine itineris subsidio remisit, aliquanto etiam æris ad rem domesticam, & primam Collegij supellectilem attributo. Ea in vrbe dum idoneus literariæ palestræ locus instruitur, magno ardore animi per sacerdotum confi-

14.
Prima So-
giorū Flo-
rentiæ com-
moratio
Rectoris
Ludouico
Codrasso.

confitentibus operam dabat: tertius etiam ad D. Pauli Christianis moribus ac præceptis erudire multitudinem orsus est. Hæc Florentini Collegij fuere primordia. Neapoli quoque principes inter viros, & Societatis amicos agitari de Collegio cœptum est. Eius præcipui autores Hector Pignatellus Montis Leonis Dux, & Ioannes Carafa Montorij Comes, Hieronymus Fonseca, & Lupus Mardones, Familiæ Magister in aula; Dionysius Cælenas è Benedictina familia Monachus, & Hieronymus Vignes vnus omnium ardentissimus, vnde res ferme tota originè habuit. Hi literas ad Ignatium dederunt, vt in proximâ Quadragesimam concionatorem ad sese mitte-¹⁵ret, quo cû ipsi agere, ac deliberare de re Collegij possent. Missus est Salmerò: & magna omnium gratulatione, humanitateq; præsertim Petri de Toletò Proregis exceptus. Is præoccupatis nobilio-¹⁶ribus iam in vrbe suggestis, explanare pomeridianis horis inter hebdomadam ad B. Mariæ Maioris, epistolam ad Galatas orsus est, ea doctrinæ copia, eoq; ardore animi, atque vultus, vt delitescentes hæreticos, qui clandestinis suis venenis multos iam infecerant, redargueret, & omnium per ora traduceret. Sed dū importatam pestem auertere, & errorem noctem suæ prædicationis luce conatur eripere, reuocatur ad Urbem, vt Tridentinum ad Concilium, Pontifice iubente, se conferat. Perculit hic nuncius animos amicorum: nō tamen à suscepta Collegij mente, voluntateque deterruit: nec principum virorum studium, ac diligentia deseruit. Syngraphæ ab ijs factæ sunt duæ, quarum in altera Prorex, & Montis Leonis Dux, Principesque complures: in altera alij honesti viri, ciuesque diuites, quicquid ad fundandas Collegij res collibitum esset, in commune conferre, suo quisque chirographo confirmabant. His ita constitutis, scripsit Prorex ad Pontificem Maximum, & Cardinalem Carpensensem, scripsit etiam ad Ignatium, vt ad initia iacienda Collegij de suo numero destinarent. Spondit Ignatius omnino duodecim ad occa-¹⁷sam annr, Bobadillamque præmisit. Interim Montis Leonis Dux ad eos, qui mittebantur, excipiendo¹⁸s conduxit ædes, easque rebus omnibus, quæ vel ad domesticam habitationem, vel ad tradendas publice disciplinas vsui esse videbantur instruxit. Sitæ erant in vico, quem vocant Gigantis: & iuxta erat, qua vterentur, sacra ædícula: quæ hodieque cernitur, addito titulo primæ eius commorationis indice. Huc socios Bobadilla deduxit, simul ac Neapolim mensè Decem-¹⁸bri duce, rectoreque Andrea Ouiedo, venerunt. Postridieque, dum ex Ignatij mandatis salutari Ducem tam de Societate meritum adire volunt, Dux anteuertit, & eos comiter inuisit. Deinde ex numero quatuor Puteolos, quo se receperat Prorex, ab eodem Duce deducti: à Prorege ipso beneuole item, & peramanter excepti sunt. Erat autem ea de B. N. Patre, vel de eius familia claros apud viros opinio, vt prius quam ex ea quisquam Neapoli compareret, Ignatij prudentiæ, atque pietati Montis Leonis Dux, Comesque Montorius Orborum domum, quo cum alijs vitijs hæreses irrepserant, per literas commendarint, rogarintque vt eius loci procurationem Florentio cuidam Pauletto sacerdoti Gallo, quem fama erat à nostris in Sicilia viuendi disciplinam hausisse, sua autoritate committeret. Erat is Florentius moribus probatissimis, Societatemque diu in votis habuerat: sed cum legibus nostris, quod alienæ religionis cultu aliquando vsus esset, excluderetur, studebat domesticæ sanctitati, & vitam suam è Societatis disciplina, institutoque temperabat. Ad hunc cum scripsisset Ignatius vt illius, quam dixi, domus procurationem acciperet, paruit ille momenti, & Deo placendi studio, quod imponebatur, onus accepit: idque ea cum laude sustinuit, vt partim vitæ, morumque sanctitate, partim excipiendis cuiusque confessionibus, & singulis cohortandis, disciplinam illam breui correxerit, mores recuderit, totam denique domum breui in alteram commutarit. In Sicilia cum ex magna sociorum copia, quam hic annus effudit, Nouitiorum palestra Messanæ floreret, tempestiuos subinde suos dabat seu Societati, seu Paradiso fructus. Ac Cælo quidem Ioannem Antonium Apulū, natione Calabrum sane immaturo, sed tamen exoptando obitu dedit. Is vnde vigesimo ætatis anno tyrocinio nondum exacto, cum tradendis græcis, latinisque literis, quas callebat, destinatus esset, morbo extinctus ad Deum abiit. Tantum autem ille modico temporis interuallo in schola Christi profecerat, tantoque ardore cucurrerat viam Domini, vt altissima humilitate, sui que despicientia, & ceterarum progressionem virtutum suos post se collegas, æqualesque longo interuallo relinqueret. Summittebat se omnibus, & abiciebat vbiq;: in eoque sepulchrum,

chrum, ac beatum putabat, si similiter despiceretur ab alijs. Nullum eius auribus acroama dulcius, quam vox obiurgantis, ac reprehendentis: & ardentius ille contumelias, & ignominias, quam ceteri gloriam, & prædicationem sui nominis, sitiebat. Et ea sane virtus sapius à Magistro periclitata Cornelio, crebrisq; tentata conuicijs minime ficta, atque adumbrata, sed vera, ac solida reperta est. Nec sinceram minus, ac firmam ipsa Nouitiorum periclitatio deprehendit. Nā cum Ioanni Antonio partes sæpe suas delegaret Cornelius: isq; Magistri seueritatem in frangendis sociorum voluntatibus ita repræsentaret, vt nonnullis asperitatem nimiam accusantibus, tota eius, quæ celebrabatur, perfectio in suspicionem veniret, permisit semel, iterumq; Magister, vt suo illam ipsimet exploraret arbitrio. Qui cum subitis, frequentatisq; & inter se aduersantibus imperijs, monitis, atque increpationibus importunis, & id genus tentamentis bonum sodalem versassent in omnes partes, ac vexassent egregie, successit in locum suspicionis admiratio, prædicatione pro querelis, nec minus sua infirmitate, quam illius virtute perspecta, cœpere perinde venerari eum, ac sese despiceret. Nec mirum, cum ipsemet in sese macerando, edomandoque nullum, nisi obedientia præscriberet, modum haberet: nominatimque silentij studio sanctorum virorum exemplo, sæpe in ore calculum, quasi monitorem gestaret. In morbis autem, in quibus fractior esse solet animus ægrotantis, constantianā, & æquitatem animi semper tenuit; vt nec acerbioris morbi frangeretur incommodis, nec visitata pietatis munia, virtutisque deleteret. Null^o ex eius ore exceptus est sermo, vel vita deficiente, nisi de Deo. Pridie quam è vita decederet ægre animam trahens, cum sorori, & noueræ inuisendi eius potestas facta esset, (nondum enim ea Tyronum sedes claustrum omnino impenetrabili sepiebatur) simul ac sororem vidit, Quid tu hic agis, inquit, quid vis? adhuc in seculo es? quid moras necis? nonne vides me pene consumprum? vix vnus vitæ dies superest: propera, festina, curre ad Christum. Quid respondes? Demum sic vsit, vt sese reciperet in cœnobium abdituram. Conuocatos quoque socios tanquam concionabundus ad religiosum acriter currendum stadium, ac præcipue ad perfectam obsequij laudem incitans, multum singulis lacrymarum excussit. A deo vero cunctis ipse erat obsequens administris, atque præfectis, vt non modo nihil eorum extra præscriptum, vel appeteret, vel respueret; sed nec mortē quidem ipsam appropinquantem, nisi eius qui præerat nutus interueniret, posse videretur oppetere. Namq; à Fratribus sæpe rogatus, quando tandem emori vellet, vnum, & idem semper respondebat, cum primum venia data fuerit. Cumq; idem ex eo Cornelius Vishauæus Nouitiorum magister interrogasset, Cum tu Pater, inquit, veniam dederis. Nam tuo iniussu hinc abire qui possum? Cui Cornelius, do tibi veniam, vt postridie hora circiter diei prima, vel altera vita cedas. Tum ille, at hostem humani generis pertimesco, ne truci suo me conterreat aspectu. Et Cornelius, nihil est, quod ad eius paueas, & conturberis aspectum, ego illum abs te arcebo, ego Deo adiuuante fugabo. Deinde ab ægrotato digressus, priusquam ad quietem vesperi se conferret, vni de fratribus mandat, se duas vt ante lucem horas è somno suscitet, Mane non dum albente cælo reuertitur, quo ipso tempore Satanas affuit volitans circa cubile: cuius ad aspectum æger excitatus è lecto pugnis arte compressis, contra acriter minitari. Cornelius quoque ipse nimio horrore perfundi, totoque corpore perhorrescere, & igneum cernere quasi globum per cubile circumagi, indicem eius, qui præsens aderat, quique apud inferos aeterno igne torretur. Ergo stratus in preces, adiurare funestissimam bestiam, Christi que nomine vt illic faceretur, imperare: quod nullum in eam animam ius haberet, quæ per pœnitentiæ salutare mysterium sua paulo ante peccata Domini sui cruore lauisset: proinde sine cunctatione eo se loco proriperet, nec cursum euolantis in cælum moraretur. Huic adiurationi, sacrisque precibus nolens volens Satanas paruit, nec vsquā amplius apparuit. Quo spectro liberatus æger aliquantulum conquieuit, dein secunda circiter hora diei, qua videlicet facta erat abeundi potestas, septimo idus Augusti die Veneris hinc ad superos est profectus, vt quam Deo sit cordi purum parentis obsequium, & tam decantata obedientiæ simplicitas testaretur. Interim socijs dū omni ope, magnoq; successu in excolendis animis, ingenijque Mamerthinorum desudant, nouam laborum segetem Turcicus terror attulit. Ingens classis mare Thyricum ingressa, incertum quam in partem effusura esset tempestatem, tanquam nubes horri-

19

Singularis
obediētia.

20

Pericula
ex Turcis
summa
periclitatio
uicij.

horrificæ late omnibus imminebat, Siciliæ maxime, ob captum superiore anno Aphrodisium. Itaque Hieronymi Natalis monitu, Proregis iussu, ciuitates lectæ sunt quindecim, in quibus partitis varia in templa temporibus dies, ac noctes perennis haberetur oratio, aliaque multa iræ placamenta celestis indicta. Stetit tandem barbara classis in Messanæ conspectum: nunciantque Proregi se bona cum venia Maiestatis Cæsareæ Aphrodisium recepturos adesse, contra inducias inter Ferdinandum Romanorum Regem, & Turcarum Imperatorem pactas Dracuto ereptum: id pacatè si redderetur, nihil ab se violatum iri, sin autem minus, omnia habituros infesta, & ante omnia Siciliam, ipsamque Messanam adorturos. Quibus Vega respondit. Nequaquam contra inducias factum, quod piratis importunissimis sublatum receptaculum esset: nec constare sibi, vellent ne Cæsar, vt ea vrbs Turcis traderetur: nec vero consuesse amicos, quales illi volebant videri, armatas classes ad prouincias fœderatorum, ipsis non præmonitis, agere: denique id ipsorum esse consilij, expectare ne vellent dum Cæsaris exploraretur voluntas: se quidem non minus ab defendendam vim, quam ipsos ad inferendam, paratum fore. Hoc accepto responso barbarus postridie Catanâ versus discessit. Sed quia omnino putabatur Aphrodisi tentaturus, classem instruxit Vega, quam in subsidium mitteret. Natalis ne tot militum, ac vectorum animæ sacerdotis auxilio, solatioque carerent, ad eam expeditionem vltro se obtulit, eo etiam consilio, vt Aphrodisij eadem curaret, quæ in Sicilia Dei exposcendæ paci institueret. Quinto Kal. Iulias Prætoriam Antonij Auræ Ilidoro Bellino comite descendit. Ilidorus, qui idem Sbrandus appellabatur, è primis fuit, qui Societati se Romæ adiungere. Post operam bene positam in humanis diuinisque literis Lutetiæ, & Conimbricæ, Philosophiam Messanæ docebat: miroque Dei beneficio, dum sollicitatus sæpe, ac grauitè à Monacho suo fratre, vt eius in ordinem transfret, eum demum sequeretur, apertis in itinere mentis oculis, Diabolum esse exclamans, qui ab vocatione se prima sua deduceret, ad socios qui interim pro eo preces ad Deum nunquam intermiserant, reuertit: & quia emanarat inter discipulos fuga, congregatis omnibus non dubitauit egregia cum Societatis prædicatione suæ veniam inconstantie deprecari, & palam religiosa vota in eorum instaurare conspectu. Inde nouo impetu perfectæ cursu sapiëntiæ repetito, ipsa in vrbe Messana, dum classis adornatur, priuatis congressibus, publica que verbi diuini prædicatione utilitates militi singulares attulerat. Post generali confessione, iobelæoque cū domesticis alijs expiatus multa præclara moliens à Natali, comes abducitur. Ecce autem quarto Nonas Iulias, cum ad Lopadusam insulam venisset classis (ea inter Melitam & Aphrodisium iacet) fœdâ adeo tempestas duas ante lucem horas teterrima cum caligine exitit, vt è quindecim triremibus octo demergerentur, in hisque Prætoria. Quibus robur, ars, animus suppetebat, in saxum, ad quod fluctibus triremes allidebantur, euadebant: quo & Natalis, quauis natandi imperitus, & vsque ad vltimum in media morte pro animatum caritate moratus, non sine peculiari Dei tutela, nescio quo arrepto fune, saluus euasit. At Ilidoro idem tentanti brachium allisa ad saxum triremis interceptum absceidit, sic vt modica è cute penderet: qui diu inter fluctus luctatus, in triremem tandem rursus receptus, nihil prætermisit, quod non solum optimum religiosum, sed fortissimum etiam virum deceret, non modo vincens dolorem, sed & constantissime, quæ eo articulo opus erant, periclitantibus clamâs, quoad ipsa soluta triremi, & hausta fluctibus, ipse cum quamplurimis perijt. Superstites Aphrodisium tenuere. Hic natalis ad quatuor menses magno vsui militibus fuit. Prædicabat Dei verbum, paces conciliabat: Nosocomium instituit, in quo ministrabat ægrotis: inopie pauperum consulebat: sacerdotibus quibusdam, qui inter prædicatorios versabantur, rationes officij explicabat: multos etiâ ab religiosis castris profugos ad sancta reuocauit vexilla. Demum sic ceperat omnium animos, vt cum Aluarus Vega Proregis filius, qui ex desiderio natu maximi, quem priore anno mortuû diximus, à Patre Ferdinandus vocatus est, Siciliam repeteret, relicto Aphrodisij Sancio Leiuæ præfecto, is, ne simul rediret Natalis, militarem custodiam disposuerit. Sed, vt ampliortam strenuo operario parabatur à Deo campus, piæ insidias, pia celeritas anteuertit. Non minor interim socijs Mamertinis oportunitas adfuit caritatis in publicum explicandæ, quam præcipue Antonius Vinkius pro Natali Collegio præfectus arripuit. Ex verbis muniendæ laboribus continentibusque

21

Natalis
cum Si-
cula Classi
in Africâ
soluit.

22

Isidori
Bellini fi-
nia.

23

Classis
terra tem-
pestate per-
iit.

24

Isidori
consilia.

25

Res à
Natali in
Africa ge-
sta.

26

Nauata
Messana
opera a-
grotis.

dum.

dum hostis immineret, excubiis increbuere in populo morbi. Ea fuit operariis Christi non tam quidem expetenda, quam cupide amplectenda materia. Auxit hanc Rhegij quod modico ab Messana freto dirimitur, miseranda calamitas. Quippe cum in arce tormentarij pulueris apotheca forte incensa multos mortales extinxisset, multos fœdum in modum ambulisset; ex his triginta Mamertinum ad nosocomium à vertice ad pedes horrendam in speciem exulcerati, intolerandum exhalantes odorem, totique scaturientes vermibus deportati, ob fœditatem mali, derelicti iacebant. Inuifit epos continuo Vinkius: voce & opera recreauit, perrexitque deinceps miserorum & corporibus, & animis adesse: quanquam & multa iam aderat ciuium æque virorum, ac mulierum excitata Palmij concione caritas. Verum ex vniuerso numero nouem duntaxat superfruere: quibus demum cum etiam vestes Patrum sedulitas comparasset, ipso S. Laurètij die ab nosocomio egressi in Collegij templo sanctissimo Christi refecti corpore, tum etiam viatico instructi, ad suos læti remissi sunt. Nec minus actum est bene cum mortuis: quos omnes diligenter expiatos Vinkius irreuocabilem illam summæ rei clausulam egregijs cum salutis indicijs magno suo gaudio consummantes aspexit. Ceterum Natalis, antequam nauigaret in Africam, perutilem operam nauauit Drepanitanis: Magnopere autor fuit nobilis extruendi cœnobij, quo & innuptæ fœminæ, quæ à conuersis nomen habent, & vero etiam nuptæ, quæ suis à viris dissidebant, dum gratiarum reconciliatio fit, includerentur. Id ille cœnobium suis institutis temperauit, ac legibus sodalitis in super è viris nobilibus excitato, qui eius commoda, & quotidiana cibaria procurarent: & ne quid eis omnino deesset, quominus placido otio fruerentur, idoneum quoque pascendis animis administrum Iacobum ab Augulio de ciuitate Drepanitana optime meritum, è B. Francisci disciplina præposuit. Eadem in vrbe è promiscuo hominum genere sodalitatem aliam condidit, quæ & festa quaque luce suos conuētus ageret, & singulis saltem mensibus Exomologesis, sacræque synaxis mysteria renouaret, perscriptis item luculentis ad eam regendam, ac moderandam legibus, tanta approbatione Proregis, vt inter ceteros continuo iusserit se sodales abscribi. Panormitano Collegio in locum Nicolai Lanouij, quem in Austriam mittendum B. Pater Romæ accersijit, Paulus Achilles Re&tor successit. Petrus Venustus tyronibus instituendis præpositus. Hic inter cetera gesta præclare, vsus toto anno sacræ concionis inductus est, dum in templo sancti Antonij nostris Dominico quoque die sanctioribusque alijs verba continenter faciētibus, pulchra æmulatio alios quoque Dei præcones exciuit. Oprauebat & Ferrariæ Dux de familia hac in primis meritis Hercules ex ea Collegium: & hoc tandem anno Ducis nomine Alfonsus Rosetus, is, qui non ita post eius vrbis renunciatus est Archiepiscopus, ad Ignatium scripsit, vt sibi quoque de suis copijs aliquid impertiret. Fuerat eo missus, vt supra demonstrauius, iam ante Paschasius, ibique amicorum opera conductis ædibus adhuc hætebat. Itaque cum ad tuenda Collegij primordia aureos quotannis ducentos Dux Hercules sponduisset, ad eamque rem explicata, & confecta iam essent omnia, B. Pater Ducis postulat non distulit: sed Io. Pelletario moderatore, cui Bernardus Oliuerius in Romani administratione Collegij successit, de suis copijs ad eum octo summisit. Ergo plurimas Ignatio gratias egit Dux per literas: & per eam occasionem ab eo prece contendit, vt vnum aliquem ex ijs, quos miserat, Ferrariæ

27
Natalis
Drepanitanis
consulit.

28
Panormitano
Collegio
Paulus Achilles
præfiscitur,
Tyrocinio
Petrus Venustus.

29
Ferrariæ
Collegium
Re&tor Io. Pelletario
inchoatur.

30
Ignatij
consilia
cura San
Simoniam
repu
dianda.

41

Ceteri

Ceteri sacerdotes rite pœnitentibus omni sedulitate vacabant, Ad utrosq; miri concursus, cum vicinis etiam ex agris ad presbyteros sanctos Romanos (hoc enim eos nomine designabant) paganorum turba conflueret. Paschasius autem, penes quem erat etiam cura quædam Collegij ³¹ *Paschasius sacramento pœnitentiæ energumena liberat: & alterâ exorcismis.* magis vniuersa, dum iudex sedet in pœnitentes, ac reos, pertinacem è muliebri corpore Dæmonem, quem nulla exigere sacerdotis adiuratio poterat, imperata facinorum confessione fugauit. Consimilis nequitia Dæmonem ex alia fœmina, quam sex septemve homines regere, ac cõtinerere vix poterant, sacris de more carminibus, & exorcismis abegit. Scholas vix aperuerant, cū eas centum, & viginti celebrabant adolescentes, ad easque longè plures aduolassent, si ex literarum ad elementa discenda puerorum quoque ætatulis patuissent. Sed videlicet pretium operæ non putabat Ignatius ea tempestate, in tantis operarum angustijs Magistrōs nostros in Europa prætermisissis lucris vberioribus animarum, totos dies in tradendis literarum apicibus se conterere. Bononiæ vero vſitatis suis Societas artibus, atque præsidijs, præcipueque meditandi, orandique vijs à B. Ignatio traditis, eam conformationem morum in eorum, quos tractabat, animis efficiebat, vt toto vulgo circumsonaret hæc vox, Quid tandem agunt isti? aut quid artis adhibent, vt quotquot ad eos accesserint, eorum penitus versent mentes, totosque commutent? Præclarum Venetijs Andreas Frusius Ecclesiæ, Societatiq; operarium addidit. Adolescens erat hebræus, Elias nomine, sic vocatus, vt celebritati famæ succresceret, quam in ea natione maternus auus eius Elias Aschenatius librõrum editorum multitudinem quesierat: à quo & puer institutus, & in Germaniam ductus est. Mox adita Ægypto, Hierosolyma, Constantinopoli ingenio, & memoria pollens, præter hebraicam, latinamq; linguam, italicam, & hispanicam, etiam germanicam, turcicam, arabicam didicerat. Venetias nuper reuersus, quo fratrem christiana sacra aliquanto ante complexum ad emortuam retraheret synagogam, dum prædè inhiat, magno suo lucro captus est. Cum ad varios doctrina, & nobilitate principes viros deduceretur à fratre, ex eorum numero Ioannes Baptista Contarenus, Volo, inquit, hominem hebraice perdoctum, sanctumque vita conuenias: ac recta deducit ad Frusium. Hunc vt vidit Elias, singularem oris modestiam, & suauissimam grauitatem admirans, Angelum sibi visus est intueri. Vbi vero Pater exorsus est loqui, cum sacrorum vatum multa proferret, apteque enuclearet oracula, quicquid is diceret, sensim adolescentis in animum lenissime influebat: qui non tam ipsas res perpèdebat, quam quemadmodũ dicerentur: insignemq; illam modestiã contemplabatur. Ita; nihil magis cupiens, quam rursus in colloquium redire, digreditur: ex eoq; die dies aliquot ea consuetudo tenuit: cum interm secum ipsi domi, tum quæ disputauerat Pater, tum perspecta in ceteris socijs religionis eximie documenta versaret. Quippe omnes adeo pios, obseruantesque inter se, tamque moderatos cunctis in rebus animaduertent, vt nihil tale vsquam, non inter Iudæos modo, sed ne inter Christianos quidem videretur sibi ad eam diem vidissè. Nimirum rapax est humani animi virtus, tumque maxime, cum per exempla illustria caelestem suam pulchritudinem delibandam oculis offert: iamque prorsus, vt vere sentit, pronunciatque Chrylostomus, si ipsi, quales debent, fideles essent, nullus alienus à fide superesset. Ergo Elias minus iam frequens synagogam adire, titubare animo, & studio veritatis ardere. Inter quæ subijt cogitatio, vt in aliquè se tràquillum secessum ieiunijs, ac precibus diuino exposcendo, excipiendq; lumini abderet; nec id alibi opportunius fieri posse, quam apud Patres. Nec mora, domum ab Andrea recipitur humanissime, vesperique dum cubitum parat concedere, ecce tibi vnus Patrum linteo præinctus apparet, peluim gestans calida plenam, pedes hospiti abluturus. Hæsit ille primo attonitus ad eam speciem, vt vellent sibi Iudæo homini pedes abluere. Deinde vrgente Patre, idque moris esse domi aduersus hospites memorante, ad Christi Domini, qui discipulis suis pedes lauit, exemplum, cessit bonus Israelita adeo cõmotus, vt insomnem prope noctem exegerit, quæ videbat, quæque audiebat mente volutans, ac ponderans. Intentius inde precibus insisètem, suasq; cum Frusio dubitationes conferentem grauissime malus Dæmon adoritur, vt agrè se cohiberet interdum, quin fuga arrepta euolaret in synagogam, & prostratus in medio cœtu veniam precaretur, quod legem ab paterna diuersam curiosius explorasset. Sed mirandæ sunt plane viæ, quibus Pater caelestis, quos sibi delegit, ad sese perducit. Volitabat in Collegium candida

32
Schola Ferraria celebratur

33
Accessus ad Societatem Io. Baptista Eliani, prius ex Hebraeo ad Christum traducti.

34
Vires modestia ad iuuandos homines.

Homil. 10. in epistola primâ ad Timotheum & alibi.

columba: quam cum Patres sancti Spiritus in ipsum è Cælo lapsu præfagium dicerent, valde id audiens Elias recreabatur. Ea mox forte in puteum labitur: extractamque Socij continuo ad Eliam, vt erat humentibus plumis afferunt, iam significari suscipiendi tempus baptismi interpretantes. Hac re, præclarisque eorundem hortatibus delinitus, demum inter orandum statuit baptismum suscipere, sperans inde sibi firmiorem constantiam, vberio remque lucem diuinitus affuturam. Ita sacro Apostoli Euangelistæ Matthæi die tingitur, nomine Ioannis Baptistæ delecto. Vt quoniam in Euangelio legerat S. Ioannem Baptistam in spiritu, & virtute Eliæ venisse, ipse qui adhuc inter hebræos Elias fuerat, inter Christianos esset Ioannes Baptista: cognomen tumque ex veteri nomine, Elianus, adsciuit. Sacram inter asperginem cælestibus redundans lætitijs, & quadam perfusus luce, per quam sentiebat quodammodo omnes vitæ suæ maculas cæli, precabatur enixe Deum, ne vlla in posterum labe pateretur illum obscurari nitorem; ad hoc animum cōstanter obfirmans, vt nullum postea vnquam mortiferum crimen admitteret. Ab sacro fonte cum viri nobiles apud se multi inuiterent, nō existimauit eo die curis inanibus, leuiq; lætitiæ locum aperiendum, modesta inter Patres Domini benedictione cōtentus. Iam plane in hominem nouum renatus sumebat in manus sacra Biblia: quosque locos nuper opinabatur ambiguos, ita manifeste iam sanctam contestari fidem iudicabat, vt nullo modo intelligi secus possent: acerrimisque incitabatur stimulis, vt subito ad Hebræos redarguendos profiliret. At vbi prodibat in publicum, ex tranquillitate, pietateque inter famulos Dei degustata, peius morte rebatur; cum tot vndique verborum scæditates, execrationes, deierationes aures, animumque Neophyti vulnerarent. Itaque, quo suum illud nūquam peccandi consilium permunit, institit à Frusio primo, vt in Collegio aliquandiu pateretur esse: deinde ea magis, magisque in dies consuetudine illectus, Indicarumque lectione literarum, quæ super mensam recitabantur, incensus contendit, vt in Societatem ipsam reciperet: quod Ignatio consentiēte, ad multarum (vt suo cōstabit loco) animarum remedium impetrauit. Quoniam autem extra Neapolitanum, Siciliaq; regnum, Collegia per Italiam constituta non pauca, vel inchoata iam erāt, placuit Ignatio, tot occupationum oneribus presso vigilijs suas, curasque diuidere, eaq; Collegia, veluti in vnam redacta Prouinciam Paschalisij curæ committere. Huic in Italia primum extra ea, quæ dixi, regna, Prouincialis tituli dati. Nam Panormitani, Mamertini, & Neapolitani Collegiorum summam B. Pater administrabat ipse per se. Tridentum lapsa fere Iulio Concilij causa Lainius, & Salmeron peruenerunt. Eorum aduentum Sedis Apostolicæ legatus Cardinalis Crescentius, præcipuique Antistites plurimum gratulati. Vbi dies confessus affuit, legatis Apostolicis placuit, qui Concilio præerant, Theologos, qui conuenerant, suam quemque sententiam ex ordine dicere. Is autem erat ordo, quem cuiusque Principis, ac Dynastæ dignitas, vnde illi mittebantur, exposceret. Itaque Lainio, & Salmeroni cum à Romano Pontifice mitterentur, primæ videlicet datæ sunt: & ex his duobus Lainio priores. Hic causam modestissime præfatus, cur primus sententiam diceret, quod legati iusserant, vnum est eloquutus, quod mirationem in conuentu fecit: quoniam in ijs rebus, quæ ad orthodoxam fidem, & ea, quæ disceptanda in Concilio forent, pertinerent, non humano standum iudicio, quod sæpe fallitur, sed mens esset sequenda diuina, quæ sacris in literis (vt eas nobis sancti Patres illustrati diuinitus interpretantur) apertissime declaratur; nullum se pro sua sententia Patrem, atque Doctorem in medium allaturum, quem non ipse totum à capite ad calcem peruolutasset: ex eoque locos ea de re complures, quæ in controuersiam caderet, collegisset, quo planius & velut à fundamentis de Doctōris mente, sententiaque constaret. Hæc professus, atque pollicitus, vbi ad præscriptam de augustissimo Eucharistiæ mysterio disputationem ventum est, sex circiter ac triginta ad ea, quæ diceret confirmanda protulit Patres: in ijs Alfonso Tostatū, cuius tam multa extant monumenta doctrinæ, vt ne ad ea quidem euoluenda, ac lectitanda satis esse vnus ætas hominis videatur. Et tamen ea Lainius cum aliorum monumentis, ac scriptis deuorauerat vniuersa, eo: unque summam sibi ipse admirabili contractione confecerat. Excipiebatur cum ille diceret, summo omnium silentio, & approbatione mirifica: eratque cunctis Patribus ingenij scæditate, & singulari doctrinæ copia prope miraculo, cum vnus ipse nonnunquam in instituta dispu-

35

*Prouinci-
lis primus
Italia Pas-
chalis
Broet: u.*

36

*Lainius,
& Salme-
ron: u. r. s. u.
in Cōcilio
Tridentino.*

37

*Lainij er-
ditio in sig-
na.*

disputatione tres horas vnum, eundemq; locum semper vrgeret. Sed accidit perincommodè, quod in ijs curis versantem quartana febris inuaderet: cuius depellendæ causa, cum secessum aliquem cogitaret, & dierum aliquot vacationem à Concilio peteret, nō impetrauit. Nec enim Apostolicis legatis est visum frequentissimum illud Concilium, & Orbis terræ theatrum eius sententiæ luce priuare, quæ cum ex omnibus esset princeps, dux etiam quædam ad disceptandum omnibus esse posset. Verum vt ægrotanti consulerent, nec morbo vires adderent, communi consilio, ac prouidentia cauerunt, ne quo die febris accederet, in eum ipsi diem publicos suos cōuentus indicerent. Ac ne tum quidem, cum vel priuati haberentur extra Concilium conuentus scribendorum Canonum, gratia, vel theologorum item priuati cœtus fierent, in quibus multa statuebantur vtilia, ac salutaria, carere Lainio potuerunt. His illis cœtibus cū Salmerone semper interfuit: & vtrique grauissimum quodq; imponebatur onus. Quibus etiam autoribus plurimis de rebus ad Conciliū referebatur: à quo multa, ac præclara in rem Ecclesiæ sancita, & constituta sunt. Hinc videlicet rursus toto fere terrarum Orbe nobilitata Societas: & quæ multorum alibi laborabat inuidia, ea tunc in œcumenico Concilio caput extulit, sese ipsa quodammodo, quamuis id non ageret, illustrauit. Viri namq; clarissimi, totaq; in Ecclesiâ facillè principes, quibus nondum erant eius perspectæ rationes, nec de ea, vulgi ducti sermonibus, satis commode sentiebant, ea deinde Tridenti cognita, atq; perspecta suum posuerunt errorem, & ad suas subleuandas Ecclesias inde præsidia requirebant, domiq; suæ Collegia condiderunt. Nec ex Episcopis, & Pastoribus defuit (Is Ægidius Foscarius ex Prædicatorū Ordine Mutinensis Episcopus fuit) qui scriberet hæc: Lainius, & Salmeron maximo cum splendore de Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento contra Lutheranos disseruerunt: & re vera me felicem duco, quod in hæc tempora tam doctorum, quam Sanctorum Patrum inciderim.

Viennæ Romanorum Rex Ferdinandus pius admodum Princeps, & de catholica religione egregie meritis, acri quodam incitatus studio instaurandæ Viennensis Academiæ, in qua Doctorum bona pars, non satis bonæ, castæq; religionis erant, tum etiam ad hæreticorum coercendum furorem, continendosq; in Orthodoxa fide catholicos, mores componēdos, pietatem inferendam, tredecim ab Ignatio viros in primis nauos, & ad rem gerendam industrios impetrauit. Quorum decem addito Rectore Nicolao Lanoio ab Sicilia reuocato ex Italia, reliqui duo Iai⁹ & Scorichius, ex Bauaria missi sunt. Hos à rege perhumaniter acceptos Urbanus Labacēlis Episcopus, qui regijs confessionibus præerat, primis apud se diebus, dum stabilis habitatio perquiruntur hospites habuit. Inde illi Dominicanos apud patres, in ædium parte quadam diuerterunt. Atque, vt semel intelligatur, quantos ad labores eo esset euocata Societas, is erat id temporis, cum eo se contulit, Austriæ status. In prouincijs Romanorū Regi subiectis decima vix pars, & vt alij sentiebant, vix trigesima ab hæresis contagione libera, & pura erat. Cuncta quippe tetra illa pestis inuaserat. Hæreticorum volumina tractabantur impune: circumferēbantur vbiq;: & ex ijs potissimum suam puerorū ætas educationem, ac disciplinam hauriebat: vt cum vitiosum sanguinem teneris ab vnguiculis collegissent, nihil postea in omni vita sani, nihil integri retinerent. Ingens erat Cœnobiorum solitudo, Cœnobitæ vulgo ludibrio: quorum vitam cum in summū iam esset ab impijs adducta contemptum, qui eam inire, ac sequi vellet, inueniri vix poterat. Ne sacerdotum quidem nomen erat in pretio, & eruditi quoq; viri à sacris ordinibus abhorrebant. Constat totos annos viginti ex Viennensi tam celebri Academia neminem initiatum. Catholicorum plerique, Papistarum vocabulum per ludibrium ab hæreticis inditum non ferentes, erubescabant se videri quod erant: nec huic malo, quod manabat in dies latius, qui occurreret, præsto erat. Rex cum exquisitissimum delectum haberet, viros non reperiebat idoneos, quibus Ecclesiæ præfecturas, & Episcopatus, Pontifice assentiente, mandaret. Ne Viennensis quidem Ecclesia ceterarum in ea vrbe princeps, & quasi parens inueniebat, qui diuino cultui se addiceret, & sacris alligaret. Parochiæ vel à suis erant destitutæ pastoribus, vel ab improbis occupatæ. Iam sacramentorum vsus inter Catholicos vel rarus admodum, vel vitiosus. Impertientiā vulgo putabant sub vtraque specie sacrosanctam Eucharistiam, & in peccatorum Omologesi nemo ad singula descendebat: sed cum ea summam, ac breuiter perstrinxisset, expectabat amens,

38

Quæritur in
opinione
Lainius
Tridentis.

39

Institutio Col.
legij Viennensis Re-
ctore Ni-
colao Lanoio.

40

Austriæ
status hoc
tempore.

41
*Primi de
 Societate
 magistri
 Vienna.*

42
*Ferdinandi
 Regis be-
 nignitas in
 Societate.*

43
*Ruardi
 Tapper de
 Societate
 iudicium,
 Cap. 13.*

9. in Ioan-
 nē. cap. 23.

dum se ab ijs imperitissim^o Sacerdos absolueret. Concionatores in vna extollenda fide, Christi- que meritis toti erant. De ieiunio, de precatione, de misericordiaz, & caritatis officijs, deque reliquis benefactis. ne verbum quidem. In has errorum tenebras, atque in hos mores incidit Societatis aduentus: quos vt corrigeret, sanaretque diuino auxilio nixa suos omnes neruos, & curas intendit. Claudius Iaius, quo plures haberet anfas ad reuincēdos hæreticos explanabat publicè Pauli Epistolam ad Romanos. Nicolaus Lanouius, quæ quarto libro disputat sententiarum Magister; Petrus Scorichius Græcæ linguæ rudimenta tradebat, Rhetorices artem Erardus Auantianus, Grammatices. Ioannes Victosia. Hi pro se quisque studebant, laborabantque, vt suam docendi rationem, quoad eius fieri posset, ad sanandos mores, instillandamque in auditorum animis pietatem, auitamque religionem accommodarent. Sed, quoniam sine Theologiæ adminiculo non facile confutantur Hæretici, illud quoque sapienter à Ferdinando prouisum, vt ad eā disciplinā quā plurima iuuetus ex ea prouincia cōuocaretur, quæ talibus instructa præsi- dijs laborāti postea nationi, & iā pene cadēti succurreret. Itaq; paucis diebus cōuenere iuuenes quinquaginta, quib⁹ in cōtuberniū Collegio nostro proximū aggregatis, prudētes viri præerāt, è communi vita delecti, non sine ductu, consilioque nostrorum. Nec minus studiosè Rex, cum in Styriam iter haberet, priusquam Vienna discederet, Collegij memor, vt certa pecuniæ sum- ma ei quotannis, nulla interiecta mora numeraretur, suis administris, & ijs, qui sibi à consilijs erant, graui oratione mandauit. Viennam mox reuersus, cum cognouisset desiderari Collegio ad sacerdotales amictus, arasque conuestiendas supellectilem sacræ vestis, eam sane lautam, at- que magnificam gemina varietate distinctam dono misit. Interiecto dierum spatio tota fere cum Curia Collegium ipsum, haud obscura suæ erga nos voluntatis, humanitatisque significa- tione conuisit: domum comiter intrauit, & vniuersam inspexit: & quoniam male materiata, & ruinosa aspexit, suis illico sumptibus muniendam, & concinnandam curauit. Colonia Leonardus hærebat semper in tutandis animis suis similis, semper vigilans, eorum præsertim, quorum corpora morbi prostrabant. Hos euocatus interuisebat, hos enunciantes sua rite com- missa sedulus audiebat, & eo fere præsidio salutem optatissimam & animis, & corporibus affe- rebat. Louanij Ruardus Tapper, dum Adriani ab Adriano solennem professionem excipit, e- gregium Societati testimonium edidit: cuius hic summam iuuat inferere, vt extet doctissimi, & grauissimi viri beneuolentiæ erga hunc ordinem monumentum: atque ex eo posteri quales de- beant esse, certe cuiusmodi institutum profiteantur, agnoscant. Theli posita ex Euangelio S. Io- annis mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut & ego dilexi vos; prius latine ante sacrum, mox vero post sacrum, vt frequentissimæ multitudini seruiret, vernacula lingua, studio, sensuque animi maximo, in lege inquit, veteri carnalibus, rudibusque Iudæis mandatum fuit, Diliges proximum tuum sicut teipsum: hoc vero nouo Christi mandato, quemadmodum S. Cyrillus exponit, iubenter discipuli diligere proximum supra seipfos: nempe sicut Christus di- lexit nos. Idque est, quod hæc sancta, & noua IESV Societas studet, hoc eius filijs propositum est, ex hoc nouo Christi mandato nihil caritate fraterna prius habere, sui nullam rationem du- cere, seipfos exinanire, totos se ad Dei honorem, & salutem proximorum effundere, quemuis laborem, quoduis discrimen subire, denique vitam ipsam pro Christo, & animarum salute con- temnere. Nouus, inauditusque caritatis modus, quem Christus Dominus transiturus ex hoc mundo ad Patrem commendauit suis. Hoc itaque nouum mandatum pro fundamento, & ra- dice sancta hæc Societas habet. Qui enim ei se mancipant, non vni cuiquam, vt alia religiosa fa- milia, caritatis officio sese dedicant, sed plane omnibus, ad quæcumque quascumque terrarum in oras mittantur. Quod quidem adeo præstans, & sanctum est, vt omnem superare intelligen- tiam videatur: mirumq; non sit, si hæc sancta Societas cognoscatur à paucis. Quæ merito pla- ne sanctissimo IESV nomine appellatur, non vt quidam peruersè dicunt, quasi alij sint de So- cietate Diaboli: Sed quia Dominū Iesum, eiusq; Apostolos præstantissimo modo sectatur. Hæc cum dixisset, explicassetq; quam esset rite autoritate Apostolica comprobata, contestans à se di- plomata, & instituta eius, & spiritualia exercitia accurate perspecta, etiam quæ pertinent ad communem eius in victu, cultuque rationem vitæ excellentissimæ docuit inseruire. Deinde singula-

fingularem præstantiam in paupertate, quod Professis non modo nihil in commune possidere, sed ne pro sacrificijs quidem, & alijs ministerijs quicquam fas esset accipere; tum in obedientia demonstrauit; quod se ad quamcumq; profectioem, siue ad Turcas, siue ad Indos deuoueret. Denique etiam sapientissime, & summa caritate factum, vt teneræ ætatis institutio in rudimentis Christianæ disciplinæ susciperetur, quod vnicum sit Christianæ rei corrigendæ fundamentum: eoq; pacto non in alijs modo regionibus, sed etiam in Indijs, & in Æthiopia plurimum iam esset profectum. Quibus ex omnibus rebus colligens nihil mirum videri si talia profecti Ordini pro Satanæ odio, & inuidia, multi existerent aduersarij, quanquam se aiebat credere plerosq; ex incertitia aduersari, moxque veritate cognita, studia mutaturos, magnæ cum auditorum motu oratione conclusit. Verum & hic subinde tranquillis rebus sese turbidæ admiscuerunt. Turbarum causa Iacobus quidam Academicus fuit: qui dum Philosophis operam dat, Societatis institutis, & vita captus, quæ id temporis disciplinæ causa publicam frequentabat Academiam, mentem, cogitationemq; de ea ineunda suscepit. Erat is suo Doctori percarus, seu quod ingenij laude floret, seu quia liberalium artium curriculum fere emensus magisterij laurea donandus præ ceteris videretur. Sed moræ impatiens iuuenis è contubernio, quo se studiorum causa receperat, ad socios se contulit. Magister statim mouere omnia, vt eum ab suscepto consilio auerteret: atq; etiã schola sua duobus de Societate velut impostoribus interdixit. Qui cum nec monitis vllis, nec precibus flecteretur, statuit Adrianus, vt ijs se molestijs, & suos pariter fratres periculis expediret, Iacobum extra Louanium cum duobus illis, quos dixi, socijs silentio noctu dimittere. Porta egressis nobilis adolescens occurrit Otho Briamontius nomine, condiscipulus, & iam pridem Societatis percupidus, qui causa cognita illius intempestiui, nocturnique discessus, velut occasione sibi diuinitus data, quartum sese illis adiunxit: Coloniaeque versus iter omnes arripiunt. Pupugit vehementer hæc inopinata fuga Magistrum: in ius Adrianum vocat: nec ante quiescit, quam vir mitis, & innocens, qui se veritate duntaxat, & æquitate animi tuebatur, falsis calumnijs, & accusationibus circumscriptus ducatur in custodiam. Quanquam inde eodem die, rebus agitatiss, atque discussis, educitur: conditione tamen imposita, reuocandi per literas, quos dimiserat. Mittuntur confestim equites, peditesque varijs itineribus cum Adriani literis, ac mandatis, quibus illi medio itinere (pedibus enim faciebant iter) acceptis, cum ex ijs alij parendum censeret, Iacobus vero, & Otho id esse affirmarent in apertum discrimen salutem suam, animamque prouehere, nec in eo aduersus Adriani iussa fieri, cuius extra prouinciam iam egressi, ab imperio viderentur immunes: hæc per eosdem nuncios Adriano rescribunt, & cœptum iter Coloniae vsque simili alacritate conficiunt. Inde anhelitu vix recepto, Viennam, quo longius ab insidijs, periculisque discederent, prudenti sane consilio. Namq; eorum celerem ex ea vrbe discessum mox alijs cum equitibus subsequutus pater Othonis, dum filium sursum, deorsum quaerit, vt ex itinere eum retrahat, totam illam ciuitatem in nos commouit: quo non inuento, cum stomacho, & rabie Louanium redijt, vbi & nostris, & nostrorum amicis multæ à multis irrogantur iniuriæ. Quæ tamen omnia ad extremum Dei bonitas bene vertit. Nam præter insignem patientiæ coronam, quam suis ille famulis in cælo texuit; nobilissimum quemque concionatorem, qui nostram & ad populum, & in circulis causam ageret, excitauit, eo maiore pietatis commodo, quod argumentum nacti peropportunum, de sequendis Christi consilijs, atque vestigijs, de audienda interiore voce Dei, de iuuenture dicanda Cœnobijs (quod antea pro concione non solebant, nisi per arros, & quasi per transennam) copiosissime disputabant. Auctus deinde consitentium apud Patres numerus mirum in modum: quique ante in sancti Michaëlis æde sacerdotalia exequebantur munera, eadem in æde quoque sancti Petri totius vrbis principe obire Pastoris rogatu cœperunt. Aucta Societas ipsa multis, ac præclaris adolescentium ingenijs. Aucta amicorum studia, confirmata beneuolentia. Denique rebus perferendis aduersis (vt olim sancto Iob duplicata sunt omnia) longe plura, ac maiora paucos intra dies collata sunt nostris, quam multis annis ante in ea vrbe meminissent. Fuit ex Societatis amicis vir ornatissimus, florens opibus, & è spatijs theologiæ cum splendore dimissus, qui cum Adrianum vna cum alijs honestis viris ad conuiuium inuitalset, secundum cibum ad eum oratione conuersa, No-

44
*Aliquid
 turbati
 Louanij.*

stis, inquit, Adriane curego ad has vos epulas inuitarim? certe nullā aliā ob causam, nisi quia me magnopere delectauit egregia vestra in rebus asperis patientia. Ea me plane cepit, si verum queritis, & in antiqua mea sententia, voluntateq; de fundandis Collegij vestri rebus; atq; fortunis, maxime cōfirmavit: idq; iterum vobis spondeo, atq; polliceor: quod & ad Ignatium vestrū meo nomine scribatis cenſeo. Porro ipsos quoq; amulos ad extremum carceris Adriani suppuudit.

45
Vocatio-
nes turbu-
lata nō va-
re mala
spōdent.

Rector suo iussu id factum negabat, & culpam ab sese quisq; in alium reijciebat. Adeo admirabilis vel ipsis amulis, & aduersarijs fortitudo animi, & robur est. Ceterū duorū Adolescentium, propter quos est orta tempeſtas, Otho præ scrupulorū angustijs Societati non plurimum cōmodauit: pestilentiaq; tandem ictus, eam in Parisiense Collegiū intulit, vnde ipse, & Paschalius, & alij sublati. Jacobo autem post cœpta tam præclara firmitas, & perseuerantia defuit: cuiusmodi exitus turbulentarū (vt sic dixerim) vocationum obseruare nō raros licet: siue id hominū ingenio vehementiore accidat, quod acrius, quæ varia pro tempore obijciuntur arripientes, difficile possunt in vna, eademq; re obtinere constantiam; siue ex negligentia agendarū cælesti demunere gratiarum, conseruandiq; eiusdem, & excoleadi, cum regnum cælorum ablatū ingratiss, ac segnibus, tradatur facientibus fructum eius: siue etiam interdum propinquorū adeo oblectantium in pœnam quidpiam Deus permittat. Nec tamē Adriani zelus in præsentia visus est

46
B Ignatium
non probat
Adriani
x-lum.

47
In Gallia
ſit Societa-
ti potestati
Par. ſyſ
ſu idandi.

Patribus vsquequaq; consideratus: qui nō dum recepta in Belgium, nec satis cognita Societate, modici incrementi auiditate summam rei in discrimen adduxerit. Itaq; ab Iacobi Magistro etiā veniam, si quid hominem offendiſſet, iussit eum Ignatus humiliter petere. In Gallia permissa est Societati potestas collocandi Lutetiæ Collegij, Rege Henrico annuente Cardinalis Lotharingij postulatis, ac votis. Nec defuerunt aduersarij vehementes, qui regio priuilegio totis viribus intercederent, & ipsum Cardinalem ab alienare à nobis conarentur: sed ijs constantiam, industriam, studiumque rantum adhibuit, non modo vt beneficium denique Societas impetraret, idque ab interiore illo secretoque Concilio, quod priuarum nominant, subscriberetur; verum etiam Cancellarij Galli signo, sine quo priuilegium illud minimum virium, momentique habuiſſet, obſignaretur. Qua in obſignatione haud obscure declarata est diuini Numinis prouidentia. Cancellarius enim Societati non amicissimus, ne vsitato signo priuilegium communiſſet, grandem ab ea pecuniam pro sua mercede poposcit, ratus fore, vt pecuniæ magnitudine Societas deterrita, cum propter inopiam soluendo non eſſet, rei exitum desperaret, negotioque desisteret. Sed res accidit longe secus. Nempe is suo repente munere spoliatus, alteri sigillo cessit nostri Ordinis fautori, qui causam illam iam egerat apud Regem. Ita breui, minimoque sumptu transacta res est. Illud tamen restabat vnum, vt, quo vim suam priuilegium obtineret, ab eo quoque Senatu probaretur, cuius est è Gallia legibus recognoscere, atque in acta referre, quæ in regio sunt decrēta, & approbata Concilio. Quo in Senatu quanquam non decerant, qui prolixè fauerent, maleuolorum tamen inuidia, & iniquitate contractum est, vt paucorum suffragatione contempta, multitudo superaret. Ita Deo moderante res, vt quo diutius nostrorū eſſet tentata constantia, eo vbique redderetur illustrior. Illud etiam ex his moris, quæ nō modo Parisijs, sed & Louanij, & Colonia offerebantur, quasi diuinitus exiſtebat commodi: quod cum egregij operarij haud paruo numero ibidem reciperentur, dum in ijs prouincijs explicare min⁹ licet industriam, in alijs, vbi benignior offerebatur materia, opportunissimam conferebant opē ad propaganda Collegia: interimq; ipsorū etiam mores, & prudentia, & literæ excolebantur, vt tanto instructiores, paulo post ad suas terras aditu patefacto, redirēt. Ita dū per angustias rei domesticæ, ac bellicos tumultus Parisina fuit minuēda familia, exitu huius anni Euerard⁹ Mercurianus, Adrian⁹ Cādidus, Eleutheri⁹ Pōtanus cū alijs trib⁹, pauloq; post Oliuerius Manaræus cū socijs duobus Romam missi: qui cū externis diu prouincijs subsidio fuissent, demum pondere autoritatis maiore profuerunt suis. Et Oliuerius omnia ferme præterquam summi magistratus domestica gessit munera, Euerardus etiā generalis Præpositus ab Ignatio tertius fuit. Hispaniæ rebus præcipuo splendori fuit, quem supra nominauī, Dux Borgia. Is in Cantabriam cum venisset, de naturali Ignatij solo cupide percunctatus, beati viri incunabula religiosus inuisere, & stratus humi

48
Borgia res
in Hispania.

humi prima nascentis vestigia pie osculari: immortalique Deo, quod talem inde virum toti terrarum edidisset orbi, gratulari studiosè cœpit, simul orans, atque obsecrans, vt quem sibi vitæ ducem, ac magistrum dedisset, eius sibi virtutes, ac sanctitatem liceret imitari. Deinde Ognatum venit oppidum à Loiola passuum millia fere duodecim, vbi Petrus Michael Araozius Antonij nostri patruus è vita cedens, nulla prole suscepta ædes quasdam remque suam exædificâdo Collegio legarat. Interim Cæsaris literæ à Gaspere Villalono, quem ad eum missum supra demonstrauimus, proferuntur: in quibus Cæsar collaudato Ducis consilio, atque pietate, qui se à rerû humanarum strepitu in religiose vitæ sinum, portumq; conferret, potestatem ei faciebat sua cedendi ditone Carolo natu maximo. Quo allato nuncio, ingenti quodam Franciscus gaudio delibutus, domesticum ingreditur Oratorium, & ad Christipendentis effigiem supplex stratus, se, suaque omnia verbis ardentissimis, totoque pectore Deo consecrat. Inde ab oratione digressus tabelliones aduocat, & per publicas tabulas suum Carolo principatum, qui tum aberat, tradit: seque vniuersis vitæ huius spoliat bonis. Confectis his tabulis tanquam graui onere liber respirans, festinanq; ad optatos sanctæ paupertatis amplexus, Ducis ponit in lignia, & cûctas prioris hominis vestes, plenus sancto ardore, & gaudio veluti singula Deo reddês, & sacrificans exiit: tum pauperem Societatis habitum, & talarem tunicam induit: barbam de more tondet, proximeque initiandus summum verticem circum radit. Intuebantur hæc domestici inœrentes, ac taciti: fluebant ex omnium oculis vbertim lacrymæ, perinde ac Dominum suum iam, iamq; abeuntem è vita, & animâ viderent agentem: abraq; capilli reliquias, quas in thesauris suis haberent, atq; recondere, furtim legebant. Sed Franciscus iam penitus nouus denuo in priuatû sacellum incredibili animi voluptate se abdidit. Et, vt aliam se personam gerere, alium induisse cultum, quod tam diu, tamque ardentè optarat, animaduertit, ad eandem Redemptoris effigiem genis rorantibus se prostrauit, gratiarum nullum finem faciês: quod id ea se luce, menteq; donasset, vt rebus humanis valere iussis, in eius se familiam, militiamq; dicaret. Postea suos famulos amice dimissos, partim Ioanni Borgiæ in clientelam tradidit, partim Carolo Duci liberis suis per literas commendauit. Hic ego oratione vix consequar quanta esset tum in Francisco tranquillitas, quanta iucunditas, quam inuisitata gaudia eius animum pertentarent, cum se se Ducis onere, & speciosis titulis leuatum sensit. Tum demum sibi ipsi reddi: tum suus esse sibi videbatur: tum apertum, & expeditum iter ad Deum vere colendum, eique totum, ac penitus se tradendum. Quod vt ardentius faceret, sacerdotio initiari non abnuic: & ad obscundum pro dignitate aliqua tam graue munus multa se prece, attemptaq; meditatione, voluntaria etiam corporis afflictatione limauit. Sacrificij quoque ritus, legeq; perdidicit, vt nihil non rite, nihil non more, institutoq; perficeret. Tum Loiolam religionis ergo, pietatisque contendit, & in priuato sacratio, quod eius loci Domini ad id ornarant, primum suum Kal. Augusti sine cantu musico sacrum fecit: alterum vero solenni ritu coram frequentissima multitudine Vergare, quæ abest ab Loiolæa domo passuum millibus fere sex, nõ in eade sacra, quantumuis ampla, sed in campestri loco, turba pene innumera concurrente, partim commendatione famæ sanctissimi viri, partim amplissimo excitata iobelæo, quod à Iulio Pontifice ijs impetrarat Ignatius, qui placato suis confessionibus Deo sacris illis adessent. Tanta autem vis hominum affluxit ad accipiendum de eius manibus Christi corpus, vt sacrificium illud vltra meridianam horam extraheretur. Sequuta deinceps concio à nouo item habita sacerdote, eaque perattentis animis, & largis lacrymis est excepta. Quanquã autem pleriq; vix dicentis vocem, quia longe aberant, assequi poterât, neque Castellani vim, notitiamque sermonis, quo Dux utebatur, satis intelligebant; tamè interrogati, eorum cum suis auribus, mentibusq; nihil acciperent, ita attenderent, respondebant satis habere si Ducis sancti concionantis ad populum se spectatores præberent: se, seque voces quasdam inritus accipere, quæ sibi quodammodo eius essent orationis, & concionis interpretes. Inito sacerdotio Franciscus, & Societatis I E S V Professus iam declaratus, interiorem adhuc recessum, ac solitudinem, quo ardentius studia pietatis, ac pœnitentiæ coleret, adamauit. Ergo secessum italicum, qui passibus mille non amplius abest, Beatæ Mariæ Magdalenæ sacrum, ab Ognatenibus impetrauit. Hic humiles, & perangustas ædes, vt paupertatis ferebat amor, rudi è materia,

49
Pie salutis B. Ignatij in-cunabulis Ognatij secedit.

50
Abdicato Ducatu religiosas vestes assumit summo sensu pietatis.

51
Fit Sacerdos.

52
Concionatur ad ingentem multitudinem.

53
Studia P. Borgiæ in Ognatenibus secessu.

teria,

teria, atque impolita construxit. Hic totos dies in orationes traducere, hic suas strenuè cupiditates frangere: hic corpus, & animum pariter edomare, studere humilitati Christianæ, & omnes numeros perfectæ sanctitatis explere. Facta autè à Michaële Ochioa qui socijs præerat potestate, orsus est coquo domestico famulari, & tanquam mediastinus aliquis sordida munera non refugere, perpurgare lebetes, & ollas; inquinatas suo digito patinas atrectare, feruentique aqua diluere, verrere pauimenta, comportare aquam, & ligna, focum extruere, nihil non sua manu obire, nihil horrere. Denique deterfis coquinæ quisquilijs, & vniuersis scite compositis, veniebat in cænaculum, vt suis fratribus ministraret, quorum & pedes singillatim osculabatur interdum, & venia suis perorata delictis, cuiusque preces supplex ambiebat, & vota: ac ne vmbra tilis exercitatio virtutis, sibi tantum, domesticisque prodest, impositis humero manticis, dexteræ scipione, lætus, & alacer exibat ad colligendam stipem, & ostiatim emendicanda cibaria. Quo spectaculo exciti viri, fœminæque promiscue, seu quia de facie notus pleijsque iam erat, seu quod eius fama iam cuncta compleuerat, certatim ex ædibus aduolabant, gestientes illius vel ora cominus intueri: & panem osculari, quem dabant, benedictionem ab eo, & orationum suffragia reposcebant. Nec minore alacritate deinde cum tintinnabulo vicos, & rura finitima circuibat, vt puerorum coacto gregi Christianæ legis enuclearet initia. Docentique non modo infirma, sed sæpe etiam corroborata ætas, quacunque ingrediebatur, operam dabat. Tale vitæ genus, & institutum, singularisque viri virtus diu latere non potuit. Celebrabatur ubique, & eius fama longè, latèque manabat; vt ea etiam viri principes inuitati, non dubitarent ad eum vel se ipsi vltro conferre, vel de suis familiaribus mittere, qui de sanctissime instituta ab eo vita suo nomine gratulati, salutare aliquod consilium exquirerent, & pro sua salute castas preces exposcerent. Bernardinus certe Cardenas Dux Maquedæ, & in regno Nauarræ tum Prorex, virum è sua familia nobilem cum literis destinarat, quibus pergratum sibi fore significabat, si de rebus, quas ad animi sui commodum, quæque ad regni illius administrationem pertinerent, vna conferrent. Cui Borgia rescripsit, eius se studio deesse non posse, nec recusaturum, quominus ipse Pompeiopolim se transferret. Nec aliter fecit, ac scripsit. Vix remisso nuncio, duobus è vestigio comitibus viæ se dedit. Cumque ad Ducem peruenisset, & liberali exceptus esset hospitio, sane quam inuitus, multas cum eo horas post vltata salutationis officia colloquendo, & disputando consumpsit. Et quoniam Dux Duci serio & fidenter discipulum se præbebat, Franciscus operæ non pepercit, neque verecundiæ suæ paruit, ingenitæque modestiæ; sed libere, & audacter amicus amicum, & vltro se credentem, cum ad eos pie regendos, quibus vt Dux imperabat, tum ad obeundas Christiana cum laude Prorogis impositas partes luculentis præceptis instruxit: & roganti præcepta in scriptis postea reliquit: eodemque Duce comite (nunquam enim ille à Patris latere discedebat) varijs in cænobijs, ac locis conciones opportunissimas habuit, quod ipsum mox digrediens vnde discesserat, ex itinere non semel fecit. Non his finibus Borgiæ fama se tenuit; peregrinata est longius, & in Lusitaniam penetravit. Namque inde ab Ludouico Regis Lusitanorum fratre, & Imperatricis Isabellæ germano literas plenas laudis, & gratulationis accepit, quod id esset salutis iter ingressus, quod plures possunt admirari, quam persequi. Tametsi non defuerunt, qui eius capti admiratione virtutum, etiam ipsi terrena hæc, atque infima premerent, & supera illa, ac cælestia spectarent, cumque in nostrum Ordinem, tum in alios nomina darent. Michael autem Ochioa Nauarrus, quem eo loco nostris præpositum diximus, abigendis diuinitus morbis sanctitatis opinione collecta, lætos & ipse fructus ex agro illo colendo percepit. Concurrerant ad eum multi longinquis ex oppidis vna spe salutis allecti, quibus haud ita magni negotij erat persuadere, vt animorum saluti consulerent, cum acciperent corporis. Hic est ille Michael, quam supra narrauimus curationum gratia fuisse donatum: qui cum in Italia versaretur, pellebat per sæpe morbos, & præcipue febribus imperabat. Sed Ognati propter præstantem populi fidem eo se auctum munere, donoque sensit; vt non afflicta modo febribus corpora, verum etiam alijs impedita, & diminuta vitijs, manu duntaxat imponenda curaret. Constat claudos, debilesque non paucos, & ipsis etiam luminibus captos ab eo integros, videntesque dimissos. Et mutæ fœ-

minæ

54
Nar. at o-
perâ Pro-
regi Na-
uarræ.

55
Ab Ludou-
ico Regis
Lusitanie
fratre gra-
tulatorias
litteras ac-
cipit.

56
Michaelis
Nauarræ
curationes.

minæ loquendi redditam facultatem. Quibus præsidijs, dum in his partibus benevolentia multorum Societati comparatur, ne rebus ad voluntatem fluentibus inflarerur, paterna Dei cura prouisum est, vt turbidis exagitata Toleti, quadam se in æquitate, velut æquatis lancibus, contineret. Exarserat in eam acrius Ioannes Silicæus, de quo supra memorauimus, Toletanus Antistes, & iræ causa ea fuit. Erant in ea Vrbe ornatis moribus sacerdotes nostris iam antea meditationibus instituti, qui cum multum in pietatis curriculo processissent, vti supra significatum est, ad alios similibus moribus informantos, erudiendosque studium suum, magno vtique illius ciuitatis commodo contulerunt. Suis enim & exemplis, & verbis incendebant omnia, & sacramentorum, auitæque religionis studia, quæ ante iacebant, ijs adhibendis, ad mouendisque præsidijs, quibus sibi ipsi profuerunt, renouarunt. Horum gloriæ sacerdotes alij, nec moribus satis culti, nec imbuti doctrinis, cum inuiderent, etiam celebritatem illam virorum, ac fœminarum ambitiosius expeterent, docere alios & ipsi, qui nullam disciplinam virtutis attingerant, temere & imprudenter aggressi sunt. Inculcabant, & ipsi mysteriorum frequentem vsum, & ne in eo viderentur inferiores, facile (vt quidem rumor emanauit) concedebant, ijs, qui sibi operam dabant, vt bis in die Christi corporis verenda mysteria regustarent: tanta erat illorum incertitia, atque vecordia: Nec tamen quantam maculam in se susciperent, sentiebant. Tota autem infamia in nostros videlicet redundabat. Nam cum eodem cultu vterentur, ac probati illi presbyteri, quos constabat ex nostrorum disciplina profectos, Theatinorum omnes vocabulo, quod errore vulgi præcipue nostris erat impositum, notabantur. Hæc cum ad aures Toletani Antistitis peruenissent, acriter nimirum contra eos sacerdotes exarsit: acerrimeque contra Societatem, vt omnium caput, ac seminarium. Sed veriores offensionis causæ ab obrectatoribus, & inuidis, qui quotidie multa in aures Præsulis infusurrabant, iactabantque eam Complutum ingressam, in aliena diœcesi cœpisse impune ad populum verba facere, passimque aures arbitrato suo confitentibus dare, profiterique se nemini nisi Romano Pontifici in agendis illis partibus esse subiectam: cuius concessu, atque permissu ea sibi rite exequi apud omnes, & vbique liceret. Quin ipsam in urbem Toleti velle quaquam via irumpere, eo indignius, quod id hominum genus, magnam partem ex ijs esset, quos ipse in Toletana Ecclesia ab honoribus factis arceret. Hæc, & similia his fecere, vt edicendum pro suggestis, & concione curaret anathematis præsentis pœna proposita, ne quis ex suis popularibus apud nostros aut peccata confessione deponeret, aut alia vlia sacramenta susciperet. Neue Parochus quispiam, aut Ecclesiæ Toletanæ sacerdotijs obnoxius, quenquam in suis templis de Societate permitteret vel populum pro concione docere, vel vulgo sacramenta præbere, ac ne vti quidem suo iniussu ad rem diuinam cultu vlllo, apparatusque actorum, omni in super potestate, quæ ad eam diem Societati facta esset, adempta. Quod postremum vt adijceret, ea causa fuit. Villanoua Rector Collegij Complutensis (hoc enim ea tempestate in Toletana diœcesi vnicum erat) cum Archiepiscopus ante vetuisset, ne sacramenta suo iniussu quisquam administraret, eos, qui de Societate illa tractabant, Visitatori se sistere ab eo misso iusserat: isque eorum, & pertentata doctrina & Societatis diplomatibus inspectis, potestatem fecerat, vt suo more, quos vellent diuinis mysterijs adiuuarent. Quæ cum Villanoua barbarum anteuertendarum causa fecisset, ita secus res accidit, vt grauiora, quæ retuli, edicta, & anathemata Antistes addiderit. Adeo famulis Dei confirmandus in eo est animus, vt nunquam sperent se placere omnibus posse: sed nemini quantum in ipsis est, vllam dantes offensionem in omnibus exhibeant se sicut Dei Ministros, in multa patientia; in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, & quæ alia Apostolus numerat, per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam. Quanquam autem summa amicorum contentione pugnatû est, ne locis omnibus hæc promulgaretur edicta, supprimi tamen adeo nō potuerunt, quin vario hominum rumore tota diuulgarentur Hispania, cum alij Societatis instituta, & Apostolica diplomata, alij tanti Antistitis autoritatem, & statuta defenderent, quem verisimile non esset edicta illa contra ordinem adeo iam celebrem sine causa grauiissima promulgasse. Et sane magna erat, & publica Christianæ plebis offensio, & magna impendebat animarum iactura. Nec deerant viri graues, qui iam diu sub offensum se ferente Silicæo, nimiam

57

Ex gita-
tur à lo.
Silicæo So-
cietat.

58

Quæ causa
Silicæus se
alienum
significa-
ret.

2. Cor. 16.

59
*Nuntius
 Pontificis
 Poggii a
 grege So-
 cietatem
 defendit.*

Sociorum in ea restinguenda flamma fœcordiam potius, quam patientiam accusarent. Hæc Villanoua intelligens propitiato prius non modo sacrificijs, & votis, verum etiam ieiunijs, supplicijsque voluntarijs cœlesti Numine, ad Pontificium Nuncium opis, & consilij causa confugiendum Madritum censuit. Non potuit maiore studio, quam Poggius fecit, causa suscipi. Is ante omnia iussit literas Apostolicas de Societatis confirmatione, & priuilegiorum iure prolaras Senatus regio exhiberi, vt constaret licere ex ijs quemcunque vsus posceret, conuenire. Quod Senatus literis accurate perspectis, reuerenterque probatis, perbenigne concessit. Tum censuit Poggius pro singulari sua modestia, prudentiaque; nequaquam statim prolacione Diplomatum aggrediendum Antistitem, sed vias prius molles, humanasque; tentandas. Suas itaque; dat Villanouæ, cum quibus pergat ad Archiepiscopum perstudiose conscriptas literas: addidit & Eleonora Mascarenia suas: quæ plurimum apud eum autoritate, gratiaque; poterat. His ita Præsul, vt solebat in causis, quas confici volebat, respondit, venturum sese Complutum: ibique quid factu opus esset, acturum. Interim tamen ad Complutensem Canonicum scribit, vt ædes è regione domicilij Patrum sitas ad vnâ omnes sine cunctatione quoquo; pretio coëmat: quod non eo solum agebat consilio, quo suis ex angustijs Collegium egredi prohiberet, sed vt aiebat, quo ijs ædibus solo æquatis, Cœnobium ibi Virginum excitaret, tanta altitudine, vt lunæ nostris, solisque prospectum penitus impediret. Emptæ sunt à Canonico ædes: nec tamen ex sententia processit Silicæo consilium. Namque eas Societas postea, vt eo ipso tempore, quo vendebantur, Villanoua prædixerat, Archiepiscopo vita functo, minimo pretio sibi comparauit. Quæ nisi ab eo de multis Dominis fuissent coëmpræ, emi profus à Societate nec sine magno sumptu, nec sine magno strepitu potuissent. Hæc ergo cum fieret, Poggius, alijque; beneuoli, acriora expediri remedia suadebant. Sed Araozius Prouincialis pro ea obseruantia, quæ sacris Pastoribus, & præsertim tanto Præsuli debebatur, iterum, atque; iterum modestia, submissione, precibusque; agendum ratus, Villanouam rursus, cumque; eo Michælem Turrianum, magno apud Silicæum in pretio virum, iubet Tosetum sese conferre. Exitus is fuit, vt cum mentio literarum Apostolicarum fieret, homini vehementius commoto aduersus supremam potestatem, verba parum considerata exciderent. Seuocato mox Turriano dixit, se quidem Societati optime velle: id autem quod agebat aggressum, vt ea vexatione compelleret id sancire ipsam in aggregatorum sibi hominum delictu, quod in Ecclesia ipse Tolertana sanxisset: neque; vllis, quæ cõtra afferrentur, causis induci potuit, vt

60

*Ignatium
 laetatur pro
 collis in So-
 cietate si-
 ne eius cul-
 pa coortis*

animum, vel aures aduerteret. Interea literæ de tota hac procella, tantisque turbis redduntur Ignatio: qui re cognita hilari statim fronte, explicataque; dixit, quod ijs literis nunciaretur, id in lætis numerandum videri: tempestatemque; illam contra Societatem sine Societatis culpa Tolerti coortam, significationem quandam esse futuri in ea vrbe prouentus. Eo enim vberiores, lætioresque; terræ solum fruges effundere, quo maior esset hybernæ tempestatis antegressa tristitia: Societatemque; in ijs semper locis fuisse fecundiorum, vbi magis vulgo depressa, maioribusque; iactata iniurijs, & agitata fuisset. Verum, quoniam id res grauisima postulabat, indicta suis omnibus precatione, quo Deus bene omnia verteret, Pontificem adiit: eique rem totam exponit. Pontifex, cum Ignatium comiter audisset, bono animo esse iussit, æquillimum Societati se fore pollicitus, & eius causam sibi maximè commendatam. Deinde Bernardino Massæo Cardinali, qui erat ei ab epistolis, & arcanis, negotium dat, vt ad suum in Hispania Nuncium, qui, vt dixi, erat Poggius, idemque iam Cardinalis Legatus, & ad ipsum Archiepiscopum Toletanum suis verbis scribat, vt iniqua illa contra Societatem edicta quamprimum reuocet. Eas literas, priusquam darentur, cum Pontifex inspexisset, tamen si magnas, ac præclaras Societatis laudes continebant, tamen ad ceteram commendationem, hoc insuper addi voluit, Societatem toto Christiano orbe amari, humaniter accipi, in pretio esse. His acceptis literis Poggius, eo maiorem cepit animo voluptatem, quo studio acriore ipse sua iam dudum sponte laborabat, vt exemplo tam perniciosam medicinam aliquam reperiret. Ergo priusquam Archiepiscopo Summi Pontificis mandata denuntiet, quo facilius & eius iniustam iram, & obrektorum mendacia, calumniasque; redarguat, inquirendum diligenter in Socios Compluti curat. Cuius inquisitionis actis, quæ nil nisi Religiosorum continebant laudes, ad se perlatis, coniuuo cum Archiepiscopo

61
*Studium
 Iulij Pon-
 tificis in
 Societate
 suanda*

scopo de reuocandis edictis, & per literas, & coram agit. Obluctari ille, & fixus in sententia permanere: instare hic, vrgereque & premere, quam summa ope citra apertum dissidium poterat: quoad videns Antistes legatum serio agere, causamque toto pectore suscepisse; nec nisi perfecta re quieturū, maluit videri eius auctoritati, quā potestati celsisse. Cōtrario itaq; prioribus decreto edixit anathemate, alijsque propositis pœnis, ne quis Societatis iura ab Apostolica sede concessa, & in obeundis eius ex instituto muneribus, libertatem imminueret. Quamquam hic quoque verba adicit Societatis iuribus aduersa: quæ cum Poggius eo solum, quo maiore cum Præiudicis dignitate res seicaretur, addita affirmaret, Patres contenti rite contestari, nihil se quod Pontificum beneficijs aduersaretur, suscipere, cum summa obseruantia, ac modestia quieuerit. Hoc optatissimo compositionis accepto nuntio Beatus Ignatius, literas officij plenas ad Archiepiscopum dedit, partim studium religionis excusans in eo, quod iam fecisset, partim factum eius nouissimum in beneficij parte numerans: & vt eum arctiore vinculo colligaret, duo illi detulit sane grata, atque in primis optanda. Alterum ne quem in posterum Societas eo reciperet inuito: alterum ne eodem non approbante, maximeque consentiente, suis priuilegijs, atque immunitatibus vteretur. Atque hæc per literas Villanouæ mandauit, cura vt omni studioque præstaret. Aiebat enim priuilegiorum præsidia, tum demum in animorum causa perutiliter adhiberi, cum ad eos ita iuandos voluntas proximi Pastoris accederet: cumque ea de causa ab Apostolica sede priuilegia tribuantur, vt eo facilius animis consulari: nisi ex eorum vsu, hæc ad animos deriuetur vitilias, imo potius retardetur, quo Pastores non consentiant, satius esse ea omnino non adhibere, quam contra eorum nutum adhibendis, sua spe, ac labore frustrari. Laborabant Cæsaraugustani quoq; Collegij exordia: neque ex eo, quod Ioannes Consaluius donarat, tameti vltro est redditum, nihil nisi non parum collectum erat inuidiæ. Non facile aliud fuit in Hispania domicilium, quod plures à principio siue fautores, siue oppugnatores habuerit. Cauta quippe sunt inclytæ eius Ciuitatis ingenia, & lenta ad probationem: vbi vero satisfactum est, in omnem fluunt humanitatem. In magno etiam numero necesse est & sententiarum esse, & studiorum diuersitatem. Nihil igitur mirum si principio dubia adhuc Societatis fama, & cunctante Antistite multorum languebant studia, multorum aduersabatur. In fauotum primis vel pietate animi, vel operis effectu Prædicatorum fuit Cænobij Prior Petrus Esquiuelius religione vir, & pietate magna. Is cognito Alfonso Romanum, & alterum sacerdotem, qui soli de Societate tum Cæsaraugustæ sedebant, protectionem Ignatij iussu moliri, quod tanto intervallo nihil esset ad diuturnitatē constitutū, bonum è prima nobilitate numerum Ciuiū, quos propensiores nouerat, suum in Cænobium conuocauit. Tum longam accuratamque habuit orationem de nouæ huius familiæ institutis, & laudibus; edocens quantū amplissimo illi populo commoditatis asferre posset, & ad extremum adhortans, ne aliquot annos iam Cæsar augustæ hæretes Dei famulos paterentur domicilij, & alimentorum inopia sedes alias quærere: nec recentis Ordinis suæ Ciuitati, suisque posteris nouum hoc & ornamentum, & præsidium abesse vellent. Valuit apud liberales animos religiosa cohortatio: opesque suas, operamque polliciti, inter sese conueniunt, vt causam ad communem ciuitatis Conuētum referendam curent: & ob eam rem suos quisq; amicos è Magistratu, & quorum ius est ijs interesse Concilij, tempestiue conueniat. Quibus sedulo procuratis, conuocatur in publicas aedes Concilium. Accessit & Prior Esquiuelius: quæque priuatim in suo Cænobio ad amicos, ea ad Iuratorum Magistratum, frequentemque conuentum sedulo agit. Ac sine mora tribus iuratorum è numero, & alijs quibusdam negotium datur, vt idoneus conquiratur locus. Ceterum tanta benignitate non licuit nisi sero, nec sine magnis certaminibus frui. Nam ne loci iniretur possessio, quem procuratores negotij ciues delegerant, Religiosi Carmelitæ, suorum finium iura vt tuerentur, grauissime tetenderunt, vt eo quoque abstinentum pacis causa tandem fuerit: deinde aliæ, atque aliæ vt suo loco referentur, controuersia extiterunt. Interim Burgis iactus est primus quasi gradus, & aditus ad Collegium. Contulerat eo se superiore anno votiæ peregrinationis nomine par Sociorum Ioannes Baptista Sancius, & Ferdinandus Aluarius, vt reuerendum Crucifixi Domini signum prodigiorum magnitudine nobile, quod in ea vrbe magna religione colitur, salutarent. Quo fun-

62

Quæ usum
Priuilegio-
rum proba-
ret Ignatius.

63

Petri Esquiuelij ex ordine Prædicatorum in Societate studij.

64

Primus Societas Burgis ingressus.

Et pietatis officio, ne de animis bene merendi tempus vllum amitterent, pueros ad catechismū nudo pede conquirere, & in foro negotiatorum frequentia: per celebri docere populum orsi sunt. Cuius rei insolentia, ac nouitate percussus Vicarius Burgenfis Episcopi, missis satellitibus suis, comprehendi homines iubet, & in custodiam tradi, dum de eorum aduentu, doctrinaque cognoscit. Sed cum ingentes animorum motus ex ardentibus eorum sermonibus, atque colloquijs in populo facti essent, compluresque eos regustandi auiditate incitati, requirerent oculis, quos amiserant, Cōsaluus Tamaius, & Bacealarens Ruifecus, qui Patres ad Sancti Ægidij, vbi ille sacerdotium habebat, hospitio exceperat, alijque nonnulli magnificis commendata verbis pietate eius generis hominum, integritateque doctrinæ; Vicarium denique perpulerūt, vt eductis ē carcere libere docendi potestatem, prædicandique permitteret. Ea Patres accepta, tanto se ardore, studioque ad instituta munera retulerunt; vt ciuium animos, ac voluntates eū m ad omnem Christiani officij laudem, atque decus, tum ad expetendam Societatis disciplinam, atque Collegium mirabiliter inflammarent. Accedebat ad hanc ciuium propensionem, atque iudiciū Francisci Mendozæ Cardinalis, eiusdemque iam Burgenfis Episcopi præclara voluntas, qui cum Romæ singulare Societatis studium in animorum conseruanda salute suis oculis perspexisset, duos ab Ignatio, qui sui ditionem Episcopatus inspicerent, postulauit, & ea peragrata Burgis deinde subsisterēt, vbi Societatis collegium, quod dudum erat in animo, ciuium saluti; ac disciplinæ fundaret. Mittuntur Ferdinandus Aluarius, Ioannesque Fernandus, qui tota illa diœcesi (vt optabat Antistes) non sine laude, & animorum quæstu percursa, Burgos denique se recipiunt. Diuerterunt ad Sanctum Ægidium anni prioris hospitium: dum domicilij proprii opportunitas se offerret: atque hic Franciscum Stradam, & Petrum Puteum ad fulcienda Collegij primordia destinatos, paucis diebus post in suum numerum, & eandem ædes accipiunt. Hos vna omnes in iisdem studijs, atque muneribus, tum Ferdinandi Mendozæ, qui Cardinalis fraternas vices gerebat, tum Benedicti Vgucconij, aliorumque ciuium copiosa benignitas sustentabat. Interiecto mensium aliquot spatio, demigrant alias in ædes, quas Benedicti Vgucconij præcipue liberalitas comparauerat, Templi tamen vsu S. Ægidij non intermisso, vt haberent vbi rem sacram facerent, & sacerdotale suum munus obirent. Concionibus Strada præerat, quarum fructū frequens sacramentorum tractatio, & sociorum non vulgaris testabatur accessio. Accessit & auxiliarius quidam socius Ioannes Carrera, puer ille quidem, nec dum per ætatem satis aptus ad Martiæ labores, ceterum senili prudentia, & grauitate maturus, quem cum tam tenerum in cœtum recipere Strada non auderet, contra tamen ardentissimum animaduerneret, in petendoque prope morosum, vt eum cohiberet, & ab se abigeret, geram, inquit, tibi morem, si quæ postridie pro concione dixerō, reddes omnia. Ioannes conditione accepta, postero die Stradam diligenter audit, dein post epulas ad eum redit, vt concione fideliter reddita, promissa reposeat. Dat illi operam Strada, & eodem sentit ordine, iisdemque pene verbis omnia, quibus ipse concionem habuerat, ab eo reddi. Cuius admiratus ingenium, præstantemque memoriam, Esto, inquit, bono animo Fili, nunc demum intelligo, sic decretum, & constitutum à Deo, vt socium te nobis adiungas: cito quod postulas, impetrabis: datisque ea de re ad Prouincialem literis adolescentis postulationi concessit. Qui cum se voti compotem factum vidit, totum se contulit ad exercitationem, disciplinamque virtutum. Multus erat in adhibendo Deo precibus: multus in colendis cum pœnitentiæ, tum pietatis officijs: præcipue vero erga sanctissimam Dei Matrem, tutelaremque Angelum suum inflammato studio rapiebatur. Quo cum tanto erat, & tam familiari coniunctus vsu, vt velut intimo cum amico sua consilia, sermonesque conferret: sæpe ad eum de suis rebus dubijs, arduisque referret, sæpe interrogaret, exquireretque consiliū: vicissimque ei Angelus ad omnia notis hisce, vsitatique vocibus responderet. Denique in eam S. Angeli familiaritatem venerat, vt ab eo quotidie horis antelucanis ad orationem excitaretur ē somno. Quanquam hanc aliquando consuetudinem Angelus intermisit, quod excitatus ab se mane Ioannes languore, ac lassitudine victus, non ē cubili protinus surrexisset. Sed si hæc culpa fuit, certe per dies plurimos occultante se Angelo pœnas dedit. Cuius præsentis desiderio, recurre ad Deum placandum precibus, ac ieiunijs adhibitis, vix tandē aliquando, quod amiserat, perauit.

65

Ioannis
Carrera
vocatio,
& virtus.

66

Angeli
consuetudo
cum
Carrera
familiaris
vsu.

peravit. Namque eum Deus multo post pro sua eximia suavitate quam plurimis cœlestium voluptatum blanditijs, atque inuisitatis inter precandum iucunditatibus delinitum, ita est cōsolatus, vt quod abstulerat etiam redderet, excitatorem suum custodem Angelum, qui quotidianæ precationis, vt antea consueuerat, matutinis temporibus admoneret; & quo cum simul agere, & sermocinari liceret. Receptum in pristinam familiaritatē Angelus monuit, idcirco suam se occultasse præsentiam, quod ad orationem se suscitantem non protinus audisset: Deumq; ab eo pœnas voluisse repetere, vt documentum ei esset in posterum, ne in surgendo moras nec teneret. His ab initijs profecta viri virtus, eos habuit cum ætate progressus, vt vltimis etiam nationibus profutura crederetur: missusque ad obeuntis Solis Indos, multis in Florida, & Mexicana regione laboribus, magno Societatis, & illius Ecclesiæ commodo functus sit. Constituta sunt etiam Methymnæ autore Roderico Duena pio imprimis, & copioso ciue, initia Collegij. Qui cum magnum iam pridem vsus cum Petro Fabro habuisset, ea que cognosset, quæ in ijs partibus anno superiore ex itinere nostri gessissent, adeo ad Societatem visus est inclinare, vt nō ante quieuerit, quam in suam patriam oblati vltro prouētibus eam euocaret. Dati sunt ei quatuor è Salmanticensi Collegio, alijsque Societatis sedibus sacerdotes, alijsque nonnulli, quibus Petrus Sinillanus præerat, nondum sacris ille quidem initiatus, cæterum plurimis Dei donis ad id munus ornatus. Alebar eos partim suis sumptibus Rodericius, partim aliena implorata benignitas. Cœptæ sunt à Maximiliano Capella publicè Dialectica, & de Christiano officio explicari quæstiones. Ad populum autem agebat is, quem supra nominauimus Baptista Sancius: alijs alijs functionibus, atque muneribus pro se quisque ciuium commodis consulebant.

Apud Lusitanos item Collegium Eboræ Societatis est cœptum: cuius vrbs Antistes Henricus, idemque Cardinalis, dum egentibus suæ diœcesis Sacerdotibus contubernium exedificat, animaduersa Societatis in animis lucrandis industria, opus illud in eius vsus, atque collegium mutata voluntate conuertit: annuamque pecuniam, quæ ei cōtubernio decreuerat Summus Pontifex, amplificauit. Eius rogatu Simon Rodericius ad ortum noui collegij Conimbrica nouem, in ijsque cæterorum Rectorem Melchiorem Carnerium destinauit. Nos in vetere domicilio, quod sanctimonialium cœnobium quondam fuerat, dum Collegium opportune cōcinnatur, Archiepiscopus collocauit: atque huc frater eius Ludouicus filium suum inclusit Antonium, vt pariter cum sociis Theologiæ operam daret, missis ad eam rem egregijs Doctõribus externis: Atque etiam ad ipsos socios (si ita è re diuina visum esset, & afflaretur à Deo) se sodalem adiungeret. E Societatis aduentu Ludouicus Granatensis ex Dominicana familia nobilis Ecclesiastes, & scriptor, de que tota Christiana re suis voluminibus optimè meritis, magnam hausit animo voluptatem, Cardinali in super, qui eius opera plurimum utebatur, ea dere tanquam de sua mirificè gratulatus. Amabat enim pro sua benignitate, & magnificiebat huc nouellum Christi cœtum. Itaque cum vicissim ei Cardinalis mandasset, vt ipse pro concione consilium de instituendo Collegio significaret: id ille prolixè, nec sine magna Societatis commendatione fecit: cum diceret eam Apostolicum quendam cœtum esse, qui ad hominum salutem omniratione tuendam, renouandamque in Ecclesia Dei veterem sanctitatem totis viribus cōspiraret. Cuius prædicationem, ac vocem, vt veritatis comprobaret euentus, accurata Patres suorum munerum administratione certabant. Et sanè si vnquam, hoc maxime anno tota latè Lusitania, sparforum per vrbes & oppida ex hoc numero præconum Christi, & operariorum vocibus, laboribusque excitata est, & perculsa religio. Eboresensem diœcesim sex euangelizando lustrauere Sacerdotes: duo Episcopatum Guardix, duo Portalegrensem, alij Algarbios, atque alij Conimbricensem. Ad Vrbes Portus, & Bracaram Consaluis Sylueria cum socio missus, non modo pedes iter ingressus est, & absque sacculo & pera, sed etiam ea sibi mendicitatis indicta lege, vt nihil ab ijs, ad quos verba de pietate fecisset, stipis acciperet: ne videretur idcirco præbuisse diuina, quo humana corraderet: vnde non raro euenit, vt alijs abundè cœlesti pane ab se saturatis, indigus ipse terreni, ieiunus dies, & noctes exigeret. Bracaræ nec alias, quam communes pauperum ædes, vt incoheret, nec calio, quam ostiatim ab se collecto vt vesceretur cibo, propelli potuit. A suggestu ad confessionalem sedem transiens, si quid inde otij supererat,

67

Initia Collegij Methymnensis Petro Sinillano Rectore.

68

Initium Eboresensis Collegij Rectore Melchioro Carnerio.

69

Ludouici Granatensis de Societate indicium.

70

Mulier, & frugifera per Lusitaniam missiones.

71

Consaluis Sylueria summa laborum contentio.

pererat, tum varijs animorum remedijs per colloquia familiaria, perq; exercitia spiritus impen-
debat, tum subleuandis ægrotorum corporibus, leproforum præcipue suscepta cura. Quibus in
laboribus exacto die de necessaria noctis subducebat quiete, quod præmeditandæ concioni,
precibusq; tribueret, nusquam corporis memor. Hæc nimirum tanta seueritas admiranda ma-
gis, quam imitanda posteris, eum decebat, quem Sanctus Spiritus ad Indicas, Æthiopicæque
ærumnas, & gloriosum martyrij cerramen erudiebat.

72 In Brasilia multa, ac præclara Leonardus Nunnius è Christiana re gessit. Templum in colo-
Res Bra-
lica. nia S. Vincentij populo, diuersorium socijs extruxit, egregie nauata Lusitanis opera, quorum
73 alijs vitiorum probra, atque dedecora, multis lupas, & scorta sustulit: quos & Brasiliensibus æ-
Leonardi
Nunnij ad
Sanctum
Vincentiũ
labores &
pericula. quiores reddidit, ne sibi eos inique seruos addicerent: quos demum coercuit, ne indicta, atque
imperata ab Ecclesia, quæ ante vix norant, ieiunia violarent. Ad mediterraneos multorum iti-
nere dierum Ethnicos penetrauit, Europeum hominem cum susceptis ex Brasilia liberis Bra-
lice viuentem ad consuetudinem, vitamque Christianorum reuocaturus. Erant inter Ethnicos
quidam tanta autoritate, & sanctitatis fama magistri, vt quicquid illi imperassent, quantumuis
atrox & immane, cæteri non abnuerent. Spoliabant vita quemcunque illi iussissent, pudicitia,
dignitate, fortunis quem inuenissent. Scyphos ab eis quosdam sibi traditos ad oris humani si-
militudinem elaboratos, & plumis versicoloribus pictos habebant conditos in thesauris: quo-
rum beneficio cuncta sibi fausta, cuncta læta pollicebantur. Petrus Correa in Brasilia diu versa-
tus, & gentis idioma percallens, ibique Societati adiunctus, comes ibat Leonardo: quem sæ-
pius Pater ad cæcas turbas verba facere de pœnis, gaudijsque æternis iussum, audiebant illæ
perlibenter, & sacrum baptisma poscebant. Sed nondum maturum videbatur (tanta erat hebe-
tudo gentis, vitiorumque consuetudo, tanta & paucitas operarum) passim sancta vulgare my-
steria. Itaque præparando nouali, simulque è Lusitanis hominibus, qui linguam nossent sibi ad-
iungendis, præcipue erat Leonardus intentus. Reuersus ad S. Vincentium optata cum præda,
qui barbarorum manus, & sæuitiam famis euaserat, parum abfuit, quin impotentium Christia-
norum immanitate concideret. Ioannem Ramallum hominem publicè vetustis criminibus in-
famem, & anathemate obligatum moneri iusserat, vt à templo facesseret, quo peragi sacrifici-
um rite posset. Is cum paruisset, duo eius filij ex Brasilica matre suscepti, materna barbarie Sa-
cerdotem ad templi fores opperiantur armati, vixque ille apparuerat, cum ferrum ex templo
74 trucidaturi distinguunt. Leonardus nihilo segnior adictus excipiendos procumbit in genua:
In portu
etiam S.
Spiritus
cum Al-
fonso Bla-
sio elabo-
ras. sed siue hæc rara pietatis species, siue circumfusa multitudo, siue diuina vis multarum prospici-
ens animarum saluti, sacrilegos conatus inhibuit, facinus perpetratum non est. Hoc item an-
no Leonardus ad Portum Sancti Spiritus iussu Nobregæ, quos ex iniqua seruitute in liberta-
tem exemerat, suas reducturus in terras maritimo cursu prouectus, per opportunum ibi maiore
studio, quam successu laboranti Alfonso Blasio auxilium tulit. Maximam populi partem à dul-
cedine scabiæque vitiorum ad ea detestanda, & pari dolore punienda conuertit. Domicilium
recipiendis Ethnicorum liberis, & ad Christi cultum instituendis extruxit, & vnus mora men-
sis crebris concionibus, tradendoque sub noctem Christianorum famulis catechismo operam
cum fructu locauit: quorum ea turba erat, vt cum ædes non caperet vniuersam, subiectam et-
iam arcem occuparet. Inde non sine fletu populi, desiderioque digressus, leucas ferme quinde-
cim à Sancto Vincentio aberat, cum id, quo vehebatur nauigium septem indigenarum liatres
circumstunt. Et quia non aderat, qui Brasilice responsum daret, rati esse Gallos (nam Lusita-
nis erant pacati) continuo sagittas expediunt. Teterrima ipsa species pene exanimabat: corpo-
ra nuda, & subfusca rubro maculati, vel atro, plumis crustati versicoloribus, rauco ad hæc cor-
nu perstreptentes, Dæmonum potius, quam hominum agmen oculis obiectabant: nec segnus
tela vibrabant, quibus vectorum duobus pessimè sauciatis, vnum penitus confecere. Vix de-
mum spatium fuit in littus euadendi, vbi pro Lusitanis agniti, amiceque dimissi. Hæc inter pe-
ricula Patres assidue versabantur, diuina haud dubie manu protecti, vt possent cum Apostolo
profiteri, quotidie morimur, & ecce viuimus. Vbi verò S. Vincentium Leonardus attigit, alios
atque alios in circumiecta loca fecit excursus, vt alios è Christianis veteribus, quos cognouerat

rat Ethnicis intermixtos, in spurcissimos eorum mores, vitamque ferinam degenerasse, humanitati, sanctitati que redderet: qui quando ab occupatis sedibus auelli non poterant, persuasit, ut vna omnes seorsim viuerent: & sacerdotem saltem aliquem, vnde Christianæ præcepta vitæ, & sacramenta salutis acciperent, euocarent. Ad extremum expiatis quorundam per sacramentum confessionis animis, & cœlesti pane refectis, ad Indigenarum pagos sedesque perrexit: à quibus tantus ei habitus honos est, ut accuratissima diligentia vias, qua incederet, exornarent. Hic quoque ad Christi legem ac disciplinam Ethnicorum pectora præparauit, Christianosque, quos inter eos offenderat, ne qua superstitionis inficeret labes, in coloniam Sancti Vincentij transferendos curauit. Denique multis functus periculis ac laboribus, multa que à deprauatis, corruptisque Christianis, quos corrigere, & sanare tentarat, indigne hic quoque percellus, vadè abierat remigravit. Incolas Portus securi Ioannes Azpilcueta pro sua parte adiuit, hoc etiam facilius, quod ad intelligendam linguam interprete non egebat. Quanquam rei initium (ut vsu plerumque venit) difficultate non caruit, pauidis ad eius orationem incolarum animis atque suspectis, aliorum nimirum sacerdotum offensis exemplo, quos ad Euangelicæ prædicationis munus, non tam audientium vtilitate duci, quam suis commodis sentiebant. Contra verò cum Patris, sociorumque voces audissent, quos nullo emolumento perspexerant laborem suum, ac studium subleuandis animorum periculis impertire, tum demum induxerunt in animum purum Dei cultum, veramque religionem amplectari. Qua opinione ducti, tanta firmitudine animi, grauitate que in Christi fide perstabant, ut in defendendis Patribus, vbi vsus esset, suis se amicis, & intimis, nulla habita propinquitatis, necessitudinisque ratione, non dubitarent opponere; præsertim cum vel institutio Christianæ doctrinæ, vel obseruatio festæ lucis crimini vertebatur: qua in re ne priscis quidem Christianis facile concedebant. Et quoniam in eorum pectoribus Christi sensus, & susceptæ religionis vigeat amor, Azpilcueta circum vicos, & oppida concursanti, sese illi comites adiungebant, ut vel æternam, veramque salutem vnà cum eo quoquomodo possent, Ethnicis annunciarent, vel morum corruptelam superstitionis pedisse quam exprobrarēt. Ita copiosa ex ea peregrinatione messis in horrea Domini condebatur. Leuca procul ab huius Portus Oppido Franciscus Petrus Beatæ Virginis Adiutricis Oratorium indigenis pariter, & aduenis excitauit, gratum sanè opus cælestibus. Con-

75

Ioannis
Azpilcueta
vrb.

76

Dum ades
Deipara
adificatur,
suis mira
opportu-
nus ema-
nat.

77

Res gesta
in vrbe
Baya, vcl
Saluatoris

78
Viresciti
exempli.

est ad insignem virtutem. Hic frustra diu fatigatus, dum quodam die serius aliquanto quam consuevit, regreditur, reperit domi sese opperientem socium illum, cui assignatus erat curandus, & exorsum recta monere, non modo non audit, sed ut abigeret, contemptim, atque cum stomacho. Melius, inquit, vas illud purgares (sordidum vas designabat) & aquam, cuius nihil est domi, afferres. Ac bonus Dei famulus. Et ista, inquit, libenter, dictoq; citius vas purgat, tum vna sumpta festinat ad fontem. Ecce autem onustus aqua dum redit, vix pedem intra limen intulerat, cum hominem inuenit quasi fontem effectum. Durum illud cor ad tantæ exemplum modestiæ, cœlestis illapsu gratiæ, ut olim petra Araonica ictu virgæ, concussum liquebarum in vberem fletum. Tantaque fuit voluntatis, ac morum mutatio, ut inter socios deinde optarit degere: totamque operam suam, ac vitam Brasilorum puerorum ministerio dedicarit. Iam ipsi met Ethnici nefandis humanæ carnis epulis assueti, cum per summam impudentiam, atque licentiam ante conuiuia celebrarent, postea Patrum tacti reuerentia, atque pudore, extremæ ventris insanix, quam poterant occultissimè, omniq; dissimulatione parebant. Hac in am-

79
Vincētius
Rodericius
ex obedientia
conuulsiuit.

plitudine messis operarum paucitate commorus Nobrega, cum Vincētius Rodericius dolore capitis, alijsque morbis toto iam anno langueret, tali ille destitutus auxilio, diuino profusus, ut videtur, insinctu, imperat ægrotanti, ut obedientiæ nomine morbum abigat, & se proximis reddat. Mirum dictu: morbus illico Patris cessit imperio, & restitutus æger, idoneisque auctus viribus ad sua munera, laboresque se retulit. Ex Baya Pernambuco, quæ prima ad Septentri-

80
Res Nobrega
Pernambuci.

onem numeratur Lusitanorum colonia, profectus Nobrega statis concionibus, congressuque quotidiano magnum concubinarum numerum à Christianis auellit, quarum iugo, ac seruitute miserè oppressi, totos annos viginti nonnulli sacramenta corporis Domini non attigerant, hoc etiam impuni, quod insigni nequitia sacerdotes publicè ante docuerant, concessum esse cuique, nec vlla lege vetitum, aut foeminarum id genus alere, aut per vim abducta mancipia possidere. Qui cum animaduertent Sociorum doctrinam, atque institutum suis vitæ rationibus, ac doctrinis in omnes partes aduersari, nec ab ijs vllam pro diuinis sacrificijs, & pretiosissimis hostijs mercedem admitti: in eoque se, & lucrorum emolumenta, & peccandi libertatem simul amittere, tanto in eos incitati sunt odio, ut nisi Prætores, primarioque viros rebus studentes Societatis extimescerent, id exsaturare, innocentium Dei famulorum sine sanguine, ac cæde non possent. Nobregæ socius, & si non satis ille quidem à doctrina erat instructus, tamen ne multitudinis studio deesset, conciones quasdam vulgi sermone conscriptas publicè recitabat: & ea erat animorum vbique permotio, id in Societatem honorum omnium studium, ut quicquid ad ædificium domus, & Dei cultum pertinet, vniuersum ei se duros vltro reciperent, ac penderent. Qui verò ex Brasiliensibus Patrum consuetudinem, nondum vsu, tractadoque cognouerant, ij sola fama permoti, sese ad eos salurandos, & de legis Christianæ mysterijs audiendos cupidissime conferebant. Quibus in conuentu auditis, eo non contenti, priuatim etiam eos extra conuentum adibant, ut ea ipsa, quæ cum cæteris audierant, soli per otium regustarent, meliusque interrogando perciperent. Deinde ab eis, ut aquis se cælestibus expiarent multis lacrymis extorquebant: quod animaduertent ritè tinctis, atque lustratis magis adesse Deum, & externis etiam significationibus plus eis fauere quam reliquis. Inter hæc Tituani in Africa Ioannes Num-

81
Ioannis
Nunnij
Ignatij
Bogati in
Africa pa-
riens boni-
gna cari-
tatis.

nus, Ignatio Bogato comite, non intermisit captiuis Christianis, quos partim in Nosocomio, partim apud se morbo oppressos habebat, misericordiam suam sollicitus impertire. Huius fidei, integritatiq; tantum vel Saraceni tribuebant ipsi, ut magnam ei pecuniæ vim mutuæ captiuorum in vsus persæpe darent. Ex ijs ille nonnullos, missis libi ab Hispania, Lusitaniaq; subsidijs, non sine magnis incommodis, ac molestijs, contumelijs, ac colaphis, plagis, ictibusq; saxorum è seruitute redemit. Quibus tamen non perinde angebatur, ac leuitate quorundam, qui turpiter à Christo ad Mahometanas labebantur insanias. Quanquam accèsa eius caritas tantum valuit, ut in acerbissimo seruitutis iugo, alios in auita religione, sanctissimisq; ritibus contineret, alios ad eam, quam per summam impietatem & incōstantiam eiurauerant, reuocaret: Nullum ipse neque mortis, neque seruitutis periculum subterfugiens, ut cuique laboranti succurreret, modo captiuarum consignandis infantibus, modo dispartendis, ministrandisq; sacrosan-

Etæ

& Ecclesie mysterijs. Apud Indos orientis Solis ex suis Europæa Societas incrementis auxit et-
 lam Goense Collegium, quod hoc anno penitus in Societatis iura concessit: Viros eò le & diffi-
 mos misit, in ijs Melchiorem Nunnium, qui primus scholasticorum in Conimbricensi Collegio
 Societati se addiderat, & Antonium Herediam, Consaluum Rodericium, & Emmanuelem Mo-
 ralem sacerdotes. Hos omnes cum socijs octo, multis, maximisque defunctos in mari periculis,
 denique in tutum Septembri mense, vna Dei prouidentia prouexit. Illud inter cetera præstan-
 tissimum superauere discrimen, quod cum errabundi cœca vada fulcarent, arenis impressa na-
 uis, tam pertinaciter hæsit, vt nullis opibus extrahi, nulla arte circummagi, conuelli que posset.
 Tentata erant nequicquam omnia, deque omnium salute, fortunisque iam actum: cum præ-
 ter spem, atque expectationem nulla ad leuandum onus facta iactura, nauis ipsa euasit in al-
 tum. Creditum id Patrum precibus, & tot supplicum votis fuisse donatum, quorum in iu-
 uandis animis accuratio toto illo nauigationis cursu perspecta docere nautas, vectoresque
 potuit, quæ causa fuerit euitaræ fortunæ. Toti erant illi Patres in curandis, & custodiendis hu-
 manis mentibus occupati. Excipiebant sedulis auribus, quos suorum facinorum, & ante actæ
 pœnitebat ætatis: reconciliabant inimicos in gratiam: collocabant in matrimonio stabili fa-
 mosas, & vagas: persuadebant inique parra restitui: ludendi, temereque iurandi consue-
 tudinem minuebant. Denique nunquam cessabant: sed in animarum, Deique negotio de-
 fidiosum nauigationis otium consumebant. Goam vt ventum est, vix è nauis maritima re-
 creati vna cum Goensibus socijs, Pauloque Gamerte, qui pro Antonio Gomio, Collegio præ-
 erat, & cuius ad nutum, ac voluntatem se iam paratos, & expeditos ostenderant, suos impe-
 tus renouarunt, acriusque ad defendendos animos exarserunt. Interim Gomius tribus adhibi-
 tis socijs in Ceilanum cum Prætoře discedit: vbi Rege Ethnico iam interfecto, dum de succes-
 sore deligendo, qui propensus ad Christum videatur fore, decernitur, Lusitanorum desideraba-
 tur auxilium, studiumque Prætoris. Eodem tempore Gaspar Berzæus, de cuius iam virtute com-
 memorata sunt multa, ex Armuzia cum Xauerij literas, quibus accersebatur in Iaponiam, acce-
 pisset, pijs retinere conantium furtim elapsus insidias, re benegesta, reuertitur; & in sua reuer-
 sione bimestri, de animis egregie suo more promeruit. Cuius in locum suffectus est is, quem
 modo nominauimus, Consaluus Rodericius è Lusitania recens aduectus. Sub medium fer-
 me Nouembrem Goam attigit Gaspar. Inde cum Melchiore Nunnio in æde Collegij concio-
 nes habebat ad frequentissimum populum: quem cum ædes illa non caperet, in laxiorem ali-
 am Franciscanos apud Patres, ijs scilicet enixe rogantibus, concio transfertur: quantis questi-
 bus animotum, quotidianæ gratiarum reconciliations documento fuerunt. Constat Ciues cœ-
 tum, & quinquaginta cum inter se mutuis flagrarent odijs, menstruo non amplius spatio suis
 cum inimicis in concordiam redijisse: conquerentibus a &uarijs, & scribis, quod ex quo se Apo-
 stoli finiendis Ciuium inter se litibus, ac controuersijs interposuissent, ipsi se relictos sentirent;
 nec ad causam vllam, ac iudicium adhiberentur; cum tamen antea duplo plures cum essent,
 multitudine litium, & varietate causarum, scribendo, conficiendis que tabulis non essent satis.
 Quæ res si perpetua foret, constitutum in animo se habere, interuertis suis iam lucellis, & emo-
 lumentis, aliunde sibi prospicere, & alijs artibus, atque vijs suis lucris, commodisque seruire. Pu-
 blicum propter Collegium Sancti Pauli Paulus Camers hospitium, quo eius loci Christiani
 Ethnicique se curandi gratia colligerent, qua inchoarat alacritate, ea sustinebat constantia; qui-
 bus ipse toto oppido emendicata cibaria, non minore caritatis, quam humilitatis significatione
 suis manibus ministrabat. Quanquam enim socijs vniuersis, qui versabantur in India cum pote-
 state tum præerat, tamen hæc modestissimus vir prima sibi cen sebat munia, has potissimum par-
 tes; vt magis multiplici exercitatione virtutis, quam imperio, ac potestate præset. Instrueba-
 tur sexta feria, cum adue spera sceret, prodeuntium agmen ad ædem Collegij, vbi de acerbissimis
 Christi cruciatibus, lugubris, & miseranda habebatur oratio: quæ cum altius in auditorum ani-
 mis insedisset, & multitudini lacrymas expressisset, subducto repente velo, quo Crucifixi obten-
 debatur imago, ad eius miserabilem speciem, modulatumque psalmi quinquagesimi cæm du-
 xissima

82

Goam ve-
 niunt ex
 Lusitania
 Melchior
 Nunnius,
 Antonius
 Heredia,
 Consaluus
 Rodericus,
 Emmanuel
 Morales, et
 alij.

83

Pericula
 & pietas
 nauigatio-
 nis.

84

Gasparis
 Berzæi ex
 Armuzia
 reuersi Goæ
 labores.

85

Paulus Ca-
 mers Goæ
 vniuersi-
 tatis Neo-
 phytorum
 curat.

86

Verberatio
 vniuersi-
 tatis ad
 virtutem
 magna v-
 nitati.

- rissima suorum corporum verberatio sequebatur. Qui sane mos cum vniuersorum pietati-
tum restituendæ veteri disciplinæ tota in India mirifice profuit, ac prodest. Verum cum in tan-
ta munerum occupatione, & contentione laborum plerique Patrum valetudini non satis par-
cerent, crebros delabebantur in morbos: vt necesse Paulus Camers haberet, pro imposta sibi
87 prouincia, noua sibi sociorum auxilia ab vrbe deposcere, qui pro ægris Goæ docerent: vbi quan-
quam multi de Societate iam erant, ijs tamen occupationibus, ac laboribus se frangebant, vt
iam non esset, cui vires ad docendum, & studia mentis persequenda sufficerent. Bazaini
Melchioris
Confaluy
Bazaini.
& Tanaa
pa mune-
ra.
Melchior Confaluius multos à suis sectis, multos etiam Tanaæ in Bazaini Salfetris, non lon-
go dierum spatio ad ouile Christi conuertit, minimum subducta summa nongentos, compluri-
bus vtroque sublatis, & euersis Idolis. Duæ sunt enim Salfetræ in India, prope Bazainum
88 alteræ, alteræ prope Goam. Hæ certa sunt regio continentis, sex & sexaginta Pagos complexa,
vti vocabulum ipsum Salfetarum lingua gentis sonat, quas multis post annis Rodulphi Aqua-
niuzæ, Sociorumque martyrum gloriosa nex notas, ac celebres fecit. Illæ vero sunt insula non
tam magnitudine, quam feracitate nobilis. Hic est Tanaa vrbs olim, quod vel hac tempestate
vestigia monstrant, ingens, atque magnifica, nunc mediocre oppidum, quod longe supra pri-
scam felicitatem Confaluius cœpit euehere, multis incolarum in municipium cœli conscriptis.
89 Ibidem templum in honorem Dei Matris, contubernium instruendæ Christianorum soboli æ-
dificandæ curauit. Ineunte anno Cocini Francisco Henricio moderatore sociorum aream ex-
ædificando Collegio, & pecuniam in sumptus elemosynæ nomine corrogatam, Prætes oppi-
dicum proceribus assignauit. Tempum autem Dei Matris nomine dedicatum haud inelegans,
& animarum vsibus opportunum concessit Antistes. Qua ciuium pietate Lusitanæ Rex suis li-
teris commendata, cohortatus est, vt inchoatæ perficerent: simul & ad suum in India Præto-
rem scripsit, vt ex annuæ pecuniæ fructibus, quam Goano Collegio decreuerat, aureos mille
circiter noui operis fundamentis addiceret. Henricius quanquam fabricæ inchoatæ principijs
solicitus imminebat; institutum tamen suum, seu tradendi pueris catechismi, seu audiendi rite
peccata, quoad affecta valetudo permitteret, non deserebat. Collegij administrationi Anto-
nius Heredia abeunte iam anno præficitur. Cuius ab aduentu ductum est scholarum initium è
90 pueris Indis, Lusitanisque fere centum, & quinquaginta: qui dum literarum formas agnosce-
re, & stylo docentur effingere, bonis etiam moribus, quibus exculti nondum erant satis, diui-
næque legis notitia sensim imbuebantur, explorata prope spe, vt cum hæc teneri combibissent,
ea & sibi, & alijs vsui forent ad degendam perpetuo cum virtute vitam. Nec spes irrita fuit.
Namque è ludo vix egressi, cum domum suam reuertissent, si cuiusquam ex ore maledictum,
vel inane iurandum excideret; statim eum peccati è Christianæ doctrinæ præceptis inimu-
labant. Alij autem simulacris, ac detestandis Idolis, quibus suos aliquando filios parentum ma-
estabat impietas, contumeliosas flammæ iniiciebant. Ne in templis quidem eorum desideratæ
sunt partes: in quibus statis horis, atque diebus, atque litaniarum vilitata carmina cantabant,
aut cœli, terræque Reginam ex concepta formula salutabant. Quam in rem, Orphanorum,
qui numero nouem hoc anno ex Lusitania aduecti sunt, & Cocinum appulere, cum essent in
91 sacro cantu in primis exercitati, oportunitissimus fuit vsus. Haud minor in tuendis Christiani-
anis antiquioribus locabatur opera: creberrimæ habebantur ab Heredia conciones: condona-
bantur pro potestate peccata, inuisebantur ægroti, mutua odia placabantur: Qua officiorum
sedulitate Mauri pariter, & Ethnici promouebantur. Ac Rex quidem Maldiuanus à suis regno
pulsus, Christianæ legis admiratione captus, ab impio Mahomete ad Christi signa se transul-
lit. Eius imperio modicæ insulæ ingenti numero subiacebant. Quarum caput est Maldiuæ fe-
gni sedes, vnde cognomen ceteris. Has alioqui non admodum felices genus palmæ nobilita-
uit: cuius ex fructu (coccum, vel Indicam nucem Lusitani appellant) præter alios vsus com-
plures, Cannabinum quoddam factum extrahitur, cui nomen, Cairum, ad pertexendos funes
nauticos, atque rudentes summæ præstantiæ. Is igitur Rex natus annos viginti tandiu apud Pa-
tres fuit, quandiu Christianis moribus, & insuetis imbutus per baptismum renascetur in
Christo:

Christo : mox nouo auctus sacramento, honestissimi matrimonij (duxerat enim nobilem virginem Lusitanam) adhuc exul inter Christianos, & extorris à regno vltimum diem clausit, meliore vtique potiturus, si è Christiana lege vixit, (vt credimus) quam quo exurus, & spoliatus hic fuerat. In Promontorio quoque Commorino Trichinamali Princeps (ea est prouincia Ceilani regno subiecta) Parauarum opera, quibus ad hanc rem utebatur Henricus, adiunctus est Christo. Is puer cum esset annos natus non plures octo, magna est inter administratos, & curatores de eius pueritiæ rectore facta dissensio. Quocirca ex eius familia numero quadraginta puero assumpto ad oræ Piscariæ Christianos, quibus cum eis conueniebat, auxiliij gratia contendunt. Nec magni admodum negotij fuit Christianis illis, quibus cum versabatur, quotidianis doctrinis, atque præceptis molli persuadere ingenio, & ijs item, qui cum puero venerant, vt sese Christo, Nutritio non repugnante, dicarent. Quos vt bene animatos Henricus, & constantes in fide perspexit, vniuersos sacro baptismate, admirabili Christianorum plausu, ac gratulatione lustrauit: qui pro suis etiam copiolis, auxiliarem præsidio cohortem discedentibus assignarunt, vt in possessione sui dominatus puerum collocarent. Ij in Ceilanum cum peruenissent, & perturbata omnia seditionibus offendissent, non ibi diu commorandum, deficiente comœatu putarunt, sed spatio iam exacto bimestri, præsidium patruo pueri relinquendum, puerum vero ipsum vnde adduxerant, reducendum. Quem Goam illico Prætor, quo maiores in suscepta Christi fide radices ageret, dum eius prouincia pacaretur, deuehendum curauit. Sane Henricus Commorini agrum strenue cum socijs colebat: nec paruo labore, solatijs quidem certe maioribus, quæ Deus affatim dabat in contrahendis ad Christum Ethnicis, desudabat. Nec vero pro Catechistarum industria, & singulari in tractandis Ethnicorum ingenijs humanitate, facilitateque fuerunt fructus exigui. Tenebant enim Xauerij præceptum, nulla re magis allici ad Christum Ethnicos, quam comitate, benevolentiaque significatione. Atque ea nimirum causa erat, cur tantopere pij illi magistri non à Neophytis modo, verum etiam ab ipsis Mauris, & Ethnicis amarentur: quod illos sæpe à Christianorum militem contumelijs, conuicijsque prohibuerant. Vfus autem ipse docet ad inserendam in humanis peccatoribus laudem aliquam, breuem & compendiarium viam esse, si des operam super omnia, vt eorum capiantur amore, in quibus ea laus, & virtus elucet. Ad cetera vero adiumenta Henricus nouæ sibi linguæ subsidium comparauit, & ad Malabaricam Maleamicam adiunxit, quam & ad artem reuocauit, & in eam contulit vniuersa, quæ ad recentissimi cuiusque Christiani disciplinam, scientiamque pertinerent. Deinde elucubrationem suam ad sacerdotes omnes, qui Cranganori versabantur, ne quid in ea insolens, & ab vsu communi, consuetudineque abhorrens deprehenderetur, recognoscendam misit. Commorinensium quidam Christianorum sacrarum historiarum argumenta, quæ ab Henrico didicerant, depingenda sibi Goæ curarunt: quæ quoniam illiteratis videbantur vsui esse posse pro libris, atque magistris, adeo ceteris sunt probata Christianis, vt certatim omnes in suis locis, & Oppidis aliquam eius generis picturam, vnde præcepta vitæ, disciplinamque cælestem peterent, sibi compararent: vt quod non semper à libris, non semper ab Ecclesiaste, Magistroque possent, id à mutis illis imaginibus vno aspectu sine defatigatione, inò etiam cum delectatione perdiscerent. His industriæ præsidijs adeo propagabatur in Cori Promontorio lex Christi, vt in eo Christianorum iam millia quadraginta, præter eos, qui nimis longo terrarum tractu disuncti per Patrum occupationes numerari non poterant, censerentur. Tot enim obruebantur Patres illi caris, atque negotijs, vt sæpe secum deliberaret Henricus, præstaret ne ad tempus aliquod, animarum quæstibus intermissis, dulci in otio diuinæ contemplationis sine vllò curarum strepitu conuiescere, & Deo sese explere, an potius nunquam Deo saturum, animorum causis continenter insistere. Atque vbi sensit, eo tutius in animis operam poni, quo se quisque arctius diuina cum mente coniungit, denique sic statuit, ita sibi temperandum vtrumque, vt nec in degustanda suauitate diuini colloquij causas defereret animorum, nec in animorum sitienda salute Dei familiaritatis oblitus, se ipse negligeret: sed hæc ita coniungeret, vt alterum alteri

92
Et Trichinamali
principis

93
Res Commorinensium
94
Benignitas
in magistro
maxime
utilis.

95
Vfus sacrarum
historiarum
picturam
ex-
professum.

96
Actio cum
hominibus
miscenda
consuetudini
cum Deo.

- 97 *Lib. 4 in 1. Reg c 9.* vsui esset, cum & frequens collocutio cum Deo studium alar alienæ salutis, & animorum vicif-
sim caritas mutuos foueat cum Dei Maiestate congressus. Redemptor enim noster (Grego-
rius inquit) sic vult nos quærere salutem alienam, venon negligamus nostram. Vult vt vocen-
tur peccatores ad pœnitentiam; sed non vult vt pereant ij, qui peccatores ipsos vocant: vult
vt conuersus peccator iustitiam quam non habuit, habeat, sed non vult vt iustus eam quam ha-
bet iustitiæ palmam perdat. Ceterum qualis esset eorum cœlestium pietas colonorum, po-
test vel inde coijsi. Inter eos, quos ex Europa hoc anno aduectos modo narrauimus, fuit Ale-
xius Maderia sacerdotum socius, & adiutor, qui in Lusitania non receptus in Societatem,
eam ad Indos ipsos sequi non dubitauit: neque potuere commodæ, quibus honeste licebat
frui, retinere; neque pollicitationes amplissimæ propinquorum. Et hi quidem ad extre-
mum etiam pallium ei ademere, vt hominem Olisippone notum (quippe in Ludouici Infan-
tis aula versantem) ipse pudor arceret à publico, non considerantes ad nuditatem Crucis, &
probra tendenti in beneficio esse spoliari, ac vilipendi, vt inde primus oriatur gradus, in quo
figendus est summus. Ergo Alexius, cui vel ipsum nomen supra res mortales omnes animum eri-
gebat, & propinquos, & res, & vestimenta, denique sese contemnens per urbem non
modo sine pallio, sed etiam sine calceis, quasi vnus è turbæ nauticæ vilissimis manci-
pijs contendit, cados aquæ, & quicquid opus erat, suis humeris in nauim importans:
vt, qui prudentiam hominis ignoraret, satis ne sanus esset, posset vereri. Hoc relicto in
99 *Eiusdē ma- gna fides.* Europa generosi pectoris documento, clarum in India candidissimi ingenij, innocentiaque,
& fidei specimen edidit. Bitala oræ Canarinæ Oppidum est vltra Goam in meridiem pas-
sum millia circiter septuaginta. Hic dum tendens in Commorinum Alexius, exitinere ad
Christi fidem homines hortaretur, interpellantibus his, & dictitantibus, se credituros si mor-
tuum, qui tum forte efferebatur, reuocaret ad vitam, conditionem fidenter accepit, modo ea
se illi sponcione serio obligarent, vt, si mortuus reuiuisceret, cultum Christi susciperent. Tum æ-
stuar dubitatione Barbari, animoque labare, & hominis demirati fiduciam, qui conditionem
ab se latam, non modo non respueret, sed ad eam sine hæsitatione deiscenderet, capere inter se
consilium, pedemque referre. Summa deliberationis ea fuit, vt cum rei exitum magno-
pere formidarent, ne sua Numina in discrimen offerrent, acrius hominem non vrgerent.
Rogatus deinde à suo Rectore Madeira, quid tandem in ea re consilij caperet, si obla-
tæ conditioni stare Barbari voluissent: eadem animi constantia, & alacritate respon-
dit, sine vlla dubitatione futurum, vt ad Christi nomen mortuus in clamatus rediret ad vi-
tam. Tanta erat diuinæ fiduciæ vis, quæ in ipso necessitatis articulo candidum pectus, & sim-
plices medullas imbuerat. Dum hæc à socijs in India è Xauerij præscripto geruntur, ipse apud
100 *Xauerius in Iapenia per summa incōmoda, & pericula Meacum petit.* Iapones Meacense iter vrgebat, quod extremo anno superiore institutum, hoc demum inchoa-
to confecit. Duos in eo circiter menses posuit: cuius superandis incommodis, & laboribus
splendidissimam sibi patientiæ coronam in Cœlo contexit. Erat non modo saxis asperum
iter, & alta niue constratum propter anni tempus: verum etiam bellis, quibus tota illa re-
gio flagrabat, & frequentibus atrocinijs infestum. Id Xauerius ne sine certo duce, & via-
rum gnaro susciperet, haud indignum ratus pro eximio suo in Christum amore hominem
homini famulari, Meacensi Equiti famulum se adiunxit. Ergo equitantis impedimentis v-
na cum suis sarcinulis elatis in humerum, citatis gressibus præcurrentem sublequebatur he-
rum: cui non tam peditis alienigenæ commodum propositum erat, quam vt latronum ipse pe-
ricula equi velocitate vitaret. Durissimo (vt diximus) anni tempore faciebat iter, tempestate
perfrigida, & pede nudo, aquilonibus exulcerato, cum crebros amnes, & torrentes inter-
cursantes vado trajceret: via adeo lubrica, & conglaciata frigoribus, vt eam ingredi
præsertim sub sarcinis, & oneribus sine frequenti casu, & prolapsione vix posset. Exa-
cto per has ærumnas die, cum ad diuersorium vesperi peruenisset, fame, & algore
confectus, totusque imbribus madefactus, subsidij nihil ad se reficiendum, ac recreandum
erat: totoque illo itinere nullo alio cibo nisi oriza emendicata, & semitosta se aluit. In

Pagis autem & Oppidis, qua transibat, vexabatur omnium conuicijs, ignominijs appetebatur & faxis, iisdemque excipiebatur in naui probris, ac contumelijs cum transmittendi essent sinus maris intercurrentes. Denique quocunque ingrediebatur homo longinquus, & sui contemptor exagitabatur vt stolidus. Sed hæc ille velut inferiora, multoque minora flagrantissima Dei caritate, & animarum siti, qua totus ardebat, non modo deuorabat alacriter, sed numerabat in lucris. Nec tamen in tot, tantisque laboribus, ac molestijs, ac ne medijs quidem, præsentissimisque periculis locum vllum prædicandi Christi, vel ab Idolis Ethnicos abducendi prætermittibat. Fama Goæ fuit Alfonso Noronia Prorege, Xauerium priusquam Meacum attingeret, quod in Idola grauitèr esset inuectus, semel, atque iterum varijs in oppidis ad necem raptum. Sed ex ipsa ceruici intenta securi mirabiliter ereptum. Tantam enim, tamque horribilem coortam subito tempestatem, vt cum extremam cuique perniciem minitari quasi sumptis armis cælum videretur, ac terra, perterritis omnibus, sibi quisque consuleret, & parricidas illos, iam ad inferendam cædem paratos tanto piaculo prohiberet. Id Goæ quidem dictitatum est. Et quanquam nobis consilium non est, nisi certa proderet, potest tamen argumento esse, quam omnes intelligerent diuinæ providentiæ tutelâ fuisse Christi præconi necessariâ, vt inter tam feroces populos sic agens, tot inter intolerandas asperitates, ac certa discrimina perseueraret incolumis. Denique non pretiosis modo cumulatus ærumnis: sed etiam aliquot Christianorum in itinere capta præda Meacum Februario mense peruenit. Meacum est vrbs amplissima totius Iaponiæ caput, & sedes imperij, quæ quondam familiarum millibus prope ducentis, vt vulgi ferebat fama, & murorum etiam num ambitus, & amplitudo demonstrat, celebrabatur. Hodie vero quamuis bellorum assiduitate, ac depopulatione vastata millibus amplius centum. Floret discipulorum Collegijs, & Academia per celebri, innumerisque virorum, sæminarumque cænobijs. Huius Xauerius Imperatorem, ac Regem cum ex constituto sæpe tentasset adire, vt ab eo diuinæ legis promulgandæ potestatem, & literas impetraret, omnes aditus interclusos inuenit. Sed cum eius comperisset imperia, atque decreta, quantumuis amplam potestatem faceret, à Regulis, Dynastiisque contemni, abiecto regij diplomatis impetrandi consilio, ad explorandos ciuium animos se conuertit, vt quemadmodum ad Euangelij satus accipiendos essent affecti, atque animati perspiceret. Sed horum etiam aures belli ingruentis expectatione suspensas, clausas, & obstructas offendit. Ita cum in tanto armorum strepitu minime opportunum Euangelicæ prædicationi tempus animaduerneret; ne Meaci diutius operam perderet, Amangucium per eandem itinerum difficultates, eodemque ferme spatio temporis remigrauit. In reditu ab ea barbarie digressus Dauidicum illum psalmum, cuius est initium, In exitu Israel de Aegypto domus Iacob de populo barbaro, pie admodum, nec minus apposite decantabat: & ad leniendum irritæ professionis euentum, hoc identidem in reuersione canticum eructabat. Amangucium reuerlus nihil habuit antiquius, quam vt eius vrbs Regem pollentem viribus, opibusque, quique rem christianam sua autoritate prouehere satis poterat, conueniret; eumque sibi donis etiam, atque muneribus, quæ Meacensi Regi animo destinauerat, Firandique reliquerat, obligaret. Et quoniam experiendo cognorat, plurimum Iapones, communi naturæ vitio, externa specie moueri, & ex cultu corporis, ornatuque vestis de vnoquoque existimare, statuit ad eorum sese mores, quoad salua religione liceret, tantisper fingere, & obsoletam vestem cum eleganti, ac splendida commutare. Firandum igitur cum celeritate regressus, ea dona sumpturus, Amangucium splendido cultu, & duobus tribusve Iaponibus, veluti pueris comitatus ad Regem redit. Hac commendatione vestitus, specieque comitatus protinus introductus, ab Indico Prætoze literas, Antistiteque Goano, & sibi missa munera Regi reddit. Erat in ijs muneribus Lusitana vestis, & ad horas indicandas elaboratum è rotis horologium, cuius machinatione, atque solertia mire Iapones capiuntur. Hisce Rex donis, ac literis magnopere delectatus, vt aduenæ munificentiam quam simillimo munere remuneraretur, magnum ei auri, argenti que pondus obtulit. Quod cum Xauerius actus de more gratijs, constanti animo recusaret, Regemque potius enixe rogaret, vt, si quid gratum aduenæ dare vellet, diuinæ sibi legis in sua prædicandæ ditione, suis autem popularibus suscipiendæ potestatem, edicto faceret: hoc enim nullum ab eo prius, nullum

101

Meacensis
vrbs, quid-
que ibi
Xauerius
gesserit.

102

Amangu-
cium re-
gressus Ra-
gem sibi
conciat:
et potesta-
tem impe-
trat Eu-
gelij præ-
dicandi.

sibi gratius munus posse concedi, Rex altitudinem animi, continentiamque suspiciens, primum ei Bonziorum inane cœnobium ad habitandum tribuit: dein publica per vicos edicta proponit, placere sibi, vt vnus Dei lex, atque religio cunctis sui regni finibus promulgetur, & eam accipere liberum cuique sit: planissimeque vetare ne legis eius impediatur interpretes, aut vlla ratione lædantur. Inde igitur ad Xauerium nouæ religionis cognoscendæ studio concursus maximi. Bis in die dicebat ad populum, per orationem excipiebat: bene longum de religione certamen. Ita perpetuo aut habendis pro concione sermonibus, aut profligandis curiosorum quæstionibus ad multam noctem distinebatur; vix vt curando corpori spatium esset. Celebrabatur assidue domus eius omnium ordinum, ætatumque, & vtriusque sexus auditoribus; eaque erat sæpe vis salutantium, atque frequentia, vt tecto excluderentur: percunctantium vero numerus tantus, siue eorum, qui priuatim nosse per otium, quæ publice inaudissent, auebant; siue eorum qui risus captandi gratia balbutientem hospitem irritabant. (non enim deerant, qui de industria disputationem extraherent, & animi caula varijs eum quæstionibus fatigarent) vt respirare vix posset. Quibus ille tamen ita singulis respondebat, vt Deo illucescente non pauci, & quam futiles, vanæque suorum Numinum religiones essent, & quam vera, ac solida Christi religio, atque doctrina plane perspicerent. Pluribus diebus percunctando, respondendoque consumptis, magnus eorum numerus manus dabat, nec Christi legem dubitabat amplecti, præsertim, qui se tam acres in concertationibus aduersarios Xauerio paulo ante præbuerant. Commendabat apud Iapones Christi legem in eius legis præconibus ac magistris non modo ipsum naturæ lumen, & humanæ vitæ dux ratio; verum etiam doctrinæ comes sanctitas, virtusque perspecta. Docebat in triuio pro concione Ioannes Fernandus comes, sociusque Xauerij, cum præteriens forte Iapon collectam in ore saliuam concionantis in faciem sordidus excreauit. Quæ ille macula, ignominiaque notatus sine vlla animi perturbatione, motuque, ac ne verbo quidem reddito, litteolo ora deterfit: eodemque tenore sermonem ab se institutum, eodemque prorsus vultu pertexuit. Id contemplatus ex auditoribus quidam, haud iniquus rerum æstimator, cogitare apud se cœpit, diuinum profecto philosophiæ genus illud esse, quod homines ad tantam æquitatem, constantiamque perduceret: dimissaque concione domum ad Fernandium venit: cognitisque probe legibus, institutisque; Christianis Amangucianorum omnium primus christianus efficitur. Ab hoc fonte, atque initio ducta est postea tot Iaponum ad Christiana sacra conuersio: vt appareret quanto sint potentiora ad perluadendam virtutem facta, quam dicta; quantasque habeat vires cum moribus, & vita consentiens concionantis oratio. Ergo primum illū alij deinceps subsequuti sunt multi. In his Laurentius Luscius, quem in Societatem Xauerius adlegit, insignis postea concionator, & suis popularibus salutaris. Namque alij alios deinceps ad cultū veri Dei, suis vel exemplis, vel sermonibus perducebāt: ijque cum e varijs disciplinis antea fuissent, maximo erant vsui Xauerio ad rem Christianam in Iaponia gerendam, nimirum suis proddendis sectis, ac disciplinis, enunciandisque earum omnibus accurate mysterijs; quæ deinde Xauerius conquisitis rationibus, & argumentis euerteret, christianæque religionis hostes, nominatimque Bonzios suis quodammodo telis, & institutis vgeret. Quos quidem cum propius ad certamen ventum est, tam apertis argumentationibus reuincebat, vt capti vndique, interclusique; qua effugerent, non haberent. Ad hæc gaudere, & ouare Neophyti, cum animaduertent silentium tumidis imponi magistris, & in suscepta fide, ac religione firmari. Ethnici vero magistrorum perspectis erroribus vna cum suis sectis, & ipsi labare, & Christo denique, Xauerioque se dedere. At Bonzij distrumpere sese, & suos grauius accusare, quod nouam sequuti sectam, desererent patriam: quibus illi respondebant, nimirum Christi legem magis quam suam naturæ congruere, cum oppugnata a Xauerio suam defendere Magistri ipsi non possent, nec decertantis impetum sustinere. E nouem sectis, quas tum virorum, tum sceminarum supra diximus in Iaponia vigere, nullam Xauerius reperit, quæ de mundi, & animorum procreatione quicquam traderet. Omnes enim sectas in eo consentire nullum earum rerum esse principium. Atque adeo nihil de Solis, ac Lunæ, nihil de stellarum, globorumque cœlestium, nihil de terræ, maris, ceterarumque rerum molitione præcipere. Quarum rerum omnium, & nominatim animo-

rum

103
Disputa-
tiones Xa-
uerij cum
Iaponibus.

104
Ioannis
Fernandij
singularis
æquitas in
perferenda
iniuria:
vnde pri-
mus A-
mangucij
baptismus.

105
In sc̄tis
Iaponicis
nihil de
mundi ori-
gine, vel
animorū.

rum opificem, & autorem Deum cum Xauerius induceret, mirabantur quomodo Deus ille non modo Iapones, verum etiam Sinas, vnde ipsi religiones petitas haberent, tot sæculis latuisset. Iapones enim in rebus, quæ ad sacrorum cultum, ac religionem, quæq; ad Reipublicæ administrationem spectant omnibus, prudentiæ, ac sapientiæ primas Sinis deferunt. De hoc igitur principio multa ex Xauerio cupide sciscitari. Et quoniam iam sæpe dictum est fuisse concertationes cum Bonzijs, Iaponumq; gentem sagacem, & rationum vi maxime duci, locus postulat, vt præcipue interrogationum exponantur, additis Xauerij, sociorumque responsis; & quidem his, vt omni lectorum generi consulari, paulo interdum explicatius, quam extent in veteribus literis, quæ ad earum quæstionum peritos scribebantur. Primum igitur cum libenter audirent vnum rerum omnium esse autorem, ac principem; studiose percunctabantur bonus an malus esset. Cumque esset responsum summe esse bonum, hoc illi non probabant, quod Deus tam bonus, vt dicebatur, Diabolos tam malos, & tam capitales hostes humani generis procreasset: ac mentes quoque humanas non potius condidisset propensas ad bonum, quam procliuas ad malum. Ea nimirum quæstio, quæ in omnino extra diuinam scholam vagantis sapientiæ studia fatigauit, Iaponum Amangucianorum torquebat ingenia: vnde nam, cum Deus vsque adeo bonus, ac potius bonitas summa sit, mala, & vitia in opificium eius irrepserint. Cuius explanationem difficultatis docens Xauerius, nusquam nisi in vera Dei philosophia tradi, repetito ab Angelorum procreatione exordio, demonstrabat, naturæ, quæ capax rationis sit, id maxime consentaneum, ac proprium esse, voluntate libera, atque arbitrio vti. Quæ libertas quantum sit bonum coniectari potest ex eo, quod inter mortales seruitus, & vincula, quibus tamen solum corporis, id est eius partis, quæ in homine deterior est, potestas minuitur, soluto etiam num animo, ac libero, vbique gentium in malis maximis numerantur. Sapientissimum vero mundi opificem hunc habuisse honorem rebus ab se genitis, vt quemadmodum earum naturæ maxime erat conueniens, ita progigneret, ita etiam regeret. Non enim ferre sapientissimam eius bonitatem, vt vel statim, quæ condiderit deserat, negligatque, vel quos liberos genuerit, vt eos necessitate coactos ad quæ velit, compellat. Quis enim inter homines ille sit Pater familias, qui filios, quos susceperit, non instituat, ac regat: nec tamen similiter eos, atque iumenta, sed paterne, ac liberaliter. Cum igitur Deus quasdam naturas humana superiores, quippe ab omni concretionem corporis abiunctas, ratione, ac voluntate præditas condidisset, prope sua clementia oppidò instruxisset, vt possent vtrum mallent seu vitium, seu virtutem completi: ipsarum pæuerilitate factū, vt ceteris adhærescentibus summo bono, seque pie procreatori suo subdentibus pars contumaciter rebellarent. Hos esse malos Dæmones, qui liberate, quam suæ congruentem origini ad beatam sibi æternitatem quærendam acceperant, contra suum Dominum, & Parentem abusi, pœnis inde meritis torqueantur; hos pertinaciter in suo scelere inhærentes, odioque in Deum, a quo iustissime cruciantur, iniquissimo ardentes; quoniam contra eum moliri nil possunt, iram, & inuidiam in hominum genus effundere. Sed tamen præsto esse Dei potestatem, coercereque feroces: nec permittere nisi eatenus progredi, quoad vtilitati nostræ, ad exercendam virtutem, magisque animos cum Deo iungendos, expediat. Neque vero admodum in Christiana lege esse terribiles, quin ipsis potius formidandos esse Christianos. Sed neque mirum, si in Iaponia, vbi verum Numen ignoratur, suam tyrannidem (cum vbi eis rite non resistitur, crudelissimi sint) intolerantius exercent. Porro & ipsum hominem natura liberum esse, Deique præsidia (si modo vti velit) ad pugnam atque victoriam habere parata. In certamine, congressuque cum aduersario, in peruincendis difficultatibus elucere animi magnitudinem, exacui, exerceri que virtutem, acquiri triumphos. Denique hominum genus ad honestatem natum satis intelligi; quod laudat quisque virtutem, gaudetque honesta quapiam actione perfunctus, atque a contrario angitur, & latere optat in vitijs. Quia omne malum aut timore, aut pudore natura perfudit: & quamuis tatus sit, qui peccat, sua tamen illum conscientia non sinit esse securum. Vix est huiusmodi disputatio Iaponibus valde consentanea rationi: sed rursus argumentari cœpere, Deum bonum esse non posse, qui tenebrosum inferorum carcerem, eundemque sempiternum vexandis impiorum anijis ædificasset, nec eorum vnquam misericordia

106

Iapones
mortalit
sapientiss
mos putat
Sinas.

107

Vnde ma
lum, cum
Deus sit
summa bo
nitas.

108

Cum atq
na scelerat
corrupta

tange.

tangeretur, quos semel æternis, & acerbissimis cruciatibus addidisset, id scilicet concoquere nullo modo poterant; quippe cum eorum clementissimæ disciplinæ profiterentur, eos, qui suarum sectarum autôres, & principes implorassent, vel è medijs inferorum ignibus emersuros. Hic vero Xauerius pio cum gemitu, Clementia, inquit, quam vestra præferunt leges, crudelitas est, quo in speciem blandior, eo re magis exitiosa. Non clementia ista est, Fratres mei, sed fallacia dira, partim ab auaris hominibus vestras animas nundinantibus, sed maxime ab Satana introducta; vt per impunitatis illecebram in omnem vos licentiam, & omnia scelera prouoluat, & inde in exitium sempiternum. Id enim Dæmonibus humani generis teterrimis, & astutissimis hostibus propositum est: id conantur semper, viam aperire peccatis. Qui cum videant, pro ea procliuatè, quæ cuique inest ex vitio corruptæ naturæ, proque blandientium vi cupiditatum præsentium, nullos ad coërcendam peccandi libidinem satis fore metus futuros, si redimi aliquando possint, verum timoris eleuant pondus, & pollicitatione veniæ fallacis, hominum cupiditates inflammant. Ceterum cum animi sua inter peccata æternum victuri sint, miramini pœnas eis repositas immortales. Nonne quandiu quis peccat, tandiu iuste plectitur? At ijs, quos mors in sceleribus opprimit, si diuturnior vita, atq; adeo sempiterna suppeditasset; ita erant affecti, vt nullum essent finem imposituri peccatis. Neque aliter, verum deterius multo sunt affecti post mortem, ita vt iusta omnino futura pœna non sit, nisi æternum peccatis affixos comiteatur æterna. Humanis legibus certa crimina nece plectuntur: nec earum seueritatem legum quisquam accusat. At cui vita eripitur, bonum humana vi nunquam reparabile, quem tandem finem id habet supplicium: quantum à pœna distat æterna? Agite, nonne grauiore multo dignus piaculo est, si quis Regi optimo, & maximo manus attulerit, quam si mancipio nequam? Ita est. Omnium sententia gentium, quo lædit humilior, quo præstantior persona læditur, eo est crimen atrocius. Diuini igitur Maiestatem Numinis homuncionibus impie violantibus, præstantissimam, optimam, infinitam, sempiternam, vnde nostra vita manat, vigetque; vnde nostra omnia, vnde hæc pulcherrimarum moles rerum, quæ excogitari pœna par, quamuis sempiterna queat? Fac certum deberi supplicij spatium ei, qui Regem inter mortales eminentissimum per summam iniuriam enecet; hæc certe iniuria finita cum sit, exæquari forte poterit certa die supplicij: verum immensam, nullisq; comprehensam limitibus Maiestatem violanti, spatium certum præscribi non potest. Quin adeo si capax humana natura esset pœnæ non solum in æternum viuacis, sed etiam in sua grauitate immensæ, eius esset reus, qui in Dominum Maiestatis impie contumax esse non dubitet. Et tamen ea est Numinis clementia, vt & supra merita recte factis mercedem, & citra merita noxijs pœnam rependat. Nihil habuere contra hæc Iapones, quod afferrent: solum institere quærentes cur Deus, si bonus vsque adeo erat, ceterarum regionum præterquam Iaponiæ memor ante Xauerij aduentum, non æque se Iaponibus indicasset, ne maiores sui cælesti luce fraudati summa cum desperatione salutis ad interitû præcipites ruerent. Hic Xauerius diuinam legem omnium antiquissimam esse, & ante leges ab Sinis adscitas, Iapones potuisse per facile natura duce, bonum à malo discernere: & ea magistra perspicere nefas esse hominem occidere, furari, peierare, & cetera illa, quæ diuinis legibus continentur. Argumenti loco esse, quod vt supra ostenderat, sua quemque conscientia morderet, ac stimuleret, cum quippiam sceleris in se admisit: nec vnquam sinceret, quietamente consistere. Id adeo experiri in homine agresti licere, qui sine vlla disciplina, vel literis in solitudine aliqua vitâ egerit: quem si interrogas malum ne sit aliena diripere, iusurandum violare, necare hominem, & eiusdem generis alia, quæ diuina lex vetat, responsurum vtrique malum esse; vt etiam ab ijs temperare, salubre: facile vt appareat nequaquam illum esse diuinæ legis expertem. Ex quo effici volebat ante latas ab homines leges, supremâ illam Dei legē, in omnium mortalium animis impressam, & consignatâ esse, iustisq; eos multari supplicijs, qui diuinam legem naturæ insitam violassent, quâ si Deo adiuuante, obseruassent & custodissent, cælestis eis oboritura lux esset. Atque adeo plane indignos commiseratione esse. Agnoscerent tamen ipsi singulare in se beneficium Dei: darentque operam, vt tanto impensius saluti suæ consularent, ne in eisdem miseriis sempiternas inciderent, tanto grauius cruciandi; quanto plus diuini luminis accepissent. Hæ rationes

109

*Diuina.
lex omniū
antiquissi-
ma, & in
humanis
mentibus
insita.*

tiones tantum apud eos ponderis habuere, plane vt acquiescerent: nec dubitarent eorum permulti suaue Christi subire iugum: idque accepto baptismo scribit ipse Xauerius, duorum mensium spatio subijisse quingentos. Inde alijs ad alia conuersi rogare, quæ mundi fabrica, quæ figura, qui Solis, Lunæ, aëtorumque cursus, vnde crinitæ stellæ, fulmina, imbres existerent, & quæ sunt generis eiusdem: Quorum Xauerius originem, causasque cum explicaret, mirifice tenebat aures tum nouarum delectatione rerum, tum doctrinæ admiratione suspensas. Quæ opinio magnum ei ad ferendam in eorum animis religionem aditum patefecit: & quantum dempsit autoritatis, & commodi Bonziorum familijs, tantum addidit rei Christianæ; vt affirmarent pro certo Christiani è centum Bonziorum, Bonziarumque cœnobijs (tot enim erant id temporis Amangucij) complura ciuium destituta subsidijs paucos intra annos interitura. Tam secundis rei Amangucianæ principijs, ne sociorum auxilia deessent, Firando Cosmum Turrianum Xauerius accersijt: & oblectandabat eius conatibus Deus, interdum etiam signis, atque prodigijs, ad confirmandam, illustrandamque legem suam. Proditum est literis, & in eos fama consentit, multos ad Xauerium adductos varijs oppressos, impeditosque morbis, repente ab eo liberos, & expeditos, vel saluari Crucis signo, vel piaculari lustratos aqua fuisse dimissos. Eundemq; multo linguam, surdo aures, capto pedibus impedimenta soluisse. Nec minus mirandum illud: cum in conuentu, plurimaque turba eodem tempore multa à multis inter se discrepantia, maximeque disiuncta curiosissime quærerentur, Xauerium ad omnia vno eodemque responso perinde omnibus fecisse satis, ac si vnicuique separatim proprieque respondisset; idque ei non semel, atque iterum, sed sæpe vsu venisse. Bonzij porro quanquam dolore ardentis furebant in Christianos, & pro concione multa in Deum, multa in Xauerium contumeliose iactabant; vt qui Christianæ rei incrementum, suum esse decrementum sentiebant; non deerant tamen ex eorum disciplinis, ac sectis, quibus diuina lex probaretur, præsertim in Banduenfi Academia, quæ nobilitate, & numero celeberrima est, institutis. Mira enim Dei benignitate factum est, vt ea sic instituat auditores suos (quorum tum erat numerus ad quatuor millia) vt rerum futurarum commentationi se dedant, & quid sibi futurum sit post mortem, quemve habituri sint exitum, & alia generis eiusdem cum suis animis crebro repurent. Quarum commentationum beneficio complures eò demum delabebantur, vt statuerent in suis disciplinis nihil ad animi salutem opis, nihil esse præsidij. Namque oportere vnum rerum omnium esse principium, cuius in suis libris nulla fieret mentio. Si qui vero è suis maioribus cognitionem eius aliquam accepissent, eos profecto, quod nulla forte literarum, aut hominum autoritate confirmare possent, sibi habuisse, posteris occurrasse. Quo ex numero Academicus nobilissimus doctrinæ laude præcellens, cum ante Xauerij aduentum in animo haberet sese ad Bonzios aggregare, postea comperta superstitionis Iaponicæ vagitate, quod huius vniuersitatis opificem, ac molitorem sibi colendum intellexeret, mentem mutauit, uxorem duxit, ac postremo ex B. Xauerij colloquijs, atque præceptis ad Christum transijt. Eius accessus, quod sapientiæ facile primas in sua ciuitate tenebat, plurimumque autoritate valebat, quantum Bonzijos doloris est auctum, tantum gaudij Christianis. Omnino florebat in dies Christus Amangucij, & ad eius cultum, atque baptismum ea quotidie fiebat accessio; vt trium millium summam annuo interuallo confecerint. Et quidem in ijs insulis, ac regionibus, quæ ne fama quidem, & auditione, vt in suis Xauerius literis eius rei diligens indagator affirmat, aliquid aliquando cognorant. Iam Neophyti, & qui veritatis lucem repudiatis Iaponicis fabulis acceperunt, adeo firmi, stabilesque in proposito sunt inuenti; vt per varias deinde clades, bellicosque tumultus, suis sæpe destituti magistris, atque rectoribus, acceptam Christianæ vitæ disciplinam annos viginti quinque religiose coluerint.

Cum hæc Xauerius ageret Amangucij, afferuntur ab Rege Bungi literæ plenæ humanitatis, & officij: auere se Lusitanorum sermonibus inflammatum, quorum nauis eo erat appulsa, videre eum, cum eoque colloqui: proinde ne in Bungum grauaretur accedere. Eodemque ferme tempore Odoardus eum Gama classis Lusitanæ præfectus ad Bungi portum leucas ferme quadraginta ab Amangucio per literas inuitarat. Itaque Xauerius relictis Turriano, Fernandoque curæ Neophytorum, duobus ipse, tribusvè comitibus è Neophytorum item numero,

III

B. Xauerij
multa miracula.

III

Banduenfis
Academia
disciplina.

III

Ter mille
Christiani
anni spatium
Amangucij.

III

Accisus à
Rege Bungi
Xauerius ad eum
se confers.

114
*Excipitur
 à Lusitanis
 per honori-
 ficam.*

qui ut Gœ instituerentur, ei se adiunxerant, in viam se dat. Ij domi suæ nobiles Xauerij iussu vehebantur in equis decore vestitu, ipse vero pedibus subsequeretur equitanter in obsoleta veste, sacraeque suppellectilis sarcinæ dorso imposita. Leucas à portu Bungensi duas aberat, cum Lusitani aliquot à Gama missi prope cum equis obviam veniunt. Equum de via fesso statim admovent, & singularem hominis admirati modestiam, se ipsum despicientis, & fatigantis, sarcinæ onus extorquent. Sed cum precibus ab eo nullis, ut equum inscenderet, impertarent, ipsi quoque pedibus, vel reclamantem, quod reliquum erat itineris, comitantur. Vbi cognitum in portu est iam Sanctum Patrem adesse, extemplo Lusitani omnes ingenti cum gaudio, & gratulatione obviam effusi, crebra cum bombardarum disputatione salutant. Bungense regnum ex tribus præcipuis Iaponiæ partibus, quas supra descripsimus, in ea est, quæ Ximus nominatur. Vrbs regia, vnde nomen regno, Bungum, nomineque alio, Funaium. Rex annis adolescens, consilio, & prudentia præcurrebat ætatem. Qui (cum portus ab vrbe non procul absit) Lusitanorum strepitu excitus insolito, veritus ne cum prædonibus depugnarent, confestim ad Nauatichum mittit sciscitatum quid rei tandem sit: ut, si qua sit imposita succurrendi necessitas, cum celeritate succurrat. At vbi renunciatum est festo illo bombardarum fragore Xauerium honoris ergo exceptum, admirari Rex vehementer, & ægre sibi persuadere pannofo homini, atque mendico (talem enim ei descriperat rumor) tantum honoris ab Lusitanis haberi: Studuerant quippe Bonziji eius apud Regem, ac populum nomen, ne Bungi similiter, ut Amangucij suo nomini officeret, impudentissimis mendacijs, & obtreccionibus obscurare, famamque omnem eius sanctitatis obterere. Sed eorum mox fraudes aspectus ipse Xauerij, in quo sanctimonie quidam splendor, ac dignitas elucebat, vulgo omnibus patefecit. Rex illum per adolescentem propinquum suum, triginta nobilibus viris, & morum magistro comitatum cum literis non minus reuerenter, quam amice scriptis, in insequentem diem inuitat. Quem ut regius adolescens aspexit nullo vestium nitore conspicuum, oris tamen habitum venerabilem, summoque in honore apud Lusitanos, obstupuit. Redditisq; ab Rege literis ad magistrum suum in digressum conuersus, Præstantissimum, inquit, necesse est esse huius gentis Deum, qui Lusitanas naues pauperissimo parere homini velit, tantoque bombardarum strepitu declarari, quanti sit apud superos, pene cunctis inuisa mortalibus, paupertas. Literarum autem quas ab Rege reddidit exemplar hoc est. Fortunatus tuus ad nos aduentus Deo, quem colis, sit perinde gratus, ut ei grata est laus sanctorum. De tuo ab Amangucio ad Figen (hoc erat portui nomen) accessu cognoui ex Quansio, quanto cum gaudio, testes tibi sint omnes mei. Proinde rogo te etiam atque etiam, si studio, quo te complector, obsequi velis, priusquam lux insequens oriatur, pulses fores domus meæ, vbi te expecto: nec importunitatem meam grauate feras, neve meos abhorreas amplexus, quibus ego proiectus ad terram supplico Deo tuo, quem Deum Deorum, & optimum optimorum, quotquot in Cælo degunt, esse profiteor, ut clamoribus doctrinæ tuæ hominibus æuo inflatis aperiat, quam ei sit grata ista tua paupertas, ac sanctimonia, ne nostrorum cæcitas filiorum vanis huius vitæ pollicitationibus decipiatur. Ceterum de tua incolumitate nos admone, ut per quiete noctis placidus obdormiscam, quoad me gallorum cantus exsuscitet, deque tuo ad nos itinere, aduentuque præmoneat. His redditis literis, postero die Gama consilio adhibito, summo omnium consensu decreuit, è re Christiana fore, si prima illa Xauerij cum Erhnicō Rege congressio quam splendidissimo apparatu, pompaque celebraretur: quæ Bonziorum obtreccionibus, calumniasque prosterneret, & insolentissimorum hominum partam fraudibus, atque mendacijs, exultationem obtunderet. Extemplo igitur preciosissimis Lusitani pro se quisque vestimentis, induji cum Xauerio ad regiam pergunt. Triginta erant numero aureo torque decori, totidem instructi famulis, & pedis equis non ineleganti vestitu. Xauerius quoque ijdem cogentibus Lusitanis egregie togatus, exoletam mox rediturus ad vestem, carbacinam superinduerat. Sacerdotalis stola è serico villosa viridi ad genua vsque de ceruice pendeat antea cum appendicula, qualis tum sacerdotibus uti consueuerant. Hos initio parua nauigia vehebant sericis intenta velis, & præclaris conspicienda vexillis. Nec deerant rubæ, lituique per intervalla modulante canentes. Cuius rei nouitas tantos vndique indigenarum concursus ad spectandum exiuit; vt

115
*Epistola
 Bungensis
 Regis ad
 Xauerij.*

116
*B Xauerij cum
 splendido
 comitatu
 ad Regem
 adit: mag-
 noque ap-
 paratu ab
 eo recipi-
 tur.*

nisi confertissimam turbam regij satellites summouerent, locum omnem ad exscensum Lusitanis obstrueret. Præsto fuit ad litus Xauerio excipiendo lætica à Rege missa, quam tamen ille gratijs comiter actis, cum remisisset, pedibus perrexit. Prosequebantur ex Iaponica nobilitate complures. Præibat Nauarchus œconomia in star virgam præferens manu: proximi autem iuuenes lætissimi quinque ministrorum speciem gerebant. Vnus ferico in inuolucro ad vsu sacerdotis Dei summi Breuiarium, alter crepidas holosericas, terrius è Bengalensi arundine scipionem aureo capulo præfulgentem, galeram alius, denique postremus Dei Matris præfererat effigiem cum damascenæ rubræ vestis integumento. Ceteri deinceps Lusitani quadrato velut agmine sequebantur. Atque hoc splendore, pompaque nouem celeberrimis vrbis vijs ad regiam, incredibili indigenarum frequentia, studioque visendi ventum est. Hic Xauerius prætorianos milites in propylæo luculenter armatos numero sexcentos offendit: eorumque ducem, atque præfectum nomine Fingendonum pro foribus obuium habuit: dein in spatiosa porticu è regia cohorte complures. Hic quinque illi, quos dixi, iuuenes venerabundi quod quisque ferebat, submisso genu Xauerio reddunt, ætonitis admiratione Iaponibus, inque suos fremementibus Bonzios, qui longe alium sibi, Regique Xauerium, atque oculis cernerent, descripsissent. In aulam deinde ingredienti, plurima nobilitate refertam regius adolescentulus ab sene ductus occurrit, raræ proflus indolis, vt indicauit oratio; qui beatum virum patrio more salutans, Tuus, inquit, felix ad nos aduentus perinde Regi gratus erit, vt tempestiuus imber segeti sitienti. Ingredere igitur ad nos lætus, bonis iuxta carus, ac malis inuisus. Cui cum Xauerius comiter, & eius salutationi consentanea respondisset, rursusque alia puer adderet supra ætatem de rebus grauissimis differens, deductus est cum Lusitanis vltiorem in aulam, vbi procerum liberi expectabant. Hi pro gentis more, statim vt apparuit, exquisitis humanitatis indicijs exceperunt. Sed ex eo numero duo pro omnibus eloquuti. Tuus, inquit, faustus, & fortunatus aduentus sacerdos sancte, tamen Regi nostro carus, quam mammas præbenti puerperæ dulcissimi risus infantis. Hæc & alia eiusdem generis cum dixissent, in interiorem Xauerius deductus aulam, vbi Regis frater, qui mox Amangucianum in regnum adscitus est, primis cum proceribus verfabatur, omni item verborum honore consalutatur. Illud in ceteris verborum officijs germanus Regis pronuntiauit, beatiorem sibi visum esse Regem peregrini sacerdotis aduentu, quam si cunctis Sinarum thesauris (ij tres & triginta numerabantur) auctus, ditatusque esset. Tum prehensa Patris manu in intimam eum aulam magnifice ornatam, vbi Rex stans venientem præstolabatur, induxit. Procumbentem de more ad genua manu confestim alleuans Rex inhibuit; vicissimque ipse Xauerium ter more patrio, inclinatis ceruicibus veneratur, pari in strato, sedequæ collocat. Secundum hæc gratulationis officia fratrem, Procereque respiciens, elata voce Rex, Vtinam, inquit, ex huius cæli, terræque opifice sciscitari fas nobis esset, cur aut nos in tanta errorum caligine, tantisque tenebris iacere passus sit, aut his, qui vltimo ex orbe venerunt, tantum lucis, sapientiæque donarit. Constat enim inter omnes, quæcunque ab his dicantur, quantum vis nostris religionibus aduersaria, consentaneis firmari rationibus: vt si rationem ducem sequi velis, nihil omnino habeas, quod opponas: Bonzios vero nostros in explicanda religione, in institutisque maiorum miserabiliter hæsitare: tam in docendo varios, tam inconstantes videmus. Huic orationi Faciandonus haud ignobilis Bonzios, qui forte aderat, confidenter, libereque respondens, Religionis, inquit, causa non est eiusmodi ô Rex, de qua ipse doctrinæ non satis gnarus statuere queas. Si quid ambiguam mentem torquet, atque sollicitat, præsto est, quem contumelas. Næ ego non modo scrupulum tibi omnem eximam, verum etiam perficiam, vt id ipsum, de quo ambigis, hoc ipso sole clarius aspicias: liquido vt omnes iudicent, & vera esse, quæ Bonzios doceant, & recte apud eos doctrinæ prætia collocari. Ergo à Rege iussus homo confidentissimus abstrusa suæ religionis enunciare mysteria, cum multa de suis fabulis commentitijs; multa de Bonziorum fucata sanctitate incredibili deliratione dixisset, ad extremum iracundia prouectus contra Christianorum disciplinam, & Regem ipsum insolenter exarsit. Quæ propter imposito ei per summum dedecus, & ignominiam silentio furibundus, & æstuans è regia se repente proripuit; Regem ipsum, qui talia in Deorum auderet Antistitem execrans, eique sibi tum

117
Faciando-
ni Bonzios
contuma-
cia.

de Cælo ignem, ac pestem imprecans: vt satis magnum ex eo summæ Bonziorum sanctimonie specimen capi posset. Xauerius autem, vbi post multa potestatem abeundi, Regem rite venerans impetrasset, enixe ab eo Rex ipse contendit, vt se ex interuallo reuideret, & Christianis mysterijs imbueret, simul & appositi cibi particulam sua manu comiter obtulit: quam ille, ne Regis humanitatem aspernari videretur, præsertim quod Iaponicarum mensarum insolentiam excusauerat inuitatus, accepit. Lusitani porro vniuersi, & Nauarchus in primis, qui circumsteterant, in genua pariter procumbentes Regi gratias egerunt, quod tanto honore sacerdotem Dei inuitis Bonzijs, atque furentibus affecisset. Xauerio autem quandiu regia in vrbe substitit (substitit autem sex, & quadraginta dies) antiquissima cura fuit, arcta sibi Regem consuetudine deuincire, eumq; prauis Bonziorum moribus, ac doctrinis imbutum contrarijs dedocere præceptis: detrahitq; quam plurimis vitijs, in eius pectus Christum inferere. Dum in hanc curam excubabat, nemini Bonziorum ad sese aditum patere Rex voluit, vt quem flagitiorum nimis incesserat pudor, quibus Bonziorum se nefarijs hortatibus inquinarat. Sed meliorem inuento magistro sua vitia quam plurima exiit: delicias, & amores eiecit, & contra Bonziorum præcepta ad leuandam, fouendamque multorum inopiam animum adiecit: vt iam præter baptismum ab eo, quod requireres, non multum esset. Castigatis, damnatisq; moribus suis, corrigere & alienos instituit. In finitam peccandi licentiam, impunitatemq; coercuit: tetra multa, ac facinorosa, quæ Bonziorum inuexerat impudentia, de ciuitate sustulit: infantium cædem, vilitatem apud eas gentes facinus, seueris legibus vindicauit. Ex altera parte Xauerius, Regis cura non intermissa, multas quotidie horas in erudienda multitudine collocabat, & suas quoq; Lusitanis imperiebat: vnam ante lucem ad eorum animos expiandos, alteram sub noctem ad eos cohortandos, & incendendos. Ita diem totum per sumam sui corporis negligentiam distinebatur. Querentibusque domesticis, & amicis, quod nihil sero se tecto reciperet, respõdebat nihil esse quod sui rationem ducerent, cum instaret hora conuiuij, aut se de die numerarent in viuis: si secus facerent, apud se grauiter offensuros: suum cibum animarum esse salutem; & in summis se habere delicijs, si Deo suo, vel vnus Iaponis animam lucrifaceret. Esca quippe iustorum, vt Gregorius Pontifex recte dixit, conuersio est peruerforum. Ad hanc pellendam, explendamq; famem, vel potius leniendam apponebat ei subinde Dominus Ethnicos: de præcipuis, qui in ipsum crederent, & ei se dicarent. Bonzio primario insigni nobilitate, atq; doctrina Xauerij rationibus mutua concertatione deuicto adeo Christus illuxit, vt in medio foro frequentissimo procumbens in genua non dubitaret eum verissimum Deum, Deique filium libera, clarissimaque voce profiteri: sublatisq; in cælum manibus, oculisque genis rorantibus ei se totum tradere: Deinde madidis item oculis à circumfusa Iaponum multitudine, omni animi demissione contendere, vt & ipsi sibi ignoscerent, & id ab alijs, quos obuios forsitan haberent, suis peterent verbis; quod toties ea pro veris populo venditasset, quæ tum demum ipse, quam essent falsa, & inania intelligeret. Tam egregia fidei contestatio à Bonzio nobilissimo, eodemq; doctissimo in maximo Ethnicorum conuentu edita, quantos in eorū animis motus effecerit exultare, me tacente, quibus potest. Constat suo ore affirmasse Xauerium nullo se negotio, si collibitū esset, quingenta amplius Iaponum capita statim potuisse lustrare. Sed temperandum suis putauit ardoribus, ne quid tentaret audius, quod incredibili dolore faucios rei Christianæ successu Bonzios exulceraret. Iam enim cum Xauerio sæpe congressi è certamine victi discesserant, iam abientis famam falsis criminibus, & calumnijs obterere, præsentis autē lacerare conuicijs, ac cõtumelias conati erant, cum per ludibrium egentissimum illum mortalium omnium, canem putidum, voratorem humanorum cadauerum appellabant. Iam cœlestes iras frustra populo denunciant, si relictis patrijs religionibus susciperet nouam: deniq; cum suam in animis ciuium auctoritatē exoleuisse iã tenerent, tentatisq; rebus omnibus nihil se contra Xauerium, Christianosq; proficere, vltima experiri decreuerant, nimirum vt eum, Lusitanosque per tumultum ex composito excitatum, de medio tollerent. Quæ cum Lusitanos, Xaueriumque non fallerent: quanquam is in maximis Dei beneficijs id, quod hostes minabantur, enumerabat; tamen non committendum putauit, vt incaute, impudenterque præcipites ad iram animos incitaret. Quorum minas, atque

terrores

118
Rex Xauerij vsu se melior.

119
Xauerij studium, et famem animarum.
L. 31. mor. c. 22.

120
Bonziorum odia in Xauerium.

errores cum Regis recti præsidio Lusitani contemnerent, alio videlicet suos impetus conuerterunt. Bonzius erat ætate prouectus nomine Fucarandonus, doctvina præstantia inter suos vnus excellens, qui celeberrima in Academia reconditas Iaponum literas triginta docuerat. Is tum Bonziorum cœnobio præerat ab eo loco passuum millia quadraginta. Hunc Bonzij ad delendam superioris congressus maculam confestim euocant; exploratam sibi victoriam, & domi quodammodo cõditam de peregrino sacerdote pollitici. Cum is Bungam celeriter aduolasset, homo inflatus opinione sui, audacter in regiam venit sex, septemue Bonzijs doctissimis comitatus, vt per salutationis officium Xauerium ad certamen eliceret. Contulerat eo se commodum cum Lusitanis Xauerius, vt Amangucium remigrandi commeatum, & veniam ab Rege postularet. Rex vt Bonziorum consilia sensit, rem esse existimans alex plenam, atque periculi: quippe qui Xauerio quamuis satis confideret, verebatur, ne doctorum multitudo suis vel clamoribus, vel contentionibus veritatem obrueret, principio cœpit hæere: postea tamen eodem hortante Xauerio, pro quo veritas stabat, & loquebatur, ea cura liberatus, columen illud Bonziorum introduci iussit, & ad colloquium admitti. Qui facta à Rege potestate cum Xauerio certamen ingressus deliramenta loqui cœpit, & ea obijcere, ac perconctari barbara quadam arrogantia elatus, quæ si mandentur Historiæ, risum lector hoc loco vix teneat. Summa tendebat ad Pythagorica somnia. Iam pridem ante mille, & quingentos annos Xauerium sibi ipsa in Iaponia cognitum mercatorem mercatori, & ab eo se emisse sericam vestem, qua reuendenda vberem quasi fecerit, tum irridere Xauerium, quod talia non recordaretur, & deliramenta alia. Quid enim homine consilij, ac mentis compote, aut literata altercatione dignum afferat, qui huius vniuersitatis parentem, ac Dominum nõ agnoscat? qui dominatu rationis excusso, cæco cupiditatum impetu rapiatur, qui denique vitiorum probra pro virtutibus colat, & nefandorum scelerum turpitudinem, dedecusque non sentiat? Tales sunt fere Bonzij, & eorum, de quo agimus, signifer, ac dux Fucarandonus: vt iam non ambigas vter de duobus æstuarit in eo certamine magis, Bonzius ne pro mendacio, an dimicans pro veritate Xauerius. Procliue quippe est pro veritate pugnare, quæ pro se mittit voces, nec cuiusquam desiderat patrocinium. Et quidem minimo Xauerius negotio, & ea, quæ Bonzius obijciebat elusit secundissimis Regis, ac Procerum acclamationibus; & ea ipse obiecit elato, quibus se expedire sine furore, & rabido clamore non posset. Cuius peruiaciam, atque proteruiam, insanissimasque vociferationes Rex, ac Proceres stomachati pariter vitueri exclamant, si bellandi causa eo se cõtulisset, facefferet Amangucium, vbi tum armis cuncta perstreperent: ibi belli copiam, quam vellet inuenturum: si autem disputandi gratia venisset, rabiem eiiceret, poneret iracundiam, & peregrini sacerdotis æmularetur in differendo modestiam. Quæ cum homo impotentissimus audire non posset, exarsit acrius, & Regi, Proceribusque petulantissime maledixit, vt exturbatus illico è regia fuerit, insigni Bonziorum dedecore, atque dolore: quo offerati, & in rabiem versi, Fanorum valuas tota vrbe præcludunt, populumque, ac Proceres factis prohibent: iamq; ad seditionem plebis deducta res erat, cum gliscentem Bonziorum furorem, populique motum callida Rex dissimulatione sedauit. Inter hæc Lusitani Bonziorum iras, tumultumque multitudinis veriti, in portum prope se receperant, autoresque Xauerio fuerant, vt ipse quoque temporì cederet: neque vitam suam in periculum audacius, temereq; prouheret. Cum ille prorsus abnueret de Carechumenorum magis, quam de sua salute sollicitus, Præfectum ipsum hortantur Odoardum, in urbem redeat, indeque Xauerium abstrahat, priusquam ei à Bonzijs periculum procreetur. At ille ad omnia pericula subeunda paratus, mortisque oppetendæ pro Christo sitientissimus, nullis neque precibus, neque rationibus adduci potuit, vt procellam temporis euitaret. Quam enim perniciosam ijs accidere posse maiorem, quos in Domino genuisset, quam vt à suo deserti, ac desituti parète, Bonziorum ira, furorique obijcerentur? Quid porro Bonzijs ipsis oprabilius, quam vt qui eorum argumentis, ac rationibus non cessisset, is eorum minis, terroribusque concederet, partamq; de ipsis victoriam ad extremum turpi fugæ sedaret? Proinde cum lacrymis rogare Præfectum, reuerteretur ad socios eius reditum præstolantes. Quæ cum Præfectus Lusitanus eodem animi sensu, vti acceperat, renunciaffet: & simul addidisset hunc sibi, & statutum esse in urbem redire, vt

121

Fucarandoni nobilissimi Bonzij cum B. Xauerio disputatio.

122

Xauerij magnitudo animi.

123
*Instauratur
 tur dispu-
 tatio cum
 Fucarandono.*

vel Xauerium, si qua posset ope, protegeret, vel cum eo mortem pariter occumberet; Lusitani e-
 gregia eius collaudata fide, certatim & ipsi in tam gloriosi periculi societatem sese offerunt, ob-
 uersaque prora (nam prouectam in altum habebant in anchoris nauim) portum repetunt: Ex-
 pectantes quorsum tandem eruptura res esset. Is nuncius ut Xauerium, & catechumenos recrea-
 uit, ita Bonzios debilitauit, ac fregit, genus hominum tale, cui si os ostenderis, experiaris igna-
 uum, si terga uerteris, animosum. Instant à Rege tamen, ut ad intermissam disputationis pugna,
 contentionemque redeatur. Idque à Rege certis conditionibus est concessum. Primum ut sedita-
 tis animis, uocibusque tota res gereretur. Deinde ut ad ea finienda, ac dijudicanda, quæ in con-
 trouersia uocarentur, darentur arbitri: quorū etiam esset disputatiū argumentationes, si quan-
 do delirarent, ad rectæ rationis normam, regulamque dirigere: tum ut post disputationem de u-
 no quoque religionis capite eorum staretur arbitrio, & ceterorum auditorum: quodque plures
 iudicassent, id ratum, ac fixum esset: denique ut Bonzij nemini essent impedimento, si quis vi ra-
 tionum, ac momentis inductus Christiana sacra susciperet. His conditionibus dicuntur Bonzij
 ægre cessisse, quod essent laici homines de re sacra iudicaturi: nec dubiū est, quin Xauerius quo-
 que, indignissimum existimari arbitros de luce assumi cæcos, ac de religione Ethnicos, eosque
 solos, quorum causa agebatur: tamen & Regi sciens summe probari Christianas res, & quia sal-
 ua religionis diuinæ existimatione declinari nequibant, ueritatis vi, causæque bonitate, atque
 inprimis Dei ope confidens, magno animo suscepit. His igitur propositis conditionibus postri-
 die Fucarandonus tribus Bonziorum millibus stipatus, atque succinctus, quasi proficisceretur
 ad bellum, in Regiam animosus ingreditur. Sed ex ea turba Rex per speciem euitandi tumultus,
 consulendique Bonziorum dignitati, quatuor duntaxat admittit. Negabat enim Bonzijos satis
 decorum fore, aut satis amplum ad famam, si dici posset tria ipsorum millia, cum vno peregrino
 suscepisse certamen. Lusitani ad hanc noui certaminis formam in urbem reuerti luculentiore
 adhuc, quam antea, comparuere uelitu, ut eorum inusitatus splendor, & singularis erga Dei fa-
 mulum ueneratio Bonziorum acies, sensusque perfringeret. Simul in concessum ventum est,
 Rex ex Fucarandono quæsiuit, quid tandem causæ afferret, cur non censeret allatam ex alia or-
 be religionem, rationi tam consentaneam in urbe regia peruulgandam. Cui illi probro iam mi-
 nor factus, leniter, & quiete respondit; quod nihil magis auitis religionibus, & institutis, nihil
 tam reipublicæ, Bonziæque nationi, quæ Deos pura, & incorrupta mente coleret, aduersaretur,
 quam noua Numina, nouas religiones inducere. Eius rei grauissima Iaponiæ Regum extare iu-
 dicia, & locupletissima testimonia, ut nefas esset eos aliunde salutem petere, quam unde Patres
 eorum, maioresque infinitis prope sæculorum ætatibus hausissent. Ad ea iussus respondere Xa-
 uerius postulauit à Rege, ut Fucarandonum si uideretur, ea nominatim iuberet exponere, quæ
 vel ipse, vel ceteri Bonziji in christianis doctrinis, atque dogmatibus improbarent, ut responden-
 di ad singula copia fieret, & hoc manifestius demonstrari ueritas posset, quo distinctius tractare-
 tur. Cum Rex annuisset, nec Bonzios abnuisset, is quærere de Xauerio cœpit, cur ipse Iaponum
 Dijs, quos ipsis tanquam per manus traditos reliquisset antiquitas, obtreçtaret. Et ille, quia, in-
 quit, tam inligne nomen in eum duntaxat conuenit, qui natura æternus, & immortalis est, qui-
 que fabricatus est omnia, & suo nutu regit omnia. Nam Xacam, Amidam, & alios, quibus uos
 Deorum uocabulum consecratis, & quos uestræ literæ, ac monumenta docent homines fuisse
 mortales, hos Deos numerare qui decet? Namq; hic tantus ornatus mundi, tanta uarietas, pul-
 chritudoque rerum cælestium, atque terrestrium, tam illustris siderum ordo, atque descriptio,
 quæ in omne tempus conseruant progressus, atque regressus admirabili, incredibiliq; constan-
 tia; æquabilitas motus cœli, solis, lunæque circuitus conficiētium uicissitudines anniuersarias
 cum summa salute, & conseruatione rerum omnium, in quibus nulla temeritas, nec uanitas, nec
 erratio; contraque omnis ordo, ueritas, & ratio apparet; tanta etiam uis & magnitudo maris at-
 que terrarum, tanta florum, herbarum, arborum, frugumque fecunditas, quorum omnium in-
 credibilis multitudo insatiabili uarietate distinguitur; hæc, inquam, & innumerabilia ex eodem
 genere, quæ magnis uocibus Dei gloriam enarrant, nonne satis indicant architectum tanti ope-
 ris, tantique muneris ipsum esse uerum, æternumque Deum; cui propter excellentem, præstan-
 temque

124
*Non potest
 esse nisi u-
 nus Deus.*

remque naturam omnis ab omnibus adhibendus sit cultus, ac veneratio? Nec verò id nomen cadere villo modo in multitudinem potest. Sed quemadmodum vna in domo vnus est Paterfamilias, vnus in regno Rex: ita in hac quasi magna domo, magnoque mundi regno vnum necesse est Parentem, vnum Principem esse. Quippe diuinitatis Maiestas cuiusmodi est, quæ non nisi in eam naturam iure conueniat, quæ ex se, ac per se sit rerum fons omnium, & origo, nullo ipsa ortu, nullo occasu, summam bonorum omnium perfectionem complexa, cui nihil addi queat, qua nihil præstantius, nihil ditius, nihil potētius, nihil in vlla laude possit excogitari perfectius. Quæ perfectio nisi vnica cogitari non potest: quia si cogites plures, poterit earum vnaquæque additis aliarum bonis augeri: atque adeo omnes erunt finita, omnes indigæ, nulla Deus. Qui locus? Xauerio tractatus vberius, fidem nimirum auditoribus fecit, & eos plausus excitauit, vt omnium iudicio primæ litis contentione dirempta, pergendum porro videretur ad alia. Ergo aliam Bonzium ponere quæstionem iussus, quærere de Xauerio cœpit, cur Bonziorum chirographa, quibus pecunia mortuis permutaretur in cælo, vitio verteret: præsertim cum illorum beneficio vita functi apud superos repente diuites, & abundantes existerent. Bonzijenim, quem admodum supra demonstraui, vt argento suos ciues emundant, pro cõcione pronunciant, qui pecuniam Bonziji in vita dederint, eos deinde post mortem decuplo cum sænore eam exigere: iisque suo Bonziji chirographo cauent, quod illi diligenter asseruant, & vt secum efferatur, cum hinc abierint, curant. Quas Xauerius Bonzianæ auaritiæ artes, superiori capiti, quo vnicum esse verum, ac summum Deum docuerat, orationem at texens: nec nisi ab eo expectanda esse post mortem præmia demonstrans: & quidem pietatis veræ cultoribus argento, auroque longa superiores repositas in cælo diuitias, haud magno negotio dissoluebat. Sed eare plane euidenter, quod iniquissimum esse Deum concluderetur, si acceptam ab hominibus pecuniam potius, quam eorum facta remuneraretur. Ergone si pecuniam des Bonzio, & auferas innocenti, mercedem à Deo decuplam capies? Si ciues, si externos spolies, & vndecumquerapias, dummodo Bonzium locupletes, tibi non solum impune apud Deum, sed etiam quæstiuolum erit? Summa est iniuria Maiestatis illius iustissimæ, & optimæ existimare, tum tibi propitiam fore, cum prædam iniquam eris cum ea partitus, & in societatem latrocinij vocaris. Tum vero Deus sit peior hominibus pessimis. Namque homines iudices, si pecunia corrupti inique iudicent, digni pœna, & infames habentur: at Deus non solum pecunia deprauatur ista Bonziorum opinione, sed etiam decupla mercede corruptelam suam mercatur. Quid igitur pauper quantumuis bonus, piusque sit, ista sententia cælo excluditur? Rapiat igitur, latrocinietur, vnde vnde faciat rem, vt rapinarum ex affluentia superest, vnde Xacæ, Amidæque gratiam emat; eoque præmium luculentius ferat, quo grauiore debuit pœna maectari. Quid vero tum certi, quid fidei, quid iuris inter homines reliqui fiet? quomodo stabit humana societas, si impijs, & conscelsatis (modo à Bonziji chirographum emant) non solum impunitas proposita est, sed etiam felicitas? Audite igitur quid Christiana religio, quæ sincera est, quæ verum Deum purè, integre, incorrupteque colit, quam Christus Dei filius deuocauit è cælo; ac miraculis maximis confirmauit; audite quid doceat. Aditum ad æternitatem non pauperibus, non sœminis, non vlli hominum generi interclusum esse, qui pie, conuenienterque disciplina viuant. Quippe cum Deus cæli, terræque dominator forminas iuxta, ac mates; pauperes æque, ac diuites procrearit, omnes amplectitur, omnes sine discrimine saluos, ac beatos vult, modo vitam cum virtute, ac p̄tate degant, fidem colant, communem societatem tueantur, præsto sint inopiæ miserorum, abstineant dolis, ac fraudibus: denique in religione veræ, recte factis insistant. Itaque non in pecunia, qua vel Reges ditissimi subita rerum commutatione possunt carere, sed in voluntate cuiusque, ac potestate, ipsomet benigne, vt facit, iuuante Numine, situm est, æternas sibi quærere opes, & nunquam perituram felicitatem. Huic quoque disputationi vehementer à Rege, ceterisque arbitris assensum est, ingenti Bonziorum pudore, nec animi cruciatur minore, quod Regis, procerumque iudicio victi, explolique discederent. Alij deinceps Bonziji doctrinæ, & eloquentiæ laude celebres, ne debellati viderentur, Xauerium agentem ad populum, redintegrato quodammodo bello, multis,

125

Chirographa, quibus Bonziji pecunia accepta promittunt post mortem largi præmia, cur damnanda.

tis, ac varijs interrogationibus fatigarunt. Tenuit ea pugna quinque amplius dies, nec Rex unquam abfuit: seu ut fructu è quotidiana illa disputatione capefferet, seu ut receptum in suam fidem hospitem suo patrocinio, atque autoritate defenderet. Is vociferantes Bonzios, & cateruatim in eum irruentes inhiuit, clara voce contestans, si quis congruentem rectæ rationi religionem explorare vellet, eum non oportere similiter, ut illos à ratione discedere. Surgensque è vestigio Xauerium manu prehensum honorificentissimo Dynastarum comitatu ad eius deduxit hospitium. Qui honos Xauerio habitus nouum Bonzij nominis probum, nouus sibilus fuit. Disrumpebantur inuidia, & Deos suos magnis vocibus inclamabant, ut vim coruscæ fulminis in Regem iacerent, eum momento confunderent, qui patriam aitamque religionem tot Regum autoritate firmatam, peregrina secta posteriorem duceret: & Bonzij nominis autoritatem prævili, atque ignobili homuncione contemneret.

126 *Res gesta à Cosmo Turriano, & Io. Fernandio Aman-gucij.* Dum hos Xauerius triumphos de Bonzij Bungensibus victor ageret, de iisdem socij eius crebras Amangucij victorias referabant. Nam protinus ut videre Amaguciani abijisse Xauerium, rati Cosmum Turrianum, Ioannemque Fernandium, tanquam patrono, ac magistro spoliatos facile opprimi posse, magno numero confluunt: domum complent, totosque dies inopes peregrinos quasi obsessos habent, alijsque super alias quæstionibus assidue vexant. Adfuit Christi lux disputatoribus suis, Cosmoque quamuis non ita docto, rationes suggerente, ac Fernandio, qui iam linguam gentis probe tenebat, eloquente, omnibus abunde factum est satis, cum tamè quæstionum quædam essent eiusmodi, quas ne Sanctus quidem Thomas, aut Scotus ingenij sui, ac literarum magnitudine (ut loquitur Cosmus) posse viderentur ita dissoluere, ut Genti doctrina fidei destitutæ probarentur. Ex quo, inquit, plane apparuit, nequaquam esse nos, qui loquimur. Explicabant igitur religionis Christianæ dogmata, oppugnabant impias fabulas, anilesque superstitiones, conuincebant insanos errores, exagitantem disputando fraudes, & intoleranda flagitia: cuius pugnæ genus, cum diu ferre mendacissima Bonziorum natio non posset, non argumentis, ac ratione, sed dolo, atque fallacijs sibi repugnandum peregrinis doctoribus existimauit. Itaque ad opprimendam eorum autoritatem, abrogandamque doctrinæ fidem tale commentum excogitant. Protinus in vulgus iactant, Deorum simulacra locuta, & ex ijs Diabolum pronuntiasse, duos illos nouæ sectæ doctores suos fuisse discipulos, nimirum ad euertendas religiones auitas, & instituta summissos: proinde cohortari omnes, ut si regnum, ac Regem incolumes vellent, infensissimos Deorum hostes, & tartaræ scholæ discipulos enecarent. Id quò probabilius facerent, nouum mendacium affingunt, fulmen se vidisse de cælo supra regis cecidisse fastigium, quo suam Dij significarent iram, Regique celerem denuntiarent exitum, nisi nouæ sectæ, & eius interpretibus, atque internuntijs fauere desisteret. Commodum Satanas mendacij parens, & architectus, qui nimirum totam fallaciæ seriem præstruxerat, ut ea commenta firmaret, & rata faceret, potentissimum totius regni Dynastam in suum Regem incitabat. Qui cum

127 *destr. simulacra Dei auxilium Turriano ac Fernandio disputantibus.* urbem ex improviso magna manu, ciuibus nec opinantibus, aut suspicantibus occupasset, Regem ipsum exegit, in eaque compulit, & coniecit angustias; ut cum popularis sui vim effugere, mantibusque non posset, ne in eius potestatem veniret, filio, quem secum duxerat interfecto, in sua quoque viscera ferrum strinxerit: admonitis ante domesticis, ut & filij cadauer, & suum, ne vel mortui in Tyranni manus inciderent, cremarentur. Tenuit urbis vastitas, depopulatioque dies octo, magna corporum strage, igne, ferroque, gliscente. Tum vero fatidici Bonzij suis inflati prædictis apud populum, & nostros intolerantissime gloriari, & subitam illam rerum conuersionem, clademque communem, Deorum interpretari supplicium, quo Iapones monitos vellent nouam uti sectam cum suis autoribus ex vniuersi regni finibus exturbarent. Plebs etiam omnis, quæ plerumque res euentis, non ratione, iudicioque ponderat, maxime perturbari, tot immemor cladum, quas ante Christianorum aduentum ea ciuitas pertulisset: nec satis animaduertens quam crebæ id temporis in reliqua Iaponia, vbi nondum Christianus aliquis apparuerat, conuersiones, rerumque mutationes existerent. Verum enimvero antiquissimum Satanæ inuentum est, ut ad infamandam Christi legem, ab eoque mortalium animos auertendos, vulgo existiment homines, omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi causam esse

128 *Fallacia Bonziorum.* 129 *Amangucianus Rex manus sibi affert, urbs vastatur.* 130 *Vetus calūnia Christiana legis per eam affertur calamitates.*

esse Christianos. Si Tyberis ascendit in mœnia, Tertullianus inquit, si Nilus non ascendit in arua, si cœlum stetit, si terra mouit, si fames, si lues, statim Christianos ad leonem. Et tamen ante Christi aduentum magnis cladibus urbem, & orbem vir doctissimus cœsa côm memorat, & tum accidisse leuiores, cum à Deo Christianos terrarum orbis accepit. Quem etiam locū, vt omit- tam Martyrem Cyprianum, in ijs libris, quos de Dei Ciuitate conscripfit, fusè persequitur Au- gustinus, cum quosdam confutat imperitos, qui affirmare nitebantur in vulgus, clades, quibus per certa locorum, ac temporum iuuetualla necesse est affligi genus humanum, à Dijs inuehi Christiani nominis causa, quod contra Deos suos ingenti fama, & præclarissima celebritate lō- gè, lateque manaret. Recolant ergo nobiscum, inquit, antequā Christi nomen, ea cui inuidet, gloria populis innotesceret, quibus calamitatibus res Romanæ multipliciter, varietateque contri- tæ sunt; & in his defendant si possunt, Deos suos, si propterea colantur, ne ista mala patiantur cultores sui, quorum si quid nunc passi fuerint, nobis imputandum esse contendunt. Eadem igitur, edocti à Satana Bonziji, vt in duos illos Xauerij socios populum inflammarent, Christi- que disciplinam in inuidiam vocarent, multitudinis auribus inculcabant. Sed Dei prouiden- tia, quæ maximè in opportunitatibus est adiutrix, in tantis periculis suos famulos non deseruit. Namque opulentissimi Dynastæ Naetondoni coniugem excitauit, vt in suam fidem atque tu- telam turbulentissima illa tempestate Cosmum, Ioannemque reciperet: & in Cœnobio primū, quod suis sumptibus Bonziji extruxerat, & alebat, deinde in posticis suarum ædium partibus occultaret. Hic eorum salutem, ac vitam, fidei adhibita ministrorum custodia tâdiu texit, quo- ad se datis tam feris fluctibus, exaturatisque Regis interitu inimicorum odijs Rex nouus eligitur. Ad Regis Bungenis fratrem (de quo supra meminimus) Procerum consensu per legatos delatum est imperium. Xauerius, vt eum Amangucij Neophytis, socijsque suis concilia- ret, precibus à Bungeni Rege contendit, vt eos tutelæ, fidei que fraternæ commendatos vellet. Fecit Rex, quod rogabatur impense; & vt ve bis pondus adderet, facere aggressus est ipse sua in vrbe, quod fratri suaserat. Nam & defendendos singulari fide Neophytos, fouendisque sus- cepit, & certum Funaj domicilium Societatis Patribus destinauit. Ergo Rex Regi, & frater fratri benigne omnia prœlixæque pollicitus, summa deinde fide promissum suum exol- uit. His rebus ita compositis, domitisque disputatione iam Bonziji, reliquum Xauerio fuit, vt quod iam dudum agitabat, reditum in Indiã maturaret. Maturandica causa fuit, quod apud nobilitatem, & proceres Iaponios, quorum in vtramque partem plurimum valet autoritas, nihil omnino proficeret: siue quia propositum ante oculos ipsius Būgi Regis habebant exemplum, qui cum tãtum vna ex parte Christianis rebus faueret, ex altera verò domestica retineret sacra, suo damnare iudicio eos, qui peregrina suscipere, videbatur: siue quia Bonziji Christianis in- stitutis infensi, vt ab eis suos quoque ciues auerterent, Sinarum autoritatem, quã apud Iapones maximi ponderis fuisse docuimus, obtrudebant: illud identidem vulgo iactantes: si vera esset re- ligio, quam Christiani colerent, vtique futurum fuisse, vt eam Sinae tâta præditi sapientia susci- perent. Quocirca ad eos protinus excurrendum sibi esse Xauerius censuit: vt expugnata super- stitione Sinarum, ea deinde facilius illato Euangelio Iapones liberaret. Ad hæc magnus ille a- nimus nequaquã tot ante exhaustis saturatus ærumnis, vel regionibus Christo apertis conten- tus ad labores & pericula noua, nouasque tentandas prouincias ferebatur. Hoc enim fuit sapien- tissimum Xauerij institutum, vt certo loco se non contineret: sed alijs atque alijs regionibus aditis, ijsque sociorum tanquam præsidio imposito, ipse vltèrius sanctæ Crucis signa prouheret. Ita cum primum in Indiã venit ipsa in vrbe Goarem Christianã aggressus, statuto ibi omnium sociorum seminario, primam in Commorinum expeditionem suscepit: ibique Societate relicta, Malacam, & in Molucas tendit, ac socios vtroque induxit: postremo in Iaponiã cum penetra- set, & felicia rei Christianæ fundamenta iecisset, relicta ibi quoque, opus qui promouerent, si- mul præsidij, quæ iam statuerat muniendis imminerebat, simul statuendis nouis. Ita factū est, vt socios nullum ferè Xauerius in locum dimiserit, quæ nõ ipse ante iustrasset, magno cū publico, tum domestico bono: cum & primordiorum ipse difficultates peruinceret, morumque gen- tium, ac locorum peritus, totū tam vastæ prouinciæ statū ordinare aptius, ac regere posset. De-

In Apol.
c. 39.

131
Cyp. ad
Deme-
trianum.

Aug. l. 2. de
Ciu. c. 39.

132
Cosmus,
& lo. ex
magnis
seruantur
periculis.

133
Creatur
Rex A-
mangucij
Regu Bun-
genis fra-
ter.

134
Xauerius
statuit re-
dire in In-
diã mul-
tas de cau-
sis.

135
Xauerij sa-
pientia in
regionibus
semper no-
uis Euan-
gelio a-
riensibus &
Societate
in ijs cen-
suetudina.

nique etiam domestica sociorum sibi tradita ab Ignatio cura reuocabat tantisper in Indiam: quia nec omnino in tanta Ethnicorum iuuandorum sedulitate erat posthabenda carissimorum institutio fratrum. Nec alioqui propagatio Euangelij cursum tenere prosperum poterat, nisi propagatores ipsi solidarum virtutum stadium sine defatigatione decurrerent. Hæc igitur voluens animo, meditantisq; Xauerius, Cosmo Turriano, quem cum Ioanne Fernandio Amangucij relinquebat, Iaponicis rebus, socijsq; etiam venturis iusso præesse, ex Iaponia se, quanquam inuitus auellit. Discedenti comitem è suis familiaribus Rex Bungenis cum literis, ac donis ad Indiæ Prætozem dedit. Ipse verò duos secum è Neophytis egregiè cordatos, Matthæum, & Bernardum, quos ad urbem vsq; Romam Iaponicè specimen indolis destinaret, assumpsit. Digressum eius multis Rex ipse prosequutus est lacrymis, simul illud Lusitanis, qui eum comitabatur affirmans, talem se illis comitem inuidere, quo carere ipse sine dolore non posset. Cui Xauerius actis impense gratijs de tantæ humanitatis indicijs, celere spem reditus, si vita suppeteret, cū saluberrimis monitis dedit, præcipue, vt meminisset se esse mortalem, & sæpè secum animo reputaret, quot, & quanta mortem eius essent subsequutura piacula, nisi ea dum viueret, expiaret: simul & in animum illud induceret, qui Christum nõ agnosceret, nec veri Dei cultum amplecteretur, eum sine controuersa funditus periturum, æternisq; apud inferos cruciatibus tortum iri. Qui verò diuina accepta luce, ex ea mores, vitamq; componeret, æternam ei in cælo beatitudinem à Deo paratam. Quæ cum Rex audisset, lacrymis temperare non potuit. Ad eò in eius animo sancti viri insedit oratio. Bonum videlicet eum natura genuerat, & quanquam religionem, quam tantopere probabat, amplecti diu nimis ille quidem seditionis metu cunctatus est, tamen ex quo Lusitanorum in amicitiam venit, & Christianæ religionis causam, partemq; suscepit, in fide, officioq; colendo sui similis semper fuit. Is cæteris è Societate qui in Iaponiam postea sunt missi, proprium in suo regno domicilium, vt destinauerat, assignauit. Is eis ad Regum finitimorum gratiam & amicitiam literis ac nuncijs aditum munijt. Is in maxima temporum varietate, grauissimisq; bellorum ac seditionum procellis, eorū incolumitati præcipua quadam sollicitudine, curaque consuluit. Denique eo fauente mirum in modum amplificata & propagata Christiana res est. Quibus ille officijs, ac benefactis diuina iuuante gratia, certissimam sibi viam ad animi salutem munijt, misericordiam extorsit: sexto & vigesimo anno ab Xauerij è vita discessu, factò tandem renatus est fonte: de quo tanti Patris nomine Franciscus est appellatus. Hic est eorum princeps Regum, ac Dynastarum, ex quibus anno millesimo quingentesimo octuagesimo quinto Legati ad Gregorium decimum tertium Pontificem Maximū venerationis, & obsequij nomine peruenerunt. Ij numero quatuor indole, & stirpe clari adolescentes in Europam toto triennio ancipiti nauigatione deuecti, quam iucūdo populorum spectaculo, quanto hominum concursu, admiratione, fauore, quantis & Philippi Regis, & aliorū Principum studijs Hispaniam, Italiamq; peragrarint, & ab alijs mandatum est literis, & nostri, Deo adiuuante, suo loco tradet annales. Biennio igitur Xauerius in Iaponia exacto, soluit Nouembri mense prospero flatu. Sed die septimo coorta tempestas nauim in ignota nautis loca vi æstus abreptam, cœcisq; in fluctibus errabūdā summo cum naufragij periculo transfuersam egit. Totos quinque dies, intendentibus sese nubibus cæli horror, perpetuæq; penetebræ vix vsquam intermicante sidere, tenuerunt. In tanta ætheris perturbatione, saliq; tam aperto rerum omnium discrimine, sedula Xauerij caritas nullo loco desiderata est, seu nautis diurno, nocturnoque labore iuuandis, seu tranquillandis animis pauore percussis. Mox cum sœuire cœpisset ventus, tumidioresq; iam fluctus tolleret, nautæ ne grauior aliqua procellæ vis scapham ex oculis repente surriperet, validis eam rudentibus ad onerariam deligant: sed validior nimium procella fuit, quam retinacula, quibus mox abruptis scapham, & in ea præter alios facile quindecim, duos è nautico ministerio Mahometanos ex omnium conspectu momento sustulit. Cuiq; illuc Nauarchus onerariæ cursum, quò illam ferri fenserat, direxisset; pelago inhorrescete, & efferuescete turbinibus, incurfantium vndarum impetus Onerariā ipsam propè demersit. Supplicabat tum Deo Xauerius in Nauarchi cubiculo, cū nautarū, vectorumq; exaudito clamore Deiparam inuocantium, festinus accurrit: & ijs præsentibus Christi nomen in claman-

136
 Discedit è
 Iaponia cū
 Matihao,
 & Bernar-
 do Iapo-
 nijs, quos
 ad se cū
 Romam
 mitteret.

137
 Xauerius
 in maxi-
 ma tem-
 pestate iuc-
 currit oner-
 ariam, qua
 ueheba-
 tur, & a-
 missam
 scapham
 diuinius
 recipit.

mans, præfens periculum deprecatur. Vix precè absoluerat, cum nauis iam pene demersa vndis superatis emerit. Hoc perfunctos periculo, scaphæ adhuc discrimen angebat. Nam & subsidiū necessarium inter maritimos casus desiderari erant, si illa periret: & vt in ea quisque propinquos ac necessarios habebat, ita certatim eorum casum, ac vicè miserans deplorabat. Quos Xauerius collacrymantes intuitus, bono animo esse iussit, omni asseueratione confirmans filiam redituram ad matrē, scapham ad onerariam. Postridie eius diei prima luce nauiculario speculari de malo iubet, num scapha compareat. Cui senior, experiensq; nauicularius illudēs, tum demum, inquit, amissa scapha recipietur, cum amitteretur altera. Atqui ego non diffido, Xauerius inquit, eam benignitate Dei, Deiparæq; Malacésis præsidio propediem incolumem affuturam. Nihil difficile Deo, vbi fides in promptu est. Verum vbi renunciatum est, eam de malo omninò non conspici; Xauerius regressus ad preces bonam diei partem ante Deum lacrymabundus extraxit. Exin lætus ab oratione digressus, eadem ille rursus canit, & sine hæsitatione confirmat scapham propediem afforē. Erant enim eius præcordia diuinæ fiduciæ plena: quæ plerumq; ex vsu Dei, colloquioque concipitur, luculentissimum exorati numinis testimonium. Sed vt ægrè persuaderi solet ijs, qui animo perturbantur, minor est habita ab hominibus pauore perterritis prædictioni fides. Reditur ad speculam Xauerij iussu, obseruatur acriter scapha, expectatur cū ingenti onerariæ periculo, ærumnoso fluitantis in salo, dum aliquando compareat: nec tamen læti aliquid à speculatoribus renunciatur: cum ille iterum, ac tertio idem varicinans affirmaret, nec satis audiretur, ægrèque impetraretur à nautis, vt vel scapham in rantis fluctibus opperirentur, vel eam identidem in speculis obseruarent. Tandem in maxima omnium desperatione, tristitia, pauore, ecce tibi scapha repente conspicitur, & quidem recto cursu ad onerariam aduolans, quasi manu duceretur à Deo. Exemplo versus est luctus in gaudium, & ad insperatum scaphæ reditum in cœror omnis absterfus. Tum demum senserunt omnes vera cecinisse Xauerium, & ea animo præsensisse, quæ si ipsis oculis perspexissent, vix sibi persuadere potuissent. Is Dei adhuc concitatus afflatu, cum aduentanti scaphæ funem pararent iniicere, nihil opus est, inquit fune: ipsamet sua sponte ad onerariæ latus accedet. Neque aliter factum est: ipsa sese ad onerariam cunctis inspectantibus, miraculoque obstupefactis applicuit. Ipsa retinente nemine in medijs fluctibus stetit, dum religaretur ad puppim. Super hæc Ferdinandus Mendius Pintus Lusitanus vir honestus & grauis, qui rei præfens interfuit, narrabat reduces illos in onerariam receptos, cum inanem iam scapham, religatamque submouere nauicularius vellet, inhibuisse clamantes, vt prius Xauerio manum, qui adhuc resideret in scapha, porrigeret, respondentique nautæ Xauerium in oneraria semper fuisse, nunquam abfuisse, certatim illos affirmasse, quandiu ipsos afflisset in scapha tempestas, prorsus affuisse cunctos solantem, & confirmanrem, scaphæque cursum ad onerariam sollicitè dirigentem. Tum demum intellectum est Xauerij speciem periclitantium oculis obuersatam pro eorum salute supplicantis & satagentis, vt intelligerent eius ope à præfenti illo discrimine fuisse seruatos. Quæ res cum omnium sermone celebraretur, summa cū admiratione Xauerij, modestissimus Christi seruus nihil sibi ex ea laude decerpens, totum id Deo, vt par erat, adscripsit simul & gubernatorem admonuit, vela celestiter expediret, mox enim secundos ventos aspiraturos, & fore omnia tranquilla. Vix nautæ vela sustulerant, cum secundissima aspirans aura, mari tranquillitatē reddidit, nauimq; ad Sancianū Sinarum insulam, quo Lusitani eo tempore commeabant, prospero cursu prouexit. Ad eius rei miraculum illud par Saracenorū, quos cum cæteris in eadē scapha periclitatos significauimus, haud ægrè Xauerius induxit, vt Christo nomen darent, & aquis salutaribus lustrarentur, quorū potissimum animis valdè metuens, ne simul cum corporibus interirent, scaphæ incolumitatem tantopere concupierat. In Sanciani portu Sanctus Pater peropportunè Iacobum Pereriam nauarchum experientē, & industrium, nec minus diuitijs nobile, suiq; studiosum, qui propediem Indiam versus nauigationem adornabat, offendit. Cum hoc de sua profectioe Sinensi, suoq; ad Regem introitu consilia contulit. Ea erant eiusmodi: vt quoniam acceperat peregrinos omnes præter legatos, Sinarum aditu antiquis eorum legibus prohiberi, in Indiam reuersus à Præfatore, Goanoque Antistite legationem curaret ad Regem, cuius ipse legationis comes, inuen-

138

Præsidio-
nes Xau-
rij.

139

Xauerij
species in
scapha pe-
riclitanti-
bus adess.

140

Deliberat
Xauerius
cum Iaco-
bo Peretia
de legatio-
ne ad Sina-
rum Regē
in Situāda.

147
 Prædixit
 obsidionē
 Malacæ,
 & eius so-
 lutionem,
 & alia.

to sic aditu, & admissus ad Regem, vel palam si per eum liceret, vel certè dissimulanter Euan-
 gelium Sinis inferret. Probavit Xauerij consilium Pereria vir prudens, & simul addidit com-
 modissimum esse, si cum legatione munera iungerentur. Ad eam rem suam ipse operam, fortu-
 nas, ac nauim liberaliter offert: decretisq; in id ipsum aureorū triginta millibus, certum cum eo
 hominem Goam destinat. Naui consensa de Malacensi obsidione Pereriam sollicitum omni
 cura Xauerius esse liberum iussit, quòd frustra vrbe tentata hostis abscesserat. Prædixerat trien-
 nio ante Xauerius cladem Malacæ aliquam ob insigniter deprauatos mores diuinitus impen-
 dere. In Iaponia deinde apud Bungum, cum iam graui vrbs illa Iauorum obsidione premere-
 tur, cōuocatos Lusitanos iussit auxilium ferre si possent. Nec multo post precibus, vt creditum
 est Xauerij, cui propterea rem Deus, quod placari per eum vellet, patefecisset, soluta obsidio
 est. Quod cum Pereria obsidione dūtaxat siue aduectorum ex Iaponia sermonibus, siue aliun-
 de cognita, ignoraret, non temerè angebatur: cupiebatq; antequam propius accederet, rerum
 statum cognoscere. Verūm Xauerius, & saluam penitus vrbe sine ambagibus denunciavit, &
 loco insuper opportuno, quicquid de statu rerum cuperet, cogniturum. Ad hæc cum idonea
 profectio tempestas pene iam abiisset, sollicito, suspensoque Pereriæ, ne vlla iam foret reliqua
 Malacæ nauis, quæ Xauerium in Indiam transportaret, omitte curam istam, Pater inquit, An-
 tonius enim Pereria parata iam dudum nauis nos ad iter expectat. Quin & tempestiue Cocin-
 num deuehar, vt in Europam quod opus est scribam. Quæ plenus Deo vir vsque eo habebat
 certa, vt cum ad Sincapuram fretum venisset, triginta ab Malaca leucis, prægredientis nauigij
 facultatem nactus, tum ad ipsum Antonium Pererium literas daret, rogans vt sibi præstola-
 retur, tum ad P. Franciscum Petrium, admonens, vt sibi Ioannem Brauum obuiam mitteret.
 Quem cum ipsemet anno ante mitti Goam iussisset, missum non esse, vt Petrius obseruauit,
 humanitus nosse nequiuerat. In hoc ipso ab Sinis Malacam cursu coniectura est, & illam ad-
 modum celebrem prædictionem accidisse, qua, dum oborta sauiret procella, dixit, propediem
 onerariæ, quæ ante ipsos è Sanciano soluerat, sparsas mari reliquias conspecturos: nauim autem
 Pereriæ, qua ipsi vehebantur, cui nomen sancta Crux, non nisi senio, vbi ædificata fuerat, nempe
 in litore Cocinensis soluendam, cuius vaticinij priorem statim partem fluitantia in solo cor-
 pora, tabulæ, cæteraque naufragij argumenta, non sine commiseratione spectantium affirma-
 runt: posterioris exitum trigesimo ferme post anno, cum interim mira fiducia ex Xauerij fausta
 pollicitatione Orientis maria nauis ea peruolita esset, facile Cocinum totum perspexit, cum, vt
 reficeretur vetustate fatiscens, eadem, quæ coagmentauerat, naualis officina dissoluit. Has inter
 prædictiones Malacam ventum. Continuoque ciuitas, vt antea incolumi eius in Iaponiam ad-
 uentu cognito, diem festum egerat, publica ad ædem Societati traditam supplicatione, gratu-
 lationeque decreta: ita in prælens oprato, felicique reditu, tam lætis Iaponum nuncijs, tantis
 iam positis apud vltimas gentes rei Christianæ principijs, nullam lætitiæ, gratulationisq; signifi-
 cationem prætermisit. Sed Xauerius in effectum rerum maximarum, quas moliebatur in-
 tentus, Antonij Pereriæ onerariam, quæ prorsus, vt ille pronuntiârat,
 instructa ad cursum opperiebatur, ingressus, Cocinum, in-
 de nouo iam suborto anno Goam celeri-
 ter aduolauit.



HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Duodecimus.



M VNC annum maxime insignem, ac memorandum Claudij Iaij, & ipsius Francisci Xauerij acerba mors fecit. In his nobile par è Patribus primis Societas, magnum Septentrio, magnum Oriens auxiliium, ac sancta Ecclesia egregium illic sui propugnatorem, hic propagatorem, vt suo loco dicitur, amisit. Pugnandum & pro viribus Societati fuit, ne Franciscum quoque Borgiam, quod non leuius morte ducebat, sibi honores eriperent. Quos consulto fugitantem ex oculis se subduxisse Pontificis, & in Hispaniam remeasse, ibique Ducis posita, religioſæ humilitatis assumplisse personam, supra demonstratum est. Sed sanctissime instituta vita longe, lateque celebrata sermonibus Imperatorem Carolum impulit, vt à Iulio Pontifice postularer, talem vt vtrumque tam illustris exempli, tantæque sanctimonix meritis ornaret præmijs, & sacra purpura decoraret. Nec difficile fuit Pontifici sua sponte ad id propenso, qui cum Francisco in Vrbe iam egerat, & in eam ipse mentem, sententiamque vltro venerat, persuadere, vt spectatissimam virtutis illustrissimum in locum eueheret, & gradum dignitatis amplissimum. Ergo Cæsaris accedente iudicio, ac voluntate, Franciscum absentem, in angulisque Cantabriæ delitescentem, S. R. E. Cardinalem creare constituit. Quod vbi audiuit Ignatius suarum partium esse censuit, ei rei quamprimum occurrere, & omni ope providere, ne tam longe progressa perduceretur ad exitum. Ante omnia ad rem transigendam cum Deo, tridui spatium sibi lumpsit. Quo tempore quotidianis domi precibus, ac sacrificijs indictis, sentiebat se interdum, trepidantius, timidiusque, non tota animi fiducia, libertateque ad eam rem discutiendam, ac disturbandam accedere: interdum vero trepidationes illas, hæitationesque diminui, dum ad extremum continuandis precibus die tertio, omni trepidatione sublata, tanta est in eius animo consecuta tranquillitas, tanta fiducia: vt omne suum studium, atque omnem operam interponendam esse decerneret; ne res ad exitum prouheretur: idque ab se prætermitti salua prorsus religione, non posse: cum tamen fieri posse profiteretur, vt etiam, qui contra sentirent, & agerent ad id incitarentur à Deo: neque hac in re vllam repugnantiam esse. Quod disciplinæ spiritualis rudioribus vtile documentum est, ne facile alteram partium condemnent in vna, eademque re per se non mala promouenda, disturbandaque certantium. Nam tametsi exitum fortiri non potest vtraque, fieri tamen potest, vt Deus velit pro se vtramque conari. Eo igitur decreto, ac constituto Ignatius Cardinales aliquot, qui Societatis causam agerent, confestim adiit: eosque vt in suam sententiam perduceret, explicatis, quæ ex eo honore in hanc familiam redirent, incommodis, laborauit. Deinde faciles nactus aditus ad Pontificem, causam tam prudenter, tamque efficaciter perorauit, vt eius prorsus orationi Pontifex acquieuerit. Rogauit ille sanctissimum Patrem, ne honorem deferret inuito, offerret quidem certe si placeret: recusantem nullo vrgeret imperio: scilicet quod ea ratione & Cæsari, & Cardinalibus, quibus cum de ea re egerat, cumulatissime satisfaceret: & ipsum porro Borgiam, Societatemque omni cura liberaret. Pontifex Ignatij autoritate æque, ac rationum momentis impulsus fidem dedit, & præstitit. Nam & purpureum galerum obtulit Borgiæ, & inuitum nullo coëgit imperio. Securus in Ognatensi recessu tum Borgia, & nihil suspicans, sibi Deoque vacabat; cum tristem

1552

I

Duo è primis decem mortui an. 1552.

2

Magno conatu tenditur, ne P Borgia fiat Cardinalis.

3

Fieri potest vt diuersa vel de re eandem studia à Deo sint.

4

Borgia Cardinalis, apud recusat.

S
Martini
Olauij ad
Societate
accessum.

illum, & inexpectatum ab Vrbe nuncium accepit: & tam longe prouectam Pontificis voluntatem, vt ad honores se vocaret, ingemuit: proque eo ac debuit, is qui vestium squallorem, religiosique cultus humilitatem cunctis purpuris præferebat, indoluit. Sed lætior ab Ignatio nuncius, qui rem sua iam industria, ac labore discusserat, subinde perlatus, tristitiam omnem, mœroremque deterisit. Non hoc vnum perfecta viri virtus, ac singularis sanctitas discrimen euasit. Ille ipse Pontifex Iulius eum iterum in amplissimum illum orbis terræ Senatū Philippi Hispaniarum Principis postulatu conscribere iam decreuerat, cum ea de re Borgia mentione sibi Pontificis verbis à Poggio Cardinali facta sedis Apostolicæ legato, Philippique ad eam rem cōficiendam interprete, atque adiutore, sua & oratione, & constantia Cardinalis animus ita flexit, & quo voluit, adduxit; vt ille ipse magnopere autor Philippo, Iulioque fuerit, ne Dei famulum, qui è medijs vitæ curis, & humanarum rerum strepitu ad optatissimam quietem, & silentia solitudinis se receperat inde abstraherent: ad eaque rursus, quæ nuper ille tam studiose fugisset, quodammodo adigerent. Accesserunt hoc anno ad Societatem viri aliquot insignes. In his eruditione præstans Martinus Olauius Hispanus ampla familia, diuiteque natus in vrbe Victoria, quæ Alauensis prouinciæ in Cantabris caput est. Studiorum sedem Complutum adolescentulus habuit: quo tempore eo se studiorum causa Ignatius quoque contulit: cui primum ipsum largitum in eo oppido stipem diximus, ingenti profecto cum fœnore. Transgressus deinde Parisios, publiceque Philosophiam nec sine laude professus, in rerum diuinarum disciplina pari laude versatus est: ex qua multis ingenij, doctrinæque proditis argumentis, honorificos Doctoris titulos reportauit. Hinc profectus ad Carolum Imperatorem eius nominis Quintum, & in eius familiam adscitus sacris domesticis præfuit, in eaque Petro Soto sibi ad amicitiam adiuncto cum eodem ad retundendum hæreticorum furorem, in Belgium abeunte Carolo, remansit in Germania. Interim Otho Cardinalis Truchses Augustanus Episcopus exædificandum Dilingæ Collegium ad instruendam, armandamque theologiæ præsidij contra gliscentem hæresim iuentutem curabat. Eius rei gratia doctissimos viros accersijt, quorum primas facile tenebant ij, quos nominaui Sotus, & Olauius. Sed re plurimis difficultatibus circumsepta, atque impedita, Sotus in Hispaniam se recepit, Olauius ad nouum orbem, quem Americam, vel Indiam obeūtis solis vocant, vt Ethnicos illos ad Christi cultum traduceret, animum vertit: eaque de causa satis instructam bibliothecam Hispalim, inde in eam Indiam transmisiurus, præmisit. Hæc eo meditante, intermissum Tridenti Concilium Pontifice Iulio imperante, reuocatur, quò & Olauius ipse Cardinalis Othonis nomine, & flagitatu se contulit: vbi multa præbuit suæ documenta doctrinæ. Sed cum ad Indos suscepta cogitatio recurreret, Romam ad Polancum veterem amicicum scripsit, vt quem Patres nostri modum in vocandis ad Christum Ethnicis apud Orientis Indos tenere consueissent, sibi per literas demonstraret: eum enim se sequi velle, & ex eorum cōsilijs moderari omnia. Rescripsit Polancus rem illam longioris esse sermonis, meliusque coram, quam per literas agi posse: proinde priusquam in Hispaniam discederet, ad Vrbem accederet: vbi & sanctæ antiquitatis vestigia martyrum nobilitata cruore conuiseret, & de sua in Indiam profectioe per otium vna conferrent. Hoc Olauius accepto responso haud temere suspicatus, ne occulto recte se Polancus inuolueret, & in Societatem includeret, non mediocriter est offensus; & alienatione quadam animi statuit à nostris in posterum abstinere. Verum vnde ipse alienationis initium, inde Deus adiungendi ad Societatem hominis captauit ansam. Progrediente die, tot tantisque scrupulis angi, tot pungi stimulis cœptus est, dubius, & anceps, præstaret ne in Indiam proficisci, an in religiosam aliquam familiam se dicare; vt ad deliberandum in Cœnobium Benaco situm in lacu, passuum Tridento millia ferme viginti secesserit: vbi toto Quadragesimæ spatio continentem supplicatione Deum, & sui corporis afflictatione consuleret. Quo consulto, atque explorato, statuit denique longe sibi præstabilius, ac tutius esse in cœtu aliquo religioso sub alieno imperio suæ studere sanctitati, quam in communi, vulgarique vita suum ad arbitrium, ac voluntatem, aliorum animis deseruire. Eo constituto, decretoque consilio illud restabat alterum, vt è tot familijs, ac disciplinis quam potissimum amplecteretur, matura deliberatione decerneret. Quæ quidem deliberatio quam proxima difficilior, vehementius hominē torfit.

totiſſit. Cumque omnium inſtituta, leges, vitæque rationes accuratiſſime perpendiſſet, ad omnes, æque ſe paratum, atque animatum præterquam ad hanc noſtram reperiebat. Namque ab hac ira abhorrebat, vt cum ſupplex eſſet Deo, ſibi vt illuceſceret, quam potiſſimum arriperet, Societatem vnã ſemper exciperet. Qua in pugna, conſultationeque diu, multumque verſatus, ad extremũ ipſo anniuerſario glorioſæ Anaſtaſiæ die, inter ſacrificandum, cum Chriſti corpus in manibus ſuſtineret, magno ardore animi, lacrymiſque precatus eſt Deum, vt eo ſe angore, ac ſolitudine liberaret: & cui familiæ potiſſimum ſe addiceret, iudicaret, Societate ſemper excepta. His ſuſibus precibus ſenſit ſe à Deo totis tentari præcordijs, & interiore quadam hujuſmodi compellari voce. Hic ego te volo: in hac tibi Societate & viuendum, & moriendũ eſt. Æquum eſt te meæ, non me tuæ obſequi, & morem gerere voluntati. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Ad hanc ille vocem ex imo pectore, cum ſuam protinus redderet, O Domine, inquit, ſeruus tuus ſum ego, ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ, Societatis tuæ. Tam vehemēs, tamque acer inſtinctus Sancti Spiritus fuit, vt illico coram Auguſtiſſimo Eucharistiæ ſacramento, quod præ manibus habebat, Societatem ſe Deo vouerit initurum, omni animo, ſtudioque diuinæ gratificandi voluntati. Quo ex tempore totus eſt animo commutatus, & planè alius euasiſt: nullum vt ipſe faceret ſui mirandi finem, qui tanto ardore illud ipſum expeteret, & concupiſceret, quod tanto paulo ante horrore, odioque defugerat. Tridentum igitur reuerſus, ſuũ cum Lainio, & Salmerone conſilium, communicauit: ac Romam ſubinde venit, vbi ad Ignatio receptus, primo ſuo tyrocinio vir pius ſuam & Deo, & Societati virtutem in omni munerum humilitate probauit. Poſtea vbi diſciplinæ vſum, & ſciẽtiã inſtitutorum celeriter eſt adeptus, placuit Ignatio hominem acri ingenio, & excellenti doctrina, rebusque omnibus ornaſſimũ, breui inter Profeſſos adſcribi, & Romano præſidere Collegio: cui multum & dignitatis, & nominis acquiſiuit. Excubabat interea continenter Ignatij cura pro ſua virili ad emendandas vitioſas Reipublicæ Chriſtianæ partes, Germaniã præfertim, & tranſalpinas regiones, quæ omnium maxime laborabant. Qua de re cum Ioanne Morono Cardinali illato ſermone, cenſiuit ſingulari prudentia vir, firmiſſimum ad tollendas hæreſes, & minuenda Germaniæ mala præſidium fore, ſi Paſtores in ea præſicerentur eiufmodi, qui & vitæ ſanctimonia, & integritate doctrinæ, vitia, quæ clericorum erroribus, & eorum contaminatis moribus irrepſiſſent, radicitus extirparent. Cum autem in prouincia tam vaſta, tamque multis labefactata lociſ tot, talesque viri, qui Eccleſiarum gubernacula prehenderent, reperiri non poſſent, commodiſſimum eſſe Collegium in Vrbe condere, vbi Germanorum delecta iuuentus catholicos ritus, literasque perdiſceret. Probauit ſapientiſſimi viri conſilium vehementer Ignatius, & ſuam ipſe operam, ſtudiumque, vbi eſſet vſus, ad id obtulit. Ergo Moronus Cardinali Sancti crucio ſibi adiuncto rem ad Pontificem defert. Probat Pontifex, & vltro ſuſcipit, vt qui in eam cogitationem ipſe quoque aliquando venerat: & de conſtituendo ex ea natione collegio, inſtruendoque ſuis vectigalibus, ac fortunis agere cœpit. Conſici ea de re diplomata, & literas apoſtolicas imperat eamque procurationem Societati tradit. Ignatio inſuper dat negotium, vt quas condiciones ſtatuat ijs, qui in id Collegium admitti debeant, quaſque leges imponat, ſcripto mandet. Facit imperata B. Pater, & eſt veſtigio adoleſcentes quatuor & viginti varijs è Germaniæ, ac Belgij partibus (quãquam poſtea Belgas, vt quibus catholica Academia Louaniensis erat in promptu nulla cauſa viſa eſt accerſendi) Romam vocat. Ex quibus Henricus Blyſſemius, Hermannus Tyreus, & Paulus Hoffeus ad Societatem tranſgreſſi, nõ ſolum in ceteris cum populo muneribus, ſed etiam in domeſtica adminiſtratione virorum partes excellentium impleuere. Dies ſanctorũ Simonis, & Iudæ Apoſtolorũ natalis, Petro Ribadeneira nuper è Sicilia regreſſo in S. Euſtachij ad præſtantiſſimam Cardinalium, Præſulumq; coronam inſtituti rationes, & laudes explicante natalis Collegio fuit. Id nullis dum firmatum reſtitibus, cum eiufdem Iulij Pontificis, tum Cardinalium aliquot benignitas ſuſtẽtabat: regebat autem certis legibus ab Ignatio præſcriptis Pontificis nutu, Societas in ædibus Collegio noſtro proximis, opportuniſque gymnasio. Ceterum Ignatio quãdiu vixit, ita cordi fuit, vt id Collegium ſecundos curſus, & progreſſus haberet, vt morte dein extincto pio, liberalique Pontifice Iulio, cum vſitata ſubſidia deliceret, ve-

17

8

*Cura Beni-
gnij Ignatij
iuuãda
Germaniæ,
& Col-
legij Ger-
manici e-
xordium.*

9

*Quãtia cu-
ra B. Ignatij
Collegium Ger-
manici ſu-
ſtinet, et
difficillimi
ſem-
poribus.*

ritus

ritus Pater, nec quod tanta spe frugis inchoatum esset, aut annonæ caritate, quæ postea Romæ cõsequuta est, aut bellico tumultu, qui Paulo Quarto Pontifice repente extitit, dilaberetur, iuventutem illam in varias Societatis sedes, domosque distribuerit, vt eorum vitis, commodisque prospiceret: partim etiam ipse Romæ magnis suis laboribus sustentarit, conquirendis omni via, rationeque pecunijs, & fidem suam creditoribus obligans pro illius orbitate Collegij. Quanquam pro eximia eius in Deum fiducia, omni postea ære alieno, suppeditato ei largiter pijs ab amicis argento, vnde nomina omnia dissolueret, liberatus est. Eodemque famis, ac penuriam tempore monuit eos Ignatius, qui procurationi illi præerant, ne animo deficerent, neve Collegij rebus, salutique diffiderent, quali victus inopia, & necessariarum penuria rerum diu stare, conseruarique non posset: futurum enim aliquando, vt non modo nihil ad victum, sed ne ad ceteras quidem vitæ commoditates illi deesset, id quod nostris temporibus accidisse pia Gregorij decimi tertij liberalitate, studioque sentimus, & Deo gratias agimus. Inter eiusdem initia Collegij, Cardinalis Augustanus Ortho Truchses strenuissimus catholicæ fidei propugnator, & singularis illius Collegij patronus, cum & ipse addubitare, & subuereri cœpisset ne institutum opus, tot intercurrentibus passim malis, difficultatibusque promoueri, prouehique non posset, renunciari ei iussit Ignatius, vt timorem omitteret, & curam illam in Deum, sollicitudinemque proijceret, quo adiutore & fautore, ad eam ipse rem tam illi acceptam, tamque ex vsu rei catholicæ prouehendam vsurus esset: quod si susceptam sua ille voluntate, vel necessitate desereret, non dubitaturum se Deo frerum eam vltro suscipere, & constanter vrgerere. Vergebat iam ad occasum annus, cum exeundum sibi tantisper ex Vrbe putauit Ignatius, dum Atcanium Columnam, & Ioannam Aragoniam coniuges animis pariter, & habitatione distractos, pro ea, qua apud vtrumque autoritate valebat, pristinam in gratiam reconciliaret. Exijt æger, & valetudinarius B. Pater, scædoque imbribus cælo cum Ioanne Polanco, fratribusque duobus. Adeo curam animorum salus, ac pericula stimulabant. Atque vt initium conciliandæ pacis ab vxore facilius duceret, ad eam se contulit in Oppidum, quod Aluitum appellant in Neapolitani regni finibus: vbi vix triduo commoratus, cum facilem quoque vir sese præberet, rem pene omnem ex sententia transegit. Ac præter complures de peccatis à Io. Polanco salutariter auditos, Ioannæ Ducis autoritate constituit, singulis vt mensibus Oppidani restitutis per pœnitentiæ sacramentum ad suum nitorem animis, augustissimum Christi corpus reuerenter acciperent, non modo Parochis, qui id vrgerent, monitis, sed etiam primis Oppidanorum, qui exemplo præirent illectis. Inde haud ita procul ad Ciperanum profectus, cum ad Cardinalem Burgensem in eo versantem Oppido, diuertisset, noctemque non plus vnam substitisset, ei quoque persuasit, vt eandem sacramentorum tractationem eodem ex interuallo in Ciperanentium mores curaret induci. Cuius rei procurationi Sebastianum Romæum, quem iam illuc nondum sacris initiatum, ipso Antistite postulante, præmiserat, præficiendum putauit. Multa autem in eo Oppido Sebastianus è diuina re gessit, præcipueque scholam ad informandam Christianis præceptionibus, bonisque moribus pueritiam instituit. Ignatius autem exactis in ea peregrinatione diebus decem, ad vrbe, re confecta, reuertit. Interea Societatis bonus odor toto terrarum fundebatur orbe: cumque eius magnitudo fructus vna cum exempli, & doctrinæ splendore non lateret; palamque fieret vniuersis, quantis eam foueret studijs Pontifex Iulius, quamq; honestis iudicijs, nouis quotidie beneficijs, nouis dandis immunitatibus decoraret, vndique expetebatur. Per id tempus Hieronymi Saulij Archiepiscopi Genuensis literas B. Pater accipit, plurimum adhortantis, vt cum Societate clericos Regulares S. Pauli, & Barnabæ Mediolanenses, quos vulgus Barnabitas appellat, ad maius Dei obsequium vellet in vnum quasi corpus coniungi. Optime Ignatius de eorum virtute, ac Sanctitate Patrum, & sane iure optimo sentiebat, præcipuoque amore, ac studio Mediolanensem familiam complectebatur, postquam ijs Emmanuelem Mionam, dum Parisijs Romam venit, ægrotum in Collegio suo caritate summa curauerant. Huius officij memoriam semper B. Pater recentissimam conseruauit, consuetudine inde, & officiorum vicissitudine aucta, non aliter veneranda illa domus obseruare Ignatium, ad eumque confugere, quam ad communem parentem: neque aliter ipse eos, atque filios, ac fratres carissimos ducere,

& vbi

10
Predicit aliquando abundanturum.

11
Ex: ab vrbe B. Ignatius vsu distiduum quoddam tollat.

12
Sebastianus Romanus Ciperani vniuersitatem promittit.

13
Non censet B. Pater diuersos ordines Societatis adiuuandos.

& vbi facultas daretur, ornare, atque tueri: quod egregie nuper in quadam eorum difficultate præstiterat. Hæc igitur fecere, vt pro sua modestia, maiorisque laudis diuinæ studio illi Dei famuli tanta iam caritate cum Societate coniuncti, libenter se peritus, vnumque in ordinem cõuenturos ostenderent. Ceterum B. Pater respondit, quamuis virtutem eius familiæ, eamque voluntatem plurimi faceret, tamen existimare se, maioris fore diuini obsequij, si fraternis quidem animis, verum vterque seorsim ordo in initum stadium perseveranter decurreret. Quod ipsum clericis quoque Regularibus Theatinis, cum idem optarent, aliquot ante annis sine dubitatione responderat. Quam beati viri sententiam, facile hac tempestate nostra, ipse commendat euctus. Nam & Societate, & ijs ordinibus feliciter auctis, quibus in Ciuitatibus nunc è tribus hisce cõtibus familiæ collaborant, si exitum permissiones illæ habuissent, haud dubie, quanto pauciores cultores animarum, tanto esset fructus angustior. Tria hoc anno in Italia inchoata Collegia, Perusij, Eugubij, Mutinæ. Præclara Societatis opinione, & fama fructus, quem Christi ferebat Ecclesiæ, Cardinalis Perusinus adductus Fuluius Corneus eius vrbs Antistes, consilio inito cum principibus ciuitatis, decem, duodecimue ab Ignatio de suo numero ad inchoandum in ea vrbe Collegium postulauit. Annuit B. Pater eius postulat, menfeque Iunio decem de suis cum bona venia, benedictioneque Pontificis Maximi Perusium misit. In his Euerardum Mercurianum, qui Parisijs ineunte anno Romam venerat, nouæ coloniz Rectorem eum, qui postea Societati vniuersæ cum potestate præfuit, & Edmundum Augerium non dum sacerdotio initiatũ biennio ante in Societatem adlectum, qui postea excellenti concionandi laude in Gallia floruit. Cum in eam vrbe socij more suo pedestri itinere peruenissent, beneuole eos Vicarius Episcopi, & Iulius Feltrius à Robore Cardinalis Vrbinas Legatus Romani Pontificis exceperunt. Et quoniam super eam domum, quæ Collegij videbatur vrbis destinata, nescio quid litium ortum est, de Vicarij consilio assignata est eis de Præfulis habitatione suprema pars ædium. Sed ea ventorum flatibus, & hybernis infesta frigoribus, non eorum modo incommoda valetudini, quæ fere omnium tentata febribus est: verum etiam proximis adiuuandis, litium strepitu, populique frequentia minus erat idonea. Confederunt tamen hic, nullis alijs inuentis ædibus, anni spatium, ibique quoad per valetudinis, & habitationis licebat incommoda, suam animis nauabant operam. Nam varios de Deo sermones, non in templis, cœnobijsque modo; verum etiam in triuijs, medijsque foris multorum animis peropportunos habebant Edmundi in primis lætissima indole, quasi præcoquarum gratia frugum efflorescente. Auertebant ociosam, ac desidiam à circulatoribus multitudinem, & aduocata iam concione, atque præfenti, illis abeuntibus, vtebantur: vt necesse haberent ex ijs aliqui, cum merces suas fallacissimas, quibus exponerent, non haberent, vrbe relicta, alio se recipere, vbi sua impune mendacia sine interpellatoribus venditarent. Patres vero forensi illa, subitaque dictione complures, qui decimum iam annum, & eo amplius ad sacerdotis genua non acciderant, ad sua enuncianda peccata, & depnenda tot annorum onera perpulerunt. Expositæ sunt initio ad publicam disciplinam scholæ tres. Sed increbescente discipulorum numero (erant enim iam centum, & quinquaginta) extremo anno quarta in super est addita. Eorum autem in literis, & in virtute processus, erant parentibus, qui filiorum posteriores progressus cum superioribus comparabant, admirationi pariter, & voluptati. Porro in magna rerum penuria, ac caritate, quæ Collegium vehementer angebat, etsi par erat fidelibus operarijs patientiæ facultas, non deerat tamen vel amicorum, vel Ciuitatis tempestiua benignitas. Ac præter Fuluij Cardinalis subsidia, præsto erat indigentibus Sodalitas Sancti Saluatoris, cuius consuetudo iam antea fuerat publicis magistris, quæ ad vsus quotidianæ vitæ pertinent, pro sua parte suggerere. In præcipuis autem amicis, quorum liberalitate, vel gratia Collegij nitentur initia, tres Societatis reponebat, Guilielmum Pontanum, & Marcum Antonium Oradinum Iurisperitos; tertium vero ex Dominicana familia Matthæum Lachi hæreticæ prauitatis Inquisitorem. Verum progrediente die cum priuatorum benignitas relanguesceret, paulatimque remitteret: prouinciam omnem sustentandi Collegij, vnus ipse Cardinalis Corneus singulari voluntate suscepit. Nō longo inter-

B b b

15

16

Eugubium
quoque
captum
Collegium
Revere
Alberto
Ferrarijs.

uallo Eugubium Perusio abest, in Umbria situm. Huc instituendi causa Collegij, de Societate missi sunt octo, Sancticrucio Cardinali qui eius urbis Episcopus erat rogante, sumptusque ad victum, & cultum suppeditante. Erat inter eos Albertus Ferrariensis, qui iuris prudentia, aliisque laudibus præstans, Romam Ferraria cum venisset, suaque obtegeret ornamenta, quo infimis ministerijs addiceretur, cognita ab Ignatio excellenti viri virtute, Rector noui huius Collegij quinto tyrocinijs mense creatus est. Rhetoricæ vero humanitatisque Magistri Oliuerius Manareus, & Io. Baptista Velatus. Eorum aduentum Vicarius Episcopi, Canonique, ceterique ciues extremo Octobri cum perhumaniter excepissent, incunte Nouembri latina habita à Velato, non sine suis plausibus, oratione, publice factum est erudiendæ iuuentutis initium prope ædem S. Nicolai: scholæ erant numero quatuor, ad easque adolescentium, puerorumque grex multus, sed vna cum ijs eorum quoque doctores atque magistri, qui paulo ante inuidiæ stimulis incitati Societatis doctoribus obtrebant, disciplinæ causa ventitabant. Concionatorem illum nondum destinarat Ignatius: sed qui scholæ præerat Baptista Velatus, is & Cõcionatoris, & obsonatoris, & magistris simul partes, ac munus explebat. Cuius saluberrimæ conciones dominicis duntaxat habitæ ferijs adeo sunt probatæ Vicario; vt cum Cardinalem iam per literas monuisset, desiderari in eo Patrum numero vnum aliquem, qui conciones haberet, postea audito, probatoque Velato, alium, qui pro concione verba faceret, non requireret, assermaretque se obstrictum religione teneri, nisi id ipsum Cardinali rescriberet, & suam quasi retexeret orationem.

17 *Et Mutinense Re-
ctore Ca-
sare Auer-
sano.* Mutinam quoque ad initia capienda Collegij Ignatij missu profecti sunt alij postulantibus ciuibus, & Episcopo, sed multo magis Cardinali urgente Morono, qui plurimū auebat eius Ecclesiæ cui diu præfuerat, commoda promouere. Erat inter eos, qui missi sunt Rector, Cæsar Auerfanus: Magistri vero Adrianus Candidus, & Franciscus Scipio, alijque nonnulli. Qui cum octauo Kal. Octobris. Mutinam essent ingressi, tanta fuit ciuium omnium læticia, gratulatioque, vt ad Deum laudandum Ambrosij hymnum, Augustinique publice decantarint: nominatimque fœminæ illæ, quæ Conuersarum se intra claustra concluderant, cum Societatis institutione formari, præceptisque percuperent, quotidianis ieiunijs ac votis, assiduisque precibus fatigauerant cæleste Numen, vt sua in vrbe Societas domicilium collocaret. Biduo quieti, mutisque salutationibus dato, scholæ apertæ sunt quatuor, antegressa publicæ orationis prolusione de Societatis in instituenda iuuentute consilio. Sumptus ad degendam Collegio vitam, cum vêtigal stabile non haberet, Cardinalis Moronus, & Ciuitas, partim etiam Ferrariæ Dux Hercules, & Mutinensis Episcopus suggererant. Assignata est insuper ei sacrorum causa S. Bernardi ædes cum adiunctis, proximisque cubiculis. In præcipuis porro Collegij fautoribus, & amicis (ne beneficiorum memoria incidat) numerabantur hi, Ioannes Casteluverulus, Benedictus Carandinus, Hercules Purinus, & vna omnium beneficentissima Constantia Pallauicina. Ac ne nostri vno duntaxat officiorum genere bene de ciuibus mererentur, ad institutum docendi munus adiungebant in ægrotos, & vinctos officia, interuisendis studiose custodijs, & valerudinario. Ex hac vrbe destinati sunt in Insulam Corsicam cum diplomate, mandatisque Pontificis maximi sacerdotes duo, Syluester, quem sæpe nominavi, Landinus, & Emmanuel Gomius Lusitanus à Môte Maiore, Genuensî Republica postulante, cuius ditioni, imperioque insula illa subijcitur: quæ cum septuagesimum prope annum Pastorem suum, & Episcopum non vidisset, multisque non iam & erroribus scateret, & vitijs, impetratum est à Pontifice Maximo, vt eam viri de Societate cum auctoritate, potestateque Sedis Apostolicæ, veluti quidam proepiscopi, ac Visitatores inspicerent. Verum exitinere Landinus, Genuæ Emmanuele relicto, Archiepiscopi illius diœcesim postulante ipso, & Pontificem Maximum per Cardinales aliquot interpellante, percurrit, ingenti animorum bono, atque compendio. Sacramentorum frequentem, & accuratum usum docuit. Desertores Catholicæ fidei ab animorum procuracione remouit, vitiosas consuetudines sustulit, probas intulit. Denique cõtinentibus animorum salutis vigilijs, laboribusque omni ratione consuluit. Vix dabatur aliquid ad reficiendum corpus spatij, ita aliæ ex alijs occupationes animum distinebant, & ad tertiam vsque horam noctis autem sedulam enuntiantibus commissâ præbebat.

17
Et Mutinense Re-
ctore Ca-
sare Auer-
sano.

18
In Corsicâ
missi Syl-
uester Lan-
dinus, &
Emma-
nuel Go-
mius.

præbebat. Bene igitur opera in ea diœcesi locata, & ex sententia re gesta, Genuam ad Emmanuelem comitem redijt, qui labores interim strenue, ac feliciter in vrbe posuerat. Hinc vna digressi, & suum pergentes iter, tota illa peregrinatione, perinde ac si certo loco consisterent, nec continenter ingrederentur, suos seiebant in animis fructus. Anno occidete Corsicam tenuerunt. Hic ingens item animorum collecta messis, & ad normam antiquitatis, & veterem sanctitatem reintegrata complura. Ad Vallem Tellinam in oppidum, cui Morbinium nomen, Bononiensis Collegij Rector Andreas Galuanellus est missus; vt Pontificis ex præscripto illius Ecclesiæ curam, dum coorta inter curiones lis dirimitur, susciperet. Celebratus est eius introitus cum honore, magnæque populi voluntate. Et quamuis magistratus hæreticus à principio durior in eum inuentus sit, suoque vti iure, potestateque vetaret, & ipsam quoque diuinam rem facere prohiberet; ad extremum tamen victus seu modestia Patris, agendique prudentia, seu pij populi obsecundantis iudicio, facile & ipse passus est, quicquid ad animorum curationem pertineret, ab eo geri. Qua rerum tranquillitate deinceps vsus totum ibi consedit annum, plurimo rei communis, & animorum bono. Tridenti suspensis Oecumenici Concilij rebus, & vstratis conuentibus intermissis, cum Lainius inde Parauium nondum plane confirmatus è quartanæ reliquijs recessisset, Ignatius eum Paschasio, quæ in Galliam (reuocato ob valetudinem Io. Baptista Viola) misit, subrogandum in Italia administratione prouinciæ parauit: quod ille munus cum à primo defugeret, plurimisque noninibus recusaret; eoque maxime, quod nondum satis (vt aiebat) parere didicisset, ad extremum coactus B. Patris imperio, ne pugnare cum Deo velle videretur, accepit. Iuuat autem hoc loco ex re non ita magna Ignatij, Lainijque in dissimili genere æstimare virtutem. Cum Lainius Prouincialatu inuito semel, atque iterum per epistolam leniter exposulasset, quod seniorum Romam accitu Collegia per Italiam necessarijs carerent operis, respondit B. Pater, dolere sibi quod ita ille sentiret, ac scriberet, cum præsertim prioribus literis esset admonitus, cõmunia anteponenda priuatis. Proinde posteaquam super ea re aliquandiu cogitasset, renunciaret an ne errasse sese cognosceret, sique deprehenderet culpam, simul adijceret, quid subire pœnæ paratus esset. Rescripsit Lainius Nouembri mense Florentia, iterum, ac sæpius se has legisse literas, & in eis materiam erubescendi multam, collaudandique diuinam misericordiam, augendæque magis, ac magis caritatis, ac reuerentiæ suum erga Præpositum iuuenisse. Inde humiliter rogans, vt vbi opus existimaret, adhibere monita omnium libertate ne graueretur, quod quamuis ægre ferret causam, tamen agnosceret gratiam, & Deo iuuante lætus acciperet sua nominatim in ea re, peccata, quæ multa (vt loquitur) & notabilia agnoscebat, exequitur. Nam præterquam quod ipsum Ignatij iudicium, vt diuino lumine vberius collustrati latis persuadere sibi posset, tamen se quoque quamuis exigui luminis, ac male domitarum perturbationum hominem videre talia esse mali exempli, ac potuisse diuinæ maiori gloriæ impedimentum asferre: conatum se summæ prouidentia ordinem detorquere: suo Præposito, cui vt totam, ac certius gubernanti nauim, accommodare suam partis gubernationem debuerit, molestiam, & dolorem creasse: cum proprio quodam iure ob ipsum munus, quod administrabat, eo incumbere, quo ille propendebat, deberet. Quod vero ad pœnæ attineret optionem, non multos ait esse dies, cum animaduertens annum iam prope vigesimum agi, ex quo per consilia Euangelica instituerat Deo seruire, tantumque ad id præsidiorum habuisse, tam parum profecisse, iamque non longe finem adesse, singulari quadam tactus erat cupiditate sibi, suisque rebus penitus moriendi, viuendique soli Deo, eique soli placendi. Tum venisse sibi in mentem, si foris perinde vti meritis esset, acciperetur, hoc est vt homo nihili, ac vile mancipium, id auxilio fore, vt secum habitaret, vnaque cum Deo, rationesque suas omnes, & studia omnia in eius laude reposita haberet. Itaque, inquit, Pater cum reddita est mihi epistola Reuerentiæ vestræ, habita ad Deum præcatione multis cum lacrymis (quod rarum in me est) elegi, & nuncipsum haud item sine lacrymis eligo ad ista vindicanda peccata, & radices vnde prodeunt, tollendas, vt Reuerentia vestra (in quam totam hac in re conscientiam meam reijcio, æquissimo animo quicquid iusserit amplexurus) per viscera Domini nostri remoueat me ab alijs

19
In Vallem
Tellinam
missus
Andreas
Galuanellus.

20
Lainius sub
Prouincialu
Lainio.

21
Quarta li-
bertate B.
Patri pri-
mos Patres
admonere

22
Reuerentia
Lainij er-
ga Ignati-
um. & o-
bedientia.

regendis, & ab concionibus habendis, & ab omni literarum tractatione, vnico relicto sacerdotali breuiario: iubeatque Romam mendicantem ire: ibique in culina, aut triclinio, aut horto, aut alio quouis ministerio vltimo: vel si minus ad hæc idoneus sim, in Grammaticæ infima schola contineat, exerceatque vsque ad mortem, nunquam respiciens, curansque me, nisi vt quiesquias, ac peripsama. Atque hæc pœna est, quam primo loco eligo, ac depono. Hæc cum dixisset, secundo optat loco pœnam eandem, sed in certum tempus, in biennium, aut triennium, vel quando Patri videretur. Quod si ne id quidem probaret, adijcit tertiam, multa flagella, ieiunia ad mensem, vt à Prouinciæ cura amoueat, atque in posterum quotiescumque scripturus ad eum sit, prius adhibeat ad Deum preces, dein scribenda meditetur, tum scripta recognoscat, obseruans ne verbo, aut sententia vtatur, vnde Patri molestiam, sed solum leuationem, ac solatium, sicut plurimis debet nominibus, pariat: & alia id genus adscribit. Nobile sane obedientiæ studiosis exemplum, quanto studio, quantaque obseruantia, ac veneratione ad Præpositorum suorum voluntatem, ac sensum sua ipsos iudicia & dicta, & facta inclinare æquum sit. Ignatio promptus ille animus, ac submissus pro satisfactione fuit. Neapoli, vt etiam Parauij, Florentiæque hoc anno primum literarius publice ludus apertus est. Neapoli Collegio præerat, vt supra est demonstratum, Andreas Ouiedus, præsidebat vt tempus illud ferebat, Superintendentis nomine, Bobadilla. Hos tamen inter duos nequaquam satis conuenire videbatur, cum quicquid ille adstringeret, hic laxaret. Putidum Bobadillæ videbatur contumacitatem Societatis exiguis quibusdam legibus alligari, censebatque domesticam disciplinam non tam ad minutissimarum legum normam, regulamque, quam ad solidæ virtutis rationem, officijque dirigendam. Quali vero solida virtus quicquam quod gratum sit Deo minutum putet: vel consistere, & absolutionem suam habere sine his ornamentis, & coloribus possit. Fraus est hæc communis fere mortalium, & eorum maximè, qui fugitant laborem, suisque res ponderibus non expendunt; vt minima parui pendant, & quæ videntur minuta contemnant: cum tamen hæc plus habeant sæpe in recessu momenti, quam in fronte. Sed Bobadillæ sententiam breui refellit euentus. Namque ex solutiore quodam vitæ genere, & leuiorum neglectu legum, veluti quibusdam fractis vinculis, fluere sensim disciplina domestica visa est, nonnullisque de Societate dilabi. Quod vbi cognouit Ignatius iussit Ouiedum suo munere tota libertate defungi, nec se interponere Bobadillam; aduigilarique ad custodiam legum minutissimarum. Sentiebat enim in his violandis plus plerumque latere periculi, quam in maximis: propterea quod maximarum damnus, si violentur, apparet, facileque in promptu est: at earum, quæ pro minimis habentur exitium, nisi progrediente tempore, non sentitur. Et quoniam semel cœpimus, ne illud quidem exiguum forsitan ad historiam, non tamen ad præceptum prætermittemus. Ioannes Franciscus Araldus vnus è magistris, quod in adolescentulo coërcendo exclamasset voce contentius, contraque Ignatij præscriptum fontem haud expectato latio, suis ipse manibus verberasset, iussus est in pœnam à Bobadilla de terra cibum sumere, eum scilicet, qui esset appositus, nec nisi frigida leuare sitim. Primo ille suam valetudinem per eos dies morbos tentatam apud Ouiedum excusauit. Deinde cum Pater adhortatus esset, vt alacriter pareret, sibi que persuaderet frigida poculum salutis sibi calicem, & medicinæ fore: paruic, ac firmior exinde viribus, & robustior factus est. Tantum in alacri obedientia latet boni. Quod ad scholarum disciplinam, pietatemque discipulorum spectat, cum vage eorum apud quoslibet sacerdotes sacra confessio multis pateret incommodis: nec posset cognosci, quam sæpe sanctum illud mysterium obirent; prouide ab Ignatio factus est; vt singulis mensibus apud sacerdotem de Societate confiterentur: isque mos hodie literarijs in ludis tota Societate viget. Messanæ dū reconciliandis inter se inimicis opera datur, feræ; atq; immites restinctæ sunt iræ. Vt mittam ceteras: alæ infederat ciuis in præcordijs, cui digitos in rixam manuum præciderant inimici) decimum iam annum implacabilis odij virus inueteratum. Nulla temporis longinquitate poterat, nulla die (quæ ad obliterandas iniurias valet plurimum) consensescere: semper erat viride, semper recens, perpetuo ante oculos tam probrosa

23
Neapoli-
tani Col-
legij res.

24
Nihil in
studio per-
fectionis
sanquã mi-
nutum ne-
gligendum.

25
Iubet disci-
pulos igna-
tius semel
in mense
apud Sa-
cerdotem
de Socie-
tate confi-
teri.

26
Insignes i-
nimicitia
sublata
Messana.

obtrun-

obtruncatione proposita. Cuius aspectu tanquam subditis ignibus effervescebat subinde sanguis, cum labatur ira cor, totusq; homo fœdus ad aspectum, ad vsum inutilis, & animo, & corpore commouebatur. Is deinde singulari Dei benignitate, vsu, colloquioq; Patrum ad eam sensim æquitatem, tranquillitatemq; animi lapsus est, vt non modo Deo donaret iniuriam, omnemq; eius memoriam, quæ tam præsentis documento exuri ex animo nullo modo poterat, voluntaria obliuione contereret, verum etiam ex eo tempore mutilas manus, ac diminutas, tanquam si denuo integras, & suis ornatas, instructasq; digitis recepisset, sine vlla animi perturbatione respiceret. Sed illud Mamertina ciuitas communi gaudio, longe autem fama per omnem Siciliam celebravit. Sebastianus erat Ansalonius ex familia opulenta ac nobili, cui ob interemptum fratrem, cum alio item ciue nobili Papardo odium inexpiabile annum iam septimum intercedebat. Hi multos propinquorum, ac necessariorum trahebant in partes. Multi ob eam rem in exilium acti. Papardus iam pridem datus in carcerem, sæpeq; tortus supplicium indies vltimum expectabat. Cæterum Ansalonius quamuis in vltionis rabie obstinatus per huius anni Quadragesimam cœpit non illibenter Benedicti Palmij concionibus interesse: nec raro vehementer incitabatur animo ad Christianam lenitatem: sed in olitus, penitusq; medullis insitus furor caelestem flammam pectore concipi nõ sinebat. Ecce autem Feria sexta maioris hebdomadæ Benedictus, quanquam dicendi genere concitatissimo semper, & lacrymarum promptissimarum copia utebatur, præter morem incensus, post horarum prope septem declamationem, cum de more Crucifixi effigiem populo pararet ostendere, iamq; eam paululum detexisset, repente haud sine diuino instinctu rursus obuoluit, & accensas faces iubet extingui, magna voce contestas, nequaquam se ei populo Christum Dominum, quem suis peccatis in Crucem egerint, ostensurum, nisi nunquam eius Maiestatem violaturos in posterum eodem loco sponderent. Cunctante hic multitudine, partim attonita, partim artificio quodam exagi existimante, conuertitur ad Crucifixum Palmius: atque ita vt ei nigro velamine obtectum, arcè complexus cum lacrymis, ac voce lamentabili, En, inquit, Domine mi Iesu, Nonne verum est quod dicimus, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me? An seruos tuos profiteri se nolunt? Hac voce cordibus auditorum tanquam pugione perfossis, continuò gemitus & comploratio exitit, strepituq; confusus, Volumus ingeminantium, volumus, Crucifixum renela. Ansalonius inter hæc, qui multum concione tota profuderat lacrymarum, æstuabat, angebatur, & quia linguam dolor, ac fletus impediēbat, sæpe animo secum, Volo, iterabat. Famulum quin etiam milit, qui fidem Concionatori faceret, Ansalonium, quæ ille vellet acturum. Sed antequam ad suggestum famulus perueniret, exundantis impetum pectoris, angoremq; ipse non ferens, erupit repente, ac voce, quæta potuit, maxima exclamauit. En Domine faciam, quod voles. Qui clamor tantus strepitu concionis represso, concionatorem quoque sic perturbauit, vt vix sui potens, latine quæreret, Quis es tu? Cui illè, Ego sum Sebastianus ille Ansalonius. Hic verò ad sonitum eius nominis in vniuerso populo, cui notissima erat hominis pertinacia, & optatissima conuersio, immensa lacrymis mista sunt gaudia. Palmius iussis rursus accendi facibus, optatam tandem Domini effigiem è Cruce pendentis remoto velo spectandam offert: ac de clementia Saluatoris immensa disputans, iterumq; ad detestationem scelerum, & noua vitæ exordia omnes adhortans, finem dicendi fecit. Opperitur Ansalonius descendentem suggestum, & in eius amplexum negat se ab Collegio recessurum, donec quod sponderat, cumulate perficeret. In eandem sententiam dat literas ad propinquos, neutiquam se elaturum ab Collegio pedem, nisi & ipsi in pacem consentiant. Aduocatur publicus Scriba, res tota componitur. Papardus qui ad supplicium vltimum iam se Christiana æquitate composuerat, è carcere liber educitur, exules reuocantur, cuncta Ciuitas gaudio gestit. Ansalonius verò penitus iam alter, totus primo in expianda priore vita occupatus, deinde mortiferi criminis, quod causa necis Christo fuisset, horrore concepto grauissimo, ne quid vnquam tale committeret, octauo quoq; die diuinis se communire mysterijs exorsus, postremo tanquam in arcem, in Capucinatorum confugit ordinem; ibique vitam tantæ conuersionis celebritate dignam peregit. Sacramentorum non vna utilitas fuit. Ea sæpè ab animis ad corpora redundauit. Mulier in

27

Conuersio
Sebastiani
Ansalonij.

28

- 29 *Sacra confessionis vis.* vitæ genere dissoluta, cum ad ædem Collegij venisset, visa est sibi quandam veluti flammam ex ore vomere, haud dubium nequitiae interioris indicium: & semiuiva corruit sacerdotis ad pedes, cui dolenter aperiens in confessione peccata, libera ab eo, incolumisque discessit. Puero Energumeno Dæmonis vitio iugulum intumuerat, vt nec vocē reddere satis posset, nec in stomachum alimenta trajicere, dies aliquot nihil omnino gustārat: ducitur ad S. Nicolai, & expiato rite peccatore Dæmon auolat, vox puero redit, cibum fauces excipiunt, & tumor residet in decorus. Alius insanabili vrgebatur abscessu, magnosque sumptus in curatione fecerat; sed cum frustra tentarentur omnia, de amicorum sententia, in exomologesi spe reposita, Patres conuenit, animiq; sanatis vlceribus, haud ita multo post ipsum quoque corporis vlcus, mirantibus amicis, & gratulantibus sustulit. Complura sunt hic etiam à Hieronymo Natali in rem communem & publicam bene gesta. Vt enim pauperum solitudini, inopiaque succurreret, euicit tandem, vt institueretur in vrbe communis pecuniarum aceruus, (Mons pietatis vulgo cognominatur) quo in vltimis necessitatibus paratum miseris perfugium esset. Idemque operam dedit, vt qui recipiendis agris publicæ custodiæ locus esset inuentus, quoniam minus salutaris corporibus habebatur, cum salubriore permutaretur. Cuius valetudinarij curam penes Natalem ipsum esse Vegæ Proregi placuit; quod sodalitati cuidam est tradita. Eademque in homines caritate vir pius aureos mille nummos ad redimendos è Turcarum seruitute captiuos, cum à ciuibus Mamertinis, tum ab ipso Prorege collegit. Puellarum verò numerus magnus viridem suæ virginitatis florem partim intra septa religiosi Gynecæi, partim domesticos intra parietes Deo dicauit, autorem in primis Cornelio Vishauæo, cuius idcirco nomen tota iam Messana nobile & clarum erat: eaq; vox iactabatur in vulgus, vix in ea vrbe reperiri virginem, seu viduam, quam non ille Deo, si in eius fortè manus incideret, consecraret. Qua populi voce Virgines inductæ tres, quæ certo, deliberatoq; iam animo mortales sibi spōsos designarant, cum se Cornelio, vt eius rei periculum facerent, credidissent, magno suo bono senserunt, vera esse, quæ de eo fama ferebat: princeps ex ijs vna confessionis nomine cum accessisset, in medio cursu repente mutata, non prius enumerandi peccata finē fecit, quam vt Patri sibi esse in animo confirmaret, non alium sponsum querere, præter Christū: cuius ille mēte, consilioq; probato & collaudato, ne quid duabus comitibus indicaret, admonuit. Accedit deinde altera, & tertio tertia, singularēq; in eandē mentē, cum de alijs aliæ nihil omnino nossent, repentino Dei afflatu similiter impulsæ terrenas extemplo nuptias cum cęlestibus commutarunt. Ita quæ per ludum experiundi causa venerant, ex ipsa sanctius, veriusq; delusæ, & meliore imbutæ spiritu discesserunt. Mulier erat supra ceteras flauo, rutiloq; decora crine: qua specie cum nimium sibi ipsa placeret, & plauderet, cœnobij nomen horrebat, ne cogere tur id aliquando decus rondoni cōmittere. Monuit eam Cornelius, si crines illos pluris, quàm Deum faceret, caueret ne illis ipsis crinibus, quos tantum diligeret, pœnas daret. Diebus interpositis non ita multis, sensit Patrem verissimum fuisse vatem; laborare ex capite cœpit, totaque illa pulchritudo capilli morbo vrgente defluere. Ergo ne caluitij turpitudinem euulsis ad vnum crinibus ostentaret, necessitatem in virtutem vertit, cœnobijq; sese latebris, quod ante sic horruerat, occultauit. Interim Natali in medio cursu rerum gerendarum accitu Ignatij discedendum ad Vrbem fuit. Quærebat enim B. Pater hominem in primis idoneum ad promulgandas tota Societate, quas nuper ediderat, constitutiones: Natali q; præ ceteris in mentem venerat. Ergo is Romam accitus Messana Catanam venit: ubi tum Vega Prorex, cuius confessiones excipere consueuerat, morabatur. Hic suum ante discessum multa in rem communem perficienda curauit. Aureos mille nummos ad exedificandum orbium solitudini domicilium prouocata pioram benignitate, collegit. Capuccinorum cœnobiū malè materiatur, & ruinosum, conquisita itera pecunia resarciendum. Valetudinarium insanabilium instituendum: Pauperibus passim obuijs aureos nummos ceterum ex iisdem alienæ misericordiæ fontibus erogandos, diuidendosq; curauit. Quibus rebus, alijsq; generis eiusdē sanctissime gestis Catana Proregis cum venia, nec sine ingenti celeris sui reditus desiderio, profectus, ad Vrbē venit. Hic ab Ignatio in Professorum numerum, quem ille gradum iam antea per summam modestiam recusatuerat, octauo Kalend. Aprilis adscribitur. Deinde prolato Cōstitutionum

tionum codice suum illi B. Pater de ijs tota Societate diuulgandis, perferendisq; consilium exponit, in Siciliamq; remittit. Ibi eas primum diuulgar, communicatq; cum Socijs, & ad actione reuocandas sedulo curat. Deinde dum in alias Societatis partes, quod propediē futurum senserat, mitteretur, ad institutum suum de hominibus benemerēdis reuerlus, curauit orbarum doctoribus Calaraierone, Catanæq; se autore constructis vectigal stabile decernendum, alijsq; eiusmodi rebus suas quotidie curas & vigilias impartiens, cessabat nunquam: cum tamen interim hebraicas tradendi literas, explicandiq; de interiore foro quæstiones, statiq; temporibus concionandi prouinciam non intermitteret. A deo non vno tantum officij genere, munerisq; contenti naui illi Patres, multis, varijsq; modis studebant animis, populoque prodesse.

Hac multiplici varietate laborum Claudius Iaius tanto enixius Viennæ defungebatur, quanto asperiores Germaniam difficultates angebant, hinc bellis ardentibus intestinis, inde Turca post Pannoniam pene subactam, Imperij sedibus imminente, vndique autem hæresi depalcente omnia, cum Arbitro rerum æquissimo non modicum illud tantorum leuamē malorum subducere ob scelera mortalium placuit. Octauo Idus Augusti non diuturno illo quidem, grauiq; morbo, sed summo languore confectus, ac potius continenti opera, zeloque domus Dei consumptus, sacramentis rite nouissimis communitus, æque carus domesticis & externis in cælum abiit, vt eximia eius virtus, & perspecta vulgo sanctitas pollicetur. Quanta beneuolentia Viennēsis eum prosequeretur Academia, mæror & amplitudo funeris indicauit, quo ad eius cohonestandas exequias vniuersa cōuenit. Quod metus erat, ne templum, quo socij tunc mœnibus proximo ytebantur, breui ingruente hoste, necesse esset profanum facere, amplissime Franciscanos apud Patres, à quibus primum diligebatur, in templum S. Nicolai (quod postea ipsis ad S. Hieronymi transgressis, orphanorum fuit) elatus est, & multis lacrymis decoratus, nobili comitante Doctorum corona, & flore ipso Academiae iuuentutis. Is in amplificanda, propugnandaque religione Catholica apud Italos, & Bauaros, Sueuos, cæterosque Germanos magnopere laborauit. Is in Augustano, alijsque Comitjs pro Ecclesia Sancta Romana ingenti Catholicorum bono, strenue, fortiterque se gessit. Multum siue apud humanarum, siue diuinarum rerum potentes autoritate valens, & gratia. Is Hæreticorum contra mendacia eo vsque restitit, ac repugnauit, vt eius illi admiratione doctrinæ in Saxoniam ad incundum cum suis magistris, ministrisve certamen importunis eum precibus inuitarent. Quo tamen ille Viennēsi fundando Collegio implicatus, constructusque concedere pro voluntate non potuit. Is Catholicos apud Germanos Societatis nomen, originem, progressionem, ea dicēdi prudentia facultateque persequutus est, vt eorum sibi animos, voluntatesque conciliarit, & ad ipsius Societatis vsus adiuerit. Vir fuit facillimis naturæ moribus, ore iucundus, atque hilaris, grauitate comite suæ personæ consentanea, patientia paupertatis ornatus, quamuis in vsu frequenti Magnatum detrimento, vilique cultu spectandus, nec quicquam admittens, etiamsi multa illi deferrent, quo decorata paupertatis suæ minueret. Studio precationis, & meditationis excellens, præterque alia singulis diebus tum caput è cætera Christi Domini vita pro tempore, quod repræsentabat Ecclesia, tum vnum è sacris cruciatibus retractabat. Tenax temporis, atque parcus, mira id subtilitate partitus in vitæ quotidianæ functiones mira præscriptum tenens constantia: moderatus in congressu, atque in omni actione modestus. Nihil in eo insolens, nihil arrogans, nihil elatum. In disputationibus ea vi, atque modestia, vt orthodoxos valdè confirmans, aduersariorum errores conficeret, nil læderet voluntates. Docendi ratio in scholis plana, distincta, firma. Grauiissimas de Iustificatione, de prædestinatione, de fide, atque operibus quæstiones, & id genus, ijs necessariis locis, atque temporibus facilitate, ac felicitate maxima euoluebat, & explicabat. Tergestinatorum Episcopatum, vt supra demonstratum est, tanta constantia reiecit, vt quamdiu subeundi tanti oneris metu suspensus, incertusque fuit, in perpetuo quasi luctu, lamentisque iacuerit. Qui deinde sollicitudine releuatus, ad pristinam hilaritatem, iucunditatemque se retulit. Vbi decessit, Angelus Dei, Pater, patronusque Catholicorum vulgo nominabatur. Is autem, qui hæc scripsit, Canisius etiam Germaniæ Apostolum appellare non dubitat. Ingolstadtienſis Academia, vbi Iaius aliquando docuerat, inter cætera Theologorum monu-

menta,

34
Edicta Roma
ma profes-
sione cum
Constitu-
tionib. in
Siciliâ re-
dit: vbi pri-
mam ille
pmanly: 1a

35
Clandius
Iaius Viē-
na moritur

36
Breniaris
rerum 1a
& mores.

37

menta, quæ ibi in Theologiæ schola visuntur hoc illi, nomine Iesu pro insignibus picto, elogium posuit. Claudius Iaius Sabaudus, Theologus Doctor, & Professor Societatis, vir placidissimorum morum, & qui doctrinam cum pietate perpetuo coniunxit. Hic, si quispiam alius in hac schola sanctitatis opinionem apud summos, medios, infimos sibi cõparavit: cunctis æquè carus & salutaris; qui etiam ex prima decade fuit eorum, qui sanctæ Societatis IESV autores, & fundatores extiterunt. Hinc euocatus Viennam Austriæ, ad ea quæ semper in pectore tenuit, & ob oculos habuit æterna migravit gaudia anno mille quingentesimo quinquagesimo secundo.

38

*Nicolai
Lanoij o-
perosa ca-
ritas.*

Iaius ex humanis exempto, tota Viennensis Collegij administratio ad Nicolaum Lancium redacta est. Is erga genus omne hominum, sed præcipue erga Italos milites post Pannonicam cladem nudos, saucios, vel alioqui ægrotos, ac rerum omnium egenos Christianæ caritatis vires explicauit. Nemo erat, qui miserè per vias abiectis, vel palearum aliquid, vbi caduca corpora reclinarant, subijceret atque subterneret. Est igitur his affatum & lectulorum, & vestium, cibarium, & medicaminum opportunitate consultum: plurimique ea ratione seruati, qui talibus orbatu præsidij, atque solatijs funditus periissent. Quosque conseruare viuos non licuit, eos

39

*Adiuuat,
sanatq;
pestilentes*

Patres cum bona æternæ spe vitæ elutis confessione criminibus dimiserunt. Accessit pio labori in externos, fortioris occasio pietatis in ciues, lue pestifera Viennenses aggressa. Fuit autem in Lanoij pectore siue caritatis, siue fiduciæ tantum (quemadmodum accepimus) vt cum ægrotos, quos pestilentia perculerat, interuiseret, eos sæpè sola manus impositione mirabiliter persanaret, singularique Dei munere factum est, vt animis intenti Patres, corporibusque iuuandis, cum ab ægrotorum pestilenti spiritu non refugerent, ab eorum tamen contagione semper integri, intactique seruati sint. Nec parum hoc anno in sacramentorum reuocanda consuetudine profectum est: cui rei plurimum etiam profuit vulgi opinio de sanctitate Canisij non obscuris indicata prodigijs. Magnus namque numerus eorum, qui corporis animique salutis prope desperauerant, confessionis ergo Canisium vel adibant ipsi per se, vel, si id non poterant, accersabant.

40

*Canisius
per sacram
confessionem
ægris simul
animis, &
corporibus
modetur.*

Mulier malo pariter morbo, maloque Dæmone diu torra, simul ad Canisium venit, suasque rite sordes apud hominem exiit, non modo pertinaci Dæmone, qui nullis vinci sacris carminibus poterat; verum etiam omni morbitentatione, molestiaque libera missa est. Grauius alia & animo laborabat & corpore. Obsidione mali Dæmonis grauius oppressa, dudum æterna de salute penitus desperarat; grauius propter scelera traditam iam se Satanæ in æternum clamitans. Hæc quoque cum de Canisij consilio repetitis iam inde à pueritia in confessione peccatis rite animus expiasset, omni Dæmonis obsidione, morboque eiusdem Canisij precibus, & exorcismis exempta est. Ex eoque tempore sibi reddita, in terendis liminibus sacris, exequendisque Christianæ pietatis officijs atque muneribus multa fuit. Hæc res & copiosam ad exitu pãdas morborum causas, flagelli que diuini pœnitentiæ mysterio multitudinem stimulabant, & nomen auctoritatemque conciliabant Societati, quæ deinceps eo est amari cœpta vehementius, quod eius in repudiandis remittendisque muneribus abstinentia vulgo cognita, magno exemplo miraculoque fuit. Sed sacramentorum quanta sit efficacia atque vis, in nostris etiam hominibus Deus corruptos apud populos declarauit. Laborabat Nicolaus Gaudanus, alijque germani duo sane quam grauissime: nec enim à summo vitæ periculo longè aberant, cum extremæ vntionis adhibito sacramento, ex ipso morbo protinus emerferunt.

41

*Extrema
vntionis
vis.*

Apud Hispanias in Cantabria continebat se Frãsciscus Borgia suæ studio sanctitatis intentus, & ex vmbra illi recessus Ognatenensis exercitatione prodibat subinde in solem ac puluerem, loca finitima docendo pererrans, vbi proximorum salutis vtilitates prope incredibiles attulit. Incurrerat in omnium oculos splendor paupertatis, fulgor humilitatis; in aures animosque vox vrens, & ad pietatem incendens. Quæritabat in paupere cultu vitam sibi precario, pedibus suis iter scipionis adminiculo faciebat, nunquam linguæ parcens, siue vt Deo laudes, & dulces hymnos caneret, siue vt ad omne officij decus populos inflãmaret. His velut calcaribus etiam è longinquo incitati complures (neque enim latebãt) splendore generis, & literarum eruditione præclari, spretis humanæ vitæ commodis, & nuncio libertati remisso, cœnobiorum subire iugum, & Christi paupertatis incommoda non dubitarunt. Atque vt eorum magnum numerum

42

*Res Borgia
in Hispania.*

mittam

mittam, qui ceteras repleuere familias, huic certe nostræ, nec pauci nec contemendi dedere nomina. Nam & ætate, ingenioque florentes adolefcentes, & matura grauitate viri multis ornatu literis, omni que laude cumulati, & veneranda canitie senes sese Ognatum ad Borgiam, vt cum eo, & sub eo vitam degerent, contulerunt. In ijs Antonius Corduba Laurentij Fiqueroæ, & Catharinæ Fernandiz à Corduba Feriæ Comitum, & Marchionum de Plego filius, vir non modo genere, sed etiam virtute clarissimus, & Borgiæ nostri consobrinus: qui studiorum causa Salmanticæ degens, eius Academiæ Rector (qui honos non nisi nobilissimo cuique mandatur) renunciatus est. Hunc Hispaniarum Princeps Philippus, cum in dies esset auctior meritis, ac virtute, statuit etiam honoribus augere: eiusque commendatione Cæsar, vt in Cardinalium numeru legeretur à Iulio Pontifice postulauit. Iamque illuc Iulij voluntas incubuerat, & in eo ornando consentiebant omnes; cum vnus ipse dissentit Antonius. Is iam pridem Francisci Stradæ concionibus incensus, sub Michaelis Turriani disciplina, interius degustata virtutis dulcedine, vt ei se totum, ac penitus dederet, stimulis crebris incitabatur. Sed cum tor vndique speciosa sæculi blandimenta distraherent, ac potissimum sacræ purpuræ fulgor, publici etiam ostentatione commodi ad sese pelliceret, ipsum super ea re Ignatium perlonga epistola, cuius hæc est summa, consuluit. In eorum, inquit, numero, Pater, quos Cæsar à Pontifice impetrauit, vt faceret Cardinales, me quoque retulit: proximisq; Pentecostes solennibus, quantum certis comperitur nuncijs, creatio fiet. Ego cum ad certamen id sustinendum, omni caream propugnaculo, Societatem IESV, (turre enim fortissima nomen Domini) mihi delegi. Tamen vt de Dei mente sim certior, per Christum Iesum, qui ad hoc me quærendum ex te iacitat, precor, vt quid sequi debeam iudices. Nam quod Cæsar, qui lapsorum Ecclesiæ morum restitutionem vsque adeo vrget, adolefcentem annorum quatuor, & viginti nullis prope literarum præsijs ornatum, cū in philosophia nunc verfer, in eum velit locum euehi: deinde, quod rebus suis munimenta, idoneosq; administratos quærens, hominem deligat omnis negotij publici rudem, neque autoritate, neque facultatibus pro tam grauis personæ amplitudine instructum: quoniam id ab humana videtur abesse prudentia, interpretari diuinæ prouidentiz argumentum licet. Honor porro ipse quamuis amplissimus; tamen cum onus pastorale non afferat, videtur mediocri doctrina fore contentus, si modo innocentia, sincerumque diuini obsequij studium adsit, quæ in huius loci adolefcente ad exemplum quoque valerent. Et sane sacerdotes, religiososque virtutis egregiæ Ecclesia complures habet, Cardinales fortasse non ita multos. Denique Societati etiam, quo magis ea in commune proficeret, vsui esse possem. Hæc mihi succurrebant in eam partem, cur oblatu honos neutiquam fugiendus videretur. Verum plura, & grauiora succurrunt in alteram. Primu excelsissimus gradus, & muneris amplitudo plane dotes exigit singulares. Quarta enim scientia, quanta prudentia, quanta in rebus agendis exercitatio, quata etiam ætatis maturitas: quantum vero zeli, constantiz, religionis, amoris, timorisq; Dei requiritur in eo, qui è consilio Vicarij Christi, sanctæq; Ecclesiæ columen, & quasi cardo futurus sit? Quibus tamen ornamentis ego me penitus nudum agnosco: neque sentio eas me egisse radices humilitatis, & mortificationis, vt fructus debeat expectari: sed potius verendum sit, ne ad primos æstus, ac ventorum afflatus, si quod est semen, aut germen exareat, & illam pariter diuinæ lucis auram, quæ menti nunc meæ per diuinam bonitatem affulget, ille paulatim inanis splendor extinguat. Sed siugamus necessaria ei personæ præsidia mihi nulla deesse, quid hæc valerent, vbi rerum, quæ tractantur, adeo perplexa & lubrica, & periculi grauissimi plena natura est? Tam arduum, viam tenere, vt nec Principes mortales, nec immortale numen offendas. Quid ipsa vitæ ratio hisce temporibus vsitata peringentes, ac superuacaneos sumptus, quantum periculi habet, præsertim Ecclesiæ bonis aburenti? quod faciendum mihi necessario esset, cui nec alia ferme pecunia, quam sacra suppeteret, & nationis, familiæ, & fratrum, qui non opulentissimi amplissimos apud Imperatorem, & Principes gradus obtinent, seruiendum esset ingenio, ac dignitati. Quid dicam de occasionibus, ac temporibus, quæ incidunt talia, vt vel ætate, ac virtute prouectos, nunc superbia, nunc auaritz, nunc liuoris, malæq; æmulationis, nunc aliarum perturbationum quasi tormentis euertant? Atque vtinam non esset ipsomet experimento compertum, quanto pro-

46

nus sit viros vel robustæ virtutis euanescere eo loco, ac perire, quam quicquam proficere. Exempla vero sanctorum aperte docent quid in his rerum articulis agendum sit: qui istos honores contentione summa fugerunt: atq; nostris hisce etiam temporibus cernimus viros præstâtes abdicare magnas ditiones, vt Deo seruiant, nedum vt noui quicquam assumant. Et fortasse noui etiam hoc exemplum posset hominum mentes excitare, vt intelligerent quam parum in seculi prosperitate sit; si adolescentem repudiare id vltro cernerent, quod tam multis est summa votorum. Deniq; duabus è vijs, quæ se mihi nunc offerunt, altera crucis, & ærumnarum, altera splendoris, & cõmodorum, hanc Dominus IESVS, cum vellent eum Regem facere, omnino re fugit: illam in omni vita sequutus est; cuius item tam certus videtur exitus felix, quam alterius periculosus, & anceps. Atque hæc quidem incommoda res habet ipsa. Iam ne id quidem quod initio pro voluntatis diuinæ signo retuli, vllarum est virium. A meis enim negotium id omne, neq; nisi caduca spectantibus commoda, neq; nisi per vias terrenas tractatum est. Quid autem de cælesti licet nutu conijcere, vbi vitiatæ naturæ studia, carnisq; , & sanguinis consilia dominantur; Hæc Pater, omnia, vt scripsi, nemo mihi mortalium (nam ne cum Patre quidem Michaelere contuli) sed Deus, vt opinor, suggestit. Expecto Paternitatis tuæ consilium, idque mature, vt remedium sit promptû in tempore. Et quoniam ab illarum viarum altera declinare non est, nisi in alteram transcam, peto, quæsoq; Pater, vt quâdo in Ecclesia sua Deus te collocauit, qui receptum aberrantibus daret, mihi quoq; patere ad te aditum velis. Pridie Cal. Aprilis anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo. His datis ad Urbem literis, cum subinde Salmanticam vsq; huius anni vere Borgia excursisset, eius exemplis illustribus, incensisque sermonibus victus, non expectato Ignatij responso Deo cessit vocanti: gloriâ premens humanam, & requirens æternam, Societatis humilitatem multo potiore fluxi honoris titulis duxit. Eodẽ ferme tempore è præstantissimi concionatoris Auilæ disciplina migrarunt ad nostrâ Jacobus Gusmanus & Gaspar Loartes: eisdemq; vitæ rationes Bartholomæus Bustamantius Sacerdos theologusq; & concionator idoneus vltro suscepit; is, qui Ioanni Taueræ Archiepiscopo Toletano fuerat à secretis: & grauissima negotia, cum is Antistes vltioris Hispaniæ procuratori præfesset, sæpe tractarat: nec potuerat vnquam pellici, vt sacerdotium nisi vnũ exciperet, multis & opimis oblati. In eo sacerdotio seduli Pastoris munere multos annos cumulate perfunctus, cum studio flagraret ardentissimo omni ratione probandi se Deo, omnemq; vitæ suæ cursum ad eius maxime voluntatem, vt ad optimam, & rectissimam regulâ dirigendi, dies ac noctes ei suppliciter erat, vt viam sibi, quæ eo ferret, atque deduceret, cõmonstraret, interim vigilanter obseruans, quores Societatis, de qua tam multus, ac varius sermo perstrepebat, euaderent. Sed dum maxime excitata ab Silicæo procella seruet, siue vt alioqui produnt, ex sermone Villanoux cum ipso Antistite; cui præsens adfuerit, siue aliunde re cognita, Villanoux se voluntati permisit: nec tamen omnino quieuit ardor voluntatis diuinæ penitus pernoscendæ. Cuius rei causa, cum quotidie vota, precesque sollicitus duplicaret, ad extremum inter Missæ solennia vi lacrymarum atque singultuum Christum illum, quem habebat in manibus, oculisque cernerebat, quodammodo percipit, vt significationem sibi aliquã ederet voluntatis suæ, sibi que genus illud vitæ, quod ei maxime probaretur, ostenderet. Hic ille, vt ipse postea non sine teneriore pietatis sensu cõmemorabat, per motionem quadam mentis insolita, impulsuque vehementi, & veluti voce quadam interiori se monei sensit, vt in Guipuzcoam sine cunctatione profectus, quod à Francisco Borgia fieri animaduerteret (de cuius recenti vita nondum plane cognorat) id ipse suis moribus conareret exprimere. Fuit hæc Dei vox in auribus Bustamantij tam efficax, tamque vehemens, vt è vestigio domo, negotijsque posthabitis de Villanoux quoque sententia, in Guipuzcoam se cõferret. Quo cum esset ingressus, vbique reperit Borgiæ sanctitatis impressa vestigia, & suauis eius velut odore omnia redundare. In Ognatensem deinde recessum vltra progressus, commodum in Borgiam ipsum incidit, lapidem, & cæmenta ad ædificium conuulentem. Huic cõsilium suum exponit, huic totum animum, & pectus aperit: dimissisque illico famulis, cum eo permanet; dein Societate receptus, complures annos ipsi Borgiæ cum in eius itineribus, tum in explicandis, conficiendisque negotijs magno vsui, ac leuamento fuit. Salmanticensẽ Collegium, vt eius tum

47
Bartholomæi Bustamantij
vocatio.

48

ferrebant

ferebant initia, granis emebatur inopia. Et incidit aliquando dies, cum domi nihil esset, nec inueniri posset unde famem Dei serui leuarent. Aridus ducendus is dies erat, iam annona consumpta, cum haud immemor diuinæ fiduciæ qui præerat, iubet rem Deo diluculo, tum cum adorandum surrexerant vniuersi, accuratis precibus commendari. Vix orandi finis campanæ significatus est cantu; cum ex templo pulsanter fores, & pecuniæ subsidium affertur, quo & omnes affatim satiarent desideria naturæ, & in Dei fiducia, qui volucres cæli pascit, suos animos confirmarent. Methymnæ Campi Collegio, quod nuper inchoatum supra diximus, res non defuerunt aduersæ, quo altiores radices ageret. Namque eius loci Abbas, & Vicarius idem Episcopi, qui ad eam diem fauerat, ab hominibus, qui parum Societatem norant (vt opinio fuit) concitatus, ipsa S. Martini sacra luce per Tabellionem edixit, ne sacris confessionibus, concionibusue operam darent, nisi prius de eorum vita, doctrinaque specimen sumptum esset. Noua res videlicet visâ Patribus, & valde insolens, vt qui Abbate ipso nec inscio, nec inuito, cui & literas Apostolicas, & summam priuilegiorum inspicienda iam dederant, iure suo suis in obeundis muneribus vterentur. Protinus ergo Petrus Siuillanus, qui nondum sacerdos Collegio præerat, & doctor Castellus pergunt, quo propius mentem explorent Abbatis, planiusque de re rota cognoscant. Qui simul ac in eius venêre conspectum, verbis contumeliosissimis, latrones, seductores, & id genus maledictis compluribus appellantur: atque vt facta verbis accederent, cum Rector modestissime ptecaretur, vt quando iam Pontificia diplomata viderat, vellent Patres rationem sui reddentes audire, exclamans, diplomata eorum fallacias, ac scelerata esse, vibratum per aërea baculum quem gerebat, in eos cum stomacho torsit, irritum tamen ictu. Quod idcirco retulerim, vt appareat nisi perturbationes sedulo comprimantur, quas ad indignitates interdum personas vel graues impellant. Neque is finis fuit. Digredientes Dei famulos, cum cedendum exundanti flammæ viderent, iubet à satellitibus comprehendi. Confestim abripiuntur in vincula. Hic diem totum arcte tenentur, dum amicorum summis precibus inde missi ad sua se munera Abbate coniuente se referunt. Animaduersum est toto illo turbinis tempore non modo aut sociorum autoritatem, opinionemue apud homines, aut hominum in æde Collegij celebranda frequentiam, vsurpandisque rite mysterijs nihil imminutam verum etiam auctam, fructusque ad animos longe vberrimos redijisse. Quin Abbas ipse rebus agitatis mitior iam die factus odium in amorem vertit: & is ipse nouum in ædificium postea primum lapidem rite misit. Gandiæ cum Taurica, & alia quædam (quæ arundinum vocant) spectacula danda essent sub Sancti Jacobi Maioris solennia, in quibus cuncta ciuitas Iobelæi se expiatione renouarat, tæmet si Rector Baptista Barma Valentiam abierat, tamen octo sociorum è numero, quorum pars dimidia sacerdotes, conuenere inter se, vt rem periculi plenam, & quam sæpe hominum interitus, & sauciatio comitatur, euerterent; neque ita subito recens animarum nitor theatri macularetur licentia. Ergo Prorektoris voluntate sic instructi, ornatique è Collegio prodierunt. Procedebant numero quatuor, quorum princeps fuit de ceruice suspensio, ingens manu signum Crucifixi Domini præferebat, postremus reſte item ad collum alligata defuncti hominis cranium ad terrorem ostentabat: intermedij vero duo nuda sua terga flagellis perpetuo verbere laniabant. Opportune in caucam peruenerunt primo agitato, iamque incluso tauro. Ad nouum spectaculum oculi repente omnium cum stupore quodam conuersi. Sacra Domini effigies, mortis imago, sese lacerantium fragor, & foedata cruore terga commouebant, cum vnus è quatuor in quosdam gradus epadens, addere clamores terrificos cepit, vt iam totum theatrum misericordiam inclamaret. Ita percusso populo ex alia parte prope sedilia Ducis, & coniugis eodem ornatu, ac terrore alij quatuor apparent, paribusque etiam verborum facibus spectatorem incendunt. Inde tantus excitatus est in populo fletus, tantus animi dolor, vt ploribus, & vociferationibus omnia Dei clementiam implorantibus personarent. Ergo auersa à spectaculis multitudine, quanquam sumptu nõ modico apparati, missi sunt ludj, & sanus domum suam quisque reuertit, vt si de templo non de theatro discederet. Pars tamen maxima redeuntes domum Patres certatim prosequuta eo motu, vt non pauci, quos nec temporum calamitas, nec Iobelæi indulgentia flexerat, exemplo illo

49
Laboranti
inopia Col
legio Sal
manticæſi.
Deus suc
currit.

50
Collegij
Methym
nenſis ve
xatio.

51
Gandia
impeditur
ſpectaculū
tauricum.

52
Fervor
Valentino-
rū sociorū
in concen-
da licētia
bacchātū.

deieci ad confessoriorum pedes acciderint. Hoc salubri terroris exemplo socij Gandienses æmulati sunt Valentinus. Ex his enim sex pridie Cinerū, quo maxime die Satan, & licentia dominantur, nudi pedes, ac verticem, longum ab ceruice funem trahentes pendulum, ac duo etiam nudi terga flagellis armati, ceteri crucem, caluariamq; alterni manu gestantes obiere vrbis celeberrimas vias, dantes se in bacchātium turbas: subinde clamores horribiles, de morte, de supremo iudicio, de Tartari pœnis æternis, & similibus horum concionabundi iaculantes inter duorum se diuerberantiū crepitum, crio reinq; haud sane pœnitendo exæstuantis licentiæ temperamento. Ceterum nec illud quidem pietatis genus Gandiæ prætermisum est. Cum multos iam menses terræ pluuia negaret Cælum, ingenti metu sterilitatis, ac famis; eodemq; tempore Turcicæ classis metus accederet, quæ maritimas illas prope oras nuntiabatur adesse: Rector conuocatis socijs populi mæorem, ac luctū exposuit, interrogans, quibus armis aduersus cælestem irā tendendum esset. Cumq; ad omnia se quam paratissimos cuncti offerrent, decretum est tādē, vt octiduum, quod ad assumptam in cælum Deiparam intercedebat, ei negotio præcipue dicaretur. Eo spatio ter diuinam synaxim instaurarent singuli: quoquo die id fieret, ter singuli voluntariam adhiberent suorum corporum verberationem. Præterea à quinta ante meridiem hora ad nonam pomeridianam quotidie continuata supplicantiū vicissitudine haberetur oratio. Quorum preces, atq; supplicia liberaliter audita largissimi mox imbres toto biduo cōtinentes testati sunt, quibus satis superq; sitientibus agris, & iam prope arescentibus consultum est. Nuntiatumq; haud ita multo post Turcarum classē, quæ tantum incolis terroris iniecerat, longe aliū tenuisse cursum.

53
Diuiditur
Hispania
Prouincia
in duas.

54
Res in Lu-
sitania
turbulēta.

Hoc anno Hispaniæ prouincia (crescente sociorum in dies numero) tributa est in partes duas, in vltiorē, & citiorē. In illa relictus est Prouincialis is, qui toti Hispaniæ præfuerat Antonius Araozius: Huic vero, quæ Tarraconensis nomine continetur, præfectus est is, qui Lusitaniæ præerat, Simon Rodericus. Cuius rei maturandæ ea fuit occasio. In Lusitano regno Societas non iisdem, quibus in alijs ferme terris orta, & adulta principijs, mole iam sua (vt præfestinata assolent) laborabat. Quippe cum firma alibi fundamenta fere in rerum penuria, insectationibus, & omnibus ærumnarum generibus iacta essent, in Lusitania pro benignitate Regis, ac gentis humanitate euenerant plane contraria: Cumq; messis amplitudo totum late per Orientem blande se offerens, ad multiplicandas operas inuitaret. Rexq; siue subsidijs affatim cōferendis, siue benignis verborum hortatibus incitaret: ac primorum exempla Patrum ad Dei famulatum allicerent plurimos, recepti sunt sane permulti. Adeo vt anno superiore alumnos centum & quadraginta Conimbricense Collegium numeraret. Tyrocinijs disciplina pene nulla dum erat cōstituta: leges vero domesticæ omnino perpaucæ. Neq; Simon curiosius laborabat, vt quam audiebat Ignatium tenere Societatis regendæ viam, eam & ipse cōsectaretur. Sed suapte natura lenis, & indulgērior, alios tractabat sepe remissius. Inde quod numeroso in cœtu, ac per exigua interioris hominis disciplina, in summo ætatis ardore, in literarum assidua tractatione necesse erat, facile est consequutum: solui paulatim obedientia, curari studiosius corpora; frigere studia diuinæ sapientiæ; contraq; sic terrenæ vigere, vt nec deesset, qui scommata iacere, & mordaciores condere versus auderet. Manabat late malum: tametsi longe plures viam perfectæ virtutis strenue, constanterq; capessēbant: quorū exemplis, fructuosissq; laboribus cū fama Collegio prima constabat, tum quæ supra relatæ sunt, vtilitates creabantur in publicum. Simon tamen perinde amabatur ab omnibus, cum ipsa indulgentia remissiores alliceret, strenui vero sapientiæ sectatores nec facta sociorum, multoq; minus Præsidum scrutarentur: & quicquid se nō aperte improbum offerret (quod Dei gratia nihil admodum erat) meliorem in partem didicissent accipere. Hæc, itemq; ea, quæ Prouincialem proprie contingebant, in victu, culruq; subrepere superuacaneas commoditates, & alicubi sumptus fieri religiosæ paupertati minime cōsentaneos, cum cōperisset Ignatius; neq; his incōmodis vllam satis reperiri posse medicinam, nisi ea prouincia alteri traderetur, remedium ex hoc aggressus est capite. Quoniam vero Prouincialis apud Regem, ac Proceres gratia multū valebat: nec semel in cassum tentata ante res fuerat; quo

nunc

nunc certius, suauiusq; perduceretur ad exitum, literas, quibus Simonem ab eius prouinciæ gubernaculis remouebat, suo chirographo consignatas in Lusitaniam mittit ad Leonem Henricum, Urbanumq; summæ fidei Patres, interpolito obedientiæ præcepto, vt eas literas Simoni reddant. Aliud insuper literarum testimonium, quo Lusitanæ prouinciæ Præpositum declarabat Iacobum Mironem misit, & proprias ad Simonem, quibus potestatem faciebat, vel in Brasiliam (quod is sæpe ante postulauerat) nauigandi, vel administrationem nouæ prouinciæ, quam dixi modo in Hispania institutam, suscipiendi. Super hæc, ne forte cæptis autoritas intercederet Regi, ad eum etiam & Catharinam coniugem, Henricum Cardinalem, & Ludouicum germanos ea de re scripsit: itemq; ad duos illos, quos nominauit Patres: quorum fidei, prudentiæq; plurimū tribuebat, vt si opus esset, suum Regi consilium exponerēt, ac probarent. Eademq; de causa ad Michaelem Turrianum Salmanticam, & Ognatum ad Borgiam scripserat, vt in Lusitaniā sese conferrent. Turrianoque, quem visitatorem constituerebat, folia pura permulta dederat suo chirographo communita, vt, si usus esset, in ijs quicquid videretur, inscriberet: & suo nomine quibuscumq; expediret, reddenda curaret. Sed non potuit sapienti Regi ea Prouincialis mutatio non probari, cum ad eam ipse sua sponte nutuque priusquam ab Ignatio literas vllas acciperet, inclinasset: consiliumq; iam suum cum Mirone contrulerat; ita vt necesse non duxerint Turrianus, & Borgia se loco mouere. Quæ regiæ inclinatio voluntatis pro eiusdem in Simone retinendo ante constantia, perillustre visa est Dei tuentis Societatem, atque regentis indicium. Simon etiam ex Ignatij literis eius voluntate perspecta, quibus & se prouincia liberabat, & eam Mironi tradebat, tanquam gratissimo accepto nuncio, literas ipsas capiti imponens, ac pectori apprimens signa edidit permagna lætitiæ, vel quod onere se leuari sentiret; vel quod secum, vt dicitur, viuere, & secum sibi esse iam liceret: continuoq; literas ab Ignatio missas reddendas Mironi curauit vna cum suis ad Conimbricentis Collegij socios; à quibus sibi vt ignoscerent, postulabat, quicquid in eius prouinciæ administratione peccasset. Prouinciam vero ipsam Mironi tradidit illacrymanti, haud ignaro quantum suis humeris onus imponeretur. Is manum illico ad opus vertere, eoq; modo res cæpit, quo Romæ fieri ab Ignatio iusserat, ordinate. Rectorem Conimbricentis Collegij Emmanuelem Godinium nominat, eiq; adiutorem Antonium Quadrium sufficit; eum qui postea annos permultos Indicam prouinciam omni laudum genere cumulatus administravit. Hæc mensè Maio gesta, ac secundis fere omniū excepta plausibus. Quo tempore Ludouicus Consaluius, & Miro egregium religiôsæ documentum modestiæ ediderūt. Nullus Regi tum certus sacerdos à confessionibus erat: aliquandoq; cum Ludouico confessus, quia is onus auerfabatur, octauo Christi corporis die Mironi coram præsentem, ipsum sibi conscientiæ suæ arbitrum lectum esse significat. Qua Pater denuntiatione non leuiter primo commotus, vbi animum paululum collegit, grates Regi plurimas agit, quod tam præclara de Societate iudicia faceret, ceterum non bene se cognitū illi contestatur, quod sibi nec idonea ad id oneris facultas, nec ætas adit, præterquam quod etiam esset in Lusitania peregrinus. Nemo, Rex excipit, vestro mihi de numero peregrinus est: mitte istam causam: nec est quod facultatem ad audiendum me singularem desideres: Dei gratia, quicquid censueris, & iniūxeris, ad id omne paratū habebis. Cur autem si ceterorum mortalium confessiones excipitis, refugiatis meas? Hic Miro haud sine animi pio sensu, Tuas Rex optime, cuius religiosissimam mentem, vitamq; videmus, confessiones sane nō fugimus: sed speciosa ista munera disciplinæ nostræ non admodū quadrāt. Nostræ vocationis est, Nosocomia terendo, docendo infimam plebem, ministeria humillima obeundo, iuuandis simul animis, nostræ simul humilitati cōseruandæ insistere. Nec est obscurum, ceteris religiosorum familijs, quam parum splendorum officiorum tractatio commodabit: & nosiam nunc satis multi gratiam consecrari Principum arbitrantur. Itaque tum priuatæ Societatis, tum publicæ vtilitatis causa, precor, quæsoq; tuum vt istud singulare cohonestandi nos studium temperes. Tum Rex nihil se fore impedimento dicens, quo minus abiectissima pariter munia pro voluntate tractarent, consultare amplius ea super te, ad seq; quid statuisset, postero die referri iussit. Re domi de integro consultata, primaque confirmata sententia, remissus

56

57

Ludouicus:
Consaluius,
& Iacobus
Miro vt fugiūt leuatis
Regis confessionibus
au. tre solit
st. idio bur
railitatis.

58 *B. Ignatio nō omnino probatum Cōsaluij ac Mironis factum.*
 Conſaluius ad Regem, non ſolum pro Mironem cauſam ſtrenue, ac proſpere geſſit, ſed inſuper impetrauit, vt ſibi quoque qui dudum conſcientiam Ioannis regebat principis, cum bona Regis gratia, onus liceret ponere. Quæ vulgata per aulam, ſecunda admurmuratione celebrata ſunt. Quanquam beatus Pater, qui Societatem Regi tantum debere intelligebat, non omnino probauit in ea re ſiue Mironem, ſiue Conſaluium tam acriter concertaſſe. Simon interim qui prouinciam tanta initio voluntate, poſuerat, cœpit poſt paulo dubitare, an ea procuratione, quoniam Ignatius iuſſerat Regi parere, iure eſſet Rege inconſulto ſolutus. Sed ſtatim Rex non ſolum Ignatij conſilium probans, ſed etiam gratulans Simoni, quod B. Patri tam alacriter paruiffet, omnem ei dubitationem exemit. Tum demum valetudinem, feſſaſque vires excuſans, ne vel in Braſiliam nauigaret, vel nouum Aragoniæ Prouincialatum exciperet, ſtatuit in prædium Collegij Conimbricenſis, cui à S. Felice eſt nomen, ſecedere. Eo dum pergit, Oliſſipone Conimbricam venit, ac protinus in Collegio turbati cœpta ſunt omnia. Non ſatis noui Moderatores Miro, Godiniuſque prouiderant, ne multa ſtatim principio innouarent: atque ſeueritatis quicquid opus foret, paulatim, molleſque per gradus inducerent. Sed vt erant ipſi ſibi aſperrimi, & deque virtute vocationi huic debita opinionem præſtantiffimam mente præceperant, conſeſtim, & ex abrupto in eam redigere abſolutiſſimam formam cuncta conati ſunt. Ac Miro tanquam exiſtimans, ſicubi deſideraretur quicquam, incuria ſua peccari, omnibus locis ad eſſe, cuncta præſectorum inferiorum officia attingere, vbique ſe admifcere. Vnde fiebat non modo, vt ipſis munerum ſingulorum procuratoribus grauis eſſet; ſed etiam rei non ſatis intelligens, non nihil interdum autoritatis amitteret. Perturbata igitur domus erat tota: nec ſane cauſam, ſi quærimus, leuem ſuſtinebant, noui Præpoſiti, qui dum ſuperioribus mederi volunt incommodis, nec in exigenda diſciplina conſulunt imbecilliſ, nimirum exulcerarunt, quæ ſanare non poterant. Vt enim Præpoſitorum diſſolutione torpeſcunt: ita nimia ſeueritate exaſperantur ingenia: & ſi peccantibus reſpondeas ad ſingula (vt ait Auguſtinus) non decrit vbi pecces. Tum vero Simonis aduentu, ſiue admonente ipſo (vt ſuſpicio fuit) ſiue aliquis ex maxime turbulentis, & Crucis oſoribus (quod potius crediderim) ex ipſius conſpectu Simonis, & Collegij in cum caritate, occaſione arrepta, ſatanicum opus adiuuit; cœpit prior adminiſtratio cum poſteriore conferri, memoriaque veteris indulgentiæ grauior eſſe ſeueritas præſens. Denique multi Simonem velle, non alium Prælidem. Atque is quidem ad ſanctum Felicem breui ſeceſſit. In Collegio vero rebus in dies turbulentioribus, accerſitur Salmantica Turrianus, qui menſe Auguſto adfuit. Nec quicquam vrgendum prius exiſtimauit, quam vt è Luſitaniæ Simon exiret. Itaque in vno è folijs puris, quæ accepiffet diximus ab Ignatio exaratis literis primo quoque tempore ad Aragoniam ſe Prouinciam iubet conferre. Acceſſit & Regis epiſtola adhortantis, vt quamuis valetudo minus ferret, in obſequij tamen exemplum volens, libensque proſicifci non dubitaret. Nec ſane cunctatus eſt Simon. Ac Turrianus ad ſedandas res totus incubuit. Multi, qui medicinam non patiebantur, & noxij erant exemplo, vel emiſſi, vel ſponte dilapſi. Tredecim è iunioribus tanquam recudendi ſub Tyronum magiſtro ad ſanctum Felicem miſſi: ex quibus tandem vix vnus, aut alter, in Societate permansiſt. Res compositæ videbantur: iamque receſſerat in ſuum Collegium Salmanticam Turrianus. Miro in oppidum Moram euangelizandi cauſa ſeceſſerat, cum grauius diſcrimen exoritur. Michael Gomius, qui ſocius in Prouincia Simoni fuerat, eique comes abierat, diu natali ſolo carere non potuit. Relegatus ſibi quodammodo videbatur à patria. Itaque eius deſiderij non ferens igniculos, valetudinis excuſatione, vnde abierat, reuerſus eſt. Hic, vt primum facultas eſt data, quo Simonem in prouinciam reſtitueret, Regis, ac Procerum aures fictis criminationibus, ac calumnijs aduerſus virum ſanctum Ignatium oneraſſe dicitur. Criminabatur eum ambitione ductum neptem ſuam in matrimonio collocandam Ioanni Borgiæ curaſſe; quem Societatis edidiſſe iam vota Gomius aſſumabat. Pecunias è Luſitana prouincia, vt alijs prouincijs conſuleret, auertiſſe: qua
 in re

in re cum grauem aduersarium Simonem haberat, eum à prouinciæ gubernaculis deiecit. Prouinciam ipsam spoliasse uiris doctis, & indigenis, auxisse rudibus, & externis: qui prouinciæ sumptibus, & impendijs, literarum se doctrinis ornarent, semper uidelicet reclamante Simone. Quibus mendacijs, maleuolisque sermonibus adeo breui Regem, Procuresque nonnullos immutauit, & abalienauit Ignatio, ut putaretur vulgo Societas in Lusitania ad nihilum reditura. Sed non defuerunt, qui Regem melius edoctum de errore deducerent, & B. Patri, cuius in coronam noua hæc gemma inferebatur, continuo restituerent. Expofuit enim Franciscus Henricius Matrimonium neptis cum Ioanne Borgia, non modo antequam fieret, Ignatium ignorasse: verum etiam postea improbasse factum: non quidem quod vota Societatis emisisset Ioannes (ut falso, inuidioseque narrabatur) sed quod sane existimabat eum iuuenem ad statum celsiorem diuinitus incitari. Ceterum cum huic neque patrimonium, nec bona ad hæredem transitura vlla adessent, ad Laurentiam vero Loiolam vnicam gentis stirpem, ingens pecunia, ac Loiola ipsa recidisset, vtriusque consanguineus suapte sponte, nec Francisci, nec Ignatij explorato consensu, connubium transegisse. Adeo vero pecuniarum nihil interuersum prouinciæ, ut Lusitani Patres, cum hoc ipso anno de generali caufarum procuratore communibus Romæ impensis habendo consulenterent, eam conditionem, ne quid amittendum ex prouincia esset pecuniæ, omnino respuerint. Homines quidem euocatos nonnullos, qui olim remitterentur instructiores. Verum tamen ipsum nosse optime Regem, & in Lusitaniam, & maxime in Indiam plurimos, & egregios ex alijs prouincijs missos cum lucro incomparabili nationem Lusitanici imperij. Hæc cum omnia Rex, simulque quid Gonijs esset hominis didicisset; quæ mens, quæ studia, quid alij pauci, qui sermones de viro sanctissimo Ignatio tam improbos sererent, & in regias quoque aures conarentur irrumperere, quam non religiosi, neque germani Societatis filij, quam nulla veræ, solidæque virtutis laude præstantes: contra vero quantus consensus bonorum omnium, quantus amor disciplinæ, quanta integritas vniuersæ familiæ moderatoris Ignatij, quantumque eius in ea tota administranda mens recta, in quem nulla posset earum rerum suspicio cadere, quas comminisci, ac iactare talem in Patrem Filij degeneres auderent. Hæc, inquam, & alia complura cum Rex sapientissimus non solum ex Henricio, & Consaluo hominibus de Societate, sed etiam ex Cardinali, & Ludouico germanis suis qui constantia admirabili patrocinium gessere huius ordinis, accepisset, suspiciones omnes absterfit, amorem, & benignitatem redintegrait, & auxit; probauitque ut Michael Turrianus, quem præclaris Ignatij præceptis ad eam prouinciam constituendam instructum nouerat, in Lusitaniam rursus euocaretur; itemque acciretur Borgia, ad quem & suas proprie literas dedit. Fuit omnium sententia B. Ignatium quicquid incommodis, quæ subierunt, anteuertendis erat necesse, ipso ab initio pene diuinitus prouidisse: nec euentura fuisse, si Turrianus, & Borgia (ut ille censuerat) mature in Lusitaniam concessissent. Ita est profecto. Summa potissimum capita Deus mouet, docetque, ac multa in rebus gerendis per imprudentiam nimis administratorum sæpe peccantur. Inter hæc Rector Conimbricenis Godinius & ex defectione mul-

61

62

*Emmanu-
nusius Go-
dingij ser-
uor per ur-
bem sese
diuerber-
antia.*

inter-

interruptis exclamat , Nobiles populusque Conimbricenses per Christi redemptoris plagas, quicquid offensionis ex Collegio I E S V vobis est præbitum condonate mihi. En ego ille sum , cuius peccatum est culpa , quicquid peccatum est. Iram hanc Dei mea commissa commeruere. Sic obita vrbe ad socios in sacello perseverantes cum magno verberum fragore repentinus ingreditur. Attonitisque ad nouam speciem , quid egerit , & quam ob rem , plenus lacrymarum exponit. Nec mora ceteros ardor idem inuadit , Quadrium maxime , qui veluti fuerat administrationis adiutor , ita culpæ , si qua esset , se participem contendeat. Ergo certatim is , alijque idem sibi vt concedatur piaculum instant. Emmanuel tantisper cunctatus , dum res consultaretur , denique calentibus animis ratus obsecundandum , iussis iterum in sacellum conuenire , Hic , inquit , pariter congregati , quo fiat diuinissimæ Trinitati acceptum , obsequium vestrum cum acceptissimis Christi Saluatoris confociate supplicijs , qui se hostiam pro nobis obtulit Deo , & Patri in odorem suauitatis. Proponite igitur vobis eam speciem , qua totus cruentus cum horrenti spinarum seruo in ioculari purpura est productus ad populuni : & Præsidem audite , Ecce homo clamentem. Tum horæ vnus spatio in spectaculi huius contemplatione exacto , diuina iuuante gratia , & nos in publicum cum Cruce nostra prodibimus. Vix hora abierat , cum accensi omnes , iratique sibi , & diuinum quendam spirantes ardorem , præmoniti , vt non tam lacerando corpori intenti , quam Dominum Cruce oneratum per Hierosolymæ vias cogitatione sequentes , & quasi adiutantes irent , numero amplius sexaginta valide sese cadentes egrediuntur. Præferebatur insigne vexillum pendens è patibulo Christi , præbantque ex adolescentioribus duo sacris litaniarum carminibus intonantes , quibus reliquum agmen inter plagarum crepitum succinens mæsto murmure respondebat. Sequebatur ingens populi multitudo admirabunda , quæ ad id spectaculum conuolarat. Ita ad ædem misericordiæ ventum est. Hic mora aliqua supplicando ducta conuertitur sub fores ædis ad circumfusam multitudinem Rector cum socijs vndique conglobatis : & suis peccatitribuens , si qua in eorum animis facta offensio sit , supplex veniam rogat : insuper obtestans , vt ad propitiandum Deum suas & ipsi preces adiungerent. Quæ cum dolenter , & per quam flebiliter enunciaisset , in eundem fletum auditores suos adduxit. tum prope aram regressi , Rector certas recitat preces , ac subinde pariter omnes cum clamore , & lacrymis , misericordiam comprecantur. Non defuere , quibus hæc sancta quædam stultitia videretur. Necessarium certe exemplum tale non fuit. Mirum tamen quantum & animos Ciuium calumnijs desertorum exulceratos lenijr , & Sociorum pectora , quodam quasi horrore perfusa , grauiterque concussa , ad suscipiendos celestis sapientiæ satus instaurauit. Inde quasi ab secunda origine rite consitum , radicibus per aduersa alte actis , ac stirpibus segregatis incommodis , Conimbricense Collegium lætius ; ~~et~~ cuiusque reffloruit : ediditque deinceps perenni vbertate Europæ , Africa , extremisque Asiæ gentibus saluberrimas fruges. Laboriosa quoque Patrum præcipuorum valuit vehementer industria ad nomen pristinum , decusque Collegij sustinendum : ijs enim per Oppida ad euangelizandum sparsis , quæ feliciter vbique geriebant , secundo rumore longe , ac late celebrabantur , tam clara Mironis fama , vt non nemo diceret , proxima ijs , quæ India de Xauerrij sanctitate sentiret , Lusitaniam de virtute Mironis existimare. Is in Archiepiscopatu Eborenli cum interesset concioni , quam pene omnem bonus Ecclesiastes in Societatis accusatione ponebat , stomachantibus , & digredientibus multis , humilitate , ac modestia summa perseverauit : atque vbi descendit è suggestu Prædicator , coram populo Miro ad eum accedens , manum suppliciter ad exosculandum poposcit : porrectamque summa reuerentia osculatus est. Præclara enim uero maledicti ratio diluendi , quam spectatores vel lacrymis comprobant. Verum è vetustis Lusitanæ Patribus , nec magis antiquitate , quam virtute præstantibus duos hoc anno mors rapuit. Ioannem à Sancto Michaelè virum Dei donis multis insignem , solidaque suggesti laude pollentem , & Consaluum Mederium , cuius in seuerissimo

63
Totū Collegiū publicam verberationē per Urbem subit.

65
Egregia de Mironis virtute opinio.

66
Mors Io: à S. Michaelè & Consalui Mederij.

atissimo vitæ instituto æquabilis, perpetuaque constantia eminebat. Quippe compluribus annis fenas quotidie præter sacerdotale pensum, precationi, meditationique horas impendit, ternas à canula ante quietem; totidem post degustatam quietem ante diluculum. Vbi dilucesceret, descendebat in templum, flexisque ante Diuinissimum Sacramentum genibus primas sacerdotalis officij preces exquebatur, tum alias ex interuallo. Denique sacrum faciens, danisque operam consententibus (ab quo sacro iudicio fermocinationes alienas seuerissime dicitur arcuisse) nunquam toto matutino tempore pedem de templo, nisi quid obedientia interdum, caritasve præscriberet, efferebat. Spatium vero promeridianum, si otium daretur à consententibus, rerum studijs sacrarum totum dicabat. Porro quotidianam fensarum meditationem horarum, nunquam ne in itinere quidem omisit: magna quin etiam ex parte retinuit supremis vitæ diebus, cum pessime affectum corpusculum pene spiritus defecisset. Paulo ante excessum aliquot Patrum accitis, sacrum cereum iussit accendi: tum symbolo Apostolorum prolato, in hac, inquit, fide institutus sum, in hac vixi, in hac morior: testorque, si quid forte in extremo agone excidat mihi, iam nunc indictum, & irritum velle: ac protinus brachio porrecto, cereoque manu preheaso, vt lumen hoc, inquit, oculos illuminat corporis, sic ego credo Dominum IESVM illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum: quia ipse lumen verum, & æternum est. Quæ magno sensu cum protulisset, continuans inde sancta cum Deo colloquia, Ecclesiæ mysterijs omnibus præmunitus, euolauit è corpore pridie nonas Aprilis.

In Brasilia ad incrementa religionis barbarorum mitescebant ingenia. Pernambuco, quæ ex præcipuis Brasiliæ colonia est, magnum Ethnicorum numerum fama Patrum longe, lateq; manans, ad eos visendos, & audiendos, è locis etiam remotioribus excitabat. Confluebant ad eos onusti muneribus, & comæatu, benedictionis vt fructum, munusque referrent. In eo tractu Pagi cuiusdam Ethnici, cum Patrum consuetudinem non ignorarent, in statuendis, quacunque ingrederentur, certa per interualla, venerandæ Crucis insignibus, ad eorum aucupandam, obfidendam que benedictionem anteuertent ipsi, quod erant illi facturi, locoque per commodo augustissima illa fixere trophæa. Hic Patrum præstolantes aduentum eliciebant denique quod volebant. Quos cum sic affectis, & paratis ad baptismum animis. Præcones Christi sentirent, eorum de numero centum in catechumenos adscripserunt. Verum inde regressus præcipua Veterator è gente astutia, magnæ olim autoritatis in populo, sed tum iam, Christo cõualecente, nullius, vt si dem recuperaret amissam, mentitus est apud vulgus, se generis propinquitate Patribus esse coniunctum, & vera esse, quæ docerentur ab ijs, vt item illa, quæ doceret ipse. Etenim se ita, vt Patres docebant iam ab ijs se semel è vita, & iterum in eam rediisse. Quibus artibus, atq; mendacijs suarum opinionum commenta simplicibus obtrudebat, plurimosque fallebat. Quod cum Patres in reditu cognouissent, & veteratoris fraudes aperuissent, odio iustissimo populus inflammatus contineri nulla ratione potuit, quin scelus illud, immanemque pestem de medio repente tolleret. Hæc Pernambuco cum fierent, inde ad urbem S. Saluatoris sub ieiunij magni exordia Nobrega reuersus, non Lusitanis modo excolendis ingenti labore (vt præter cetera, etiam ipsa in vrbe, & in Oppido, quam Villam veterem vocant, bis diebus sanctioribus, cum rem diuinam faceret, tum populum alloqueretur) sed nihilo minore cura in Ethnicis edocendis versatus est. Horum circa Bayam aliquot Pagi tum erant, inter quos nonnulli sacro iam perfusi lauacro vna cum paruulis filijs, cum vitam nihilo minus ferinam, & vitia pristina retinerent, animaduersum est, eos fere omnes, intactis bonis extinctos vna cum liberis, sic vt vlcisci parentes noxios, innocentium puerorum misereri voluisse Deum satis perspicue cerneret. Quæ res ceteros sic exterruit; vt qui duci ad officium nisi coacti initio non poterant, vbi deinde admonerentur, ne simili supplicio plecterentur, sine recusatione parerent. At Satanus, qui vbiq; sui semper est similis, hinc occasionem arripuit exacuendi suorum satellitum linguas in nomen, famamque Christi prædicatorum. Iactabant eos, quocunque vestigium ponerent, eo morbos, eo lues importare: nihil que ab eis ratum, nihil periculo vacuum esse. Quibus obtreccationibus credulum vulgus in fraudem, & errorem inductum, quam longissime à salutaribus refugiebat magistris

67

Res Brasilia.

68

Falsa caliditas Brasiliae impiorum.

69

Vltio diuina in malos Noophytorum.

70

Satanus fraus in deterrendis à fide Ethnicis.

71
Adest De
mira vi
Prædicatorum
Euangelij.

gisti congressum horrebat, vitabat aspectum: cumque auditum esset eos per vias aliquas iter esse facturos omnis, commota vicinitas, in censo pipere, & sale, vt solent in abigendis prodigijs, eos conabantur arcere. Sed tam impudens Ethnicorum mendacium contrarius refutauit euentus. Nam qui certam quocumque venissent, putabantur importare perniciem, ij suo aduentu salutem plurimis afferebant. Faciebant Patres iter adiuncto sibi puerorum agmine per vicos, pagosque nonnullos, vbi tussis importunissima omnium fere pectora quatiebat, plurimosque sternebat, & enecabat; cum repentino Patrum eliditur, & finitur aduentu. Quæ res vt obretantium ora conclusit, & mendacia aperte coarguit, ita eos, qui se abalienarant reconciliauit, planeque restituit. Obeunti vicinos pagos sacerdoti nostro puer iam moribundus, & derelictus à suis, sanandus offertur. Hunc Pater ad baptismum à parentibus depoposcit, qui cum ægre quippe Ethnici concessissent, intinctum illico sanum reddidit. Contubernio puerorum præerat Saluator Rodericius, quos ita virtutis ad omnem laudem informabat; vt magna in ijs spes Brasiliæ adolesceret: ij cum in publicum de more procederent, litaniarum, diuinæque legis carmina concinentes, adeo spectatorum oculos sua pietate, totiusque oris compositione tenebant, vt Lusitani patresfamilias non dubitarent liberos suos ad eundem numerum, & gregem adiungere. Sequebatur eorum agmen cantus suauitate suspensus populus frequens, & ad carmen litaniarum modulatis vocibus respondebat. Circumducebantur instructo agmine interdum Cruce prælata, Ethnicorum inter Mapalia vocom, & quibusdam gentis de more crepitaculorum cantu. Animaduersum quippe est nihil tam in Brasiliensium animos molliores influere, quam varios canendi fonos. Sic enim concentu permouebantur, vt in eo felicitatis summam reponerent; ac Patres ad Christianam religionem eos adhortantes, vt sermonem ad eorum caput accommodarent, hanc dicerent concentum musicum esse verissimum. Ea causa pleraque Christianæ disciplinæ mysteria, quo dulcius asperis mandarentur ingenijs, pijs cantibus intexebant. Et erat in ea sententia Nobrega potuisse per facile lumen Euangelij vel in vltimam inferri Brasiliam, si prima eius prædicatio iucundis modulationibus condiretur, vt captis animis suauitate concentus ad visitatos, familiareque sermones sensim delapsa descenderent. Simplicem quoque innocentium puerorum fidem non raro Deus admirandis operibus comprobabat.

72
Musicum
canticum mi-
viscificat
Braflos,
vt in eo
summam
felicitatem
reponant.

73
Puerorum
Christianorum
officia
fides.

Diuerterant hi forte pueri nobilem penes Ethnicum, & Christianis amicis: hic cum suam ad eos filiam grauiter ægotantem adduxisset, vnus è pueris præter ceteros fide accensus, filia salutem nihil hæsitans pollicetur. Fusis à toto grege precibus promissa redduntur: melius fit puellæ: paucis diebus tota sibi ipsa restituitur. Cuius rei admiratione permotus Ethnicus pater, Filium insuper eis, quem habebat elegantissimum, sacris imbuendum mysterijs, & Christianis præceptionibus excolendum vltro dedit, quem illi in suam disciplinam acceptum, breui temporis intervallo ad fontem sacri baptismatis perduxerunt. Tantum autem his pueris Ethnici tribuebant, vt quacunque nossent eos iter habere, vias sternerent, & iter illud ornarent, eosque veluti lingulari quadam sanctimonia præditos, omni significatione honoris, & humanitatis exciperent: nec

74
Fertur v-
nium Pauri
in tollendo
ofu huzon
zarum car-
nium.

in eorum conspectibus auderent exiguum aliquid ex humanis carnibus delibare. Quem serinū morem cum merito sacerdos noster horreret, ad eum tollendum, totaque ex ea prouincia stirpitus extrahendum id salubriter excogitauit; vt quæcunque per oppida, pagosque transiret, cunctis inspectantibus, nuda terga multo verbere cruentaret: percunctantibusque respondebat ea se ratione tentare, posset nec ne supplicium imminens diuinæ iustitiæ ab humanæ carnis voratoribus deprecari. Quo documēto, spectaculoque perterriti respicere complures, sibi que ipsi legem seuerissimam indixere, ne quid in posterum è tam nefandis dapibus attestarent. Ceterū puerorum speciosis exemplis die progrediente fiebat, vt omnibus pene locis, vbi sua Lusitani propugnacula, & arces habebant, certa eis domicilia extruerentur: in eamque rem sumptus suggererentur, & serui, qui quotidianum eis victum colendis agris, piscandoque conquirerent: quod erat profecto satis agrorum tum feracitate, tum rerum vilitate proclue. Tres igitur iam domus erant continendis hisce, educandisque puerorum gregibus institutæ, in vrbe S. Saluatoris, de qua hætenus fuit sermo, in oppido S. Spiritus, quæ ingens accepit incrementum, de ductis eo

75
Domicilia
excitantur
pueris edu-
canda.

à P. Em-

à P. Emmanuele Paiua tribus de orborum numero pueris, quos optime eruditos Petrus Dome-
neccus è Lusitania miserat. Tertia, & florentissima in colonia S. Vincentij. Quibus, alijque in
præfeturis pari propemodum laude sociorum elaborauit industria. Hoc primum anno pri-
mum habuit Pastorem Brasiliensis Ecclesia Petrum Ferdinandum, qui vrbs S. Saluatoris pro-
prie Antistes, ceteræ autem Brasiliensis oræ generalis Commissarius (vri & successores) deinceps
est nominatus.

Apud Brasilos hæc gerebantur, hæc apud Indos. Remeauerat è Iaponia Xauerius cunctis ex-
pectatissimus. Auxitque Cocini gratulationem publicam singularis exemplo modestiæ. Sodalita-
tas honestissimorum virorum sub Dei Matris patrocinio, & nomine suam ædem Societati tradi-
dorat, non tamen tanto consensu, quin aliqui sodalium reclamarent. Quorum vocibus ita cete-
ri commoti sunt, vt ad litem postea veniretur, & Alfonso Noronia Prorex non neminem è pri-
marijs impotentius obliuiscantem daret in vincula. Inde cuncta concussa est Ciuitas, & in Socie-
tatem grauissima exarsit inuidia, ac præsertim in Antonium Gomium (quo Prorex plurimum v-
tebatur) tanquam in aliena recta, ac templa per vim vellet irrumperè. Hæc flamma tametsi cum
die, tum sociorum sedulitate magna ex parte cõfederat, tamen Xauerius, cui nihil erat potius re-
cto exemplo, bonoque Societatis nomine, ne qua Euangelio poneretur offensio, rescissis Gomij
actis, rite contestatum voluit, socios deinceps, si sodalitati videretur, precario æde illa perinde,
vt ante donationem, vsuros. Quæ res non exulceratorum modo Ciuium persanauit animos: sed
omnes modestiæ sancti viri admiratione compleuit. Et, vt intelligas nihil esse sincera virtute, ac
præsertim submissione animi quæstuosius, non longo post tempore summa Ciuitatis gratulati-
one vltro à Sodalibus, & quidem melioribus conditionibus eadem Societati ædes est reddita.
Xauerius cursu repetito, Goam, quo iter intenderat, Februario mense peruenit: cuius aduentus,
quo diutius, ac longius absuerat, eo maiore vniuersæ ciuitati lætitiã attulit. Vix egressus è na-
ui, priusquã Societatis recta subiret, recta suis moribus ad ægrotorum hospitium. Hic eos blan-
dissima oratione solatus ad Collegium continuo pergit, vbi agebat Gaspar Berzzus: vt perbeata
sibi videri posset tum Goensis Ciuitas, cui duo illa Orientis lumina vno tempore spectare licuit.
Post primos, ac dulces amplexus, post mutæ salutationis, & gratulationis officia, quæsiuit ec-
quis donri iaceret ægrotus. Cum responsum esset, decumbere duntaxat vnum, eumque cum ex-
tremo vitæ periculo: hunc videlicet sibi visendum protinus, & consolandum censuit, priusquam
in cubiculum se reciperet. Vt autem ex viro sancto suauitas quædam spirabat, & caritas omni mel-
le dulcior, oppressum vi morbi fratrem, fiducia tamen animi plenum (nũquam enim, quamuis
desperatus à ceteris, spem ille abiecerat, modo ante supremum diem Xauerius adesset) suis Xa-
uerius ipse sermonibus, impositisq; capiti manibus, & cõsuetã in eã re ex Euãgelio effatus verba,
velut à morte ad vitam mirabiliter reuocauit. Ceterum domi nõ vsiquequãq; res lætas offendit.
Collegij Rector Antonius Gomius, existimans Paulum Camertem, quem Xauerius vicariũ suo
loco reliquerat, præ nimia simplicitate Societatis rebus administrandis minus idoneum, nõ so-
lum, quæ Rectoris erat muneris, tanquã Paulus nullus esset, arbitrato suo gesserat: sed eius quo-
que paulatim partes inuaserat, tum Goæ præscribens, quod ipsi venisset in mentem, tum in sedi-
bus prouinciæ reliquis. Itaque Paulus mirissimus, ac modestissimus vir, facile ne contenderet ce-
dens, in valerudinarij sui procuracione se cum tranquillitate animi maxima cõtinebat. Gomius
autem (nam sanè nisi paulo contumacijs, imperiosiusque ingenium cuncta corrumperet, donis
humanis, diuinisque compluribus eminebat) nobilitate ad se conuersa, ipsoque Prorege, eo de-
mum processit, tantumq; sibi potestatis assumpsit; vt Indos adolentes semel vniuersos, corru-
prios quorundam mores non ferens, è Seminario amandaret, eorumque loco pueros Lusitano-
rũ sufficeret. Id vero impleuit admiratione, & sermonibus Goam, eos eiectos è Collegio, quorũ
causa ipsum primo esset Collegiũ institutum; tamq; late manans, & spei tãtæ opus interuersum.
Hæc igitur Xauerius vbi cognouit, prout res poscebat, eiusque caritas, quæ ad Ethnicorum, re-
centiumque Christianorum opem tanto studio ferebatur, vehementer indoluit. Atq; vt modo
Cocinensem plagã, ab eodem homine factã sanauerat, ita Goanam curaturus, protinus Semina-
riũ restituit, diuersarum nationum adolentibus pristino ritu adlectis, facta insuper potestate

76

Primus
Brasilia E-
piscopus.

77

Indicar.

78

Cocini res
à Xauerio
gesta.

79

Modestia
viri.

80

Ægrotum
Goa fratrem
sanat.

81

Antonium
Gomium,
ab Socie-
tate di-
mittit.

Gaspari orborum contubernium puerorum condendi, quod is meditabatur, & Ciuitas exoptabat. Posthæc aliquod de ipso Gornio sumpturus exemplum, durum, ac resitantem repetit: cumque remouendum Goa censeret, quamuis multi Procerum, ac Prorex contra omni ope tetendissent, constantissime vsit inceptum: eoque impensius, ne exitiale posteris traderetur exemplum, religiosam obedientiam per exterorum potentiam conuellendi. Non igitur abstinit quoad tandem euicit, vt in arcem Diensem concederet, quin & postremo Goa recedens; adiecit, vt

82
*Obediētia
quam cura
esset Ignatij,
& Xauerij.*

penitus à Societate segregaretur. Tanti modestiam, tanti religiosi obsequij custodiam faciebat. In quo licet agnoscere consensionem beatissimorum Patrum Ignatij, & Xauerij plane mirabilem. Hoc enim ipso tempore dum tot alioqui insignem dotibus virum, sequutoque eum nonnullos Xauerius in India ab Societatis recidit corpore, Ignatius in Europa datis in omnes prouincias literis, seuero obedientiæ imperio cauit, ne quis Moderatorum pateretur contumacem quempiam inter suos versari, sed continuo eijceret: præsertim si illi ipsi, qui præessent, obedire negligenter. Ne qui debent ceteris officij omnis, sed obsequij in primis quasi faciem præferre, eorum si toleretur contumacia, sit in commune nocetior. Nimirum vnus, idemque spiritus tantis

83
*Duorum Gomij
comitum, cuiusq;
ipsius exitus
infelix.*

interuallis disiuunctas Ignatij, & Xauerij mentes afflabat. Quo certius appareret præcipuum decus huius familiae, & quasi characterem non humano eius conditorum sensu, sed cõsilio plane, institutoque diuino in præstantissima obedientia situm esse. Nec illud fuit obscurum æternæ illius mentis indicium: quod Michael Nobrega, & Andreas Monterus paulo postquam ab Societate, Gomij causa recesserant, apud Maschatum comprehensi à Turcis, turpis suæ fugæ dedere pœnas. Ac Montero quidem per summam barbariem caput à ceruicibus est abscissum. Nobrega vero seruituti misere addictus, ac Memphim abductus, cum Christianos alios Lusitani redimerent, æquissimo Dei iudicio, vnus ipse in compedibus est relictus. Tametsi multis intermissis temporibus ab Armuziæ Præfeto & ipse redemptus, suum pertæsus errorem, ad Societatem vnde abierat, se recepit. Ipse autem Gomius misericordia Ignatij claris pœnitentiæ signis exorata, dum ad illum in Europam nauigat, factò naufragio perijt, elutis, quemadmodum sperare fas est, ea pœna noxii, quas bonis tam multis minus caute passus erat interferi. Interim Xauerius,

84
*Decernitur
legatio ad
Sinarum
Regem.*

vt erat ad liberandos superstitionibus Sinas intētus, totus versabatur in eo, vt Alfonso Noroniæ Indiæ Proregi, Ioannique Albuquerque Goano Autistiti suis, & Pereriæ consilijs apertis Sincensem legationem vrgeret; cuius ipse comes, ac socius in regnum illud tam vndique septum, & peregrinis omnibus interclusum libere penetraret. Eius legationis princeps declaratus est Iacobus Pereria vir singularis integritatis, & ad Xauerij voluntatem, ac studium quodammodo factus. Is quanquam Malacæ subliterat, ramen eius Procuratores in adornanda profectioe illa, comparandique pro dignitate muneribus, totoque legationis apparatu nullis impendijs, sumptibusque pepercere. Xauerius autē tali comitatu merito lætus, confectis & ipse rebus omnibus intra mensem, quæ ad maturandam profectioem pertinebant, acceptisque à Prætoze, Episcopoque diplomatis, & conciliandæ fidei literis, ac muneribus ad Regem Sinarum, ocus ad ordinandam accurate Societatem, ne quid per eius absentiam detrimenti caperet, animum contulit. Omnia autem perinde constituit, vt si nunquam amplius ad ea componenda rediturus videretur. Pereos dies in cohortandis, instituendisque domesticis creber fuit: quorum studijs, atque rationibus, vbi satis superq; consultum existimauit, conuersis extemplo curis ad alia subleuanda, & suis operis instruenda domicilia, ex sociorum manipulis illis, qui sub manu erant, alios aliò pro locorum ratione, munerumque distribuit. Ac Bazainum quidem Melchiorum Nunnium, Tanaam Confaluum Rodericum, Cocinum Franciscum Henricum: ex socijs autem auxiliaribus, quique præditi sacerdotio non erant, Meliaporam Ioannem Lupium, in oram Piscariam Ludouicum Mendium, qui vitam ibi gloriosa, (vt post referam) nece finiuit, abire iussit. Tres in expeditionem Iaponicam destinauit, Balthasarem Gagum sacerdotem, & laicorum par fratrum Petrum Alcaceuam, & Eduardum Syluam, quos Malacam vsq; ducebat secum. In Lusitaniam vero, atque inde Romam ad demonstrandum Ioanni primum Regi, tum Ignatio Indiæ prouinciæ statum, & petenda ab utroq; sociorum auxilia, Andream Fernadium singularis innocentia virum, Armuziæ ad Societatem adiunctum à Gaspare, cum Bernardo Iapone misit.

85
*Xauerius
prouincia
Indica statim
ordinat.*

Nam

Nam Matthæum eius comitem mors abstulerat. Ad extremum Goano Collegio, vbi triginta amplius de Societate degebant, Gasparem Berzæum, & simul Indicæ prouinciæ vniuersitatis suo loco præfecit. Cuius Xauerius prouolutus ad genua, vt ceteris præiret exemplo, qui dignitate præibat, primus eius se imperio, potestatique subiecit: postque cum, si quid humanitus eueniret, deinceps successuros Emmanuelem Moralem, & Melchiorem Nunnium nominauit. Non potuit non commoueri siue illa Gasparis tanta modestia studijs humilibus assueta nouo onere præfecturæ, siue latissima illa caritas iam Sinas, & Iaponas, & orbem complexa totum procuratoris domesticæ quasi restricta compedibus. Verum obedienciæ tandem ad normam gnarus omnia religiosi hominibus exigenda, Xauerij auctoritatem veritus, onus impositum haud pertinaciter repugnans accepit. His alijsque rebus cum è domestica disciplina, tum è publica utilitate compositis, cum dies profectiois instaret, orsus est in digressu non sine multis, mutuisque lacrymis, veluti præfagus supremi congressus domi singulos amplectari, illa identidem inter amplexus iterans, & ingeminans, quæ sæpe alias vsurpauerat verba, Constantia, Fratres, in antiquo proposito, Amor instituti Societatis. Alta humilitas in agnoscenda conditione vestra, obedienciæ alacritas non in actione modo, sed in voluntate insuper, & iudicio. Quibus breuibus, nouissimisq; præceptis in memoriam cuiusque redactis, Goa discessit feria quinta maioris hebdomadæ, qui dies, vt ex Mathematica ratione constat, in decimum octauum Kalend. Maias incidit. Medium fere Malacensè iter emensos fœda tempesta adoritur: Cuius honore perstrictos æque nauitas atque vectores, Xauerius certo vultu, sermoneque confirmans, & effusos ploratus inhibens puppim scandit, sacrorum cinerum thecam linea suspensam Vnius, Trinique Dei nominibus inuocatis eiacularur in fluctus, rursusque ad preces, & ad expiandos consentientium animos sub tabulata succedit. Interea è sacræ illius thecæ contactu tumidum mare deferbuit, ventus remisit, & tempestate commutata, ita tranquillitas remeauit. Ita quos modo pauor insolens occupauerat, hos excipit tanta repente securitas, vt admonendus Nauarchus à Xauerio fuerit, à gubernaculis oculos ne deieceret, haud enim leuius superesse discrimen: nec falsâ prædixit. In breuia, syrtesque mox illata carina, nihil factum est propius, quam vt allisâ funditus interiret, interitura fortasse, nisi præuisum ante discrimen Xauerius deprecator auerteret. Non hic vaticinandi finis fuit. In eodem Malacensi cursu, cum longe adhuc abesset ab vrbe, nec vllus interuentus per eos dies inde venisset, à vectoribus repente contendit, vti Dei numen ciuibus Malacensibus, qui præsentibus morbis tenerentur oppressi, sollicita prece placarent. Cuius haud inanem, leuemque suspicionem fuisse, sed notitiam iniectam diuinitus, tum demum illi sentire, cum appulsi Malacam, graui lue populazam urbem, vexaramque viderunt. Quæ lues orta primum è recentis obsidionis angustijs, per ciuium deinde vagata capita, aduenas quoq; magna clade corripuit. Deniq; in ipsam, quæ Goæ recens aduenerat, classem serpendo peruasit. Quamquam diuina benignitate perfectum est, vt, cum in ea ipsa nauis, qua Xauerius est vectus, homines sex & triginta ceciderint lue illa grassante, ex eius tamen comitibus desideratus sit nemo. Ipse autem tanquam in paratam sibi messem continuo manû iniiciens, simul calamitati publicæ leuandæ, simul maturando legationis negotio, animum caritate, qua solebat, adiecit. Aluarum in primis Taidium documbentem inuisit, eique deinceps omnium sedulitate officiorum adfuit. Vetus erat is Xauerij amicus, iamque Malacensis designatus arois præfectus, eidem maritimam eorum tractuum præfecturam Xauerius ipse Goa detulerat. Itaque tamen nulla erat causa, nullum ius, tamen si qua forte hominem libido transerum ageret, poterat legationi moras iniicere. Ac Xauerius, qui videbat quanta res ageretur, Diabolum nequaquam quieturum intelligens, semper timuerat, ne quid tam felicibus ceptis obstaret. Hoc igitur impensius hortabatur domesticos, vt eam expeditionem Deo precibus quam accuratissimis commendarent: hoc item officiosius Aluarum demereri studebat. Ceterum nec timor inanis fuit, ne è beneficia vlla quicquam, aut officia valere. Sensit Pater è primo congressu Aluarum legationem illam Pereriæ decretam tam honorificam, ac quæstuosam animo non satis æquo tulisse. Pereria nondum ab Sunda, quo negotiorum abierat causa, reuerterat: Sed vt mox adfuit, sedulo eum Xauerius monuit, quam se modestissime gereret, nec summo veller iure contendere: sed totam rem

86

Gaspar
Berzæus
loco Xauerij
Indicæ
prouincia
præficitur.

87

Tempesta-
tem sacris
reliquijs
sedat.

88

Multa
prædicat.

89

Legatio
Sinensis
impeditur,
& alia à
Xauerio
gesta Ma-
laca.

90

Aluari potestati permetteret, vt hac illum modestia deliniret. Is autem Pereriz inuidens incrementis, vt qui iam pridem ei erat infensus, ne legationem illam obiret, impendentem vrbi causatus obsidionem, atque infrequentiam coloniz, Pereriz nauim, ipsumque Pereriam portu excedere omnino vetuit, ipso ad se nauis gubernaculo afferri iusso. Xauerius autem pro causæ grauitate sollicitus, allegare principes Ciuitatis, amicosque communes ad Aluarum, orare per se se omni animi demissione, ne cursum moretur Euangelij, obtestarique per Christum ne se cum legato, quem Prætor Indiæ destinasset, Sinarum profectioe prohibeat. Verum, vbi nihil proficiunt preces, cœpit sensim intermiscere terrorem, explicans quanta sibi ipse damna concessisset. Primum igitur Franciscus Suari Malacensis Pastor, & Vicarius idem Episcopi ad illum cum literis Goani Antistitis accessit, grauitate admonuit, videret etiam atque etiam quantam rem disturbaret; nec committeret vt Antistitis oblitens imperio, iram in se diuinam, atque etiam Regis accenderet. Sed nihil Episcopi literæ, & Vicarij valuit denunciatio, nisi vt obfirmatus animus obduresceret magis. Tum Franciscus ipse Aluarus, qui Malacensis ea tempestate Præfectus, & Iudex erat, eundem conuenit simul cum literis Regis Lusitani, in quibus sui esse consilij testabatur, cum Xauerium in Indiam mitteret, vt Euangelium per omnes Orientis oras promulgaretur: simul cum Alfonso Noronia Proregis decreto, quo, si quis legationem Sinicam impediret, reum perduellionis faciebat. Hæc coram multis recitata cum audisset Aluarus, stomachabundus ab sella surrexit, solumque pede percutiens, Quid mihi negotij cum Proregis decretis, clamat; cum sciam magis è Regis re futurum; hæc si legatio non mittatur? Tū igitur Xauerius qui nunquam ad eam diem publice se pro Apostolico Nuncio gesserat, vt præsentem ei terrorem iræ cælestis incuteret, illud esse tempus existimauit, quo modestiæ, & humilitatis Christianæ magnanimitas proderetur. Pontificis Romani diploma diu reconditum, quo Apostolicus Nuncius creabatur, & anathema grauissimum infligebatur ijs, qui eius in augenda religione conatibus obstitissent, inuitissimus quidem, sed profert tamen, non tam vulneris imponendi, quam deterrendi gratia. Eius denunciandi negotium Ioanni Suario tradit, qui continuo Aluarum adit, nec magis Iudicis, quam Patris officio, dirum anathema vbi proposuit, orat per Christi mortem, & obtestatur, ne in tam graues, mortiferaq; plagas cum dedecore, probroq; coniunctas sciens, ac prudens se ipse præcipitet: neve tam grandi, & inexpiabili scelere se obstringat: pro quo pœnas sua opinione maiores cælesti Numini sit daturus. At ille, quem ipsa iam pugna pertinacius fixerat, ne intentato quidem tam graui vulnere, autoritateve Romani Pontificis ab obstinata voluntate discessit. Quin potius (vt nūquam potest scelus sine scelere defendi) sancto viro conatur infamiam aspergere, tanquam sanctitatem, & apostolicas euentens literas, deludendis gentibus nomen sibi celebre venaretur. Ita consilium omne Xauerij, & diuina illa instituta legatio vnus hominis vitio euerfa est. Tum vero Xauerius tam proiectæ infestus audaciæ, vt suæ statueret seueritatis exemplum, ceterosq; redderet tardiores ad impediendos conatus pro Euangelio, proq; animis laborantium, pronunciandum curauit, Præfecto maris, eiusque administris, ac satellitibus nominatim Pontificia autoritate interdictum esse sacris, non vt eis nouum vulnus infligeret, sed vt memoriam inflicti reuocans, medicaminis admoneret. Ea de causa ad Gasparem Goani Collegij Rectorem ex Sanciano literas dedit, vt ex Episcopi autoritate pronunciandum idem rite curaret. Nihil autem ex omnibus ærumnis, atque molestijs, quas perpeffus erat in omni vita Xauerius, acerbius ei accidit, quam quod per eum, à quo minime oportebat, tanto rei Christianæ damno, ad nihilum profectio illa recidisset. Non enim diuinæ gloriæ, & saluandarum zelus animarum hebes, ac stupidus est, sed eorum, in quibus vere est, vrit, depalcitque præcordia. Quod si vel ad vnus offensionem vrebatur Apostolus, quid æquum erat, quamuis multum à Pauli caritate abesset, sentire Xauerium, cū de regno inter omnia terrarum regna florentissimo & maximo, & populis innumerabilibus ageretur? Tot æquorum spatia ab Iaponia Goam, inde rursus Malacam decursa, tot frustra tempestates exhaustas, tantum etiam à Pereria frustra factum impendium; denique Christi causam per eum, qui promouere maxime debuit, debilitatam, oppressam. Mæstus igitur non tam sua, quam Præfecti vice suomet scelere periclitantis ingemuit, elata voce cauens violatorem illum humani, diu-

nique

91
Xauerij
patientia
simulq; cō-
stantia in
Euangelij
causa.

92

93
Xauerius
anathe-
mate con-
strictos de-
clarat qui
legationi
obstruunt.

nique iuris breui suæ cupiditatis, ambitionisque supplicium, non pecunia solum, & honore, sed etiam corpore luiturum. Neque aliter cecidit. Nam paulo post Aluarus lepra teterrima cooperus, cumque alia multa in omnium oculis deliquisset, & eadem audacia, qua Xauerij auctoritatem, Proregis contempsisset imperium, confestim quasi deficere moliretur ab Rege, comprehensus oneratur catenis, & ut erat victus Goam, inde in Lusitaniam ad Regem pro meritis multandus abripitur. Ibi vltore Deo fortunis omnibus spoliatus, notatus ignominia, æternis tenebris additus supra lepram fœdissimam ab amicis demum, & propinquis ob apostema intollerandi fœtoris derelictus interiit. Porro Xauerij solida, & perfecta virtus nunquam magis eluxit. Maximæ enim tempestates magnorum etiam virorum sæpe animos si non frangunt, obstupesciunt. Is autem toto hoc acerbissimo tempore nunquam destitit sæuiente per urbem lue ægrotantium animis, corporibusque consulere. Obibat vias, & litus, passimque sub dio, vel sub bombardarum tegminibus stratos solabatur alloquio, recreabat munusculis, deducebat in tecta, ostiatim receptaculum miseris per Dei amorem conquirens, postquã valerudinaria & ipsas Collegioli complebat angustias. Noctes autem ante aram maximam genu flexo ducebat insomnes: illud necessitati quietis impertiens, quod interdum furtim lassitudo decerperet. Super hæc ad illustriorem patientiæ coronam tot, tantisque suis presso calamitatibus placuit æquissimo rerum arbitro, etiam quas id tempus in Lusitania Societas patiebatur procellas adijcere. Certum est pridie, quam Malaca discederet, cum se demisisset in lectulum, eoque perstaret habitu, ut nec sopitum, nec sane vigilem posses dicere, socijs inter admirationem, & curam interpellare non audentibus, sed in euentum intentis, demum instar hominis ex labore grauissimo spiritum colligentis surrexisse, ignoscat tibi Deus, ignoscat tibi Deus ingeminantem, cum procellæ eius auctor em ex nomine compellaret. Iam vero tametsi tanto præsidio, ac spe legationis subito destitutus, in consilio tamen fortiter perseverans, quoque magis deessent humana præsidia, hoc Deo fidendum amplius intelligens, eam penetrandi ad Sinas rationem excogitat. Sinæ alicuius colligere, seu mercari gratiam statuit, per quem in continentem furtim abijciatur. Nam quia fama acceperat in Sinarum regno plurimas esse custodias, easque victorum numero refertissimas: peregrinos autem, qui sine fide publica eo penetrassent, æternis vinculis, tenebrisque mandari; hos inter victos Xauerius, quæ erat eius incensa in animos caritas, ut conijceretur optauit: ut his primum tradita Christi lex, per eos deinde missos è tenebris ad proximum quemque manaret. Sperabatque per eosdem insuper, si Deo cordi foret, curatum iri, ut ipse quoque missus è vinculis Christi legem, doctrinamque diffunderet. Ergo spem ingressus, quod Christianus homo prohiberet, id per Ethnicum consequendi, Balthasare Gago, Oduardo Sylua, & Petro Alcaceua, quos Goa duxerat, pergere in Iaponiam iussis, Ioanne vero Beira, qui & Molucis adfuit, Goam ad auxilia deducenda missis, ipse Malaca, vno sibi relicto socio Alexio Ferreria, cum interprete Sina conscensurus egreditur, multas interim vrbi illi clades, calamitatesque denuncians. Prosequabantur abeuntem officiose permulti. Quorum è numero Vicarius modeste suggestit, uti Præfectum salutaturus adiret, ne sermonem hominibus daret, si prætermisso salutationis officio, velut alienior, iratiorque discederet. Cui Xauerius, ego ne, ut hominem à fidelium communionem seiunctam, atque seclusum salutandi causa conueniam? Nunquam ego illum, nec ille me in hac vita videbit, ac ne post mortem quidem, nisi tum, cum apud Christum Iudicem eum in Valle Iosaphat accusauiero, quod in sanæ cupiditatis æstu, & ambitionis ardore, tantam rei Christianæ amplificationem impedire sit ausus. Neque sane vereor hominum sermones, atque iudicia, cum iam omnibus vulgo constet ei sacris omnibus interdictum. Illud potius metuendum est, ne meum salutationis officium erga hominem execrandum, ceteris sit exemplo, ut illi pariter cum eo consuetudine, colloquioque iungantur. Hæc vbi dixit, templum quod erat è regione respiciens, genua flexit, supinisque manibus, humentibus oculis Numen et placare diuinum homo mitis, & misericors cœpit, verbis, quæ circumstantes exaudiebant, amantissimis. Tum deiecto in terram vultu meditabundus aliquandiu perstitit. Post hæc erexit se ore ardenti, & pleno maiestatis, nec vllum verbum effatus, in conspectu omnium exiit calceos, & ex euangelico præcepto puluerem excutiens, omnes, qui ea spectabant, terrore,

94

*Divina
vltio in
Aluarum,
qui lega-
tionem Si-
nicam im-
pediuit.*

95

*Xauerius
impedisa
legatione
tamen in
Sinæ per-
git tædere.*

96

*Qualis
Malaca
discessus
Xauerij.*

97

lacrymisque compleuit. Quin etiam deinde Franciscum Petrium cum omnibus socijs iussit Malaca discedere. Pereriæ vero legato, ne mutuo conspectu, ut sit, utriusque mœror augetur, è naui salutem per literas misit, ea illum consolatione permulcens futurum breui, ut contumeliam illam, quam damno implicitam pertulisset, alia vicissim emoluméta, & noua decora compensarent: id quod ipsemet commendatitijs suis à Rege literis impense curauit. Ab hoc enim ille deinde magnis, & honoribus, & fortunis est auctus. Huius in naui, quam ipso retento Pereria Aluarus demum misit, è suis hominibus manipulo maxime fido imposito, Xauerius Iulio mense soluit, & ad Sincapuram fretum delatus, cum aliquandiu substitisset, indeque denuo Pereriam, consolatorias per literas salutasser, navigatione repetita, dum in duobus curandis comitibus, qui in diurnum morbum inciderant, assidua benignitate versatur, secundis ventis, non multis postquam Malaca soluerat diebus, fines Sinarum attigit. Sinarum regio vltima in orientem Asiæ plaga, longitudine ab vndeuigesimo gradu exortiens, ad tertium circiter, & quinquagesimum Aquilonem versus ascendens, leucas sexcentas fere porrigitur, latitudine patet ad quadringentas, frequens vrbibus, oppidisq; , cuius etiam flumina quædam distentis constricta nauigijs propter gentis multitudinem, incoluntur. Cingit eam ab oriente, meridieque Oceanus, ab occidente spectat Indiam, à septentrionibus muro latissimo, ac propemodum infinito Scythæ, Tartarive determinant. Sinæ autem vni Regi duntaxat obtemperant, cum inter eos Reguli Dynastæque sint nulli. Is Rex vnus omnibus æque imperat, & per Præfectos prouincias administrat, quorum Seminarium Academia est. Regis enim propinqui, necessarijque nullam prorsus gubernationis partem attingunt. Sed ex gymnasijs, qui ceteris eloquentia præstant, iurisque prudentia, ij ad Ciuitatum, ac prouinciarum gubernacula deliguntur: quorum numen propter nimiam scueritatem, acerbiterque magis, quam Deos ipsos populi horrent. Nam Deos suos penates adeo non verentur, ac colunt; ut si vel suis precibus surdi fuerint, vel grauior aliqua calamitas ingruat, eos perinde ut seruos plagis accipiant. Pacis, quam belli sunt artibus aptiores, ceterarumque nationum mutuos congressus fugiunt, easque terrore mortis iniecto à suis finibus arcet. In horum potestate Sancianus est Insula inculta, atque deserta leucas à continenti triginta, quo per id tempus commercij causa commeari soliti Lusitani, Sinæq; raptim sibi tuguria è ramis olim, vel stramine construebant. Hanc dubitanti Nauarcho, ne forte præterisset, & vela vltius facere iam paranti, liquido Xauerius confirmauit plane esse præteritam: qua ille affirmatione permotus, ut quæ ad illam diem nunquam fefellerat, quanquam animi dubius, & anceps iactis ancoris certos per scapham homines, qui rem diligentius explorarent, prope mittit. Biduo, triduo ve transacto, cum scapha nõ rediret, mœstiq; essent omnes demersam rati, ac sibi à repentino aliquo typhonis impetu metuere, Xauerius eos lenioratione confirmans, mittite, inquit, timorem, duas enim intra horas remeabit huc scapha. Eo ipso, quo prædixerat spatio scapha comparuit, Sancianum Insulam præteritam esse renunciens: in eaque ad cumulandam lætitiã, Lusitanorum in Insula diuersantium vehebantur aliquot, qui officiose opiparis cum xenijs occurrerant. Conclamant obstupefacti nauæ, id Xauerio diuinitus indicatum, sublatisq; ancoris, & velificatione conuersa portum repetunt. Vbi ad incolas perlatum est aduentare Xauerium, cuius sanctitatem satis habebant perspèctam, Lusitani gratulabundi se obuiam ad litus omnes effundunt. Ut exscendit in litus, ad Georgium Aluarium veterem amicum diuertens, Lusitanos ante omnia obsecrat, ut temporariam ædiculam, vbi diuinam rem faciat, institutoq; suo catechismi pueris, seruitijsq; tradat, ex obuia materia sibi raptim extruant. Ibi sedulo sacras obire suas functiones, & modo in nauibus ægrotantes obsequio omni recreare, modo stipem subleuandis egentibus corrogare: interdumq; cum Sinis mercatoribus varios de religione conferre sermones. Quibus in officijs, laboribusq; cum duos amplius menses studiosissime consumpsisset, magnum sibi nomen apud Sinas cum sanctitatis, tum sapientiæ comparauit. Hac item in Insula illud insigne Petro Vellio editum est vaticinium. Puellæ egentis ut pudori, pudicitiaque consuleret Xauerius corrogare ei vndique dotem cœpit: & à Vellio homine pecuniosissimo vetere familiari mutuum petit argentum cum triplicato fœnore in cœlo reddendum. Is cum alienæ domi sese latrunculis oblectaret, clauem arcæ nummaria Xauerio tradi-

98
Sinarum
suum, mo-
ris, & a-
lia.

99
Alia Xa-
uerij præ-
dicatio-
nes, & ge-
sta in San-
ciano in-
sula.

100
Vaticiniũ
insigne
Petro Vel-
lio editũ.

tradidit, vt inde auri promeret, quantum vellet. Erant in ea arca aureorum condita facile triginta millia, sed Pater trecentos tantum abstulit, clauisque reddita, Petro renunciat, quantum inde depromserit. Tum Petrus, facis, inquit, iniuriam amicitiae nostrae Xaueri, qui tam exigua particulam abstulisti; multo minus sumpisti, quam volui. At ego vbi tibi clauem tradidi, ita destinaui animo, vt illam auri summam partiremur ex æquo. Cuius pia liberalitate Xauerius magnopere delectatus, Et ego, inquit, Dei nomine tibi polliceor, atque confirmo, nullo loco eius tibi misericordiam qui in alios fuisti misericors, defuturam; futurumque insuper vt extremum tuæ vitæ diem, quo paratior ad Deum abeas, eo præmonente cognoscas. Ex eo die Petrus vir alius euasit, præcipueque beneficentiæ, pietatisque studijs ita se dedit, vt interiecto annorum aliquot spatio, dignus denique, idoneusque sit habitus, cui Deus diem sui obitus indicaret. Composita quippe re domestica, magnaue ex parte suis fortunis in egentes, ac miseros erogatis ad ædem pergit, Parochumque hortatur, vt pro Petro Vellio funebre sacrificium ritu solenni faciat, cui interfuit ipse, se iam numerans inter mortuos. Inde amicis singillarim valere iussis, tanquam peregre discessurus, cum rogaretur, quo tandem discederet, respondit, in Cœlum. Iocari hominem lepidum, & ceteroqui facetum rebantur amici. Verum vbi in eo perseverare Vellium, remotoque ioco, serio loqui senserunt, audierantque iam illum sacris funeribus rite animo procurato, præstolari domi abditum mortis aduentum, insaniam illam interpretati, vel ægritudinem animi, domum eius coiere frequentes, vt eum pro se quisque ab ea tristitia, ægritudineque deducerent. At ille gaudium animi, oris hilaritate contestans, Xauerij prænunciationem amicis exponit, rogatque suo vt funeri eo ipso die mox obituri dent operam. Nec ita multo post affecta iam ætate hominem repentina mors abstulit; eodemque die ad ædem elato, amici tam inusitato mortis genere obstupefacti funus, & iusta curarunt. Hæc postea euenerunt. Xauerius autem hoc tempore totus in suam expeditionem conuersus, percunctabatur ex Sinis, Lusitanisque, ecqua tandem via reperiri posset insinuandi se in eas vrbes, hominumque colloquia. Cumque illi omnia regni claustra acerbis septa custodijs, nullum omnino aditum, qua aspirarent, relinqui aduenis respondissent, edictis seuerissimis interpositis, si vel peregrinus Præfectorum iniussu continentem attingeret, vel indigena peregrinum introduceret: veniam autem à seuerissimis Magistratibus petere, ne Sinas quidem ipsos, ne dum Lusitanos audere, Xauerius ad hos terrores impavidus, cum alia nulla rei conficienda pateret via, consilium esse suum exposuit contemptis periculis omni ope, atque arte moliri, vt in Urbem Sinarum aliquam clam deuectus, ipsemet Prætores adiret, negotiumque transigeret. Quod consilium cum nimis audax, ac pene temerarium Lusitanis esset visum, non defuerunt, qui ab eo reuocare hominem, ne se in apertum vitæ, seruitutisque discrimen offerret, totis viribus conarentur: & recens memorabant exemplum quorundam è suis, quos tempestate ad eorum litus eiectos, immites illi magistratus, verberibus laniatos, etiam tum in tenebris, & squallore carceris continerent, spe in perpetuum pristinae libertatis abscissa. Quam Lusitanorum denunciationem consentiens Sinarum confirmabat oratio. Quibus tamen Xauerius respondebat intrepidus nihil se tam malle, quam vt Sinarum salutem, de quorum indole, ingenioque tam multa audisset, suo repræsentaret interitu, nec metuenda sibi esse pericula, vincula, seruitutem, atque adeo peracerbam necem, vbi de liberandis animis ab æternæ mortis, seruitutisque periculis ageretur. Has inter curas febri correptus, & per dies quindecim afflictatus, vt primum melius habere cœpit, ad pristina studia, laboresque se retulit, nihilo segnius idoneum aliquem mercatorem quaritans, à quo transmitteretur in Sinas. Ergo Lusitanos primum, deinde Sinas omni artificio sibi deliniendos ratus, multas rei celandæ vias in medium protulit, obtestatus sibi, vt in tam honesto studio morem gererent. Sed in tanto fortunarum, capitisque discrimine aures omnium munierrat metus: nec qui se periculorum socium adiungeret, reperiebat. Augebat rei desperationem ingrauescens comitum morbus, & Antonius Sanctæ dei natione Sina Collegij Goensis alumnus, quem pro interprete ex India secum aduexerat, ipsa loquendi desuetudine, patij sermonis oblitus, nulli iam vsui poterat esse Xauerio. Quibus incommodis quanquam spes eius infringi, debilitarique poterat; ea tamen excitabatur, & reuiresebat aliunde. Norat

101
Misericordia in pauperes viuis.

102
Mira Xauerij constantia in Sinas ingressu.

103

eo ipso tempore Sinarum Regem quoquoersus dimississe legatos, aliorum leges, & instituta regnorū exploraturos. Quam Sinis, Sinarumq; Regi mentē à Deo donatā Xauerius interpretatus, in spem venerat, fore vt Euangelium aliquando in eos fines illatum, toto regno longe, lateque propagaretur, hortantibus præsertim Sinis suum vt ad Regem fidenter accederet. Credebant enim, cum Christi legem è Xauerii sanctitate perpenderent, eam illum Regi facile probaturum: in animunq; iam induxerant legem aliquam sua meliorem libris illis, quos circumgestare secum Xauerium aspexerant, contineri. Interim difficultates superante constantia, alius interpres non modo lingua, sed domesticarum etiam literarum bene peritus, sua sponte comitem itineris se se obtulit. Inde mercatorem Cantoniensem paulo fidentiore nactus, spe, ac pollicitationibus ad audendum impellit, magnoque piperis numero, quod erat aureis amplius ducentis, à mercatoribus Lusitanis in eleemosynam acceptum, cum illo transigit, vti se cum interprete, libellisq; suis, atque farcinulis silentio noctis quam occultissime deuehat, & ante lucem in litore Cantonii portus exponat. Ille vero, quo occultiora essent omnia, neque nautarum dubiæ fidei committeret caput, ita rem gubernandam susceperat, vt liberis suis seruisque fidelissimis pro remigibus vteretur, & intempesta nocte Xauerium lembo transmitteret: vltro etiam illi pollicitus apud se bidui, triduiue receptum, donec è latebris tuto emerfus, causam sui aduentus suo periculo præfecto Cantoniz exponeret. Geminum in ea re aggredienda periculum denunciabant amici: alterum ne Sina mercator pernumerata mercede receptum cum sociis inermibus peregrinum, vel è nauī derurbaret in mare, ne quid emanaret indicij, vel in solitudine aliqua, scopuloque relinqueret: Alterum, ne aduenam contra Regis edicta sine fide publica se se insinuantem, Præfectus vr̄bis flagris atrociter cæsum, aut supremo supplicio afficeret, aut perpetua seruitute, vinculisque multaret. Xauerius tamen pericula longe plura, vt Malacam ipsemet ad Petrium scripsit, longeq; grauiora considerans, ne vel diuinæ prouidentiz diffidere, si prouinciam eius instinctu susceptam, hominum terrore desereret, vel Christi discipulus videretur indignus, si tam aperte denunciarent, Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam, non audiret: vel demum regno Dei non esset aptus, si manu ad aratrum apposita retro respiceret; tutius omnino censuit per vitæ discrimina Sinarum regna perrumpere, quam (vt loquebatur) animi salutem in discrimen adducere. Existimabat enim, velut Apostolus Paulus, Vt sibi esse nisi euangelizaret. Sed dum noua animo concepta fiducia suum iter adornat, nouæ difficultates oboriuntur. Recense eius interpres, seu occulta Lusitanorum arte vt Xauerium retinerent, seu terrore periculorum inductus, nec opinantem illum subito deserit. Perstat tamen in sententia Pater, & cum vetere interprete, quamquam non satis idoneo, proficisci constituit. Adoriuntur deinceps eum ex composito Lusitani, non tam illius, quam sua causa solliciti. Circumfusi pro se quisque rogant, si suo non tangatur, at alieno periculo moueatur. Sinarum Præfectos, si Sinas conetur irrumpere, vnus irritatos audacia, nomen omne Lusitanorum ad supplicium vocaturos. Quod si certum, fixumque sit aleam tentare fortunæ, tamdiu certe cunctetur, dum opportuna profectio naues suas periculo subtrahat. Quibus ille, quod ad ipsorum incolumitatem, ac mercimonia pertineret, omnem illis timorem dempsit, per sancte pollicitus, non ante se, quo tendebat, iturum, quam ipsi se se recepissent in tutum. Ita maturantibus illis suum, Xauerius quoq; suum iter, ac transmissionem in id tempus apparabat. Sed ecce nouum, & iam ante denunciatum ab amicis incommodum. Mercator, quo cum deciderat, seu horrore supplicij, seu inuidi hostis instinctu, cū diu Xauerius cupidus expectaret, non comparebat, nec promissis stetit. Ita paulatim cum Sanctum Dei præconem cuncta deficerent, vnus non deficiebat animus, & erga Deum fiducia. Quin potius hæc ad humanorum diminutionem præfidiorum amplificata, eorum loco omnium succedebat. Accessit & illud solatij, quod cum audisset Sionis Regem legationem in annum insequentem ad Regem ipsum meditari Sinarū, statuebat si Cantonienſis ille portitor condicte tēpore non occurreret, ad nauigare Sionem, omnique ope conniti, vt cum regio legato penetraret. Iam Lusitanæ naues fere omnes vela fecerant: ac Ferreriam socium suum longo implicitū morbo, ne sibi in tam ancipiti re impediret foret, in Indiam

104
Paciscitur
Xauerius
cum Mercatore Si-
na, vt clā-
culum se
deuehat in
continentem.

105
Qua peri-
cula for-
midaret
Xauerius.

in Indiam tempestiue remiserat; ipse cum interprete Sina, alioque puero in Sanciano remansit, erga reliquos inquilinos vilitate obtinens munera caritatis, incredibili ardore agendi quamplurima, patiendique pro Christo, Mercatorem adhuc illum opperiens, quo cum pepigerat; inque omnia occasionis momenta vigilanter intentus. Sed videlicet Deo cordi magis fuit præmium inde quasi perfecti operis Xauerio reddere, quam vt perficeret. Non dum satis forsitan ea Regna ad Euangelij sationem erant idonea. Reseruabat illud decus eius posteris Deus: & tot ab eo susceptos, exantlatosque labores æternis maluit condecorare præmijs, quam aperire cursum ad novos. Quo vero pluribus ad se filij sui Christi Iesu ornatum insignibus euocaret, permisit vt vir sanctus ab hospite quoque, quod vnum ei ex humanis restabat solatium, repente relinqueretur. Faciebat rem diuinam tum forte Dei Sacerdos, cum ille omisso, cui intererat, sacro, Malacam versus è Sanciano soluit tam insana festinatione, cursuque, vt nec veterem salutaret amicum, eundemque hospitem; nec nauim, quam in alia Sinarum insula emendam curauerat, expectaret: cui subinde Xauerius triste vaticinium canens absenti, Quam vereor, inquit, ne illum hominem sua conscientia extimulet, qui ita discesserit. En iam nauis aduentat, quam grauatius est opperiri. Sed abeat sane Malacam, vnde abiturus est nunquam; ibi vitam miser amittet. Vix qui aderant, templo excesserant, cum è Xauerij prædictione nauis illa comparuit. Hospes autem profugus paucos post dies, quam Malacam venerat, dum in sylua materiam cædit, à latronibus cæsis miserrime, sædum sortitus est exitum. At Xauerius cum suæ mortis aduentum diuino admonitu præsentiret, in Lusitanorum circulo dixisse fertur: Numerum diligenter inite eorum qui hic adsumus: nam intra annum plerique moriemur. Vera cecinisse declarauit euentus, è septem, qui tum aderant, eo anno desiderati sunt quinque, in ijsque vates ipse Xauerius. Quamquam multo ante suum ille è vita discessum animo prælagiebat, eumq; temporis definitione sublata nec semel, nec vni prædixerat. Goa quidem hoc anno digrediens vnum amicorum graui cohortatus est oratione, strenuam vt operam daret, vt in cælo se mutuo reuiferent, quando id in terra futurum non esset amplius. Alteri se ipse commendauit addens fore, vt in mutuum conspectum non quidem in terra post hæc, sed in cælo venirent. alij vero cuidam id ipsum interroganti, ecquando essent se inter se reuifuri? in Valle Iosaphat, respondit, eo modo, quo Malacæ nuper de Aluaro Taydio pronunciauit. Quæ pronunciata tamen formulæ discrepent, non vltra ego interpreter, quam præcognitam Xauerio velocem tabernaculi sui depositionem. Quin etiam affirmauit deinde non semel, qui eum sepultura mandauerat Nauta, & diè, & horam sui è vita discessus à Xauerio fuisse prædicta. Quamquam quæ prælagitio maior, atque præsentio, quam per eos fere dies insolens quoddam in eo, & ardens studium visendi fruendiq; Dei: & cuius causa vitam iam oprauerat longiorem (vt quadam ipse testatur epistola) eius repente desiderio, vitæ, rerumque omnium, quæ in ea sunt, satietate teneri? Ceterum exiguum illud, quod restabat lucis, desertus à veteri, nouum sibi quærendum hospitem vir patientissimus non putauit; sed defungendum victu precario mendicorum more, tum cum vna duntaxat reliqua illa, in qua venerat, nauis, paucisque hominibus magnam partem à Taydio missis, deserta erat loci facies, & rerum non solum caritas, sed & penuria omnium: & præfectorum Sinarum acriter excubabant oculi, ne quis annonam exportaret è continenti. Cuius mendicitatis incommodum assiduus ærumnis, ætateque grauiore confecto iam corpori, nec dum satis è proximis tentatronibus confirmato, quo insuper accedebat ingens animi cura ex desiderio Sinensis itinervis, morbum facile reuocauit. Ita duodecimo Kal. Decembris, secundum rem diuinam, quam pro mortuo fecerat, noua febris corripitur: cum eaque progressus ad nauim, egros de more conuulsit, diuersaturus vtique inter eos, nisi maris, nauisque iactatio terram repetere cogisset. Hic igitur iacentem in publico Lusitanus, æstuantemque summis ardoribus conspicatus, misericordia captus in suum tugurium curandum, & pro sua tenuitate tractandum suscipit. Erat id tugurium ex ijs mapalibus, quæ ad extremam litoris oram Lusitani à Sinis ædificatione prohibiti, subito excitabant, & in discessu disturbabant, ventis, & frigoribus peruium. Hic hospes hospitem venam rogat sibi patiatur incidi. Nec abnuat obsequens æger, cunctis se professus in rebus, quæ ad curationem sui corporis pertinerent (tamen non erat nescius,

106

Summa
B. Xauerij
solitudo.

107

Prædictio-
nes Xauerij
alia, de-
que sua
morte.

108

Supremus
morbis
Xauerij.

109
Pictura moribundi Xaverij.

quales tandem ea insula medicos ferret) in medentium potestate fore. Misso sanguine non sine conuulsione, & contractione membrorum, fastidium cibi subsequutum est ingens. Cibis porro ipse idoneus ægroto præter paucas amygdalas serius à Nauarcho Lusitano traditas erat nullus. Eo enim iam creuerat cibi horror, ut profus omnia respueret, totoque biduo nihil gustaret. Iactabatur pestifera febris subsidijs omnibus destitutus, & morbus vrgebat in horas, cum tanta animi æquitate Xauerius & morbum, & morbi incommoda perfererat, nulla ut exciperetur ex eius ore querela, nulla vox alienam implorantis opem, ut grauius ægrotantibus vsu venit. Illud vnum placidè non ferebat, vulgari, communique se leti genere in lectulo mori, sibi que optatissimam martyrij palmam è manibus quodammodo rapi. Quo tam insigni beneficio cum se profiteretur indignum, ad diuinæ prouidentiae rationem, animum denique suum ipse composuit. Atque, ut in morbis grauioribus natura fere cuiusque se prodit, sic ægrotante Xauerio, singularis eius virtus, eximiaque pietas ita se extulit, ut eadem propemodum faceret moribundus, quæ consueuerat sanus, nunc defixo in cælum obrutu cum Christo sermocinans, nunc è psalmis pium aliquid suauè recinens, & eas subinde voces suæ salutis ingeminans, Iesu fili Dauid miserere mei, Mater Dei memento mei. Quibus alijsque consimilibus vocibus duos ipsos extraxit dies. Aderant moribundo Antonius à Sancta fide, & alter iuuenis Indus, quos, ut supra retulimus, aduexerat Goa. In hunc Indum pridie quam decederet, fixo obrutu, heu te miserum, inquit, heu te miserum. Nec verbum addidit. Quæ quidem tam tristis appellatio, comminatioque visa est eius fuisse prænuncia, quem miser ille sortitus est, exitus. Mense enim vix interiecto sui Patris institutionis oblitus, deflexit ad vitia: Cumque ad omne nefas effusis habenis audivissime rueret, repente glande traiectus infelicem efflauit animam, æternis Tartari maectandam incendijs. Xauerius autem ut affuit hora migrandi, tum vero preces intendere, & arrepto Crucifixi Domini signo, crebros ante Deum gemitus edere, & imis è præcordijs mixta precibus suspiria ducere. Cum autem gemendi, precandique finem nullum faceret, voce pariter, atque anima destitutus extremum spiritum edidit: quarto Nonas Decembris ipso sanctæ Bibianæ Virgini die sacro, anno post Christum natum Millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, ætatis quinto circiter, & quinquagesimo, Indicæ vero suæ peregrinationis vndecimo, in ipsa cura, ac medicatione Sinarum. Compertum est Xauerij mortem in eius natali solo, domo que prodigio quodam mirabili præmonstratam. Ligneum simulacrum Saluatoris in cruce traiecti sane religiosum, & in eius familiæ ædibus perantiquum, eo ipso anno, quo Xauerius post tot sudores, laboresque Christi causa susceptos è vita migravit, sexta quaque feria per annum totum, sanguine sudauisse; eandemque Redemptoris effigiem, quoties ille viuis grauius aliquid pateretur in India, id quod ab eius domesticis ex ipsis Xauerij litteris collatis vna temporibus animaduersum est, haud obscuro sudore mansisse, quasi caput in laborante membro, & Dominus in patiente famulo pateretur. Lusitani, qui in Sanciano remanserant, tam tristi nuncio exanimati ad eius funus certatim accurrunt, & circumfusi grabato lamentari tanti viri iacturam incipiunt; lacrymis, & gemitibus cuncta complere, conuerberare pectus, ferre osculum sacris manibus, membrisque virginibus, pascere oculos mortui specie pietatem adhuc spirantis. Cui tanta inerat in orè lætitia, & quasi quædam ex animi beatitudine redundans hilaritas, ut eo satiari animi, oculive non possent. Ac si quis statuere sibi ante oculos velit tantæ virtutis exemplar, & qualis erat in vita Xauerius: intima sibi cogitatione depingere (auemus enim viros magnos de facie nosse, ut cum eorum facta recordamur, eorum quoque species subito nobis ad pectus aduollet) facie fuit honesta, ac liberali, colore candido, vultu hilari, castis oculis, naso moderato, nigro capillo, sed ætati magis, quam curis præmatura canitie, statura procera, non tamen ultra modum. Prodibat in publicum tunica talari discinctus, vulgari illa quidem, tenuique, sed munda, quæque togæ vicem, pallijque præberet. Hic erat exterioris habitus hominis: at vero interioris facies, ac figura longe pulcherrimæ; quam quidem per hæcenus exposita in his annalibus facta quasi per rimulas licuit intueri. Excelsus, & ingens erat animus, magnitudineque Christiana, id est vera prædictus, quæ

110
Figura corporis B. Xaverij, & summarium virtutum.

quæ in euangelica humilitate fixa ambiens infimum sibi locum, Dei gloriæ studio ardua, & magna aggrediens, non suis viribus, sed diuinis innititur. Illa Christiani excelsitas pectoris cum flagrantissima caritate coniuncta angustum reddebat Xauerio orbem terrarum. Accedebat constantia, & sedulitas in vrgendis, perficiendis que cœptis. Comitatus, ac dexteritas ad capiendos hominum animos, quo facilius ad virtutem fingeret. Sagacitas, & felicitas in odorandis, peruestigandisque rationibus quam aptissimis cum ad singulorum ingenia hominum, tum gentium vniuersarum. Ad hæc laborum, vigiliarum, iniuriarum anni, famis, sitisque patientia, & auditas inexplebilis. Commotionum animi ea tranquillitas, ac potestas; vt ponere, assumereque ad rationis præscriptum videretur quasi personam. Iam precationis, agendique cum Deo, diuinatumque omnium rerum impensum ante omnia studium, mens semper in cœlo habitans. Sed vbi otium daretur, ac præsertim in silentio noctis, totum se in fontem illum summi boni immensum immergebat: vnde illa obruebatur ipsas inter ærumnas deliciarum affluentia beatarum: diuinisque donis supra hominum modum tot, tamque præstantibus complebatur. In Societatis administratione admirabilis fuit eius cum Ignatij mente consensio. Apparebat optimum discipulum omnem magistri non modo hausisse doctrinam; sed etiam mentem quodammodo, & animum induisse. Facillimus erga obsequentes, ac modestos, seuerus in contumacibus coercendis: nullam perniciem dicens maiorem peruicacibus ingenijs posse contingere, quam si timide indulgenterque tractentur: consideratus, & parcus in adlegendis in Societatem, multus in periclitandis adlectis, nequaquam tenax in dimittendis, quos minus idoneos experimenta ostenderent. Obsequij inprimis exactor diligens, quod ipse Ignatio, re, voluntate, iudicio, ac sententia mire præstabat; vt vel hoc nomine à B. Patre præcipuo quodam sensu diligeretur. Amabat summe, plurimique faciebat Societatem. Eius precibus, ac meritis tribuebat, quæ sibi Deus munera impertiret, quodque in animarum procuracione succederet. Idem autor socijs erat vt sentirent, ac facerent, ac vota quotidie renouarent, tanquam acerrimum telum contra Diabolum, & firmissimum constantiæ monumentum. Gaspari quoque Berzæo cum multa monita tradidisset, omnia illo conclusit: Memor Societatis Iesu membrum te esse, cura in omnibus factis, dictisque tuis, vt tali capite, & corpore dignus existas. Exquisite, cælestisque eius sapientiæ documenta Tursellinus accurate collegit, ac digessit dignè plane quæ cunctis animarum magistris & in manu semper & in mente versentur. Accessere his ingentia, & crebra miracula, ac præsertim illa quasi perennis rerum futurarum prædictio: tanquam omnino clementissimus Deus hunc suum vellet fidelissimum famulum nihil facere, aut habere minus à magnis Apostolis. Postero, quam obiit, die sacerdotali indutus amictu, ligneaque inclusus arca funere effertur, quam potuit in ea solitudine, barbarieque celeberrimo. Iamque erant iniecturi glebam, cum repente placuit aperto loculo, corpus ipsum cum vestimentis inclusum viuâ operire calce, quo celerius ossa nuda exesis acrimonia carnibus, deportarentur in Indiam: ipsam vero arcam diligenter oclufam in præparato loco recondi, tumuloque grandes imponi lapides indices sepulturæ.

III

III 2

B. Xauerij
corpus viuâ
calce se-
peliatur.

Atque hic fuit Xauerij cum ex India, tum ex ipsa vita discessus. Cuius vicarius, atque successor Gaspar Berzæus haud ignarus eo vberiores è proximis capi fructus, quo sanctitate fuerint, qui eis nauant operam, instructiores, simul atque Indiæ prouinciam accepit, totis fere sex mensibus nullis alijs voluit eos, quibus præerat, occupationibus esse distentos, nisi exercitatione virtutis, studioque cognoscendi se ipsos, & suis omnibus cum voluntatibus, tum cupiditatibus repugnandi. Ad eos incitandos placuit Eucharistiæ sacramentum in sacello domestico ad id exornato quoad potuit elegantissime, collocari, quo domestici ex interuallo recurrerent; & in eodulcissime conquiescerent. Cumque à principio spiritus exercitium ex Ignatij formula, peccatorum expiationes præteritorum mensium, vel omnis ætatis, votorum instaurationem de more omnibus indixisset, hoc eis insuper & exemplo suo, & cohortationibus persuasit, vt horas quotidie multas, ex capitibus, quæ ipse bis proponebat, in reputanda, ac recolenda Christi vita, ac morte consumerent. Quo in studio sex fere, vt dixi, mensibus iam exactis, cum satis alta humilitatis initia, ceterarumque fundamenta virtutum posita viderentur, tum demum eos ad doctrinarum

III 3
Gasparis
Berzæi so-
cios regm-
di ratio.

114

studia, scholasque conuertit : ipſoq; die S. Hieronymo ſacro adire gymnaſium de Societate ferme viginti, ex orphanis quadraginta, è prima nobilitate triginta fauſtis ſub externo ſatis docto, pioque magiſtro cœperunt initijs. Horum deſcriptio, iungendæque doctri-næ cum pietate ratio à Caſpare tradita (quoniam nõdum vllæ Conſtitutiones ab Vrbe venerant) erat hæc. Quarta poſt mediam noctem hora cunſti ſurgebant, continuoque egregia aliqua Chriſti Domini facta ſecum ipſi horam totam commentabãtur. Dein cum reliquo diſcipulorum grege ierererant Miſſæ ſacro : inde ad gymnaſium egreſſi tres in eo commorabantur horas. Domum regreſſi priuſquã accumberent, rationem ab ſe traducti temporis repoſcebant. Secundum cibum ſemihoræ circiter interuallo colloquijs diuinis animos relaxabant. A meridie tres item horas literarum diſciplinæ dicabant, vnã inſuper mutuo retractandis, & inter ſeſe, quæ didicerant, recolendis: tum ad orandum deuotè recurrerant, in quo cum effluſiſſet integræ puluis horæ, Gaſpar ad ſemihoram diuinis de rebus, inrerduque ad vnã, & alteram ſermonem habebat. Hunc claudibat litaniarum cæmen ad expoſcendam Cæleſtium opem in communibus Indiæ difficultatibus, quotidianiſque ſeu publicis, ſeu priuatis incommodis. Ad extremum nocturna vbi quies appeteret, reputabant ſecum ad ſemihoram accepta Dei beneficia tum vetera, tum recetia : tantundem ſpatij in precando proſpero à Deo euenta Goenſi claſſi, quæ contra Turcas ſoluerat, ponebatur. Hic erat Gaſparis ardor in eo modorando Collegio, quod eius curæ, fideique creditum erat, magis vtrique laude dignus, quam vt ab omnibus imitatione poſſet exprimi. Cælum quippe Indicum tantam mentis agitationem ſaluo, incolumique capite, nõn ferebat. Et erat in ea ſententia Xauerius, vt qui ex Europa deſtinarentur in Indiam, ij iam ex culti literis, ac doctri-

115

*Gaſparis
ardor in
inuandis
proximis*

nis, ne diuturno ſtudio contabeſcerent, mitterentur. Conformatis adhuc modum, inſtitutiſq; domesticis ad externorum Gaſpar vtilitates, & commoda ſtudijs ſeſe paribus explicabat. Agere ad populum tam ardeter eſt oriſus, tantoque hominum curſu, vt tria ſæpe, quatuorve hominum millia ad eum audiendum, & quidem remotis ex oppidis conuolarent. Quam populi frequentiam Pontificis Maximi Iobelæum ab Ignatio miſſum non mediocriter auxit, vt cum ea templo excluderetur, ſtatuumdum eſſet in atrio patenti ſuggeſtum, ne confertiſſima multitudo viciffim ſe compreſſa & coarctata perimeret. Tantaque erat audiendi ſitis, vt cum propter frequetes umbres, locique longinquitatem (erat enim ab vrbis celebritate remotior) ſignificaffet pro concione Gaſpar, ſibi in animo eſſe conciones inſtitutas omittere, aut eas ſolito rarijs habere, excitatus ex ipſa concione vir grauis, idemque ſenex cum alijs compluribus clariffima voce, ne id faceret, obſecrarit : ſed poſt poſitis ipſorum commodis inſtitutum ſuum teneret, nec auidiſſimam concionem ſuo pabulo fraudaret : id quod incredibili cum fructu, ingentique caſtigatione morum à Gaſpare factum eſt. Cui ſane rei non publica modo, verum etiam priuata, & inter adminiſtranda ſacramenta vox hominis y ſui fuit. Erat, qui ab aperiendis ſuis rite peccatis cupienti, paratoq;

116

*Ad confeſ-
ſionẽ qui-
dam miro
modo com-
poſiſur.*

Patri nimis obſtinate reſuſerit : ſed is in ſuo lectulo nocte vigilans, cum ſibi manu fauces arte comprimi, & gulam interſtringi ſentiret, implorata illico Dei Matre, ex eis eſt ereptus anguſtijs, relicto aliquo doloris duntaxat aculeo, vt obſtinationis ſuæ pœnas penderet, quod ſacerdoti Dei cunctaretur aduolui. Verum mox ei per quietem viſus eſt Gaſpar ſciſcitãs, cur ſic angeretur: expreſſoque manu faucibus crucis ſigno, reliquias omnes angoris abſterſit. Ille ſomno ſolutus, & quod geſtum erat animo reputans, magnam vim lacrymarum profudit, & è cubili ſe confeſſum propiciens expiandi ſui gratia cucurrit ad Gaſparem. Inſtituit Gaſpar idem in honorem Vir-

117

*Sodalitiũ
conditur in
Clientela
vndecim
millium
Virginum.*

ginum vndecim millium, quarum vnus in æde Collegij conditum cranium erat prodigijs inclutum, ſodalitium, Cuius initus numerus, adſcripto etiam Prorege, ad ſodales iam bis mille peruenerat. Quorum is erat ardor, vt non modo ſuos è virtute fingere, & ad normam Chriſtianæ diſciplinæ dirigere; verum etiam alienos corrigere, & emendare mores omni ope contederent. Ea

118

*Solerria
Gaſparis
in Goana
vrbe exco-
lenda.*

de cauſa eorum indicem, qui vel aliquo eſſent irretiti flagitio, & cum offenſione hominum ſuis in vitijs, & peccatis hærerent, vel exercerent inimicitias, vel multos annos ſe ſacerdotibus non oſtenderant, ad Gaſparem deferebant : cuius illi opera, auxilioque ad iuſtitiam remigrarent. Gaſpar vero ſuper hæc cum in varias partes diſtribuiſſet urbem, ipſe, tresque ſacerdotes, quos ad id adhibebat, ſuam quiſque regionem obibant : conquirebant, & conueniebant ex indice,

quem

quem dixi, publicis peccatis implicitos, reddebantque virtuti. Tantumque industrij hominis vigilantia, Deo conatibus obsecundante, profecit, vt vni illi, qui cum inimicis in gratiam ea sedulitate redierant, reperti sint septimum intra mensem mille amplius quingenti. Pellicatus rescissi complures: Mulierculæ amplius centum à meretricio quæstu abductæ. Satanicus etiam quidam, qui per honestas domos multo cum sanguine vagabatur ardor libidinis, Gaspare perorante restinctus: & matronarum quarundam mores ad pudicitiam, cultus ad modestiam compositi. Feruebat itaque pietatis opus. Nihil in templis nisi abiectos ad sacerdotum pedes mortales, inter seque vel damna illata refarcientes, vel mutuis amplexibus gratiam reintegrantes, veniamque vicissim precantes cernere erat. In orbis adolescentulis, quos Paulus Camers homo impiger in contubernij Societate regebat, magnus item elucebat ardor. Hi Gasparis ex præscripto quater in hebdomada ad ædem sacram instructo agmine procedebant, lepide psallentes, ac pie, candidisque induti togis, ac pileis, quibus intertextæ rubræ, minutæque cruces rapiebant oculos occurfantium. Excipiebat puerorum agmen virorum acies fere nonaginta asperis instructa flagris toto itinere se pulsantium: quorum contemplatione mirum sane quanta pietas excitaretur in ciuibus. Præter hos pueros erant alij fere trecenti, qui prima à nostris tum legendi, scribendique, tum Christianæ legis elementa discebant. Quorum id erat studium, pietatisque feruor, vt pueri nonum egressi vix annum, sese ad viros ætate prouectos adiungerent, vt vna cum ijs sexta quaque feria in collegij æde se cæderent, adeo luculenter, vt subinde stillæ sanguinis subsilirent. Non his finibus curæ Gasparis tenebantur, sed ex interuallo per suas copiolas, non nihil opis vicinis etiam oppidis afferebat. Antonius quippe Fernandus ad oram quandam maritimam (Salas est loci nomen) eius iussu profectus, cum multos ibi Saracenos, & Ethnicos offe ndisset, adeo eos ad accipiendum Euangelij satum instruxit, ac præparauit; vt id omnes breui susciperent. Alij vero cum exercitu, qui contra Turcas ducebatur, profecti, suos quoque fructus in horreum Domini condiderunt. Denique alijs alio dimissis, cum ad tot ferendos labores Gaspar vnus auxilijs destitutus domesticis non valeret, facile in morbum decidit. Nec tamen animis minus attulit ad salutem momenti cum morbo languebat, quam cum recte valebat, *120*
Gasparis immensi labores.
 Quamquam enim tanta erat nauseantis imbecillitas stomachi, vt edulium fere omne respueret, proximorum tamen commodis, & salutem, quacumque posset ope, nullo loco deerat. Ter in hebdomada dicebat ad populum, & cum festa lux intercurret, ter in die. Respondebat strenue consulentibus. Dabat operam confitentibus; atque his laborum quasi fomentis morbum suum contemnendo, non irritando leuabat. Quem tantus habebat ardor penitus exterminandi peccata; vt hominem plebeium, alijs frustra machinis adhibitis, mercede illectum, traditisque ex pacto aureis nummis viginti, quos in eam rem ex eleemosyna corrogauit, ab crimine Ciuitati manifesto remouerit.

Armuziæ Consalvus Rodericius Gasparis vestigijs insistentis, suis concionibus mire profuit. Eo autore sæpe discessum est ab armis, duella sublata, res suæ cuique redditæ, diuturno compressa silentio enunciata peccata, alieno è thoro multiplex exacta, fugataque pellex. Quæ inter munera, concurrente vndique ad eius pedes innumera pene vi hominum, vt longo interuallo animos repurgaret, coactus est suburbano tecto relicto, in urbem intimam transmigrare. Hic nullius socij opera subleuatus, ne nimijs laboribus frangeretur, auxiliarius ei frater Aluarus Médius submittitur, eximie vir sanctitatis, & dignus Gaspare magistro discipulus, quæ in Armuziam cymba dū Arabes pauci Malchato transfueherent, prædones celocibus quatuor insequuti, cum præuolantem modico interuallo nauiculam consequi Deo remorante non possent, quem aggredi non poterant cominus, sagittis eminus perunt, & coniectione telorum. Sed feruidas inter preces Aluaro procumbente, sagittæ, mirum dictu, oratione tanquã adamantino scuto retortæ neminem e vectoribus attigerunt. Armuziam igitur ille cum in columis appulisset, strenuam è vestigio operam Rodericio nauauit, modo plebi, puerisque diuinæ legis tradendis initijs, modo solandis, & subleuandis ægrotis, quotidieque excitanda sub noctem ære campanulo multitudine, ad leniendū suis precibus purgantē ignē animis mortuorū. Quibus in officijs dū accurate versatur, Armuziæ repente nunciatur classem aduentare Turcarum. Eo allato nuncio, commodissimum vrbis præfecto

119

120

Gasparis immensi labores.

121

Etiã pæna pecunia hominum à peccato abstrahit.

122

Res Armuziæ.

123

fecto

fecto visum est, ut qui in ea Christiani degerent, partem se in arcem cum Consaluo reciperent, partim cum Aluaro (ne multitudo grauis esset arci, praesertim in aquae penuria) Magostanum egrederentur, oppidum in Arabiae continenti, ab Armuzia passuum millia sex & triginta. Vtrobique vtriusque virtus magis enituit. Nam, ut de Consaluo multorum perferebatur ex literis, is vnus vniuersum pondus arcis, exercitusque sustinuit. Sed Dei clementia non tulit, ut vacuam urbem ingressi Turcae arcem ipsam diuturna oppugnatione accesserent. Quippe cum ferreis globis arcem assidue quaterent, ac verberarent, globi ipsi vel grandioribus explosi tormentis, quos basiliscos appellant, in hostem retorti, nullum figebant ictum. Quo animaduerso barbari, praecipuo etiam ipsorum disrupto multorum cum strage tormento, metuentesque ne ab Lusitana classe deprehenderentur, deseruerunt in caepta. Domicilio nostro, cui a S. Paulo nomen erat, semel atque iterum circumdederunt ignes; nihil tamen damni factum; ut gratulabundus populus dictitaret, Paulum ab hoste praesenti aedem suam suo minacissimo gladio defendisse. Ex altera parte ijs, qui Magostanum se receperant, fuit Aluarius magno bono. Nam & corporum commodis, ut praefectus arcis optabat, & animorum cura omni consuluit: his quidem, dum diem nullum intermittit Christianae disciplinae praecipis populum erudire; illis autem, dum centum, & quinquaginta ex ijs, qui ab Armuzia Turcarum metu profugerant, conquisita stipe sustentat. Quae caritatis partes eo erant id temporis duriores, quod tum fere omnes aduersa valetudine tentabantur, id quod in ea regione quotannis solenne, & visitatum est extremo Septembri, duobusque deinceps mensibus exortu syderis, cuius noxius putatur aspectus, atque contactus praecipue vitis, corporibusque mortalium. Cognito Turcarum discessu Aluarius ad extremum, quos secum Magostanum adduxerat, omnes reduxit Armuziam, quatuor duntaxat ex eo numero infantulis, muliere vna desideratis. Bazaini, Tanaxque consimilia a Melchior Nunnio, Franciscoque Henricio eorum, quae de Armuziae fructibus commemorauimus, sunt gesta. Sacrorum insuper vsurpatio ijs autoribus admodum viguit; ut praesentium turba nihil illis ad sua curanda corpora daretur ocij. Cocini gratiarum reconciliations plurimae Antonio Heredia suafore sunt factae: eodemque autore sexta quaque feria introducta flagella populo plaudente. In Oppido Coulano, oraque Piscaria Nicolai Lancillotti, & Henrici Henricij industria ingentes haulit Christiana res vires. Cumque praesentis socijs ceteris regionis linguam teneret Henricus, praesentis etiam laborauit vberius: vltique longo animaduersum est, sermonis inscitia non multum consueuisse profici, quamuis idonei non deessent interpretes, ut multum vidisse B. videatur Ignatius, qui suis in institutis, ac legibus hoc nominatim praecipit, ut in qua quisque regione verferetur, eius sermonem regionis ediscat, quo facilius id quod in tuendis animis propositum habet, Societas assequatur, Ad oppidum est primis orae Piscariae Ludouicus Mendius est socijs auxiliarijs ab Henrico legatus, ut Christianorum, qui in eo erant, animis aliquid opis & salutis afferret, a barbaris interimitur. Causa autem ea causa fuit: quod cum potestatem Rex oppidi homini facinoroso per amplam diripiendi, praedandique pro libidine, dum luca cum Rege partiretur, peruerso barbarorum more fecisset, Christiani, quorum e bonis, atque fortunis haud exigua praeda fiebat, id inique ferentes, cum Badagis, quibus pacis nomine tributa pendebant, multa sunt questi. Badage ut tributarios suos, eosque innocios ab iniuria defenderent, facta manu, quotquot est praedatoribus nacti sunt, omnes ad vnum obruncant. Hac caede cognita Rex, qui praedandi potestatem fecerat, ut delatores Christianos vlcisceretur, suas illuc copias intempesta nocte submittit, quae magna eos interneccione delerent. Barbari facta in oppidum irruptione, cum omnia caedibus, & cruore caedissent, ignes templo circumdant, vbi cum alijs compluribus Ludouicum in oratione defixum offenderant, ut eodem omnes conflagrarent incendio. Ad has turbas Ludouicus egressus delinire precibus impiorum furorem, ne diutius in innocentium caede bacchantur, & ab aedis incendio temperarent, instituit. Sed eas inter preces a Mauro quodam graui vulnere secundum ceruicem accepto in terram sternitur, prostratusque de nouo vulneratur in femore, deinde caput a ceruice praecisum ab hostibus asportatur. Hac caede faturi Barbari illi, cum alios nonnullos inflicto vulnere partim exanimassent, partim debilitassent, reuertuntur ad Regem. Damnum ingens hoc eodem anno fecit Ecclesia Commorinens

124
Res Bai
ni, & Ta
nae.

125
Cocini,
& Colani,
& ora pis
caria.

126
Ludouicus
Mendius a
Barbaris
insempo

si Paulo à Valle Punicali extincto. Sacerdos erat pius in primis, & impiger, iamque linguæ gentis peritus. Venerat & ipse in hostium potestatem. Quippe inter concionandum circumsteterant Badagæ, postque contumelias & probra ingesta comprehensum, interiorum in plagam abduxerant, vbi ad cæteram vexationem inedia macerabant, nil ad trahendam vitam præter aquam, & per exiguum orizæ tradentes. Nec multo post Neophytorum armis ereptus, & ad litus perductus parum absuit, quin periret in vndis. Iterum enim ingruentibus magno numero barbaris, in mare coacti sunt Patres sese conijcere, eorum vt manus effugerent: ac per ægrè Paulus, de quo loquimur, in piscatoria cymbula euasit. Denique multis ex ærumnis mala valetudine contracta, eaque diu exercitus, his veluti cælestibus margaritis, vbi terrenas alij venantur, quæsit in cælum diues migravit.

127

Moritur
etiam P.
Paulus
Vallius.

In insulam Ceilanum rogante Prorege de Societate Sacerdos missus Emmanuel Morales cum Antonio Diazio: Eius Insulæ Rex vnū è præcipuis suis proceribus Goam legârât, qui dum legatione sua fungitur, assiduo Christianorum vsu, consuetudineque relictis sensim patrijs tenebris, & luce veritatis oborta in sancti Pauli collegio baptisate consignatur. Huius Prorex admonitus, & animatus exemplo, in animum induxit, ipsum quoque per præcones Euangelicos aggredi Regem, vt isdem è tenebris, si Deo cordi foret, conuerteretur ad lucem. Ad eam rem legit Moralem, cuius in eam insulam iter, quanquam rebus nondum maturis ad exitum perducere Regis conuersio non potuit, cæteris tamen præsertim Lusitanis mirificas vtilitates attulit. Nam qui præsidij causa in Lusitani Regis arcibus excubabant, quorum erat numerus sanè magnus, ij Sacerdotibus destituti eo iam loci venerant, vt per summum diuinarum, humanarumque legum neglectum in naturam vsu conuerso, quantis essent illaqueati peccatis, & erroribus ægrè sentirent. Diebus festis perinde, ac profestis manus ab opere non cessabant; statura, imperataque ieiunia ex Ecclesiæ fastis profundus venter exemerat: pudor exulabat: dominabatur libido: & erat famosarum, quam pudicarum numerus maior. Implicati erant Saracenorum familiaritate Christiani, deque illorum fece non sentientes hauriebant. Egeni opprimebantur, & ledabantur iniuste: nec peccatorum erat vlla confessio. Statuta verò S. matris Ecclesiæ cunctis erant penè ludibrio. Quibus tot, tantisque malis Morales illacrymans, aggressus est pro suggestis hominum vitia, peruersosque mores tanta laterum firmitate, & pietatis ardore perstringere, vt ira quibus ea altius infederant, ij cum sani esse cœpissent, ad ea tollenda, & euellenda Sacramentorum medicina frequenti, & eorum ingenti detestatione confurgerent. Quibus audientibus, curandisque (ea erat hominum vis) ne longitudo quidem lucis diurnæ par erat. Ergo castigata superioris vitæ licentia, meliores inducti (Deo opitulante) sunt mores, & vultus præsidij renouati. Quæ res non modò Christianos, vbi sua agnouerunt, & posuerunt errata, verum etiam ipsos ethnicos, in quibus splendor aliquis rationis emicuit, magnopere delectauit. Quo ex numero sanè multi Christi legem, vt naturæ legi maximè consentaneam non dubitarunt amplecti. Dum hæc in his oris geruntur, in Molucarum cultura vix credibile memoratu est, quantum ærumnarum Euangelici coloni, quantum discriminum exhaurirent, Ioannes Beira in primis, qui Mauricas percurfabat oras. Viarum labores, ardores Solis immensos, iniuriasque alias locorum, cælique hic numerari non decet. Æstu iactatus acerrimo febrium, nihil necessitati cedebat, quo grauioribus ab incolarum animis morbos depelleret. Naufragia, & pericula alia supra perstrinximus. Tot erat per mortes currendum, ne cœptam in eo agro sementem inimicus homo zizanij venenatis obrueret. Quippe Saraceni, atque Ethnici Principes Euangelio iniqui, atque infesti, & Lusitanorum conspirantes in cædem Caciziorum instinctu, ad terrendos à Christi cultu Neophytos, vires omnes, atque consilia partim suadendo, partim insectando verterunt. Itaque cum alij, tum verò qui Mauricas insulas incolebant, quorum ingens in Oppido Tolo

128

Emmanuel
Morales in
Ceilanum
mittitur.

129

Corruptis-
simos præ-
sidiariorum
mores cor-
ripit.

130

Ærumna
in excel-
sis Molu-
cis Patri-
is Beira.

131

Supplicium
diuinum
in Aposto-
licis Tolo-
nos.

numerum erat, B. Xauerij, Patrumque institutionis obliti ab Ecclesia, Christoque defecerant, templum solo æquarant, sacras Cruces, & Sanctorum effigies comminuerant, Geilolijque tyranno se dederant. Cuius tantæ perfidiæ, impietatisque celeres dedere pœnas. Primum ager totius regionis antea feracissimus pristinae suæ vbertatis oblitus repente exaruit. Conditæ in horrea fruges, tabe sunt, carieque peresæ: aquæ salubres, ac dulces, noxiæ, & amari saporis inuentæ,

Fff

fame

fame denique, ac pestilētia mortales multi cuiusq; ordinis, & ætatis absumpti. Nec tamen reliquos tam dura cælestis iræ experimēta mouerunt: sed in impietate nihilominus obstinati, cūm compertum iam haberent nouum sibi bellum à Lusitanis instare, omni arte sese ad resistendum compararunt. Collocarunt pro locorum opportunitate præsidia: cunctos aditus obstruxerunt: & quacunq; transeundum Lusitanis erat, præcutas tales, stimulosq; in quos se induerent, defoderunt. Sic armatis, atque munitis Lusitani pauci numero superueniūt, & priusquam bellum inferant, blando per nuncios, ac benigno sermone desertores, ac perduelles interrogant, malint ne sine ferro & sanguine ad Christi cultum, & Lusitani Regis amicitia scelus suum detestari redire, an experiri vim suam: & diuini, humaniq; violati fœderis pœnas dare? Cūm illi superbissime respondissent, se neque Christianos vlllo pacto futuros, neque diutius externi Regis dominationem laturos, exercitum in eos ducunt: continuoq; in amentes vindicta quoq; cælestis apparuit. Circa meridiem sol repente subductus: & è vicini montis vertice crebris cum tonitribus, & horrendo mugitu, toto triduo tetrum erupit incendium: ac tanta cinerum, pumicum, lapidumq; egesta vis, vti non modo insidias solo sparsas obrueret, verum etiam propugnacula, & muri coronas æquaret. Accessit terrarum ingens motus, quo & arbores euulsæ radicibus, & tecta omnia diruta præter vnum pusillum templo nuper euerso contiguum, quod fuerat Societatis Patribus diuerforium. Locus etiam propinquus passuum millia fere duodecim latè restagnante palude, multis cum incolis, & domicilijs obrutus. Ita defensoribus exitio sublatis, terrore vel dilapsis, egressi è nauibus Lusitani potiti sunt arce: Geilolijq; tyrannum vna cum oppido, totaq; regione viuum in suam potestatem sine certamine redegerunt. His rebus cognitis Ioannes Beira, qui in eis iam populis desudauerat, illuc confestim ab Ternate transiit: suauiq; oratione dispersos in vnum locum cōgregatos admonuit, quam nefario se scelere per eam defectionem alti inxissent: solenni q; ritu per confessionem expiatis, Ecclesiæ sacrosanctæ restituit. Inde noua rerum facies: simul ac omnibus recta mens, suus quoque sapor aquis, atque dulcedo, sua campis, agrisque fœcunditas redijt: & inaudito miraculo noxij inures, qui fata per id tempus in vltionem illius gentis eroserant, aspersione aquæ sacre repente fugati, Ethnicorum migrarunt in arua, tam infesta populatione frugum, tanto barbarorum dāmino, vti cum Christianis vulgo quererentur iniuriam. Histantis, tamq; varijs promoti prodigijs cateruatim ad Beiram baptisimi gratia concurrebant, vt interdum vno, eodemque die quina hominum millia, interdumq; spatio hebdomadæ quindena confluerent, quibus cūm ministrare singulis nō posset vnus, Sacerdotem è Societate Alfonso Castrium sanctum postea Martyrem, fratresq; laicos Nicolaum Nunnium, & Melchiorum Figeredium cum alio quodam euocauit. Qui numerus cūm ne is quidem tantæ messi par esset, ipsemet vltro in Indiam ad petenda maiora subsidia proficisci decreuit. Quo in itinere Malacæ (vri supra narrauimus) Xaueriū natū, eiusq; instructus monitis, & recreatus alloquio Goam perrexit. Apud Iapones reliquerat Amangucij Xauerius, cūm in Indiam remearet, Cosmum Turrianum, Ioannemq; Fernandium: qui cum perturbatis, permutatisq; rebus ex cæde Regis, cuius supra meminimus, Bōnziorum se furori, certisque periculis subduxissent, vbi in demortui locum, Bungensis Regis suffectus est frater, & ciuitati pax reddita, ipsi quoque nouo fauente Rege se se liberè ijs, quos ad æternam vitam diuina clementia destinauerat, reddiderunt. Soli tum in omni Iaponia duo illi desudabant, soli barbaræ superstitioni resistebant, & amplificandæ rei Christianæ studium pro sua parte nauabant: cūm tres, quos supra memorauimus, Balthasar Gagus, Eduardus Sylua, & Petrus Alcaceua xix. Kal. Septembris Iaponiam secundissime tenuerunt. Delati Cangoximam, & à Regulo comiter excepti, octo dies ibi subsistunt. Deinde repetito nauigationis cursu septimo idus Septembris, Bungum appellant. Hic honorificè iussu Regis accepti, certisque in ædibus collocati, post die ad Regem ipsum cum muneribus ad eum ab Indiæ Prorege transmissis. Ea Regi fuēte gratissima, & is ea de causâ Patribus omnem cultum honoris, & hospitalitatis exhibuit. Interim Ioannes Fernandus Iaponicæ linguæ peritus Amangucio profectus, pro interprete Bungum venit. Cum eo non ita post ad Regem iterum redeunt: redigunt ad memoriam, quæ ipse ad Indiæ Prætozem quadam scripsisset epistola, de promulganda in suis regionibus

Christi

132
Bnignitas diuina erga pœnuentes.

133
Rex Iaponia.

134
Erant in Iaponia solus Cosmus Turrianus & lo Ferrandus: cū peruenire tres alij Balthasar Gagus, Eduardus Sylua, Petrus Alcaceua.

Christi lege, recipiendisq̄ue eius doctoribus, ac magistris: proinde rogant, vt quando ipsi ad id venissent, omnem sibi potestatem faceret eius libere promulgandę, libereq̄ue item suscipiendę ijs omnibus, qui cognitam, ac probatam patrijs sacris, institutisq̄ue præferrent. Rex haud immemor voti sui, pristiniq̄ue propositi, dolere se primum dixit, quod in suo regno nulla, vt alibi Christiana soboles fieret. Deinde sui esse consilij, voluntatisq̄ue, vt intra Regni sui fines Christi cultum liberę propagarent: & hanc suam voluntatem, potestatemq̄ue suis se diplomatis testaturum ipso die si vellent, curaturumve id publicę locis omnibus edicendum. Balthasar actis de tam proluxa voluntate gratijs, superfedeat ea re tantisper hortatur, dum ad Cosmum Turrianum, qui Amangucij versabatur, excurrat, & ex eius consuetudine ediscat, quemadmodum in ea sibi re progrediendum sit. Annuit postulationi Rex, eiq̄ue de suis hominem certum duccem itineris ad Cosmum dedit. Ita Balthasar ad Cosmum duobus antea præmissis comitibus Sylua, & Alcaceua cum Ioanne Fernandio, præcipitante anno se contulit. Ab eo cunctis de rebus singillatim edoctus, non ante Bungum, quam Februario subsequens anni se retrulit.



HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Decimustertius.

1553



I
Iulius Pontifex Societatem Hierosolyma, & Constantinopoli, & in Cypro collocare constituit.

2
In Romano Collegio explicari coepta Philosophia, & Theologia.

3
B. Ignatii in Deum fiducia.

4
Primordia Scholarum superiorum apparatus.

OLVEBATVR iam annus huius seculi tertius, & quinquagesimus, cum Summus Pontifex Iulius secundus de Societate rumoribus, fama que permotus (nam & Ciuitates, atque Dynastæ, & animarum Pastores ac Præsules, operas ex ea domosque poscebant, cum ad suas ordinandas, & componendas Ecclesias, tum ad euellendas hæreses, & errores, qui latè ferebantur Luthero gliscente) decreuerat ipse quoque de ea nonnullos in Asiam ad reuocandos Nestorianos ab hæresi, & Catholicæ recõciliandos Ecclesiæ cum Patriarcha mittere. Et quo magis egregius Pastor de Orientis mereretur Ecclesiæ, Petro Zarate Ordinis militum sancti Sepulchri Commendatario instante, Collegia in his regionibus tria confectis, iam rite diplomatis, condi iusserat, Hierosolymis vnum, Constantinopoli alterum, tertium in insula Cypro. Verum cum ratio, quam ad ea stabilienda repererat, ex sententia non procederet, & mors insuper subsequuta debilitasset præclaras Iulij cogitationes, atque consilia: apparuit aliud Dei fuisse consilium, atque decretum, cuius in abditissimis æternæ mentis arcanis latent causæ, cur in eas barbaras regiones tam sanctè excogitata profectio, & tam salutaris mortalium iudicio Collegiorum apparatus ad nihilum momento reciderit. Comparabat tamen suas ad eius generis incepta, si quando vsus foret, Societas operas, exquisito cultu pietatis, ac literarum: & in Romano quidem Collegio ad trium linguarum disciplinam facta est accessio geminæ Theologiæ; tum eius, quæ tota in differendo continetur, Martino Olauio doctore, tum eius, quæ sacrorum explanatione codicum continetur, interprete Frusio. Prepositus est etiam, qui sacris ferijs interioris fori quæstiones, causasque tractaret, Quintinus Karlar: Philosophiæque partes singulæ singulis à magistris vno eodemque tempore tradi coeptæ, Ioanne Rogerio Dialecticam, Guido Roiletto Naturalem, Balthasare Turriano primam, summamque philosophiam, ac disciplinas præterea mathematicas explicante. Quibus doctoribus, ac disciplinis dabant operam pro suo quisque gradu, atque processu è domestica iuuentute ferme sexaginta. Nam, quæ fuit animi celsitas in Ignatio, vel in summa annonæ difficultate, quæ copiosis quoque ciuibus grauis admodum erat, vna Dei fiducia nixus, copias suas, cum minimè augendæ videbantur, tum maximè auxit. Cur enim paternæ Dei curæ in communi fame, caritateque diffideret, qui ad eius vineæ culturam operas vndique tam strenuè, tamque auidè conquirebat? Nec spes eum concepta sefellit. Borgiæ solertissima caritas non modò in præsens, verum etiam in annos aliquot laboranti Collegio, & nullis instructo redditibus tempestiuè consuluit. Is præter eum pecuniæ numerum, quem ab Imperatore quotannis ad annum quintum in eius alimenta Collegij, vsusque vitæ necessarios impetrauerat (ij erant aurei mille quingenti) totidem insuper ab eius gnato Principe in id ipsum, ad idem annorum spatium impetrauit: quo deinceps alia priuatorum subsidia, vnde aucta familia sese aleret, accesserunt. Nostrates porro, domesticosque discipulos, qui speciem gymnasio aliquam, pompamque præberent, tria ex eadem Societate Collegia, Colonienæ, Louanienæ, Parisienæ, cæteris Collegijs in augenda per Italiam, & boreales tractus Societate sæcundiora suppeditarunt. Atque vt à superioribus doctoribus quam splendidissima docendi primordia caperentur, visum est ea capere publico ab ingenij doctrinæque certamine nobilissima spectante corona purpuratorum Patrum,

gra-

graviūque virorum, non sine vario, ac specioso Rhetorum apparatu, & prolusionibus oratorijs. In arenam, ac certamen theologicae disciplinae descendit vnus Martinus Olaius Collegij Romani (vt tunc appellabatur) superintendēs, praestansque Theologus, nullo adhibito de more praeside, vel patrono, ipse sibi praesēs, ipse patronus. Cum philosophis decreta pugna Theodorico Ammentardamiensi praeside Balthafare Turriano: cum Rhetoricis Benedicto Pereriaz Fuluio Cardulo duce. Cuncta prorsus ex dignitate, & celebritati par plausus. Summa autem cura in eius Collegij conformationem intendebat Ignatius: quod, vt aiebat, cum ceterorum Societatis Collegiorum tanquam formam volebat esse, tum in ipsa Christianae religionis arce, Summiq̄ Pontificis oculis specimen extare vtilitatum, quas Collegiorum eiusmodi institutio haberet. Nec dubitabat fore olim e Pontificibus, vel alijs Principibus fundatorem. Quamobrem de certis reatibus nihil laborans, quasdamque minus operi sufficientes oblatas dotes repudians, id studebat vnum, vt praesenti necessitati succurreret. Aliquot huius anni supremis mensibus apud Argentarios, vrbis loco per celebri, Palmius, & Ribadeneira singulis hebdomadis suo quisque die conciones habuere ipsa in via, inde occasione accepta, vt Concionatorem id damnantem compitalium dictionum genus facto ipso refutarent. Plurimus confluēbat, & honestissimus auditor, & fructus extabat ingens, ac multiplex: cum parum abfuit, quin & pessimum inde Satan facinus perpetraret. Inductu maleuolorū (qui nunquam desunt vitiorum insectatoribus) vrbānorum Praefectus satellitum, cum suorum armata manu interuenit: ac protinus magna voce pro imperio tacere, ac descendere Palmium iubet. Qui cum statim obsequi vellent, obseruandam dicens in administro publicam potestatem, ecce in concione tumultus, cursarique & corripere arma, nec vox concionatoris demulcentis audiri. Denique satelles coactus sibi fuga consulere. Eodemque die Praefectus qui veniam sibi ab Ignatio exoraret, sub vesperam misit, excusans si quid per eam concionis frequentiam turbaretur, veritum se ne sibi id fraudi esset. Accepta Ignatius satisfactione, postero die Palmium eodem redire, ac purgare inter concionem Praefectum iussit. Nec postea amplius reuerti permisit vir modestissimus, & cui lucra animarum ea placerent, quae quantum fieri posset, nullius in offensionem incurrerent. Hieronymus Natalis e Sicilia reuersus ad Urbem, acceptis ab Ignatio monitis Commissarij nomine quinto Idus Aprilis mittitur in Hispaniam, vt Constitutiones recens editas promulgaret, ampla cum potestate decernendi, vbique iubendi, corrigendi, immutandique quicquid e re diuina, communique visum esset: cuius siue prudentiae gerendis in rebus, siue scientiae institutorum multum tribuebat Ignatius. Bobadilla Phaliscorum Episcopatum Episcopo ipso rogante, lustrabat: inde in Picenum Commissarij & ipse nomine ab orthodoxae religionis iudicibus, & prauis dogmatis inuestigatoribus destinatur, vt omni conquisitione cunctos haereticorum libros, ludæorumque collectos infami concremaret incendio: & Cardinali autore Carpeni Lauretanum quoque Cletum inspexit. Quae omnia haud exigua ab eo cum laude sunt gesta, seu pijs instituendis Anconae sermonibus ad ædem sancti Francisci frequenti conuentu, seu conquirendis impiorum voluminum probris, igneque comburendis, praesertim ex eo genere plurimis, quae Lusitano conscripta sermone, pestilentes homines in Indiam vsque transmittere, totoque oriente diuidere occulta fraude decreuerant. Par in Collegijs felicitas siue confirmandis, & augendis, siue ordiendis, & eorum veluti seminibus iaciendis. Confirmabatur in Italia Florentinum dato iam Societati loco cum ad habitandum, tum ad colendum suis functionibus Deum, angusto illo quidem, & perexiguo, celebri tamen, & in ipso pene Urbis vmbilico, quem ab antiqua sancti Ioannis aedifica, sanctum Ioanninum diminuto nomine vulgo nūcupant. Eius erat aedis penes presbyterū procuratio, qui ex ea quotannis vix quinquaginta capiebat aures. Hunc Dux Cosinus, ne suā grauaretur aedē Societati concedere, Laurentinae Basilicae, cui per antiquo curiae iure a Florentinis Ducibus nomen est, Canonicum legit. Vt autem in possessionem loci pes a Socijs est positus, tum demum scholis numero quatuor plus celebritatis, ac famae, plus existimationis est additum. Aedes vero sacra ab omnibus antea deserta, atque relicta, celebrari ipsa quoque piorum hominum ad sacramenta, & Dei verba concursu, non sine magnis fructibus caepa est. Perusino quoque Collegio

5
De Romano Collegio
B. Ignatii
iudicium.

6
Conciones
Roma apud
Argentarios.

7
Natalis
Commissarij
declarat.
in Hispaniam
ad promulgandas
constitutiones
mittitur.

8
Bobadilla
res.

9
Collegium
Florentinum
certam sedem
nanciscitur.

10
Item Collegium
Perusinum.

Fulvii Cornei Cardinalis, eiusdemque vrbi eius Antistitis cura, & auctoritate, certa attributa est Sedes ad inum forum, quod paruum appellant, vbi scholæ quædam publicæ habebantur, hodieque Collegium Ciuitatis vsibus peropportunum visitur. Genus statuebantur initia Collegij, compluresque in ea vrbe ciues, cum in Hispaniam inde solueret, Natalis offendit, qui de aduocanda Societate consilia inter sese agitare. Consilij principes Thomas Spinula, & Franciscus Baua. Quorum postularis, ac votis concessus est Lainius, qui suis creberrimis, inflammariisque concionibus, vt erat illi solenne, sic vniuersos incendit, vt non vnum modo, sed duo sua in vrbe Collegia, alterum Ciuitas ipsa, alterum Sauliorum fundare familia in amœnissima totius vrbis regione, quam Carignanum appellant, deliberarent. Nihil tamen hoc anno, quod ad Collegium attinet, actum est, nec stabilis reperta sedes. Iacta sunt duntaxat Lainij ab aduentu principia quædam, & Reipublicæ, Vicariique nomine (is erat Caborlensis Episcopus) Patres euocati duodecim. Sed quo res facilius perduceretur ad exitum, placuit Reipublicæ ad eos, quos dixi, duos è nobilitate par alterum, Augustinum Lomellinum, & Stephanum Ragium, veluti Collegij curatores adiungere; quorum patrocinio, auctoritateque cum idonea Societati sedes, tum quæ ad eam alendam, ac sustentandam vsui forent, compararentur.

11
Lainius
Genus rō-
tionatur:
& Collegij
aliquod
initium
ponitur.

12
Syluestri
Landini,
& Emma
nuels Go-
mij res in
Corsica.

13
Corsica
status hoc
tempore.

14
Patris
Laboris in
Corsica.

15
Sermores
aduersi de
Patrium la-
boribus in
Corsica.

Corsicam extremo anno superiore Syluester Landinus, & Emmanuel à Monte maiore cum attigissent, misere laborantem, quod ad animarum salutem, & cognitionem Dei pertinet, eam insulam inuenerunt. Quanquam enim sex illa Sedes Episcoporum habet ab antiquitate relictas, ijs tamen Episcoporum Pastorumque præsidio destitutis in summa rerum ignoratione, maximaque licentia tum vivebant. Erant è Sacerdotibus, qui nullius Sacramenti conficiendi rationem, ac ne consecrandi quidem augustissimi Christi corporis formulam satis norant. Presbyteri nullo fere cultus, vestitusque discrimine seiungebantur à laicis: atque hoc impunitus; liberiusque sese scortis, concubinisque iungebant. E corruptela vero Pastorum, Sacerdotumque, quod necesse erat, mira labe in populo. Flagrabant vitia apud eos innumera, superstitio, veneficia, cædes. Contra fas, & ius matrimonia, nulla habita necessitudinis, & propinquitatis arctæ ratione, iungebantur: plurimi superstite prima coniuge secundâ sine religione ducebant. Quin etiam priusquam fœtus ederentur in lucem, despondebantur vxores, modo sexus muliebris, & quæ futura erat sponfa prodiret: id quod factionum seminarium erat, & origo dissidij, nolentibus iam adultis parentum obseruare conuenta. Quæ tot in populo probra, atque dedecora par comitabatur inficitia, tenebræque tantæ, vt communem Christiani hominis noram & Sanctæ Trinitatis symbolum, Crucis signum non pauci, præsertim agrestium ignorarent: atateque iam caniprecationis Dominicæ formulam, & salutationis Angelicæ non tenerent. Patres igitur distributis inter sese varijs Insulæ locis, Bastiæ quæ præcipua vrbs est, Landino plurimum commorante, minora oppida percurstante Emmanuele, strenue eam colere, & ad antiquam Ecclesiæ normam, formamque reuocare quotidianis concionibus, & catechismo cœperunt. Par in populo necessitas, & voluntas reperta est vitæ melioris. Adeo multi ad enuntianda sua facinora pudibundi consuebant, vix vt restaurandis cibo, somnoque viribus strenuis operarijs locus superesset. Surgebant ante lucem, & ad densas vsque tenebras seduli præbebant aures: quarum defatigationem, atque laborem die profesto partim matutinus concionandi labor, priusquam suum ad opus opifices se referrent, partim vespertina catechesis interpellabat. Festo vero die quadruplex sæpe concio vel remotis aduocabatur è Pagis tam conglobata, tam frequens; vt nunquam in ea Insula studia maiora, & ardentiora senes grandæui meminerint. Dominicæ porro celebritas lucis cælestis fractione panis, ipsam propemodum paschalis diei celebritatem referebat: & erat apud omnes eo in honore, & exultatione Syluester seu perpetuo concionantis ardore, seu commutatione in populo morum, vt ad eum certatim cupidus spectator accederet: perbeatique sibi viderentur illi, qui propius eum adire, affarique possent. Sed ne secunda nimis aura Patres, & præclarissima inter homines fama tota insula percrebescens efferret, prouide, vt solet, diuina sapientia comparauit, vt subita procella, ac tempestate perculsos, in offi-

in officio, modestiaque contineret. Is enim totius Insulæ cum esset profectus, & plausus, Romæ sermo plane contrarius perstrepebat. Magna caritate Franciscani Patres Landinum exceperant, rectoque exemplo concioni vitro omnes quotidie, & catechesi eius intererant. At Maxianensis Episcopi Vicarius inde ab initio parum gratum sibi accidisse eius, & Socij aduentum ostendit. Is ergo, & quidam cœnobij desertores, alijque nonnulli, vt erant non optimæ vitæ, nec præclari admodum inter suos exempli, veriti ne Patres illi, qui Visitatorum nomine ab Apostolica Sede mittebantur, solutis suis moribus, effrænataeque licentiæ, disciplinæ frænos inijceret, aut ad eandem Perri Sedem per literas se deferrent, mendacissimis anteuertentur epistolis, & extremæ eos elationis, & arrogantia, intolerandaque seueritatis insimularunt, qui ne Religiosorum quidem ratione habita Sedis Apostolicæ autoritate intemperanter abuterentur. Et quocertius collimarent, totaque res ex sententia magis caderet, consulto facinorosum quendam conuictum, notatumque non semel hærelis, multa que alia ob crimina collumiam in laqueum inferentem, protinus ad Urbem mittunt. Qui vt literarum mendacijs, coram etiam meditaris calumnijs pondus adderet, tam multis curiam querelis oppleuit, tot mendacijs oneravit; vt Cardinales præcipui, in ijsque Societatis amanuissimus Marcellus Ceruinus, Ignatium monendum pro amicitia putarint, Ordinis vti famæ, nominique consuleret: Patresque illos suæ prudentiæ, modestiæque per literas admoneret. Ea re permotus Ignatius, suspicans id quod erat per calumniam traduci innocentes, Sebastianum Romæum silentio aduocat, hominemque nondum sacris illum quidem initiatum, vnum tamen de suo numero probatissimum, & cuius fidei plurimum tribuebat, indutum communi cultu in Corsicam mittit, qui suorum in mores ac vita dissimulanter inquireret, & cum accurate omnia, exploreteque lustrasset, ea mox & publicis, & priuatis consignata testibus ad se referret. Contulit eo se Romæum Societatis persona posita, vt erat ab Ignatio per scriptum: & rebus omnibus exploratis, atque perspectis abstulit ab insulæ Præfecto, Magistratibusque, & vniuersis oppidis, itemque à Ministro Prouinciali Franciscanæ familiæ, alijsque viris grauissimis tam honorifica testimonia, & tot laudibus cumulatæ epistolas ad Pontificem, & Cardinales, vt eas omnino Patrum pudor, ac modestia non ferret: multa que iam antea in eorum commendationem, ac laudem Respublica Genuensis ad Urbem scripserat. Quibus omnibus tam luculentis, tantique ponderis testimonijs obstructum est videlicet obrectatoribus os, sparsuque tota iam curia, totaque vrbe iniquus rumor oppressus.

16
Ignatij
Sociorum
res in Cor-
sica explo-
ratæ.

17
Res gesta
per Italiã.

Hac æstate B. Pater cum Lainium Prouincialem Florentiæ tum degentem iussisset theologi-
cæ summam doctrinæ in Societatis vsu conficere (cuius tamen perfectionem operis publica
deinceps munera impediuerit.) Collegia per Italiam Eugubinum, ac Perusinum per Olauium
inspici iussit; quem Ariminum quoque misit, vt de Collegio, quod ea Ciuitas auebat, cognosce-
ret. In ceteris vero prouinciæ lustrandis Collegijs, atque regendis Ioannem Baptistam Violam
Commisarij nomine, ac munere Lainio suffecit. Quo in munere cum angore immodico, vbi
res minus è sententia caderet, Viola cruciaretur; admonuit eum B. Pater, id quod sæpe habebat
in ore, Angelos vt imitari studeret, qui in animarum sibi commissarum custodia, omnem qui-
dem diligentiam præstant, sed euentus quicumque sit, nihil de tranquillitate, nihil de beatitate
sua deperdunt. Ceterum ingruente morbo Commisarius, præsertim cum per Collegiorum in-
opiam, vel longa itinera conficere pedibus cogeretur, onus illud sustinere diu non potuit.

18
B. Ignatij
sententia,
imitandã
Anglorũ
& seduli-
tatem, &
tranquil-
litatem in
proximis
adinuan-
dis.

Sicilia hoc anno noua est constituta prouincia: cui præpositus Hieronymus Domenecus ad
prouinciale munus suum ceteroque communis disciplinæ labores, alia pietatis adiungebat
officia. Is Messanæ gynecæum instituit ex eo mulierum genere, quæ cum ad pudorem se reci-
perent, receptum ipse apud conuersas fœminas habere non poterant, vel quod consilium non
esset perpetua se custodia cœnobijs includere, vel quod in refertissimo contubernio, loco
priorius excluderentur. Quod opus vt ad diurnitatem stabile permaneret, dedit insuper ope-
ram Domenecus, vt è vris nobilibus Sodalitium, cui cœnobij Conuersarum patrocinium
erat,

19
Sicilia de-
claratur
prouinciam
eique Hiero-
nymus
Domenec-
us impo-
nitur.

20
*Domiciliū
 in monte
 Regali So-
 cietati tri-
 buitur, &
 Collegium
 inchoatur.*

erat, hoc item in suam fidem, tutelamque reciperet. Idemque cum multas huius pietatis partes à nobili Ciuitate per ærij copias, atque rationes suscipi posse non ignoraret, coaceruandâ publice sua curauit autoritate pecuniam, vnde multorum consuleretur inopiâ. Eidem Roma discedenti Farnesius Cardinalis, qui Societatis Collegium in monte Regali (ea est Archiepiscopi sedes) expetebat, dedit literas ad vrbis Præfectum, nostris vt lectum suo sumptu præberet, eisque annuos redditus assignaret. Empta est domus, & in eius possessionem Bernardus Oliuerius, qui valetudinis gratia ab Romani Collegij administratione translatus in Siciliam, primus eo loco præfuit, Societatis nomine missus est: Eaque Iunio exeunte coli, & habitari cœpta. Ineunte vero Iulio tam subitis auditorum incrementis apertus est ludus, vt quadraginta supra ducentos trimestri vix spatio celebrarent. Extremam sub hyemem dum Natalis, & Palmius Romam venturi, transmissionem Panormi opperiantur, ille cœnobium eius generis, quod Messanæ nuper à Domeneco, & in vrbe olim Sanctæ Marthæ nomine institutum à B. Patre narrauimus, inchoauit. Palmius autem suggestu conscenso aduocatis in concionem mulierculis, quas inter dicendum non modo ad lachrymas, sed ad miserabiles vociferationes, eiulatusque percussit, in eius contubernij exordia tredecim à flagitioso quæstu traduxit. At per ætatem ingens in Mahometanis mancipijs ad Sanctam fidem ardor exarsit, ab Mahometano nobili spartis igniculis. Qui donatus Panormitano Collegio post triennij hortatus, ac preces, tandem nulla re magis, quam assiduis sociorum expugnatus exemplis, animum ad catechismum adiecit. Is aduersus Diaboli acres impetus, ac spectra deformia vim sanctæ Crucis admirandam expertus, statim factus de catechumeno prædicator, ante omnia sanctæ Crucis compertam sibi virtutem in religionis Christianæ testimonium celebrabat: persuasitque gentili suo sæda ancillæ consuetudine implicito, vt si ad flagitium quandocunq; incitaretur, nihil dubitans, Cruce sibi frõtem, ac pectus Christiano ritu munitet. Nec fuit inanis hortatus. Cum in clyta consuetudo, & Satanas hominem ad amicam retraxisset, is in eius conspectu recordatus repente catechumeni salutare consilium, non prius ad frontem, ac pectus horrenda spiritalibus nequitijs signa formauerat, quam veluti superfusa gelida toto corpore obrigescens, patefacto statim mulieri miraculo, & mox per urbem vulgato, ipse cum alijs ad vitalem fontem accessit.

21
*Recti ex-
 pli via.*

22
*Vic mira
 signi san-
 ctæ Crucis.*

23
*Vienna do-
 cari coepit.*

Viennæ placuerat Collegio expositas de more scholas, gratis & in vulgus habere: Sed ne id grauius publica ferret Academia, supplices ei dedere libellos, vt per eam sibi quoque liceret erudire publice iuuentutem. Verum cum illa sine regio consilio, quod Regimen appellant, huc grauate descenderet, Patres supplicandum Consilium illi putarunt. Nec abnuuit supplicationi Consilium, modo id Ferdinandi Regis ex voluntate fieret, qui fuerat autor, parensque Collegij, & illud multum auebat. Interim redduntur etiam ab Ignatio literæ, quæ iubebant priuilegiorum vi, atque iure ab Apostolica Sede concesso ceterorum more Collegiorum vulgo disciplinas exponi, quod è vestigio fieri tripartita scholarum varietate & numerosa iuuentute cœptum est. Vbi vero Academia in disciplinam Societatis magnum tradi numerum liberorum à prima nobilitate, lætis admodum cum literarum, tum virtutum progressionibus sensit, contendit ipsa pro viribus Collegij, vt scholæ suum velut in gremiū, sinumque transirent. Quod Patres, quanquam omni ope studioque vitabant, ne quam conditionem subirent, vnde domestica disciplina fieret obnoxia: tandem perspecta Regis de se meritissimi voluntate morem Academiæ gessere, cum eo tamen, vt nulla subirent vincula promissorum, quibus alienis sese legibus, statutisque subijcerent; nisi quatenus sua vel instituta, vel moderatorū iussa permitterent. Ea de causa Rex Ferdinandus Canisio mandauit (qui etiam Episcopo Viennensi morte sublato concionator in aula successerat, eodem die statim ab aulica dictione ad populi concionem digrediens) vt Tergestino cum Episcopo, & aliquot regijs consiliarijs omnem illam Academiam, eius partes omnes ad Catholicos magis mores, pietatemque recuderet. Erat enim in more positum, vt in habendo doctorum, magistrorumque delectu non præterirentur hæretici, modo suos illi se intra fines, cancellosque tenerent, nec in do-

24
*Canisij o-
 pera Aca-
 demia Vi-
 ennensi per-
 uulsa.*

cendo

cedo egredierentur ad ea, quæ cum religione coniuncta essent, quod fieri sine ingenti illius Academicæ periculo, & rei catholicæ detrimento omnino non poterat. Facilis enim est ad ea flexus, ubi prauo dogmate te semel infeceris, & in docendo magistrorum mores plerumque se effecerunt, nec potest eorum tuta esse doctrina, quorum est corrupta religio: qui dum suis se discipulis tradere scientiam profitentur, ac literas, vna cum scientiæ dulcedine hæresum venena clâ temperant. Canisius autem cum suos in ea obeunda prouincia Collegas tantum periculum par-
 25 *Præsum in Societate pro oris Septentrionalibus institutum.*
 uipendere, nec sibi religioni ducere, quod tales doctores inducerent: ex altera vero parte impune videret hæresim longe, lateque grassari, exorauit per literas ab Ignatio, vt tota Societate mēstruo quoq; Ipatio singulis Sacerdotibus Sacrificium, ceteris alias preces indiceret, vt Dei Numen Christi cruore placatum cœca Germaniæ populo discussa caligine, præferret lumen Catholicæ veritatis. Id quod ex eo tempore, addita nominatim Anglia, de qua spem optimam Mariæ regnum attulerat, ab omni Societate fieri cœptum, nunquam postea desitum est. Quæ dum Canisius totus in rem Catholicam augendam intentus dies, ac noctes animo voluit, & vias omnes perdendæ hæresis inuestigat, tantum sibi nominis viros apud principes comparauit, vt post Federici Nauæ Episcopi Viennensis occasum, de eo in Episcopali cathedra subrogando serio agitatum, decretumque sit. Qua de re cum inter Romanorum Regem Ferdinandum, & Nuncium Apostolicum Hieronymum Martinengum optime conueniret, maiorem in spem venerant exorandi Pontificis, quam cum de creando Episcopo quondam laico, ne quicquam interpellarent: propterea quod Societatem adoleuisse iam dicerent, eoque iam loci perductam, vt, si Canisio mandaretur Episcopatus, quem in alia vrbe reformidauerat laicus, par ipsa periculum non adiret: conueneratque inter eos, vt occultam per epistolam, seuerum curaretur à Petri Sede mandatum, quo Canisium cogeret religionem iam professum, & voti reum, traditum sibi munus sine cunctatione suscipere. Sed odorati rem nostri, vna cum Canisio, (nemo enim plus habet vitium ad repellendos honores, quam is, cui deferuntur) tam multis, tâque grauibus apud Nuncium in rationum ponderibus, atque momentis suam egere causam, vt ille abiecto scribendi consilio ad Pontificem Maximum, ad Ignatium duntaxat ea de re literas dederit. Cui rescriptit Ignatius, id haberet apud se ratum, & velut exploratum, nullo modo è diuina re fore, ac ne Societatis quidem, vt Canisio deferretur is honos. Multis autem præstare partibus, si nos nostra in humilitate relinqueret, quam si ad honores, & tam decoras cathedras uos eueheret. Simul illud insinuans, si vsus forent, non sibi defuturum, quo minus ipse adeundo Pontifice, totam illam (vt olim in laico fecerat) rem discuteret. Denique, ne quid ad dissuadendum dehortandumque Nuncium Apostolicum præmitteret, supplici oratione contendit, ne in ea re longius progressi vellent. Nec vero Martinengus, vt erat nostri Ordinis studiosissimus, & nutus omnes obseruabat Ignatij, progressus est vltra. Colonia cum è grauiissima pestilentia hoc vno duntaxat anno,
 27 *Colonia Socij pestilentibus nauans operam sine ulla sua noxa.*
 quinque & viginti hominum millia, vt fama fuit, periissent, Socij qui mem. omni deposito præcellenti caritate quadam aderant morbo tactis, singulari Dei beneficio, integri ipsi, intactique seruari sunt. compluresque ex eorum numero, quibus aderant, suo curabant aduentu; vt eæ interdum voces exaudirentur in populo, quotquot sua Leonardo peccata aperirent, eos protinus conualescere, & vitam instituere sanctiorem. Louanij ne punitus ille grex virtutis materiam forte requiret, conspirauere in eum Parochorum multi, & Curionum; quod ille omnem confidentium celebritatem, atque frequentiam ad sese raperet. Ergo acerrimo interdicto cauerunt, ne suis in confessionibus quispiam de sua curia Iesuitarum se iudicijs, potestatique subijceret, sponsioneque voti ad id eos studebant adigere. Verum cum demonstratum illis esset coram Cancellario, virisque principibus, Satanæ ex inuidia talia vota, & interdicta prodire, populus fidentissimus in instituto permansit: nec eorum tribunalia refugit, atque subsellia, quorum in dies experiebatur opem, & auxilium, præsertim vbi ex calumnia, quæ poterat suspectos eos facere, autoritatis publicæ testimonio laus, & commendatio accessit. Libellus inuentus in vrbe est, nescio quæ vota, & certas corporis verberationes continens auctoris incerti. Sed vt in eo noua, & singularis quædam pietatis species apparebat, Societati tribuebatur. Super ea re Louanij
 28 *Louanij aliquid molestia ex calumnijs.*

29
*Qua san-
 dem cedū:
 in cōmen-
 datioem
 innocentiū*

nienſis Academia ſæpe conuenit, multæque inde extitere offenſiones in populo, vbi præſertim emanauit, quaſdam eſſe ſæminas pias, quæ ſemel in hebdomada à conſeſſarijs pietatis gratia vapularent. Nec ſibi narrabantur. Sed tota in innoxios redundabat infamia, eo facilius, quod Societate non ſatis dum cognita, prouioreque vulgo ad ſuſpicandum, quam oculato ad diſpiciendum, Sacerdotes aliquot, talium architecti ludibriorum, Ieſuitæ & ipſi nominabantur. Verum poſtea re conſperta, ac patefacta intellectum eſt libellum illum ita ex officina noſtra non prodiiſſe, vt ipſi met autores coram Academiæ Rectore profeſſi ſint eas res ab Adriano ſæpe grauitè eſſe damnatas. Propoſita ſunt igitur edicta publice ad conteſtandam Societatis integritatem, deducendoſque ab errore complures: & per eam occaſionem interdiftum omnibus, ne factæ conſeſſionis cauſa Sacerdotem alium extra ſuam curiam ſibi deligerent, præter Societatem. Hoc moderatorem, Principumque iudicio aucta ſunt in hunc Ordinem hominum ſtudia. Increbuit piorum vis ad capiendâ Sacroſanctâ Eccleſiæ myſteria, vt in vna ad ſancti Petri, quo ſe Adrianus, relicto ad ſancti Michaelis Arnoldo, tranſtulerat, Natali Domini die duobus amplius millibus, quod in ijs partibus nunquam fuerat auditum, ea rite ſint præbita. Tantam vero

30
*Via ſacro-
 ſancti Sa-
 crificij.*

Adriano vim, facultatemque impertiuerat Deus, vt nemo fere ad eum accederet conſilij cauſa, quin nouo gaudio cumulat, animoque tranquilliore diſcederet. Is cum ex amicorum narratione reſciſſet puerum trimum nocturnis, diurniſque Dæmonum ſpectris perterriti ſoliti ad horrorem uſque pilorum, & in eiulatus, ac lacrymas continenter erumpere, accerſitum in ædem ſiſtit ad aram, & ſacris operatus à tetrīs illis monſtris liberum, atque incolumem parentibus reddidit: cuius etiam frater natu maior, cum in eaſdem ſpectrorum formidines incidiſſet, eadem ab eo liturgia percuratus eſt. Inter ceteros, qui ſe Louanij ad Societatis orandi, commen- tandique diſciplinam ſalutariter exercuerunt primas tulit Ludouicus Bloſius Abbas Licienſis, vir ſuis ſcriptis, ac monumentis, nec minus virtutum memoria nobilis. Cui uſque adeo probata Societas eſt, vt niſi per inſtitutorum diſſimilitudinem ſtaret, affirmaret; eam ſe cum ſuis omnibus initurum. Sed quando id integrum ſibi non eſſet, perfecturum certe, vt quibus eſſet integrum, id illi ſe ſuaſore, & autore facerent. Neque id modo præſtitit luculenter, vtque in Belgium Societas reciperetur, omni ope adniſus eſt; verum etiam operam dedit, vt ex ſua prouincia

31
*Indonici
 Bloſij in
 Societatem
 ſtudij.*

Monachi ad eandem ſe orandi formam, atque rationem pauliſper excolerent. Superiore æſtate Paſchalius Lutetiam cum veniſſet, reperit latiore exercendæ campum tolerantia, quam depromendæ in animis curandis industria. Non tamen intermiſit ad ſancti Germani præbere aures conſcientiæ onus ponentibus, & multis priuatim exercēdi ſpiritus dictata præſcribere. Prima tamen eius curarum in eo conſumebatur, vt Societas autore Pariſienſi Senatu rite Gallia regno reciperetur. Carolo Cardinali Lorraine patrocinate, alterum ſuper hac re uſſum dedit Henricus Rex. Sed nihilo magis maturata eſt cauſa. Ad extremū Senatus, vt eam ab ſe ſiue curā, ſiue inuidiam amoueret, cognitionem morum Societatis, inſtitutorumque, & pōtificioꝝ, quibus probabatur, diplomatum Sorbonicis Magiſtris, & Epifcopo delegauit. Multi è Senatu, plures è Theologis erant, qui nouas Religioſorum diſciplinās omnino ſine exceptione damnarēt: Epifcopus vero huic noſtræ aduerſarium ſe ſine diſſimulatione profitebatur, cōceſſas illi immunitates, & alia beneficia Apoſtolicæ benignitate Sedis, negans potuiſſe concedi, vt quæ Hierarchie Eccleſiaſtica ſoluendæ eſſent. Quid viarum non obijt Paſchalius? Quid dimicationum nō adijt? Quibus nō os conuitijs obtulit, ſua illa antiqua bonitate hos præcans, illos edocens, dedocens alios, cum plerique diſceptans, vt exitus tandem, qui cum Societatis, tū ipſius Gallia cauſa expecebatur, cōtingeret? Nihil tamen, vt deinceps conſtabit, niſi ad paciētiæ ſuæ lucra profecit, cauſa in deterius prouoluta ſemper, quoad tandem præcipitata eſt. Ex inſtitutione exercitiorū cum ingens oriretur ubique; fructus præſertim in Hiſpania, huius exitu anni Toletana in vrbe, lateque per regnum grauis aduerſus diuinum illum exercitiorum libellum exortit cœpit procella. Silicæi vetus offenſio, ranquam male curatum vlcus ſub cicatrice viuebat. Melchior Canus Canarienſi abdicato Epifcopatu cum apud Carolum, ac Principem offendiſſet, ſuſpicionem in Araozium velut ſibi obſtantem intendit. Horum & autoritate nixus, & voluntatibus

32
*Libellus
 exercitio-
 rum B. Ig-
 narij uo-
 hemeter
 in Hiſpa-
 nia exagi-
 tatur.*

obſcur-

obsecundans (vti est creditum) Thomas Pedroccius bellum Exercitijs indixit. Sed multo est certius, immensos inde vbiq̄ue terrarum pietatis fructus dolentem Satanam, conatum, vti spero, per, obruere salutare illud inuentum, & abolere. Ergo Pedroccius multa ex eo libello quasi temere effutita colligit: alia, quæ piæ aures, catholicæque respuerent: quædam etiam (si Deo placeat) quæ perspicuam continerent hæresim, & digna essent censoria virga, & sacri animaduersione iudicij. Quæ omnia scripto comprehensâ, Silicæo, cuius erat è familia, & Sacris Quæsitorebus tradit. Anno iam seculi huius duodequingagesimo autoritas Apostolica, sicut eo docuimus annali eum libellum comprobatat luculento diplomate, & laudarat, plurimum hortans omnes Christi fideles, vt tam pijs documentis (sic enim loquitur) & exercitijs vti, & illis instrui deuote velint. Quæcum essent, in libelli eius causâ iam Põntificiæ quoque autoritatis reuerentia agebatur. Et quidem calumniæ ipsæ plane erant eiusmodi, vt si venirent singillatim in lucẽ, per sese conciderent, tamen Diabolo in primis gestiente (qui quo absurdius humanis illudit mentibus, eo triumphat insolentius) confuso rumore per multitudinem didito, superstitionũ, & hæresum, graue pietatis damnum minitabantur. Tanto igitur malo Araozius occursum, memor mansuetudinis Christi, hanc mollissimam extinguendæ flammæ viam iniuit. Doctores magni nominis rogat, suam vt & ipsi de eo opusculo sententiam scripto edant, & suo chirographo subignent. Quod præ ceteris Alfonso Vergara Conchenfis Canonicus, pietate, ac doctrina inclytus, Doctorque Ioannes Costa, & Bartholomæus Torres, ambo deinde Episcopi, ille Legionensis, hic Canariensis, cuius etiam extant insignia de sanctissima Trinitate non monumenta, luculenter fecere. Ac Torres quidem multa super ea re edidit scripta: ex quibus iuuat hic ad doctrinam multiplicem vnus partem adscribere. Testis est Deus, inquit, quam ex voluntate mea ceciderit, vt de Societatis Iesu Exercitijs sententia mea postularetur. Cupio enim simpliciter, & Christiane quid hæc in re sentiam, palam facere toti Orbi terrarum. Ac primum, ne quis existimet ex priuato me quopiam affectu loqui, aio me hominem de Societate Iesu non esse: quamquam si serio essem virtutis cupidus, dudum in ea, vel in alia sanctarum religionum versarer. Aio deinde, quamuis Doctorum è numero ipse sum indoctissimus, posse me tamen satis interrogationi propositæ respondere, cum & Societatem ab eius exortu nouerim, & pridem Salmanticæ cum Ignatio, deinde cum eius disciplinæ alumnis per familiariter egerim, diligenter obseruans, quo res ordinis huius euaderent, oculis assidue ipsa in facta coniectis, quæ minime patiuntur diuturnam fieri fallaciã. Aio præterea, ex qua die sanctam hanc Societatem noui, nullum vnquam errorem, crimenque compertum in hominibus, qui quidem vere ea essent. Nam rerum imperiti, vbi de Sacerdote quopiam forte rumor minus commodus exijt, de Societate esse eum loquuntur. Super hæc, nego quempiam vere, ac perfecte Exercitiorum posse vim æstimare, nisi in ijs seipse exerceat. Etenim cum tota referantur ad inserendas virtutes in animis, & vitia extirpanda, nemo est, qui possit virtutis percipere vim, gustumque sentire, nisi in ea prius elaboret. Vidi ipsemet homines doctos, qui Exercitiorum res eum tam claræ, catholicæque sint, ex Euangelio de promptæ, sanctisque Doctoribus, intelligere non possent, quas tamen, qui eas ad vsum referunt, negotio nullo intelligunt. Nimirum longe aliud est scire literas, ac res percipere spiritus, quæ præter literas actionem, orationisque ysum, ac virtutum postulant ceterarum. ³⁴ *Bartholomæus Torres de exercitijs libello sententia.*

Me quidem profiteor Compluti ad eam formam exercitum; ac Deum testor triginta annis, quibus verfor in studijs sapientiæ, & permultis quibus Theologiam doceo, nunquam ad meam vtilitatem didicisse tantum, quantum me Exercitia diebus paucis docuerunt. Quod si cuiquam Doctorum, cui sua placeat scientia, mirum fortasse accidat, experimentum appello: tentet idem atque existimabit idem. Neque in obscuro est ratio, quod priora videlicet studia ad docendum, Exercitia vero ad agendum referebam: valdeque interest scire vt doceas, ac scire vt facias. ³⁵ *Ad rectam Exercitiorum intelligentiam necessarium eorum vsum.*

Addo cognitos mihi permultos, qui exercitationes illas susceperunt, multisque me meorum auditorum cum religiosis, tum secularibus persuasisse, vt susciperent: nec tamen cognitum quempiam, qui non pietatis magnum inde profectum retulerit, palamque prædicaret nihil omnino è mortalibus rebus se voluisse ijs antelatum. Atque vtinam quanti est ille thesaurus, tanti æstimare nossemus. Nam cum tanti sit momenti oratio, ac meditatio, propter rationem, ³⁶ *Omnes qui exercitijs sunt laudant exercitia.*

37
*Quid exer-
 citia sint.*

ac viam, quæ commodissima ibi traditur, multi per ea plus breui confequuntur, quam longo a-
 lij tempore, ac labore eo præsidio destituti. In summa qui cupiat nosse, quid Exercitia sint, pro-
 nuncio, aliud nihil esse, quam considerare attentò, & quieto animo capita fidei, legem, ac præ-
 cepta Dei, eiusdemque beneficia, vitam, & mortem Christi; recognoscere antea actam vitam, sta-
 tuere de futura. Hostem vero gentis humanæ, cum videar ingentia eorum ad pietatem emolu-
 menta, machinas ad mouere omnes, vt è rerum natura tollat. Verum vel inde apparet negotium
 esse diuinum, quod in seclationibus proficit: quantoque acrius oppugnatur, tanto fortius con-
 ualescit. Simulque pronuncio Exercitia, quæque in ijs continentur, vniuersa, & singula autho-
 ritate Apostolica comprobata esse, adhortante insuper Pontifice fideles, vt ijs vtantur: plane-
 que indignum esse viro sapiente affirmare Pontificem id comprobare, & ad id exhortari fideles,
 quod errores contineat. Nec dubito, quin, si homines Societatis, quibus pro Christi amore
 gratæ sunt ignominia, ad Sacrum Quæstorum consilium aduersariorum deferrent nomina, in
 eos seuerè animaduertetur. Ceterum cum Sedes Apostolica Exercitia comprobaret; aio, ac
 pronuncio nemini fas esse, asserere in ijs errores esse, neque id agere vt emendentur. Verum si
 quid forte (quod tamen non est) difficile deprehenderetur, id modo curandum, vt declaretur.

38
*Nefas est
 asserere in
 Exercitijs
 quicquam
 erroris esse.*

Omnia ergo, quæ in ijs sunt, vera, & catholica sunt: & contraria ijs, errores. Quæ vero obijciun-
 tur, vt alio loco singillatim refutans ostendo, plane inania, multa etiam ridicula esse confirmo.
 Hæc Torres, & alia multa, præsertim de hominibus in Societate doctis, fructuque per eam in
 Hispania, ac cæteris terrarum oris parto, cum disputasset, Illud, inquit, postquam nomen
 meum huic disputationi subscripseram, mihi succurrit. Qui se deprehendisse in Exercitijs
 errores dicunt, sine dubio diligentiam in ijs expendendis adhibuere, at non minorem adhi-
 buit Pontifex. At isti condemnant, Pontifex commendat. Respondeant ipsimet vtrius autori-
 tatem me deceat sequi. Hæc ratio mea, inquit, sententia quemuis, qui modo sapiat, cohibere
 potest, ne posthac, nisi ad commendationem libelli huius verbum audeat facere. Et plane ita
 euenit. Vulgaris hæc, aliorumque Doctorum scriptis, rumor paulatim vulgi omnis, conatus-
 que aduersariorum per sese confenuit. Plurimum deinde profuit ad eam rem Mâcij quoq; sen-
 tentia, qui sacro Prædicatorum ex Ordine vir magni nominis in Hispania, Complurique nobi-
 lis professor diuinæ sapientiæ è principe sella, idemque cum per studiosus familia nostræ, tum
 ipsi Præsul Toletano percarus erat. Cui cum Præsul ipse legendum Exercitiorum volumè ex-
 pendendumque tradidisset, is eo accurate periceto per dies aliquot, libera voce respondit, nihil
 se in eo deprehendisse censoria nota, vel animaduersione dignum. Cumque alium ei codicem
 Præsul à Cano sigillatum impingeret, respondit Mancius, ne in eo quidem quicquam mali esse,
 præter vnam sigillationem Cani. Hunc in modum veritas patefacta, maleuolorum technas, at-
 que mendacia sua luce discussit, eademque seipsa, cum vi sua, tum Sedis Apostolicæ autoritate
 defendit. Inter hæc oppida, vrbesque tam multæ Societatis Collegia flagitabant, vt, si mos sin-
 gulis gereretur, auertendus esset litus cum dispendio numerus ab institutis, susceptisque Colle-
 gijs. Concessum tamen est Cordubæ, in prouincia Boetica primum, cuius ordiendi autor Anto-
 nius Corduba, de quo superiore anno retulimus. Is, vt Societati se addixit, mirum quam bre-
 uis, quantos in humilitate Christiana, & in omni virtutum genere processus habuit. Creatus ita-
 que Sacerdos, & bonum, quo potiebatur, agnoscens, nihil habuit antiquius, quam vt eos etiam,
 qui non norant, ad eius cognitionem, amoremque perduceret; Societati que sedem locaret in
 patria, adiuuantibus maxime suis, qui præcipua in ea vrbe autoritate, opib;que pollebant. A u-
 tumno igitur ineunte cum Alfonso Lopio, vt propius ea de re ageret, Ignatij iussu Cordubam
 Villanoua se contulit, tam incitato parendi studio, vt ab morbo vix dum mortifero emerfus, as-
 siduaque etiam num implicitus febri, Deo fretus iter capefferet. Sua illi perpetua virtus, & obe-
 dientia in primis tum valetudinem inter labores reddidit, tum secundauit incepta: ad quæ spe-
 ctabilem aliquam faciendam, & raræ eloquentiæ laudem, quæ primos in Boeticam ornaret in-
 gressus, vel ipse Ioannes Auila requirebat. Sed quam humilibus, suæque dexteræ aptis admini-
 culis potius, quam speciosis Deus præpotens delectetur, hic quoque testatum voluit. Eo tem-
 pore Cordubæ versabatur illius Decanus Ecclesiæ Ioan. Corduba, vir generis splendore clarif-
 simus,

39
*Cordubæ
 seu Collegij
 principij.*

40
*Ioannes
 Corduba
 Societati
 obsequatur.*

simus, idemque opulentus, ac diues; sed non ita virtute abundans. Is Societatis nondum hominem interius conspicatus, falsam de ea opinionem maleuolorum, siue imperitorum præoccupatus sermonibus animo comprehenderat. Verum ut de Villanouæ, ac Socij cognouit aduentu conquisitos ad se vocat. & ad conuiuium inuitat, tum Catherinæ Marchionis Plegi Antonij nostri parentis literis irapulsus, tum sua sponte commotus, ea mente, atque consilio (quemadmodum ipse postea commemorabat) ut nouorum religiosorum res curiosè cognosceret: & suis ipse oculis exploraret, an, quæ fama, & auribus accepisset, ea cum ipsa re, & oculorum fide congruerent. Epulis exceptos, multis precibus ut ad se diuersarentur inuitat; & quodammodo cogit. Qui cum denique paruissent, interim ille nusquam ab eis oculum. Nam & in congressibus varia ac multa in sermone dissimulanter iniiciebat, omni ratione tentans, ut eos ad se prodendos eliceret, exprimeretque tale aliquid, unde eorum de moribus, ingenioque conijceret: & cum soli essent, eorum dicta ac facta dies, noctesque ex inopinato curiosis & oculis, & auribus obseruabat. Ea tamen aspexit (Deo gubernante suorum res) ut qui alios deprehendere, ac capere se putauit, is deprehensum, captumque se viderit, & melius in rete, quam quod alijs tetenderat, implicatum. Eorum enim & colloctionibus, & exemplis ad eum sese ad eorum consuetudinem & caritatem applicuit, ut cum Cordubæ stabile domicilium Societati quaereretur, is domum suam ubi habitabat, pretij non vulgaris diuite cum instrumento sacros in vsus dono dederit: ad extremum fructus etiam annuos statuendo Collegio, tuendoque decreuerit. Atque hæc omnia tam effusa beneuolentia, tantoque impetu voluntatis, ut negaret se vnquam, siue cibum caperet, siue somnum, Collegij cogitationem posse deponere: nec mentionem legis aut conditionis vllius faceret: & ipsa quoque gentilitia veller insignia donatis ædibus remoueri, ut sui memoria aboleretur. Porro in miraculis habebatur tam subita eius in Societatem animi, fenteratiæque commutatio, multoque magis commutatio morum, ac vitæ, quæ planè maxima fuit: neutrum enim propter amplitudinem & auctoritatem nobilissimi in Hispania viri latere poterat. Tanti que vulgo fiebat à publico eum, perque vetusto mulierculæ vsu (quod nulli quauis maximi Principes impetrare potuerant) tandem abstractum, ut id vnum opus satis dignum aduocatæ Cordubam Societatis pretium ferrent. Domus autem, quam dono dederat, cum esset obærata aureis mille sexcentis, Ciuitas se de suo, quicquid erat nominum dissoluturam recepit. Et Ciuitatis item sumptibus cœptum illic ædificari Collegium. Sed cum ea perciperet studio rûocius spectare primordia, dum in his ædibus ludus struitur, in minoribus alteris aperitur ab eodem Ioanne commodatis. Iam Montillam apud Catharinam Marchionem conueniunt noui Collegij futuri incolæ cum Antonio Corduba, qui primus fuit Rector, & ipso Borgia, ac Bustantio ex Lusitania nuper reuerlis. Hi cum cæteris colonis S. Catharinæ Virginis, Martyriæque clarissimæ sacro die translati Cordubam, unde Montilla sex leucis abest, communi cum gratulatione temporarias illas irædes à Decano introducuntur. Hic igitur ludus primum apertus, tertio idus Decembris quina classiu varietate distinctus. Quarum in vna dicendi & eloquendi, in cæteris apertè, congruenterque loquendi tradebatur ars. Dein Ioannis Auilæ postulatu græca quoque literæ tradi cœptæ, & officiorum explicari rationes. Agebat Cordubæ cum alumnis suæ disciplinæ tum Auila: qui simul nostros in ea vrbe conspexit, pro qua egregiè laborarat, magnitudine gaudij elatus in Canticum Simeonis erupit, Nunc dimittis seruum tuum Domine. Scholarum exordium ab oratore sumptum est, quem sua præsentia cohonestarunt Leopoldus ab Austria Antistes, Inquisitor, cæteraque nobilitas cum cæteris Academicorum. Adfuit ad ferias natalitias Hieronymus quoque Naralis ab Lusitania, qui & Constitutiones (ut vbique faciebat) in recenti promulgauit, explicauitque Collegio: & gymnasij exercitationes ad morem ordinauit Italiæ. Per eadem ferias placuit Decano Ioanni consuetudinem Patrum, & oria Collegij remotis arbitris degustare, eoque tanta animi voluptate se abdidit, tantisque religiosos inter illos cumulatus est gaudijs, ut vnum aliquem de Societate diceret, & eum quidem de nouissimis, atque postremis. Ipse domus pauimenta verrebat, ipse discumbentibus ministrabat, ipse sibi ex omni domicilio cubiculum contemptissimum reseruauit. Huic deinde Fundatoris dati sunt tituli. Quanquam enim monuerat ante Borgiam vniuersorum

41

Ludus literarum Cordubæ apertus.

42

Ioannis Auilæ præsentio de Collegio Cordubæ.

43
Abulensis
Collegij
exordia.

forum parens Ignatius, vt Antonij Cordubæ, & eius matris ratio, qui principes fuerat inchoandi Collegij, in deferendis haberetur, tamen cum id honoris pia femina recufaret, de eius voluntate atque sententia triburum est ei, quem nominauit, Ioanni. Porro & multum Ciuitati debetur, quæ Collegium protinus excepit amantissimè, & prolixè iuuuit, ornauitque perenni benignitate. Ipsa verò mater Antonij cum suas partes desiderari nolle, haud aliter quam parentem se Sociorum omnium ferens, certa ex interuallo subsidia eleemosynæ nomine summittebat. In hunc etiam annum Collegij orfus Abulensis incurrunt adiutore Sacerdote nostro Hernando Aluario eius vrbis ciue, qui cum Socio missus in patriam, vt constituendi Collegij, quod Ciuitas postulabat, viam aliquam indagaret, dum per amicos id tentat, offertur Societati templum, & ægrotorum hospitium, quod à sancto Secundo Apostoli Iacobi discipulo, primo eius vrbis Episcopo, quiq; hic piè conditus perhibetur, nomen inuenit. Verum, quoniam extra muros situs erat is locus, nec ad legendam messem idoneus satis, aliam domum hospitali, & ædem aliam celebri vrbis loco, Beato Ægidio sacram Aluarius præoptauit. Ea erat ædes Sodali-
tij cuiusdam perexiguo instructa reditu, quam non grauatè Sodales illi dederunt. Hic primum habitari cœptum, ex eoque tempore Abulense Collegium, quanquam in summa rei familiaris difficultate (vt plerumque sunt initia) tacitis incrementis est auctum, præsertim Ludouici Medinæ opibus, annuisque subsidijs: qui cum Societati se tradidit, tum Collegio trecenos ipse in annos singulos assignauit, & vt germanus frater centenos aureos relinqueret, autor fuit. Ideò hunc potissimum Borgia placuit Collegij Patrem, ac fundatorem agnoscere. Ognati Michaël Nauarrus dum tradendis vulgo doctrinæ sacræ præceptis, sanandisque de more mentibus occupatur, haud otiosam patiebatur esse, quam ei donatam à Deo diximus, ad sananda corpora facultatem: nonnullosque subinde morbos hoc anno ad vnum duntaxat dexteræ tactum pro cuiusque indigentia, ac fiducia fugauit. Barcinone domicilio sibi Societas comparato ad ædificium quoque templi ex collatione piorum celere vertit manum; primi que lapidis, qui xvij. Kal. Maij in fundamentis est positus, superiore in parte Iesu nomen, in inferiore B. Nostrî Patris grandibus literis est incisum. In alijs verò lapidibus varia domorum, & collegiorum nomina sunt insculpta, tanquam ob commendandi vitro, citroq; opportunitatem in Italiam, Hispaniamque, & inde remotiores in oras toti Societati sacra a des non vni solum Collegio conderetur.

44
Barcinone
tem: lum
adificari
cœptum.

45
Res Lusitana
causam
Borgia & Turrianus
Natalis
magnum
captum
incrementum.

46
Bustamantij
periculum
Borgia supra
Deipara
patrocinio.

In Lusitania interim rerum status is fuit. Simon Rodricus ab Aragonia Prouincia cum per valetudinis causam Olyssipponem se recepisset, inde Romam, Ignatij ex obedientia accitu, iter intenderat, cum Natalis Commissarius in prouinciam venit. Adfuit & Michaël Turrianus. Aduocatus est tum ab Rege, tum à Natali Borgia. Itaque horum maximè trium sanctitate, auctoritate, prudētia res præclarissimè gesta est. In eo itinere Borgia dum præruptum, & saxis asperum montem superat vltra Mundæ ripam fluminis, haud ita Conimbrica procul, præitque in oratione defixus, & diuinarum rerum cōtemplatione suspensus: sequebatur Bustamantius ferrum è globulis manu versans, quibus in singulis Dei matrem ex vlitata formula salutabat. Qui dum per angusto tramite, loco sanè lubrico & scopuloso securus obequitat, mula, cui insidebat, repente prolapsa, rueret in præceps per rupes altas, & voragine cœpit, aspectu ipso formidabiles. Magnæ tum viro tenebræ, magnus error: in eoque ille mente duntaxat constitit, quod dulcissima Iesu, Mariæque nomina magnis clamoribus implorabat. Borgia, vt clamantem socium, & viatores quoque pastoresve vociferantes exaudijt, qui ad horribile Bustamantij casum clamores illico sustulerunt, conuerso aspectu socium ipsum per salebras despicit volutabundum vna cum mula, cum eademque sursum deorsum, præcipitem ferri: tum coniectis in cælum oculis, & cari socij periculum deprecans, Iesus, inquit, tibi præsto sit: & tu Pater misericordiarum hominem protege. Vix hanc Borgia præcem fudit, cum ipso temporis momento comitis mula constitit loco tam arduo, tamque ad imprimendum vestigium lubrico, vt admiratione propemodum obstupescerent, qui spe etabant. Inuentus est illæsus, & integer Bustamantius vna cum iumento, suspensa è manibus, quam dixi, corona, is, quem iam fractum, & comminutum omnium ferebat opinio. Qui cum emergere, tanta ex voragine, baratroque non posset, extrahitur à viatoribus funium adminiculis, diuinam identidem prædicantibus mirantibusque

clemen-

clementiam: quæ illum tanto in discrimine, saluum, incolumemque seruasset. Non tulit videlicet Mater illa misericordiam, quæ sæpè etiam occurrit miseris non vocata, vt supplicem suum, tot te salutationibus inuocantem in tam præcipiti lapsu, tantaque ruina desereret. Et verò ille tam præsentis mortis effugium eius tutelæ potissimum, deinde verò Borgiæ precibus assignabat. Quo defuncti periculo, & quod reliquum erat itineris profecti, tandem pridie Kalend. Septembris Olyssipponem perueniunt. Quo die Lusitanæ Rex è suis familiaribus vnum, qui Borgiam suo nomine salutaret, & alium quoque ea de causa Regina præmisit. Proceres deinceps alij, curiæque Principes vltro ad eum salutandi, gratulandique causa prodierunt. In ijs Olyssipponensis Antistes, & Apostolicus Nuncius, Aueri Dux, & Ducis Brigantini par fratrum. Postero die inuitatur à Regibus ad colloquium. Cuius ad ingressum Rex pariter, & Regina consurgunt, & per benignè pariter aliquanto spatio ad excipiendum occurrunt. Ac Rex quidem sibi detraxerat pileum, quem honorem ne Ducibus quidem ipsis, ac Regni sui Proceribus vnquam habebat: cumque ad benignitatem adderet, instans, vt protinus alliceret, euicit humilitas ac modestia Patris, vt de more gentis Regem ex genibus afferetur; nec vnquam, quamuis sæpius iussus consurgere, & in sella ad id parata requiescere, vir modestissimus tantum honoris admisit, quem tamen ei Reges honorem non habebant vt Duci, non enim tantum forsitan dignarentur, sed vt viro sancto, qui quæ ceteri tantopere admirantur, & stupent, ipse contemneret, pedibusque protereret. Vt tum denique planum fieret, quanto facienda sit pluris paupertas, & improprium Christi, quam cuncti mortalium, Ægyptiorumque thesauri. Nec minus honorificè postea sororem Philippicæ secundæ Ioanna, Principis Ioannis coniux, sororque Regis Maria, atque Elisabetha Eduardi Regis fratris vxor, & Ludouici item Regis frater, vir suauissimus, atque optimus moribus exceperunt. Cum autem ad idoneam Ludouici naturam vsus Borgiæ sanctissimus accessisset, & tanti splendor exempli versaretur ob oculos, adeo ad virtutis aditum, pietatisque processit, vt cum eo de capessendo eodem vitæ genere, remittendoque funditus rebus humanis nuncio planè decreuerit. Verum propter infirmitatem, & ætatis, & valitudinis Ignatio, Borgiæque visum magis è re diuina fore, si talis vir à fratris latere non discederet: sed domi suæ cum Rege coniunctus, cunctis suo prælueret exemplo: biennioque post suscepta in voluntate perstanti mors interuenit. Sed quanquam ad Societatem se adiungere pro voto non licuit, perinde tamen vitam egit, ac si vnus aliquis ex ea esset, nullo fastu, nullo regio apparatu, nullo splendore familiæ. Qui vt exiret are alieno, ex argentea supellectili, veste, gemmisque diuenditis magnam vim pecuniæ redegit. Is castimoniam, paupertatisque vota, pro sua conditione, statuque, præcipue verò obedientiam diuinam erga leges, atque præcepta vltro & sua sponte suscepit. Is erat in precatione frequens: & in templis, pietatisque muneribus sua otia traducebat. Facilis in conuictu, pius in alienis subleuandis, leniendisque miserijs, modestus in omni vita, denique humilitatis commédatione præcipuus. Is, qui cum in Enxobregam vicum, vbi degebat, è sancti Rocchi (de qua mox domo agens) confessionis causa, Sacerdotem accerferet, mandare puero consueuerat, ne quenquã certum è Patribus nominaret, sed tanquam priuato, vnique de populo sibi vnum aliquè postularet. Fundebat subinde lacrymas, & intimis sensibus sua nouissima memorabat, ita se ipse compellans, & secum ipse ratiocinans: Quid mihi tandem fiet? Si supremo iudicij die puer hic Æthiops atque mancipium, calum mihi præcipiat, ipse verò detrudat ad inferos: aut certè si plus apud superos ille, quam ego palmæ consequatur, & gloriæ? Totus hic in Ludouici pectore ad insignem religionem ardor, initium videlicet, aut certè incrementum duxit à Borgia. Verum, vt quæ Patris eiusdem propria sunt profsequamur, alijs compluribus regij in illum amoris, & obseruantiam significationibus prætermisissis, is vt ex tanta beneuolentia fructum aliquem reportaret, Reges ipsos ad propagandum Dei cultum in suis Regnis, & colenda pietatis munia, tempestiuus cohortationibus inflammabat. Illud in Principis Ioannæ familia ad alendam iucundius venerationem cæli Regine, ex sua pietatis excogitauit ingenio. De ipsa natali die, multis in schedulis varias eiusdem virtutes, ac laudes inscripsit, egregijs cuique virtuti appositis precandi formulis. Dein alijs in schedulis numero paribus matronarum, ac puellarum scripsit nomina, quæ in Principis versabantur obse-

47

Quam honorificè Borgia à Rege Lusitano excepit.

48

Ludouicus frater Ioannis Regis quanta virtutis.

49

Inuentum P. Borgia ad augendam cultus B. Virginie

obsequio: hisque singillarim nominibus vna ex parte, ex altera schedulis cum laude Virginis ac subiecta prece sortito eductis, quam cuique schedulam fors dedisset, totis deinceps octo diebus iubebatur è concepta in ea formula precem quotidie fundere. Quod inuentum cum mirum in modum arrisisset Ioannæ, Borgia, qui immensa quadam cupiditate flagrabat incitandi homines ad virtutem, pro sua mercede poposcit, vt quæ mater esset, princepsque familiæ, ea cum aula sua vniuersa ad honorem Virginis animum repurgaret, & alimentis deinde celestibus confirmaret. Quod cum facile impetrasset, ipsemet lectus ad id Sacerdos, Diuissimam hostiam, antequam inciperet distribuere, manu tenens, pauca verba, sed ardentia fecit, ostendens quis esset is, quem manibus sustinebat, quæ vis eius, maiestas, & sanctitas. Quanta è contrario suscipientis illum hominis vilitas, prauitasque. Ad quæ verba eo prolata sensu, ac tempore ingens consequutus est audientium motus. Ex eoque tempore in Principis aula octauo quoque die sacra illa mysteria, minimum autem quintodecimo obiri salutariter, ferioque cœpta sunt. Et erat regia omnis tantis ignibus inflammata, siue hac industria Borgiæ, siue eiusdem sermonibus & exemplis, vix vt alius per eos dies inferretur inter aulicos sermo, nisi de Deo: ipsumque Gynecæum, non è Principis, Regiæque pedissequis, sed ex ancillis Christi videretur esse Collegium. Quæ instituta vitæ ratio, quo constantior ad diuturnitatem esset, inter Borgiam Regiamque conuenit, Principemque Ioannam, vt festa quaque luce Societatis Sacerdos ad exponenda Christianæ legis initia inuitatus accederet: eaque statim introducta consuetudo diu tenuit. Interim Natalis euulgandis Constitutionibus, componendæque intentus domesticæ disciplinæ, tantum afferebat vniuersis vtilitatis & gaudij, vt nullus ab eo tristis, aut contracta fronte discederet, nulli non ab eo cumulatisimè satisfaceret. Explanauit Constitutiones, quas ferebat, & primos vbique renouabat ardores: cumque in religiose vitæ forma, tum in ratione studiorum Societatem optimè ad Ignatij mentè constitutam in digressu reliquit. Dederat in mandatis ei B. Pater pro singulari vtilitate, quæ emanabat in publicum ex puerorum in Sicilia, Italiaque Collegijs disciplina, vt in Lusitania quoque, & reliqua Societate eam docèdi rationem induceret: simul etiam videret, si posset Olyssipone Professorum domus institui: quod vtrumque magna populi, ac Regis voluntate perfectum est. Professorum Domus ad D. Rocchi sumpsit initium. Id erat Sodalitij cuiusdam Opificum sub vrbs mœnia secretius cum domicilio templum, ac desertius multum circum olea consitum. Quod Sodales initio grauatè, deinde verò sperantes publicum bonum, sanctique Rocchi venerationem inde auctum iri, Petro Mascarenia Regis iussu curante, tanta propensione cesserunt, vt ingens se beneficium arbitrarentur accipere. Primo Octobris Dominico die, qui in ipsas Kal. incidit, in eius possessionem loci vetum est. Hic deinde Professorum & domicilium, & Templum regia munificentia dignum, nullis vel amplitudine, vel pulchritudine eius verbis templis inferius ædificata sunt. Nec sua hodie loco celebritas & nobilitas abest, extructis toto illo iam vico præcipuis & frequentibus ædificijs. Tum demum in Lusitania Societatis ratio, institutumque probè cognitum est, tum graduum animaduersa varietas, tum intima nostra perspecta, cum & Professi, & Coadiutores, quos formatos appellamus, proprio à tyronibus domicilio, cæteraque iuuentute, quæ literarum disciplinæ dat operam, secreuère sese. Et publica quoque celebritate ratio interioris eius œconomiz in conspectum data. Nam quo die ædis sancti Rocchi inita possessio est, post concionem Borgiæ, quæ motus maximos excitauit, Consaluuus Sylueria postea Martyr, Consaluuus Vazius, & Antonius Quadrius, ille Lusitaniz, hic Indiæ Prouincialis, ac præstantissimi viri Professorum tum alij Coadiutorum, alij quoque, quod tempus sic postulare videbatur, simplicia vota sacris operante Natali, vouerunt, cum taciti ac permodesti quidam etiam Tyronum adessent. Cui ceremoniæ, nouoque ritui spectator lætus, auidusque Rex ipse cum Principe filio, & popularibus multis interfuit, tanta animorum permotione, sensuque, vt ex præcordijs sæpè suspiria, ex oculis sæpè lacrymæ cicerentur. Princeps huius domus Præpositus Consaluuus Sylueria fuit, continuoque frequens ad sancti Rocchi excitata est populi vis, nominatimque diebus festis fœmine honestæ complures cum matutinis sacrificijs, & concionibus adfuissent, pedem è Templo toto illo die non efferebant, ne locum frequentissima multitudo præriperet, quæ ad pomeridianas

Christia-

50
Natalis
fructuosa
industria.

51
Instituta
domus
Professorū
Sancti Rocchi
Olyssipone.

52
Graduum
in Societate
varietas
Lusitaniz
declinatur.

Christianæ legis explanationes vacua occupatura subsellia concurrebat. Erant enim tam multi, qui templo recipi quantumvis laxo, non poterant, ut cum ad sua tecta exclusi redirent, qui eos obuiam habebat, facile suspicaretur missam esse iam concionem. Ergo ut omnibus audiendi copia fieret, & fames multitudinis expleretur, faciendum sæpius Consaluo Vazio fuit, qui cælesti illi doctrinæ præerat, ut docendi gratia patentem prodiret in campum. Constituta Professorum domo ad amplificandum, firmandumque sancti Antonij Collegium versâ cura. Hic vere iam primo latinæ literas Cyprianus Suarius, & Emmanuel Aluarius, quorum alterius de Rhetorica, alterius de Grammatica præclari vsus monumenta extant, tradere iuuentuti euentu secundissimo cœperant. Secundum id documentum actum est cum Rege, & ex Regis nutu cum ciuibus, placeret ne Collegium quoque in eadem vrbe constitui, in quo præter latinæ literas, græcæ insuper, & hebraicæ traderentur, simul & schola aliqua de conscientiæ quæstionibus adderetur. Cumq; Collegiorum instituendorum ratio, ex ijs, quæ in Italia constituta iam erant, satis esset omnibus indicata, placuit consimile Olisippone Collegium collocari. Sed cum ex bonis, fortunisque communibus alio deriuari sine regio assensu non posset, egit ea de re Ciuitas ipsa cum Rege: qui præcipuû consulem, nostriq; Ordinis amantissimum Franciscum Corream negotio præposuit, ut & Regis, & Ciuitatis nomine iuberet quamprimum scholas illas institui: & ne quid ad eam rem desiderari posset, efficeret. Curatum est mandatum regium diligenter à Consule, & Concionatores pro concione id operis commendarunt; in ijs Ludouicus Montoia Augustinianus, & ex Dominicana Familia Prouincialis Magister, viri grauissimi, magno & sèlu animi, & pondere orationis. Còtinuo igitur ad nouû gymnasium cupida iuuetus plurima. Quâ in primis ita instituebat Societas, ut mensura per interualla minimum ad exponenda sua rite peccata, quotidieq; ad Sacrificium altaris, festo vero die ad catechismi scholam accederet. Idq; sibi magistri pro suis laboribus quasi mercedis loco deposcebant: nimirum id quod pro sua cuiq; salute mercandum, & requirendum esset. Ergo ingenti Ciuium gratulatione sacro B. Lucæ die cœptæ, inchoatæq; sunt scholæ splendido cum apparatu ex oratoris instrumento, & Rhetorum spatij, officiniq; petito. Dixit in corona, & dixit luculenter inter ceteros Cyprianus Suarius orator nobilis, & omni arte limatus. Dein ab adolescentulo annos quindecim nõ plus nato, sed excellentis ingenij theses sunt propugnatae Rhetoricæ. Nec ipsa peristylia, vel atria fuere mura. Ea cõuestita sunt vndiq; omni poësis, orationisque lepore, quæ & ingeniorum teneretaciem, & oculorum. Iam auditorum varietas quinque distincta classibus quanta fuerit, intelligere vel inde licet, quod vni Francisco Rodericio, qui conscientiæ causis explicandis, tractandisque præerat, dabant operam quadringenti. Administrabat Collegium Rector Ignatius Azebedius, is, quem postea multis cum socijs à Calvinianis oppressum in itinere Brasiliensi pro religione catholica, necarumq; suus locus, & annus ostendit. Ut iure gloriari suis queat primordijs domus Olisippontensis, atq; Collegium, quibus tanquam formandis teneris, & lacte imbuendis eodem præfuit tempore illustre par Martyrum. Collegij quoq; Conimbricæ sub Leonis Henricij administratione ab superioris anni iactatione res ad pietatem, literasq; proficiebant. Borgiæ vero aliquot dierum spatio sanctitas ante oculos posita, & Commissarij Natalis in suis obeundis partibus solers cura cum solatium attulere domesticis, tum molestijs, rumoribusq; externis, si quid ex ijs resederat, plane silentium. Ac Natalis quidem cum & industria, facultateq; in dirigendis ad Societatis normam Socijs, & explanandarum Constitutionum vsu, prudètiaq; valeret, quas quotidie per horæ curriculum explanabat, inducta renouatione votorum ex certa, & communi formula eas in omnium pectoribus flammæ spiritus, pietatisq; succendit, quæ non domesticis modo, sed etiam ciuibus vniuersis amabili spectaculo essent. Idem operâ dedit, ut tyrones post hac diligenter erudirentur: quos ab ceterorum vsu discretos Antonij Corræ disciplinæ cõmisit. Itaq; cerni licuit superioris anni iacturam in magnum cessisse lucrum, nec aduersa eorû studia, qui transfugis indulgebant, sine Dei concitata fuisse permissu; ut quemadmodum Ecclesia vniuersa, nominatimq; Societas, ac parens eius Ignatius rebus creuerunt aduersis, & ijs se corroborarunt, atq; firmarunt; ita nostrorum in ea prouincia quies, atq; tranquillitas cum spiritus incrementis, præclaraq; fama, nisi per aspera, & turbida non rediret. Ei rei tum preces, & gratia apud

H h h

cæleste

53
Docari
captum in
S. Antonij
Collegio.

54
Tyrones
capti se-
paratim
in suis.

caeleste Numen famuli eius fidelis Ignatij, tum singularis eiusdem vigilantia, & sapientia quam plurimum profuit, qui Mironis Prouincialis vt temperaret, regetque sedulitatem, illa ad eum inter cetera monita per epistolam misit. Nō esse aut Generalis, aut Prouincialis Præpositi officiū minuta, ac temporaria præsertim, in administrando se & aris: sed potius instar excelsi cuiusdā Motoris orbis subiunctos æqualiter, & cum grauitate ciere. Itaq; cogitationes suas defigeret in totius prouinciæ cōmodis, & in rebus quidem singulis, cum opus esset, ordinandis versaretur, & peritorum sententiam exquireret: ceterum ab ijs per se curandis, & transigendis, vt plurimum abstineret. Ita plura facturum, & magis suo muneri conuenientia; futurumq; multo opportunius, vt, si quid in agendo forte peccetur, ipse corrigat, quam vt ipsum, si forte erret, quod procliuē est singula scrupulosius persequenti, inferiores emendent. Ad omnes vero communiter Socios epistolam, de obedientia quæ extat, misit: qua disputatione nō facile absolutius in eo genere quicquam, subtiliusue reperias: quæ deinde per ceteras Societatis missa Prouincias vehementer vbique ad parendum alacritatem incendit. Hoc rerum Conimbricensium cursu Cardinalis Henricus, idemque Eborensis Antistes Lusitani Regis frater, cognitis Olisipponēsis Collegij frugibus, & industria, totum se ad Eborensis incrementa conuertit. Eboram igitur vt primum Miro, Natalisque venerunt, cum his ardentem de scholis egit, socius vt inchoarentur exoptans. In eamque rem suum ipse Collegium, & aureos quotannis mille prouentus nomine, luculentamq; bibliothecam attribuit. Ita 4. Kal. Septembris docendi initium factum est, habita ab oratore nobilissimo Petro Perpiniano, qui vnus erat è magistris, ad Lusitanam iuuentutem oratione, sua facultate, ingenioq; digna. Et quo maiore auditorum numero eius Collegij scholæ celebrarentur, Cardinalis idem reliqua gymnasia ex vrbe sustulit. Ita rebus ex sententia gestis primum Borgia, subinde etiam Natalis in Boeticam se, ad Collegij Cordubensis exordia, quæ paulo ante descriptimus, recepere.

Tituani in Africa quintum prope annum Ioannes Nunnus suum tenebat institutum seu redimendi aliena misericordia captiuos, magno per literas, & pios amicos ex Lusitania, & reliqua Hispania studio conquisita; seu ad ouile Christi Domini palantes oues, quiq; ad Iudæos, Saracenosve defecerant, vel cum vitæ suæ periculo reducendi. Cruciabatur enim, & angebatur intimis sensibus, vt rumpi cor ei videretur, cum plerosque præsertim pueros, puellasque cerneret, nisi mature redimerentur, ad impurum Mahometem abduci. Itaque cum sæpe pecunia præsto non esset, vel suo sanguine repræsentare pretium earum animarum auebat, pro quibus suum omnem Christus Iesus effudit. Illud habebat modicum leuamētum, quod apud Iudæos, & Ethnicos ea erat in existimatione, vt cum pecuniarum nihil haberet, vnde Christianos maxime periclitantes (his enim succurrebat primis) à seruitute redimeret, ipsi pecunia credita captiuos ei, quos veller, addicebant. Super hæc ipse, & Ignatius Bogatus socius eius duo ægrotorū, quæ excitatæ, curabant hospitia, custodiaq; nonnullas Christianorū turba refertas, quorum leuandis omni ope laboribus, & ærumnis, laboriosam ipsū vitam, & ærumnosam ducebāt. Ad Æthiopas in regnum Congi quatuor millos de Societate anno millesimo quingentesimo quadagesimo octauo narrati est. Cum res initio satis belle procederēt, deinde ob regis impotentia optatū exitum nō haberent, primo ad statū prouinciæ exponendū Iacobus Soueralius in Lusitaniā redijt, vnde in Indiam postmodū missus est. Deinde ceterorū præfectus Georgius Vazius cum rabe cōsumeretur, coactus est ipse à Socijs iter in Lusitaniā ingredi, paucis diebus vitæ cursum absoluit. Reliqui post hæc duo satis ostenderunt, quam firmam, atque constantem necesse sit eorum esse virtutem, quibus peregrinationes diuturnæ huius generis permittuntur procul ab cōmunis disciplinæ septis, ac vigili cura pastois. Rumor enim fuit paulatim eos curam ab animarū luctis ad terrena negotia transtulisse. Quibus in Lusitaniam ad reddendā rationē accitis, Cornelius Gomisius, & fructuosus Noguera ambo Sacerdotes submissi sunt, optante plurimū Rege Ioanne, & Cardinali Henrico, vt eius quoq; nouæ vineæ, nec admodū ad vota respondentis culturam Societatis coloni omnino susciperēt. Tres ex Orborum contubernio pueros in catecheticos ministerium, & instruendā ūibi domorū stirpem duxerunt. Vnabat Legatus à Rege Lusitano missus, qui Regis Congani pectus ad officium excitaret, gaudētis quidem nomine Christiani, &

glorian-

gloriantis, sed facta parum consentanea nomini petulantis. Apud eundem Cornelius ante-
 nitam Societatem gratia valuerat. Itaque magnam ferebant spem propagandæ longe, latèq; reli-
 gionis, quam tam miserum in modum elulit euentus. Priusquam Congum Cornelius attinge-
 ret, falso delatum est ad Regem per legatū eius, qui in Lusitania fuerat, Cornelium ipsum in ea
 prouincia sparsisse voces, Regem verbo tenus Christianum esse, non item re; Regnumque illius
 breui ad execranda simulachra, nisi eo ipse concederet, reuersurum. Quæ quanquam Corneliū
 non latebant, & suspicari facile poterat, si se conferret ad Regem hac præoccupatum calumnia,
 contractiore se vultu exceptum iri; studio tamen salutis adductus earum gentium, audacter ad
 eum contendit. Nec sane sua ipsum suspitio fefellit. Rex etenim toruo semper aspectu loquen-
 tem excepit. Quanquam non multis post diebus cum mœstissimum illum esse audisset ex Luli-
 tanis; neq; tam sua causa in tam falsa calumnia commoueri, quam ipsius stomacho Regis, & tā-
 to rei Christianæ in ea regione dispēdio, accersijt ad se: placidissimoq; ore, & animo cōfirma-
 uit nullam ijs se fidem adiungere, quæ de eo ad se falso delata essent: placatioremq; ab se ho-
 minem, æquiorēq; dimisit. Interiū Noguera, qui grauius decumbebat, peius fiebat in horas: 60
 & tandem, cum multas in eo morbo molestias, & incōmoda pertulisset, continenter edicis nec Moritur
 paucis, nec exiguis suæ virtutis indicijs vitam ipsam abruptit. E tribus item pueris, qui tradendi in regno
 pueris Congensibus catechismi gratia venerāt, duos morbus arripuit. Nec meliore Cornelius in Cōg: No-
 ea re cōditione fuit, quem molestus item morbus in his offensionibus occupauit: tameti plus ei guera
 Regis improbitas, quam morbus ipse molestiarū exhibuit. Nā, vt erat ingenio cōpabili, atq; 61
 multiplici, ad inflictu paucis ante diebus in Patris animo tristitiæ vulnus illud insuper adiecit, q̄ Rex inge-
 populares suos eius vsu, colloquioq; prohibuit. Idemq; nulla habita Regis Lusitani ratione, qui nio inco-
 amice hominem sui commonebat officij, Christianos acrius vexare, & infectari non destitit. Sa- stanti.
 cerdotibus, qui regijs ali subsidijs antea consueuerant, diuidi pecuniā v̄ruit. Proepiscopo nega-
 uit aditum ad Collegiū: imo ad eius ingressum regis repente fores occludi iussit, nec eius sacri-
 ficio interessē de more voluit, sed Sacerdotem aliū, qui apud se sacrificaret, accersijt. Cornelius 62
 autem simul ac emerit e morbo, quanquam hæc de Rege cognouerat, tamen partim superioris Cornelium
 Collegij facilitate inductus; partim, vt causæ cōmuni, suoq; muneri non deesset, ad illum adire, libere de
 & quæ ab eo requireret, aperire nō dubitauit. Ea erant omnino tria. Primum vt fæminas qualdā, officio l
 quæ suū vendiderant pudorem, casæ proximas, quam Patri Rex ipse tribuerat, alio amandaret. et maa
 Deinde, vt ex fide Lusitanis data liberum eis introitum in suum regnum permetteret. Nam monat.
 Cornelius, antequam Societati se daret, ab hoc ipso Rege Legatus in Lusitaniā, ab Rege Ioanne
 impetrauerat, vt nō alio per eas oras, quam ad Congani Regni portus Lusitanæ cum mercibus
 naues appellarent, spondente ipso Congano, apertum ijs certis locis, tutumque receptum fore,
 quod deinde minus præstabat. Deniq; postulauit, vt cum Ecclesia, ac Proepiscopo, cuius apud
 eum nomē iniuria delatum esset, in gratiam rediret, cleroq; redderet vsitata subsidia. Rex, quā-
 quam meliore non erat animo, neq; mente, tamen audito Cornelio, quem superiore colloquio
 omni affabilitate mulcere, ac delinire studuerat, ne sui dissimilis videretur, omnia liberaliter, ac
 prolixè promisit, fronte magis, & oratione, quam re, & animo liberalis. Nihil enim fecit ex pro-
 missis: quin etiam cum ad eum postredie Vicarius, ac ceteri Sacerdotes, vt de promisso gratias
 agerent, accessissent, regis repente foribus exclusi sunt. Ita Cornelius sex mora mensium Ethni-
 cos non plus quatuor in ea vrbe, quo varijs ex locis plurimi subinde cōmeant, traduxit ad Chri-
 stum. Nec sane multi contineri in fide poterant, si plures adiunxisset. Postulauerat simul à Rege
 vt contuberniū numerosum e pueris totius regni nobilissimis constaretur, vbi vna cum literis,
 Christiana pietas tradi posset: & Rex probare cōsiliū visus erat, iusseratq; principio idoneū ad 63
 id eligi locum, curariq; omnia pro volūtate Patris: at idem, ne sibi dissimilis fieret, ne in hoc qui- Rex Bras-
 dem satis constans, inuentus est, leuissime nouis abductus, retractusque calumnijs. lica.

In Brasilia sub anni exortum Sosæ Prætor cum potestatem in meridiem oram inuiseret, Nob- 64
 rega quoq;, quod dudū experierat, regionis totius cogniturus ingeniū, & instituta ab Socijs do- Nobrega
 micilia inspecturus, cū Francisco Petrio Sacerdote, & quatuor ex Orborū numero pueris, admi- navigant ad
 nistracione colonias S.
Vincanti.

nistracione domicilij Bayensis Vincentio Rodericio delegata, in prætoris classe discessit. Apud Illeos, quo primum ex Baya descensum est, pro exigua morula solatus concione populum, expiatisque nonnullis, cupiditatem, qua Societas illic expetebatur, incendit. In Portu mox Securo, vbi Ioannes Nauarrus tum Lusitanis, tum Æthiopibus mancipijs, tum demum ipsis Brasilis, operam salutarem sine cessatione nauabat, exceptus peramanter ab Oppidanorum primoribus, rogatusque, vt puerorum educationi contubernium instituendum curaret, re suscepta Prætoris fauente, situm domui, & quæ vsui erant, cetera designauit. Ad Sanctum Spiritum mox progressus per amplam ibi teneræ ætati iam domum paratam, & Alphonsum Blasium strenue desudantem, multamque in populo religionem inuenit. Rebus & hic breui compositis, Ianuarij flumine, vbi Prætor nouam coloniam destinabat ponere, è nauibus prospectato, quod accolæ hostiles gerebant animos, ad S. Vincentium reperitur cursus, Nobrega nusquam seduli munera Sacerdotis intermittente: qui quo latius toti classi prodesset, varia pererrans nauigia, vnus multorum vicem representabat: in eoque nauigio, quod Lusitanos ab regno extorres vehebat, vt erat cælestis medicina necessaria magis, ita cum vtilius suscepta est, tum etiam quod mirere, libentius. Multas, vbi fert eius oræ nauigatio, passos ærumnas, multa pericula elapsos, omnium maximum discrimen excepit. Repente nõ procul ab Sancti Vincentij portu procella immanis suborta, nauigium, in quo Patres ibant, demersit. Haud vires dum Nobrega ex recenti morbo collegerat, & natandi profusus erat ignarus. Nihil tamen (ita videlicet conscientia præclaris in cœptis, ita fidelibus seruis solatio est Deus) in eo casu tranquillius, atque adeo lætius illo viro: vltimumque discrimen Brasilorum statim exceptus humeris, inque pusillam insulam, quæ forte erat in proximo deportatus, euasit. Inde delatus in portum festo puerorū excipitur agmine, familiarique totius, multorum præterea oppidanorum occursum magnaque cum voluptate perampla videt in ea colonia religionis excolendæ, & propagandæ polita fundamenta. Sed statim gratulationem dulcissimam iniquus delator calumnijs pessimis interruptit. Ioannes erat Ramallus opulentus, & potens multiplici pellicatu annorū ferme quadraginta infamis, multaque propagata sobole, nihilo videlicet meliore ipso progenitore, matribusque Brasilis: quin adeo Brasilia barbaric Europæis spiritibus mixta hoc petulantius liberi omnes nudi barbarorū more volitabant cum phætrea, & arcu: multisque in cœstibus & ipsi polluti ingens religionis erant offensio. Quo de grege ij fuere, quos supra narraui manus Leonardo afferre conatos. Ille igitur Ramallus, quod ab sacris, vt anathemate dudum obiectus, excluderetur, doloris impatiens, quos audire magistris debuerat, ijs infamiae suæ partem conatur aspergere. Quos itaque de Socijs libitū fuit, apud Nobregam criminatur. At Pater tum quia satis intelligebat quantum non modo in sanctimonia Societatis, sed etiam in illibata fama momenti sit ijs potissimum oris, tum etiam experimentū seueritatis, quæ adhibetur in eo genere, editurus; quia accusator adeo notus erat, & calumnias late sparserat, exemplo eos omnes, quorum is detulerat nomina, ab reliquorū cœtu, ac domo amandat: tum seuerissimam quæstionem instituit, ipso cognitore Antistitis Vicario. Testes interrogantur coloni prope vniuersi: nihil tamen nisi reorū præclara laus, nihil nisi accusatoris iniquissimi probra deprehensa. Tum demum suspicione absterfa publica rursus, vt merebantur, domo & Societate qui segregati fuerant, gratulatione geminata recepti. Rebus domi compositis videns Nobrega Brasilorum catechesim lentè procedere, tum propter hebetia, & ferocia gentis ingenia, tum propter odia exterorum, à quibus sæpe in seruitutem per summam abducebantur iniuriam, ad hæc ipsos Europæorum perditos mores nouæ Ecclesiæ, perinde vti opus erat, instituendæ multum officere, consulto precibus, & sacrificijs Deo, decreuit ad centum in mediterranea leucas penetrare, nouūque condere cœtum in veritate religionis Christi, ac sanctitate fundatum. Iam cuncta erant in promptu, fratresque nobile opus ardentissime capessabant, cum Prætor obstitit, pio quidem consilio, vt erat vir religiosus in primis, sed fortassis non vsquequaque ex Christianæ norma prudentiæ. Verebatur quod Vincentianum solum non est admodum ferax, ne incolarum plerique vti dabant indicia, occasionem sequuti, & spem diuites auri venas reperiendi, solitudinem in colonia facerent: atque adeo noua vrbs conderetur, vnde olim Lusitanorum aduersus

65
Naufragi
um facit.

66
Calumnijs
vexantur
Socij colo-
nia S. Vin-
centij.

67
Cogitat
Nobrega
nouam Ci-
uitatē cō-
dere in
nara Ca-
riginis.

uersus barbaros arma retardaretur. Hac spe deiecto Nobregæ alia offertur vberior. Castellano-
rum quidam ex Paruua ad S. Vincentium, alijque ex flumine Paragao transgressi, mira narra-
bant de populis Carigijs, quam abhorrent a cetera barbarorum feritate, quam gerent animo-
s ad Christi religionem propensos, quam Nobregam ipsum iam fama notum, quem Barca-
chum, id est sanctum, verumque Patrem vocabant, expeterent. Sed vineam sibi commissam nõ
ausus est ipse deferere: dumq; moderatores Europæos consulit, quem expeditio ea sortita sit ex-
itum, anno insequenti reddetur. Interim Pater ad longe positos vota calentia, & capacitatem
caritatis amplissimam porrigens, hoc maiore conatu ad excolendos præsentis incubuit. Inter
cetera tribus Brasilorum pagis in vnum, quo facilius excoli possent, contractis, & inter Lusita-
nos condita pueri Iesu Sodalitate, quæ subleuandam puerorum ætatem susciperet, cum ex om-
ni Brasiliæ tractu maxime paratam videret in hac colonia messem, hic ipse subsistere, huc maxi-
mum Sociorum numerum, misso, qui eos deduceret ad urbem Saluatoris Leonardo Nunnio,
decreuit accersere. Commodum per ea tempora ex Lusitania Eduardus Acosta nouus Bra-
siliæ Prætor, cumque eo opratissima Sociorum auxilia tres Sacerdotes, quatuor laici
peruenerunt. Sacerdotes Ludouicus Grana, qui Conimbricensi Collegio præfuerat,
etiam num (cum hæc scriberentur) superstes, Blatius Laurentius, corpore perpusil-
lus, & pietate, studioque salutis animorum par maximis, & Ambrosius Petrius, qui nec
in Brasilia, nec in Societate permanfit. Laici vero Gregorius Serranus, Ioannes Confal-
uius, Antonius Blascus, & Iosephus Ancieta, omnes virtutis laudem egregiam adepti; Iosephus
etiam miræ, ac celeberrimæ sanctitatis. Hi, ne tempus nauigationis vacuum ab officio labi sine-
rent, multum in eo itinere nauigantibus modo conciliandis inter sese, qui simulates, irasq; ge-
rebant, modo vel animis docendo iuuandis, vel ægis ministrando corporibus profuerunt. Qui-
bus pietatis muneribus bimestri nauigatione perfuncti, tandem tertio Idus Iulij Bayam appli-
cant: vbi ea gratulatione, significatione q; voluntatis, & iudicij excepti sunt omnium; vt cum præ-
bere suas confitentibus aures ex instituto cœpissent, nemo sibi alium suæ confessionis arbitrum,
iudicemq; deposceret, præter illos. Cœpta sunt etiam ab ijs, qui Sacerdotes nõ erant, diuinæ præ-
cepta legis puerorum auriculis instillari, nõnullis etiam elementa grammatices, & legendi, scri-
bendiq; plerisq; Vincentius autem Rodericius, qui iam illud terebat, excolebatque nouale, ad
Ethnicorum pagum cum alio Sacerdote profectus, vt quædam sacris vndis exciperet, qui breui
vorandus ferebatur a barbaris, satis habuit in eo lustrando, & expiando negotij. Namque cum
rite ille catechismo esset institutus, & ad sacrum suscipiendum lauacrum paratus, id Ethnicorum
odorata sagacitas, suis protinus interdixit, ne quid omnino aquæ suggererent Patribus. Existi-
mabant enim barbari illi humanas carnes baptismatis aqua resperfas, velut excantatas de sua
multum suauitate deperdere. Patres igitur, ne quid aquæ sibi saltem denegaretur ad potum, quo
mox furtim vti possent ad morituri baptismum, statuunt escarum aliquid degustare. Sed fallere
barbaros in id acriter excubantes solertia illa nõ potuit. Quippe veriti Ethnici, ne quid ad bap-
tismum sibi Patres reseruarent, omni prouisione cauerunt, vt ne ad sedandam quidem, leuan-
damq; inter cibum sitim, vlla eis fieret aquæ copia. Sed Dei sapientia illorum caliditate superior
fæminam illac impulit gestantem cucurbitam aquæ plenam: ex qua cum potum alter a Patribus
poposcisset, & illa præbuisset, is per simulationem haustus strophiolu furtim imbuit; eoq; dein-
de super eum, qui mactandus erat, expresso, conceptis rite verbis, & Sacramenti formula Cælo
illum, Deoq; transmisit. Ex nouis auxilijs statim Ambrosius cum Gregorio Serrano ad Portum
Securum missus, in locum Nauatri, cui cum militibus ad inuestigandas auri venas Regis insu-
tendentibus, peregrinatio longa decreta est. Multum laboris Nauattus in extirpandis veterum
Christianorum vitijs assumpserat, nec magno cum profectu, nisi tempestiuus è cælo supplicij
minas eius iusta Numinis ira excuisset. Versabatur in pago quodam contentio partiu, quæ cum
componi Patris monitis, precibusq; nõ posset, tantum repente excitatum est incendiū, vnde ta-
men, incertum, vt ædificiorum pars maxima conflagrarit. Ita Dei numine puniente irarum ob-
stinatissimus ardor alio immisso resedit incendio. Alio item in Oppido, vbi multa peccabantur
impune, cum ad Sacerdotis nostri vocem pœnitentiam inculcantis populus obsurdesceret, tan-

68

Ex Lusitania veni-
us in Bra-
siliæ Lu-
dovicus
Grana,
Blasius
Laurentius,
Ambrosius
Petrius.

69

Gregorius
Serranus,
Ioannes Confal-
uius, An-
tonius
Blascus,
Iosephus
Ancieta,
qui deinde
sanctitate
floruit.

70

Industria
Vincentij
Rodericij
in bap-
tizando Bra-
silo.

71

Ioannis No-
uarri La-
bores.

72

Diuina in
peccantis
supplicia.

73
Leonardi
Nūnij, &
sciorū na-
uigatio, &
pericula.

74
Nobrega
deklaratur
Brafilia
prouincia-
lis.

75
Res Indi-
ca, & Ga-
sparis
mors &
laudes.

tus repente, tamque validus suscitatus est ignis; ut cū superari nullis aquarū fluctibus, nullis opibus posset, Oppidum totū pene consumpserit: cumque in eo diuitis cuiusdam ædes, lucris iniquis, & domestico scorto infames flammarū vim euassissent, dū se iactat, & gloriatur; quasi falso, & iniurijs criminibus notaretur, postmodum eius testi fastigiū dilapsus ignis inuasit, & quicquid in pretio erat, domumque omnem momento in cineres, fauillamque redegit. Iam Leonardus relicto Bayensis Collegij moderatore Grana, cum Vincentio Rodericio, & quatuor è Socijs recens adiectis annum sub extremum festinabat ad Nobregam: sed ad portum Securum in aliam nauim eo transgresso, ea, quæ socios reliquos uehebat, allisa primū ad Syrtis, deinde per omnium miraculorū sacris reliquijs prolatis reuulsa totā noctem inter breuia iactata est. Inde ad flumen, quod Caruelarum vocant, quassatum, lacerumque nauigium appulsum, dum ex altero, quod eadem tempestas ægre hominibus, & rerum aliquanto saluis, ad litus fregerat, instauratur, fames vehementer exercuit. Syluestribus quibusdam pomis, quorum alia sorbis nostratibus, alia ruborum moris videbantur similia, per syluas, dumosque quæsitis, necessitatem vltimam propulsarunt. Vbi ventum ad S. Spiritum recreati, assumpto Alfonso Blasio (quærebantur enim Brailice periti vtilis mediterraneis, vti Nobrega moliebatur, futuri) relictoque; ibi Blasio Laurētio, deinum sospites ad S. Vincentium peruehuntur. Hoc rerum statu nullus ad hanc diem in Brasilia Prouincialis nomine, titulisque Societati præerat, præter eum, qui Lusitanam prouinciā administrabat, magno sane cum incommodō, cum passuum millium millia prope sex à Lusitania Brasilia distet. Fecit igitur prouide more suo B. Ignatius, ut Societate crescente, suum quoque Brasiliæ præpositum designaret. Designatus est Emmanuel Nobrega, qui tū in colonia S. Vincentij rem animorum curabat. Cuius B. Pater singulari perspecta modestia, animique submissione, ne munus impositum ea stimulante defugeret, grauiore imperio vtendum censuit, eumque obedientiæ Deo votæ vi, potestateque; ad iubeundum id onus adegit. Adiunxit ei, ut tempora illa ferrebant, à latere socium Ludouicum Granam, præscripta vtrique ratione, quemadmodum se inter se vicissim gererent: nouoque; insuper Prouinciali in mandauit, ut è Sociorum numero quosdam magis experientes, & Societatis vsu prudentes, quos de more in consilium adhiberet, sibi deligeret, ex ijsque vnum aliquem suorum itinerum comitem: ita tamen ut in audiendis aliorū consilijs, atque sententijs libertatem ipse suam nō amitteret, si quid statuere vellet, quod è re diuina magis, Societatisque censeret. Penes eundem voluit esse potestatem designandi Collegiorum Rectoribus fidentissimum quemque, qui eis esset à latere, modo Collegiorum magnitudo, & Sociorum, qui in vno quoque debebant iustus numerus pateretur. Ad extremum illud etiam addidit in mandatis, ut ipse pariter, & Grana suam rite Professionem in alicuius Antistitis sinu, manibusque conciperet. Quæ hac ætate à B. Patre decreta, non nisi anno post ad Nobregam peruenere.

Dum hæc à Patribus tam late alibi per orbem pro animarum salute geruntur, non minore apud Indos sollicitudine Gaspar Berzæus in ijsdē Christi causis elaborabat, animo sitientissimo propagandæ vel in vltimo oriente Christianæ legis. Verū Deus, qui Cælo illū tot meritorū copia ornatuque; virtutū, iam maturū inuenerat, ocius hinc rapuit, quā eius à laboribus inuictus animus expectabat. Qui cū perseveraret cōstanter ad populū agere, tantaque; sedulitate proximo cuique adesset, vix ut eripere tantulū otij posset suffulciendis cibo viribus alta iam nocte; in ipsa cōcio- ne, quam habebat ad ædem maximam, repentini animi defectione desinere summo auditorum desiderio, mœroreque coactus est: Vt quemadmodum decebat adeo strenuū Christi militem, prope agens, pugnantisque; ceciderit. Nam inde cum paulum recepisset spiritum, reuersus ad Collegium, ac subinde acerrima febris correptus tanquam sui finis cōscius, Alexium Diazium è laicis fratribus Bazainum ad euocandum Melchiorum Nunniū mittit, sibi ex Xauerij singrapha successorem in administranda prouincia destinatum. Interim cū se febris ardor intenderet, paucis diebus, exacto in Societate prope septennio, quod ipsum apud Indos egerat ferme totum, XV. Kal. Nouembris extinguitur. Elatus est ingenti omnium querela, vberissimoque fletu, cōnuolante vndique multitudine tam frequenti, vix ut humādo corpori locum daret. Vir fuit prorsus

fus Apostolicus, à Deo datus in salutem multorum, quos exiguo illo Indicæ suæ peregrinationis
 curriculo lucratus est Christo, laboriosus ad miraculum. Hæc fuit opinio, vix viros naues de-
 cem sufficere posse laboribus, quos ille vnus in causa animarum obibat. Dicebatur & votum
 addidisse, nunquam cuiquam siue ad corpus, siue spectaret ad animum, modo posset, subsidium
 denegandi; adeo nihil sui referuauerat sibi, sed totum Deo, proximisque tradiderat: & tamen
 adhuc asperiora appetebat. Iaponios, Sinas, Æthiopas, Abassinos, Scythas, gentes omnes, vbi
 spes aliqua blandiretur fructus, & ærumnarum, animo erat complexus. Quamuis, vt erat veræ
 laudis æstimator intelligens, mira facilitate pateretur suos ardores moderatorum iudicio tem-
 perari, ac fingi. Itaque cum à Xauerio relictus est Goæ, in hæc verba ab Ignatio scripsit.
 Summa erant vota, quibus Deo sacrificare memet in Iaponia, Scythicoque Oceano exopta-
 bam: Sed tamen semper competio voluntatis propriæ, & obedientiæ sacrificium sacrificiorum
 omnium Deo acceptissimum esse. Demum non alia solum multa per eum Deus admiranda fe-
 cit; sed etiam constans fuit sententia, in eius oratione ad permouenda hominum pectora, & ab
 impietate, ac sceleribus segreganda, vim prorsus fuisse admirabilem, longeque supra modum
 concionatorum communem. Henricus Henricius de eo recens ex Armuzia Goam reuerso, sic
 scripsit in Europam. Pater Gaspar egit, agitque res, quæ videntur incredibiles, plane ad multam
 Dei laudem. Sublato ex oculis tanto viro, dum successor expectatur nutu morientis Gasparis e-
 uocatus, prehenderat tantisper prouinciæ gubernacula Paulus Camers. Sed non diu cuncta-
 tus est Melchior, qui cum ad extremum adiuisset Octobrem, referuato suos humeros oneri, &
 iam parato supposuit. Qui quanquam Professorum nondum vota rite conceperat, Ignatius ta-
 men, vt ea conciperet, per literas admonuerat. Sed Melchior cum ex Societate nullus esset, qui
 se profitentem exciperet, & Goanus decessisset Antistes, cæremoniam illam distulit non inui-
 tus: eamque moram maximo in lucro posuit, quod diceret sacrificium suæ professionis pœni-
 tentiæ sibi lacrymis interim expiandum. Is incredibilem quandam cepit animo voluptatem cū
 ad eum Societatis gradum silens ipse, nec de suo aliquid interponens lectus est ab Ignatio, non
 quod id quasi honoris vocabulum ambitiosius expeteret; sed quod aiebat ea Beati viri lectio-
 ne, iudicioque auctam sibi spem esse diuinæ lectionis, prædestinationisque. Suscepto igitur pro-
 uinciæ munere verba facere ad populum festis quidem diebus semel, atque iterum in eade sancti
 Pauli, ceteris vero ferijs, (tertia, & Sabbato duntaxat, exceptis) varijs in Templis ac Sodalitijs in-
 stituit: cui frequens dabat operam auditor, & frequentia par respondebat utilitas. Cesserat è vi-
 ta duobus ante Gasparem fere mensibus Emmanuel Morales, nauus & ipse Sacerdos, & magni
 nominis, idemque designatus successor Gasparis loco priore in ijs, quas dixi, Xauerij literis ob-
 signatis, modo vita supereret. Sed ea hominem cito defecit: qui cum in Ceilano fructus cepif-
 set vberrimos, inde Goam reuersus, dum in concionibus, ceterisque ex instituto muneribus to-
 tus est, profluuium sanguinis repente surripitur. Visus est ouans exire de vita, vbi se fratrum corona,
 quibus in Ceilano caruerat, cinctum vidit, quos ille ad exhauriendum omnem pro Christo
 laborem flagrantissimis verbis extimulans, & Iesu nomen ad extremum vsque spiritum inter-
 mortuis vocibus iterans, ad amœna paradisi his emissus vinculis, euolauit. Ita breui tēpore Xa-
 uerio, Gaspare, & Morale præcipuis columinibus Societas Indica spoliata est eo mitiore deside-
 rio, quod speraret eos è Cælo etiam cumulatius affuturos. Aucta est tamen & inde iactura. In-
 ter ceteros, qui hoc anno mittebantur è Lusitania lectissimos viros, ibat Virbanus Fernandus,
 vir omni virtutis laude perpolitus, sed tenuissima valetudinis, eo consilio lectus, vt apparet in
 apostolicum illud munus præstantissimos segregari, & interim etiam valetudini mutatio cæli
 forte prodesset. Qui cum eam navigationem non tam perficiendi spe, quam obtemperandi stu-
 dio suscepisset alacriter, medio in cursu cecidit, in portum non Indiæ, sed sempiternæ felicitatis
 quasi compendio inuectus. Armuziam missus est Antonius Heredia, vt Sacerdotem alterum
 Confaluum Rodericum morbo implicitum labore suo leuaret. Quæquam enim ab obsidione
 Turcarum, de qua supra commemorauimus, pauci in arce, quam obsederant, cæsi sunt; magna
 tamen postea lues, plurimiq; subsequuti sunt morbi, qui struere non paucos, ne videlicet sedu-
 le carceris materiam, facultatemque desideraret Heredia. Qui non ipsa in vrbe, sed in recessu
 illo

76

*Gaspari
 succedit
 Melchior
 Nunnius.*

77

*Emmanuel
 Morales.
 les mori-
 tur.*

78

*Pater Vr-
 banus in
 Indiæ na-
 uiga 107 e
 mori. ur.*

79

*Armuzia.
 missus An-
 tonius He-
 redia: resti-
 illuc ab eo
 gesta.*

illo

illo sancti Pauli nomine, passibus ab vrbe mille quingentis, vbi Gaspar conuerso ad Christum, qui ibi degebat, loque celeberrimo ad contemplanda caelestia tres cellas aedificarat, primo con-
 sedit. Deinde quoniam ex eo loco ad urbem commeare, & inde vicissim remeare instar erat cru-
 cis, atque tormenti, propter immoderatos Solis ardores, quibus homines in ea caeli plaga pene
 torrentur (sex enim eo loci Societate receptos breui morbus absumpserat, Gasparemque bis
 terve tentarat.) Heredia Ciuitatis rogatu in urbem ipsam sede sibi ad Xenodochium delecta, se
 transtulit: recessum vero illum vna cum Sacello, nostrorum vsu iam celebrem pio reliquit viro,
 qui & eius procurationi praesset, & inchoata iam populi studia, celebritatemque foueret, in-
 stituto ea de causa inibi Iesu nomine Sodalitio. Qua ex migratione plus etiam fructuum demeti
 ceptum est. Exemplo pueros erudiendos Heredia ad quinquaginta suscepit: cum ijs per vr-
 bem egredi sub prima lumina concinendis litaniarum versibus confuevit, simul & voce clara
 ciuibus admonendis, vt pro eis preces funderent, quos vel apud inferos purgans ignis exco-
 queret, vel inter mortales noxia capitalis vrgeret. Quartis in aegrotorum hospitio ferijs rite sa-
 crificabat, & aures subinde promptas aegrotantibus diuidebat. Sextis ducebat agmen supplica-
 tium discipulorum ad eum, quem dixi sancti Pauli recessum, vbi frequentem populum, qui
 conuenerat, diuini verbi facibus incendebat. Festis, Dominicisque diebus principe in aede Ec-
 clesiasten agebat, & semel inter hebdomadam pomeridianis temporibus catechistam. Inira
 quadragesima longum se diueberantium agmen singulis noctibus instruebat: deinde seque-
 batur ardens ad inflammanda pectora cohortatio. Cuius exempli vis tanta erat, vt non modo
 Christianos vndique ad spectandum, verum etiam ipsos Saracenos & Ethnicos excitaret. Ingens
 igitur morum e quotidianis hisce, nocturnisque sermonibus conformatio, cum alij missas iras,
 & odia facerent, alij religiosam vitam meditarentur: principesque viri diuini mysteria frequenti
 vsu, pioque tractarent: omninoque apparuisset e laboribus fructus vberior, nisi & Armuziano-
 rum pene continens nauigatio vltro, citroque comitantium, in qua bonam conterunt anni
 partem, & Saracenorum, Ethnicorumque Christianis intermixta colluuiis impedimento fo-
 ret. Vrbs enim Armuzia, vt omni negotiantium genere celebratur, vno eodemque recto varias
 hominum sectas, multiplicesque ritus continet, vt prodigij videatur instar, atque portenti, si se
 castos, integrosque Christiani in tanta religionum confusione custodiant. Cui tamen incom-
 modo, vt pro opibus obuiam iret Heredia, dedit operam Christianorum vt familiae in vrbe se-
 iungrentur a ceteris, ne tam intimis, & assiduis infidelium inicerentur exemplis.

80
 Rex ora
 Piscaria.

81
 P. Henricus
 Henricum
 capitur a
 Barbaris.

Pretiosarum ferax arumarum fuit hoc etiam anno ora Piscaria. Inductam eo classem Ar-
 chiparata Maurus vocabulo Raia Alis prope Manariam insulam admouit, vbi margaritarum pi-
 scatum Parauae exercebant, & Christianos aliquot comprehendit. Lusitanus Praefectus vir de
 Christiana religione optime meritus Emmanuel Rodericus Cotinius, videns sibi vires non ad-
 esse hosti pares, trepide auxilium Cocino acersit, & Francisco Petrio de Societate illuc vrgen-
 tem, cui P. Henricus plurimum commendarat, Aegidius Fernadus Caruallius, cum aliquot
 nauigijs statim accurrit. Interim Mauri Punicalia inuadunt, Ethnico Dynasta e mediterraneis Ba-
 dagis sibi adiuncto ad praedae societatem. Post breue praelium Christiani fugam ad interiora tra-
 ctus capessunt: dumque vastatur, & diripitur Oppidum a Mauris, a Badagis illi capiuntur, in-
 terque ceteros Praefectus ipse, & P. Henricus; quos continuo ferro onerant, vt ad redemptio-
 nem paciscendam maiore cum lucro compellant. Additur vexationi astutia. Submittitur
 Maurus, qui sui ducis nomine eos aureorum millibus decem licitetur: quod fecit, vt Emma-
 nuel qui omnia malebat, quam Maurorum in manus incidere, in idem cum Badagis pretium
 conueniret. Sed Mauris nequaquam laetum fuit atrocium. Quinto post direptionem die su-
 peruenit Cocino Aegidius: in eosque non dum digressos impetu facto, aliquot caesis, compulit
 ceteros arrepta fuga, desertisque nauigijs interiora petere. Id Ethnici Badagae conspicati, vt qui
 fidem ex vtilitate pendunt, in eos & ipsi irrumpunt, spoliant, maestant, vix vt vllus a praedonibus
 vel Lusitanorum, vel Badagarum manus, ac ferrum effugerit. Tum Aegidius captiuos e Bada-
 gis repetit: & quia sine pacta mercede non reddebantur, oppugnare quaedam maritima eorum lo-
 ca aggreditur. Id enim vero exacuit barbaras iras. Henricum, & aliquot e primis Lusitano-
 rum cru-

rum crudelissimæ neci destinant, præcutis veribus configendos. Quod veritus Ægidius bello intermisso, eandem rursus mercedem promittit. Hoc sæuius in custodia habiti captiui; & quia Lusitani tantam summam cunctabantur exoluere, commodiorem conditionem, & forte ab Rege Bisnagensi, cui Badagæ parent, Ægidium eos gratis impetraturum sperantes. Id raptores subodorati, vt cogerent antequam à Rege mandatum perferretur, repræsentare pecuniam, Henrico catena vix palmum ac dimidium longa collum, pedesque deuincunt, ita vt misere conglobatus noctes, ac dies hæretet in magno dolore, sædeque intumescentibus membris. Denique post trimestrem prope captiuitatem perlato à Rege Bisnagensi iussu, vt dimitterentur, persolutis aureis mille mittuntur. Liber dimissus Henricus ad institutum redit: erudit, confirmatque Neophytos, Christum ingerit, omnique ope leuandis, quæ Barbarorum clades infixerat, malis insistit. Ioannes Beira, in Molucas reuersus ex India, & cum Socijs aliquot ad Mauricas profectus insulas, in Oppido Tolo cum Francisco Godinio substitit, siue vt baptismo initiaret infantes, siue vt ceteris Christianos mores, & sanctiores insereret. Antonium vero Fernandium in Amboinum è comitibus vnum, & alios alio dimisit. Ternate in Insula, quam è Molicis præcipuam esse supra diximus, fautorem se Christianæ rei Rex ipse Saracenus ostendit, homo versutus, & ad simulanda mire omnia, ac dissimulanda factus, vbi emolumentum spes effulgeret. Qui per id tempus ditioni cuidam, quam à Lusitano Rege petebat, imminens, cum animaduerteter Ternatinæ arcis Præfectum magna militum manu ad insulas Mauricas proficisci, vt ab Ethnicis, Saracenisque Christianos vsu, conuictuque seiungeret, cum eodem & ipse defensor, adiutorque contendit, stricto minitans gladio, & terrorem cunctis incutiens, nisi Christianos dederent, liberosque dimitterent: & sum in super adducebat exemplum, qui Christianis sororibus, quas habebat duas, potestatem inter veteres Christianos habitandi fecisset. Per eam occasionem alius è Societate Sacerdos Alfonso Castrius elaborauit, vt inde puerorum quendam numerum in Molucense domicilium auheret, quos deinde nostri literis expolitos, ad eorum imbuendas Dei notitia nationes adiutores & interpretes adhiberent. Sic in India traducebatur hic annus, cum Ignatius ad Xauerium literas dedit, vt, si ei commodum esset, Nicolaum Lancillottum ad urbem mitteret: multa enim se habere, quæ cum eo coram ageret: ipsidemque Xaetio literis imperabat, interposito obedientie nuntio, atque virtute, vt ocius ipse in Europam remigraret, non quod eius obtemperacioni diffideret; sed vt ostenderet, quam sibi cordi esset eius ex India reuersio; quemadmodum & Apostolus Paulus cum ad retinendam puram, sanamque doctrinam, quæ ei maxime cordierat, Timotheum carissimum, eundemque sanctissimum adhortatur, interposito Dei nomine, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, obtestari non dubitat, id quod nisi, duos apud homines fieri plerumque non solet. Verum nec Lancillotto Romam redire per valetudinem, stratasque vires licuit. Erat enim instar prodigij posse illum tam attritis viribus tam diu animam, & artus trahere: Et Xauerius iam morte sublatus meliores in oras migrauerat. Quem idcirco in Europam summa Regis Lusitani voluntate reuocabat Ignatius, vt cum in Lusitania resedisset, tum Æthiopicam expeditionem apud Regem incenderet, Congique, ac Brasiliæ conuersionem vrgeret, tum facilius de Societatis hominibus in Indiam destinandis homo illius Orientis experiens dijudicaret, ac constitueret. Mandabatque in super ei B. Pater, vt in Professorum ordinem Sacerdotes sex, & in ijs Gasparem, quos in Indorum cultura relinqueret, cooptaret. Quod si plures cooptandi viderentur, id eius permittebat arbitrio, illud etiam atque etiam admonens, vt quoniam non dum illuc Constitutiones ab se præscriptæ perueniant, in cooptandis Professoris rationem haberet probatæ, spectatæque doctrinæ, quæ quidem theologia cognitione potissimum continetur: simul & profitendi formulam, ritumque transmisit, rationemque designandi consiliarios à Rectoribus, ac Præpositis adhibendos. Porro Xauerius ex his infimis ad superna translatus maiora iam pro Societate curabat. Pollicebatur hoc viri sanctitas, cuius indicia non obscura mortui corpus hoc anno dabat, quod viua obrutum calce in Sanciano cum arca defossum supra memorauimus. Nam cum adesset tempus, appetente iam vere, quo nauis, quæ Malaca Xauerium vexerat, vnde venerant, remearet, placuit Nauarcho, ne tanti viri corpus in desertis locis, barbaroque solo relinqueret, explorare per aliquem

82

Io. Beira in
Molucum
reuersus,
Resq; Mo-
luenses.

83

B. Ignatius
cupiebat
in Europam
Xauerium
redire, cum
ignoraret
mortuum.

84

B. Xauerij
Corpus in-
corruptum
reporatur
in Indiam

spectatae fidei virum, an id esset adhuc exesum, consumptumque calce, ut ossa in Indiam reportaret: effossoque loculo, ac patefacto, qui eius missu ad tumulum venerat, corpus cum vestimentis integrum, ac recens veluti modo conditum, & humatum reperit, nulla tunc tactum, nulla læsum ex parte, ne nasum quidem, quo nihil citius cadaueribus effluit; sed eadem facie, coloreque viuido, eadem carne succi plena, qua constat eum fuisse cum viueret: & quod mirandum est magis, non modò nullo odore graui, verum etiam suauis, atque iucundo. Hic omnes pro se quisque diuinum efferre numen, & præ gaudij magnitudine lacrymas non tenere: sacrum corpus pijs & osculis, & aspectibus venerari, rosarijs, coronisque contingere. Vbi cunctis affertim spectandi, contemplandique copia facta, in eadem viuæ calcis arca delatum ad litus omnium item veneratione in onerariam imponitur: quæ cum è Sanciano mense Martio soluisset, secundissimo cursu Malacam tenuit. Præcurrebat tantæ rei nuntia pusilla scapha, cuius admonitu Ciuitas omnis excita, ut veterem contumaciam nouo compensaret officio; & quem cum aliqua contumeliâ dimiserat viuum, omni mortuum cum honore reciperet, maximo apparatu, solennique pompa ad celebrandum funus se se obuiam effudit. Curabat id suæ impensâ Xauerij amicissimus, qui Malaca nò dum abierat, Iacobus Pereria Sacerdotum agmè Antistitis cum Viario, maximaque vis cereorum processit ad litus. Arcam rursus aperiunt: & nihilo minus inuiolatum, & incorruptum corpus suauè redolens mirabundi conspiciunt. Ad eius tactum egroti corpus, ut hoc etiam Deus indicio sui sanctitatem famuli declararet, momento conualuit. Postridie mane supplicatione frequenti multis cum facibus, accensisque funalibus, ad templum quod Societatis haud ita pridem fuerat, (nam Patres omnes Xauerij iussu Malaca excessisse iam diximus) arca defertur. Dein Missarum solennijs, festo, musicoque concentu rite peractis, absterfa calce nouo loculo imponitur. In eo condendo cum paululum corpus esset loculi breuitate compressum, & non nihil inflexum, repente sanguis ex humero fluxit, admirabilem suauitatem odoris cunctis inhalans, ingenti stupore defixis; cum quintum iam mensem vacaret animo corpus. Placuit igitur arca exemptum sine loculo corpus condi, multoque honore veluti certum diuinæ clementiæ pignus studiosius asseruari. Contagiosa lues, quæ magnam ciuitatis partem depasta iam erat, quo die Xauerio soluta, & celebrata sunt iusta, subito compressa est: ut appareret iram diuini Numinis, quæ ex Xauerij vaticinatione in Malacenses exarserat, tanti viri meritis iam placatam. Quarto post circiter mense, Idibus Augusti venit Malacam cum Molu cum repereret, Ioannes Beira, qui suis ut oculis, quæ constanti fama de Xauerij corporis integritate cognouerat, exploraret, intempesta nocte cum Socijs rapide, & quam occultissime templum perit, & aperto Sarcophago, corpus totum prorsus integrum, & illæsum, & ea, quæ ferebatur, odoris suauitate, nono iam post obitum mense, reperit: sudarium autem, quo facies eius erat obiecta, purpureo cruore tinctum, quem inter sepeliendum faneris administri, dum terram superingerunt, expresserunt. Ad hæc vestimenta ipsa, crepidasque, & extremum linteum adeo intacta, atque recentia, ut ei dudum viderentur iniecta. Quo circa visum Beiræ tale pignus tam honorifico Dei munere custoditum, in ædium conclauis sanctius asseruandum: admonitusque Pereria non immemor amicitiae, meritorumque Xauerij, arcam elegantiore materia, formaque, damasceno subsutam serico, aureoque textili desuper obiectam conficiendam curauit. In eam translato corpore, & ad tempus vsque nauigationis Indicæ socio Emmanuele Tauora relicto, Beira ipse suum prosequutus est iter. Cogimur hoc loco quod initio præfati sumus, nonnulla, quæ in aduentantem annum incidunt, vna coniungere, ne suspendamus interrupta narratione lectorem, & sua expectatione fraudemus. Ut igitur soluendi tempus adfuit, vna erat omnino in portu nauis vetustate inutilis, ac pene dehiscens. Quo circa Ioannis Mendozæ Lusitanus curator, qui Sinarum mercibus Malacæ nuper expositis tempestatem captabat idoneam, cum tristis, & anxius hæteret, ne mercium, quas è Sinarum regno plurimas referebat, iacturam in reditu faceret, ubi Xauerij corpus ea Goam vehendum nauis cognouit, tam præsentis, ac salutari præsidio fretus, cum mercibus vniuersis ei se credere nauigio non horruit. Quo ipso tempore Indiam repetens Cosmi Turriani missu Petrus Alcaceua Malacam ex Iaponia delatus cum Emmanuele, quem dixi, Tauora sacrum loculū in nauim imponunt. Eam Nauarchi pietas, ut viro sancto me-

85
Excipitur
religiose à
Malacensibus.

86
Fluit sanguis
odora-
tus è cada-
uere B. Xauerij.

87
Malaca
Goam B.
Xauerij
Corpus
haud sine
miraculis
deportatur

ritos haberet honores, multo vexillo, ac peristromate conuestiri, & ipsa quoque tormenta bellica seri cis integri, & exornari iusserat. Iam erant in cursu, prospereque ac securi prouehantur, cum repente nauis impacta vadis, gubernaculoque diffracto in summam desperationem nauatas, & vectores adduxit. Sed ij Xauerij memores, quem uehebant, & in quo suas spes sitas habebant omnes, precibus ab Alcaceua contendunt, vt sacrum corpus in apertum proferat. Quibus ille cum gessisset morem, vniuersi cum cereis ardentibus ante venerandas Reliquias supplices coeunt, & diuinam ab se iram effusis gemitibus, ac ploratibus deprecantur. Ad eas implorationes, ac voces oneraria mox vadis emergit, & ventis obsecundantibus cursum repetit. Nec semel alias in vltimum discrimen adducta, maxime ad Ceilanum, praesenti illius, quem uehebat ope, Cocinum sospes enauigauit. Hic ad paucos morata dies, dum cupidæ visendi corporis Ciuitati fit satis, quæ fama praemonita certatim ad nauim venerabunda concurrerat, cursum repetens Goam, Baticala subleuit, à Goa ipsa passuum millibus octoginta. Quo in oppido Maria Sarrana regij Procuratoris vxor honesta foemina Lusitana cum graui affecta morbo de Xauerij corpore cognouisset, è vestigio eo se deuehi iussit: cuius cum fidenter & pie implorasset auxilium, protinus viri Sancti deprecatione conualuit. Eadem cum zonæ frustulum, qua praecinctus Xauerius erat, summis precibus extorsisset, argentea inclusum theca, sibi ipsa, & ad memoriam percepti beneficij, & ad morborum remedia de ceruice suspendit: & quidem paruulum filium sextum iam mensẽ febris confictatum, eo admoto sanauit; eundemque postea diutino stupore corporis, & mentis oppressum, eodem cingulo releuauit. Ancilla vero in partu periclitans, eo ipso zonæ frustulo ad collum alligato, nullo negotio fatum edidit: idemque Mariæ viro febrili, puerisque duobus spissa pustula laborantibus, his absterxit pustulas, & illi febrem. Quæ omnia ipsa met Sarrana iurata narrauit. Porro cum Onerariam Baticala digressam ventorũ vis moraretur, Nauarchus celeri Goam actuario praecurrens rem totam Patribus enunciauit. Ad eum nuncium Melchior Nunnij Collegij Rector, idemque tum, vt diximus loco Prouincialis, impetrata ab Alfonso Noronia Prorege celoce, cum praecipuis aliquot Patribus, & pupillorum agmine ad onerariam festine contendit. In eam transgressus, & vbi locus asseruabatur, ingressus, beati viri corpus integerrimum, & qua fuerat specie viuens, & velut etiam tum spirans inuenit, mira naribus hausta flantis odoris suauitate. Cuius pedes, sacrataeque manus vna cum ceteris non sine dulci sensu, & lætis lacrymis oscularus, inde arcam, & loculum efferri iussit. Qui vt in conspectum venit, puerorum chorus quem Goa deduxerat Rector, tertis, ac floribus redimitus, manibusque virentes sustinens ramos Zachariae canticũ pius intonuit. Eo concentu, & multis in super ad lætitiæ significationem tormentis maioribus reboantibus in celocem corpus infertur. Oneraria vero reddito sacro pignore, mercibusque leuata, veluti suo perfuncta iam munere, illico sua sponte, cælo, marique tranquillo demergitur. Nemini vt ambigendi locum reliquerit cur iam vetustate fatiscens, laxatis compagibus, fluctus inter, & scopulos nõ ante sit mersa: sed omnes intelligerent suum ei pondus leuamini fuisse, & quasi vehiculo id, quod uehebat. Ea de re Nauarchus ipse prodromus Onerariae naufragium, iõge prauidens, eo spoliari praesidio nauim suam, antequam Goam appelleret, omnino vetuerat. Sed videlicet in tanto ardore visendi quo liquidius de admirabili prodigio, miraculoque constaret, non est auditus. Celox autem ad eadem B. Mariæ, quam appellant, Rebandariae, passuum à Goa mille ferme, & quingentis, secus Iuuium qui Goam insulam à continenti scindit, appulsa est. Hic Melchior Rector, vt beatum illud pignus per otium telegeret oculis, concubia nocte, clausisque valuis, ita vt erat in amictu Sacerdotali, è loculo profert; & eandem prorsus in illo faciem, cutemque recentem, atque oium viueret, contemplantur. Sacerdotale amiculum (superpellicem vocant) vestibus ceteris superiectum, egregie suæ pietatis studio detractum, secum postea derulit in Iaponiam, vt quem admodum Pauli Eremitæ palmea quondam tunica S. Antonius; ita ipse ad celeberrimas quasque gratulationes illo inter Iapones vteretur. Dum in ea quam dixi, corpus custoditur ædicula, Prorex solennem pompam in diem posterum instruebat. Patres autem, quibus praere cum Rectore non licuit, noctem illam domi nimio visendi mirabiles dulcissimi Patris exuuias desiderio non quietem pati, non somnum capeffere: sed pro se quique templum frondibus, stragulaque

88

Multa miracula ex B. Xauerij reliquijs.

89

Quanta gratulatione corpus B. Xauerij Goa excerpium.

gulaque veste, & lætis peristromatis exornare. Quamquam enim funus illud in sextam festam, quæ maiorem præcurrit hebdomadam, incidebat, placuit tamen festo, lætoque cultu aras quæ ornatisime conuestiri, & ad lætitiã, iucunditatemque cuncta componi. Dies erat celebritati dictus xvij. Kal. Aprilis. Ille dies ut illuxit, amicissimus olim Xauerio Pereria & iam religiosissimus cliens, qui nuper Malaca reuerterat, magno comitatu, pompaque cum albis facibus actuario prodit obuiam. Subsequebantur eiusdem Xauerij amici, sex dispersi nauiculis, quinquaginta singulis instructi facibus, puerisque lucenti cum cereo: inde alia ad duodecim è viris honestissimis Lusitanis, Sinis, ac Malacensibus eodem instructu, ornatuque luminum sequuta nauigia. Ad ædem appulsi, expositique cuncti pariter ad sacrum corpus sua ipsi corpora, precesque sternunt, & pijs lacrymis venerantur. Vbi huic pietatis fatis est, cumulateque factum, & in suum omnes se recepere nauigium, tum demum locus aurea contextus stragula in Mioparone reponitur, crebros cereorum inter ardores. Dein albatis Patribus, & redimitis sero pupillis, Christo præconia concinentibus Goam vehitur. Prosequebantur nauiculae ferme viginti fulgentibus cereis, & minoribus ignibus collucentes. Simul ac eminus luminum fulgor illuxit, editaque non obscura significatio ciuibus est corporis aduentantis, Proregis iussu campanarum cantu Ciuitas euocata, effusa est obuiam vniuersa: plurimique certatim desilierunt in mare, quo celerius ad sacrum loculum aspirarent: Prorex, ac Proceres, & frequentissimi ciues multa cum face præstolabantur in portu, & eminebat spectator plurimus è fenestris: erantque oculis plena omnia, litora plateæ, muri, rectorum fastigia. Processerant Canonici, Sacerdotesque cum Crucis vexillo iuncti, & Misericordiæ Sodalitium suis item cum insignibus, ac vexillis. Sequebatur feretrum attalica veste constratum, in quo ad augustiorem speciem, atque pompam reponendus locus erat. Qui simul in terram à Patribus est expositus, tanti repente concursus facti sunt; ut ruens quam tumultuosissime turba Proregis esset submouenda satellite, ne dum alij alios premunt, vicissimque constipant, exanimarentur obtriti. Ea ægre submota instituta est, & peracta quam splendidissime supplicatio. Cuncto agmine prætergresso nouissime feretrum Patrum impositum humeris sequebatur: cuius verumque latus thuribus cingebatur argenteis, odoribusque perpetuis. Prosequebatur cum cohorte, nobilitateque Alfonso Nõronia Prorex, & Ciuitas vniuersa, ingenti luminum, facumque numero, inusitataque omnium gratulatione, ac plausu. Quin ipsa vrbs itinera, quacumque funus ducebatur, pretiosis ornata peripetalis matris, floribus, & odoribus spargebantur. Vbi Goæ in Societatis templum inuectum est corpus, feretro intra cancellos aduersus multitudinis impetum collocato, Missarum solennia decantantur: ijs peractis, quoniam rumoris nescio quid afflarat, Sanctum corpus vulgo patefacto loculo demonstrandum, tanta irruit repente vis populi, ut Sacelli septa perumperet. Patres autem cum multitudinis impetum pertimescerent, hortati Proregem, ut cum vniuersa nobilitate se domum reciperet; quo deinde laxius semotaturba sacrum pignus inspiceret; ne tum quidem impetrare potuerunt, ut eo digressò, turba faceretur, vestigiumque, quod semel fixerat, inde moueret. Ergo cum mora nihil proficeret, restitit iterum septis, & paulisper turba submota, quominus demonstraretur vulgo, negari non potuit. Sed demonstratio illa multitudinis sitim magis acuit, quam extinxit; quæ videndi cominus cupiditate succesa, perfractis iterum cathedis ingenti impetu ad loculum ruit, ut ad vim arcendam, & propulsandum impetum occludendū loculus raptim fuerit, & cunctis adimendus aspectus. Verum cum ex eorum, qui corpus integrum conspexerant, commemoratione, ceteri magis accenderentur, multique item reuisendi gratia semel, iterum, ac tertio remearent, nec incredibilis videndi sitis, atque cupiditas expleretur, corpus in eo Sacello validis ad introspectandum claustris communito, tres amplius dies, ac noctes ut eius contemplandi copia per otium cuicumque fieret, omnium ante oculos habitum est. Tum demum multitudini penè innumeræ; quæ rapta in miraculi famam toto triduo vndique conuolabat, satis, superque factum, seu pascendis ad fatieratem luminibus tam insoliti admiratione spectaculi, seu applicandis sacro corpori pro sua pietate rosarijs. Subsequuta sunt deinceps admiranda prodigia: suis commemoranda locis restituta ad eius funus ægris corporibus vasterudo, & compluribus data salus. Quibus Dei numen indicijs, vel in hac ipsa vita voluit famuli sui conde-

90
*Multitudinis cõcur-
 sus ad vi-
 sendum B.
 Xauerij
 Corpus.*

91
*Per tres di-
 es copia sit
 cuique vi-
 sendi.*

condecorare virtutem: & eam testatam esse ceteris ad exemplum. Id postea corpus, æde veteri disturbata, in domesticum Sacellum translatum, magna religione colitur, priuatique ei tribuuntur honores, dum solennes à Pontifice Maximo decernantur. Quanquam tota India tanquam vir sanctus vulgo habetur, & honoratur ab omnibus. Et quidem Mercatores cum Sinicum mare percurrunt, & Sancianum prætervehuntur, ob memoriam Patris, qui eum locum suo obitu consecrauit, salutare Insulam religiose solent. Inter hæc ille iam dudum casibus humanis exemptus, ærumnarum suarum beatos fructus capiebat in cælo: restabat tamen eius cum tota in India, tum in Iaponia sementis, quæ perpetuis Sociorum irrigata laboribus reddebat fruges hilariores indies. *92*
 Excurrebat Amangucium ad Cosmum Turrianum de voluntate Bungenfis Regis cum Io. Fernandio Balthasar Gagus, qui deinde quarto idus Februarij cum eodem Ioanne, *Res Iaponica.*
 & Petro Alcaceua se Bungum retulit. Hi cum in spem maximam venissent propitio Rege promulgandæ illico Christi legis: conuersis repente rebus trium Procerum defectione, qui contra Regem arma sumpserunt, tota eorum spes fracta, ac debilitata est, & salus ipsa in discrimen adducta. Misit Balthasar in eo ciuili tumultu Ioannem Fernandium, vt sermonis Iaponici gnarum ad consolandum, & confirmandum Regem, ne deijceret animum; sed spe ad Deum verum, ac præpotentem sublata, atque expectatione melioris euentus erigeret, ac sustentaret: simul & sedula præcationis officium vltro obtulit: quod Rex libenter accepit, & sua sponte reposit. *93*
 Nec precum fructum Dei bonitas diu distulit. Nam breui rebelles illi suis cum propinquis, & fautoribus vniuersis miseranda cæde, atque internecione deleti sunt; eorumque domibus circumdati ignes innocentium etiam non sine dispendio, quorum ædes ferme trecentas eadem vis ignis longe, lateque peruagata corripuit. Cumque amici domus, apud quem tenuem suam supellectilem Patres siue sacram, siue domesticam deposuerant, conflagrasset; illud vnum cubiculum, vbi ea condita erat, quod prodigio, miraculoque non caruit, reliquæ incensa domo, flamma non attigit. Cuius domus deflagratione Rex cognita, tanti miraculi non dum conscius, *94*
 puerum è regia misit, qui Patres in ea rei familiaris iactura suis consolaretur verbis, significaretque sibi in animo esse acceptam sarcire iacturam. Sed vbi cognouit singulari Dei tutela factum esse, vt ea supellex relinqueretur intacta, misericordiam in gaudium vertit, & præclaram illam, quam de Christianis habebat opinionem, mirum auxit in modum. Bonzij contra toti à Patribus discrepabant. Et quanquam perspicuis Gagi rationibus, qui quondam apud Bonzium Regis iussu diuerterat, sæpe conuicti, quod opponerent, non habebant; exultabant tamen apud suos tanquam victores, & intolerantissime apud populum se iactabant: vt iam vulgo Patres *95*
 omnium libilis, & conuictijs exploderentur: nocturnisque eorum tecta lapidibus quaterentur. Quæ cum Regis ad aures peruenissent, Patrum vicinis è vestigio mandat, vt collocatis, dispositisque per vias ante nocte præsidijs populi petulantiam coercerent. Quod cum vicini regio iussu fecissent, fracta est multitudinis insolentia, & improborum contumeliæ repressæ. Tum demum erigere Neophyti animum, ac respirare cœperunt, nec se Christianos abnuere, sed profiteri se esse, quod erant, ingenti Bonziorum dolore: quos alienæ iam benignitatis deficiebat annona, siue quod maior in dies Christianorum fiebat accessio, siue quod Ethnicorum studia suorum fraudibus Bonziorum è Patrum concione perspectis, algere, & congelare iam cœperant. Iam *96*
 qui nouam renati erant ad vitam, inuistratus quidam ardor in eorum pectoribus eminebat, ingens pietas. Ex his vnus tanta animi inductione Christum, quem susceperat, prædicabat, vt nulla in eius vicinia domus esset, vbi non aliquem traduxisset ad Christum. Nec eo contentus, obibat ceteras vrbis partes, vt ad eundem quamplurimos aggregaret. Alius cum de morbo filij, qui sine baptismo decesserat, non satis oportune Balthasarem monuisset, huius insimulatus incuriæ, vt complurium luero vnus iacturam animæ compensaret, confestim suos omnes liberos, & uxorem, vt eos Christianos efficeret, ad Patrem duxit. Cumque non ita post, ex eodem morbo, qui filium extinxerat, filia quoque decubisset, iussit eam patris bono, & tranquillo animo esse, pro certo pollicens, atque confirmans bene illi omnia euentura. Nec mendax Neophytus est inuentus: post die filia validis viribus, & morbo omni libera de cubili surrexit. Nec Bangi modo, *97*
 verum etiam finitimis vrbis locis ab impia superstitione complures conuertebantur ad Christum. *Quædam miracula.*

98
Aedifica-
tur Bung
sacra ades
magn
studio
genia.

stum. In his adoleſcensiam inde ab ortu suo luminibus captus, simul ac ſalutari intinctus eſt aqua, recepit aſpectuū. Quod tam illuſtre prodigium & recentiffimis Chriſtianiſ multum at- tulit roboris, & cæcis Ethnicorum mentibus multum lucis. Vno in loco vno die nobilem apud Cinem baptiſmum ſuſcepere triginta. Patres autem cum ſuorum laborum tam ſecundos ſpe- ctarent euentus, dediſſerque Rex eis loco peridoneo ſatis ad ædificandum ſpatij, ſacram ædem, ſuæque habitationi tectum extruere oſi ſunt. In eam fabricam viri primarij, & qui Chriſtianiſ rebus ſtudebant, fauebantque, vt pro ſe quiſque conferret aliquid, operam dabant. Qui cum negarent ſe ſtruendi artem, & fabricandi præcepta tenere, id ſibi ſaltem muneris depoſcebant, vt fabricis, & opificibus cibos coquerent, menſamque pararent. Alijque lapides, & cæmenta, cal- cem alij ſuis manibus, materiamque conueherent. Quos inter æſtus, atque feruores ferrarij quidam faber non in poſtremis eſt habitus, cui cum domi ſuæ per diei feſti celebratam, quem in ea vrbe ſuo ritu Iapones agitabant, eſſe in opere non liceret, cum ferramentiſ proceſſit in pu- blicum, iter carpens ad ædes Patrum, vt cum ceteris verſaretur in opere: mirantibuſque vehe- menter Ethnicis, & quærentibuſ, quid ita ab opere non conquieſceret feſto die? Quia vt in ho- norem, inquit, Dæmonis vos veſtris ritibus hunc diem colitis, ſic in eius contumeliã, ac pro- brum hoc ego die pro Patrum fabrica clauos cudo. Ex eo tempore locus ille à Chriſtianiſ non modo ciuibus, verum etiam à Paganis, & qui ſinitimis verſabantur in oppidis teri, celebrarique cœptus eſt. Iamque erant numero ſeptingenti, quotidieque augebantur tanta in tuendo, & re- tinendo Chriſto constantia, vt ſi incideret eiſmodi tempus, haud trepidiſ forent animis ad profundeandum pro eo ſanguinem, atque vitam.

99
Pulchre
Chriſtiani
Bungenſes
Bonj ſortu
calumnias
factis re-
ſutans.

Bonjij vero cum ſentirent ſe multum de ſua exiſtimatione quotidie, populique fauore de- perdere, diſtabant eos duntaxat Chriſtianiſ effici, qui cum nimium eſſent in largiendo tena- ces, anſam ſibi denegandæ conſuetæ ſtipiſ arriperent: cuius commentum fabulæ, vt Chriſtianiſ delerent, conſtituerunt inter ſe ſe, vt quando ſuas ad vtilitates vllam ſtipem Societas non ad- mitteret, quæ regiæ pecuniæ fruſtibus alebatur, bona certe illiſ venia ſibi liceret arcam in ſa- cra æde vulgo proponere, vbi ad leuandam mendicorum inopiam collecta pecunia ſeruaretur. Quorum etiam in gratiam eadem pietate placuit ſuos illud in mores inducere, vt eiſdem men- dicis epulum apud Patres, magna ob eam rem vaſorum coempto numero, ſingulis menſibus præberetur: per quam occaſionem animi quoque verbo Dei, piſſique ſermonibus paſcerentur. Dedit etiam Rex noſtris aream in cœmeterium Chriſtianiſ. Amangucij quoque, vbi Coſ- mus Turrianus rem Chriſtianiſ gerebat, complures aggregabantur ad Chriſtum: & ij quidem tam flagrantibus, incēſique erant, vt eos è media cœnobiorum ſanctitate prodiffe diceres: ita ve- ro à ſuis auulſi parentibus, & amicis; vt cum eis agere, verſarique plane noſſent, niſi vel Dei cau- ſa, vel eorum ſalus impelleret. Et, vt erant maxime de aliena ſalute ſolliciti, ita ſuæ virtutis ſanctitatique tam memores, vt excolendæ virtutis gratia in ſimum quodque, & ſeruile munus ambirent; ijdemque Ethnicis inſpectantibus idola frangerent, & comminuerent.

100
Amangu-
cianorum
Chriſtia-
norum pie-
tas.



HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Decimus quartus.



VARTVSiam, & quinquagesimus subit annus læta tristibus intermiscens, & alterna rerum vicissitudine, vt plerique alij, sæcundis Societatis frugibus, ac solidis idem speciosisque incrementis exuberans. Censebantur iam Romæ capita ferme centum, & quadraginta, cum tamen ad ordiendâ Collegia, multiplicemque messis varietatem non pauci toto anni curriculo mitterentur. Romanum Collegium, vt discipulorum, Sociorumque numero, sic opinione, & fama doctrinæ, plurimis parta documentis, experimentisque florebat. Edita sunt concertationum spectacula in templo domus professoræ, vulgatis tum primum prælo thesibus de discipli-

1554.

I
Thesis à
Romano
Collegio
primum
typis edita.

nis omnibus, quas tradi à Societate per eius instituta licet; factaq; omnibus congregandi potestas: & quotquot pugnandi amor accenderat, ad certamen admissi; quorum ea frequentia fuit, vt cum totis octo diebus continenter literaria illa concertatio tenuerit, nullus tamen vnquam vel domesticis ad id instructis, atque paratis, vel alumnis Germanici Collegij locus ad impugnandas propositas theses relinqueretur. Aedes quoque apud Professos adeo celebrabatur, vt quanquam paucis annis antè laxior erat facta; frequentia tamen increbescente denuo laxanda, imo & instauranda de integro videretur, cum designatis anno Iobelæi vestigijs ob animaduersum in delectu situs incommodum ædificare non expediret. Quod vbi decreuit Ignatius, inuitatus est Barptolomæus Cardinalis Cueuanus officij gratia, qui primum lapidem rite funderet præsentibus Lusitani Regis oratore Alfonso Alencastrio, nobilibusq; compluribus. Cardinalis autem Ignatij nomen, personamq; reueritus nullo modo adduci poterat, vt eas ipse partes acciperet, quas in eum quadriare magis diceret, qui molis huius Societatis fundamenta iecisset: cūq; in eo perseveraret, vt eas obiret Ignatius, hic autem pro sua modestia eas vicissim abnueret, eiq; tota animi submissione remitteret; deniq; post mutuæ humilitatis, pudorisq; certamen Cardinalis ipse manu sua prehensens Ignatium, & sibi propius adiungens, primum cum eo lapidem in noui operis fundamenta coniecit: gemmasq; duas Architecto admodum preciosas, quas ad perpetuam suæ in nos voluntatis, amorisq; memoriam lapidi iacto subijceret, sua manu dedit. Per hæc ferme tempora Lusitaniæ Rex à Pontifice Iulio postulauit, vt Patres aliquot in Aethiopiâ de Societate legaret: quo ex numero vnus aliquis regionis designaretur Episcopus, & Patriarcha. Tres ab Ignatio viri sanctitate, doctrinaque præditi nominati sunt, Ioannes Nunnius, cui mandaretur is honor, & Andreas Ouiedus, Melchiorque Carnerius, qui ei essent adiutores; & si quando eiusmodi tempus incideret, successores. Ad eius honoris nuncium omnes quidem cohorrere: verum sic expauit Ouiedus, qui Romæ tunc aderat, ad id Neapoli euocatus, vt ad Ignatium confestum codicillum exararit, se quidem professionem in Aethiopiâ libenter accipere, & Patriarchæ quoque in laboribus, & ærumnis omni ope adiutorem futurum: ceterum nullo modo adduci posse, vt Episcopatum seu mortuo, seu superstitute Patriarcha susciperet: neque id sibi à Societate imponi posse. Proinde rogare Patrem, & infinis precibus obsecrare, ne sibi vlla ratione id munus conaretur imponere: alioquin æqui bonique consulere suam ab se causam apud Pontificem maximum agi. Constitutum enim sibi esse vitam in Societatis obedientia omniæ exigere. Ea re non modo nihil est animo commotus Ignatius, sed

2
Sacra ad
apud Pro-
fessos noua
posita fun-
damenta.

3
Ioannes
Nunnius
Patriar-
cha, Oue-
dus, &
Carnerius
Episcopi
Aethiopia
perinuisi
designantur.

cum

4
Cura B.
Ignatii in
tuenda di-
sciplina.

5
Iudicium
insistit
de Simone
Rodericio.

6
Per speciem
conseruan-
da fama
sape mag-
nis viris
Damon
imponit.

eum item per litteras collaudatum hortatus est, vt teneret in recusando constantiam. Verum Pontifex Lusitani Regis supplicatione permotus, vt Ouiedus ipse, reliquique duo munus, quod deferebatur, acciperent, imperauit: cuius rei causas infra pluribus exponemus. Superiore anno accessit ad Urbem è Lusitania Ludouicus, quem alias nominauimus, Confaluius, vt de rebus prouinciæ Ignatium accurate, distincteque doceret. Et quoniam eodem euocatus accesserat etiam is, qui prouinciæ præfuerat, Rodericius, vt supra significauimus, & delatum se per calumniam querebatur, visum est Ignatio ad excidendas perturbationis in posterum causas, suarum esse partium præterita non negligere: datisque è Professorum numero iudicibus aliquot, quaestionem ijs de rebus institui, non forensi, sed religioso ritu, in auresque diligenter inquiri: animaduertendi tamen iure sibi vni reseruato. Cumque delecti iudices cognoscendis rebus accuratam, vt imperatum erat, dedissent operam, consultoque precibus Deo iurati censuissent, superiorum motuum culpam residere penes Simonem videri; is, qui iudicio præsens aderat, æquo animo Iudicum accepta sententia (nam & lectionem eorum ante quoque nominatim probarat) suæ pristinae modestiæ memor, se se vltro ad pedes abiecit, & ad omnia se alacrem, ac paratum exhibuit. Qua summissione, modestiæque delectatus Ignatius, nihil in eum itatuum censuit, nisi vt in Lusitaniam, ne nouis turbis causa daretur, ne rediret: sed vt frater fratrem reueritus, tanquam Pater filio carissimo veniam dedit: satisque habuit, & erratum suum agnouisse Simonem, & ceteris, quibus sua dissimulatio forsitan obesse poterat, si sileret, constituendo iudicio satisfecisse. Verum hostis humani generis tam pulchrum religiosæ obedientiæ, & humilitatis exemplum nullo modo poterat ferre, vt illibatum ad posteros permaneret. Visus erat sibi per quietem Simon, quod & palam narrabat, arduum subire cliuum: cumque supino in ascensu, & aspero, deficerent vires, viderat accedentem Ignatium, à quo sublatus in humeros ingenti labore subuehebatur. Huius somnij satis fidem impleuit. egregie ab eo exercita Sancti Patris patientia, & caritas. Nam paulo post iudicium, in opinionem ingressus agi existimationem suam, nisi reuerteretur in Lusitaniam, omnem mouere lapidem cœpit, Pontificium vt diploma eliceret, quo per nomen Anachoreticæ vitæ in quodam eius regni secessu degendæ ab Generalis Præpositi potestate exemptus eo se se referet. Intendant ad hæc oculos humilitatis, & crucis disciplinam Professi: nec sibi ab callidissimo hoste patiantur illudi. Num enim quispiam certior suæ famæ iudex, quam is, quem loco Dei suæ arbitrum vitæ legit? quam lecti iudices, quorum aliena est causa? prudentia, religioque non minor, mens tranquillior? An vero vnus inferiorum vt famæ consulat Præpositus, negliget suam? & auctoritatem eneruabit, perfundabit disciplinam? Quamquam quid cum existimatione, atque opinione hominum, ei viro, qui Deo se probare studet? qui perinde, vt vulgus mortalium honores ambit, & magnum in terra nomen, ita ipse ignorari se velle, & despicit profiteretur, vt Christi decoretur insignibus? Quare non magis iniuriam accipitis: quare non magis fraudem patimini, inquit Apostolus, de pecunia exercentibus lites? Et quisquam existimabit non cum socio, sed cum suo Præposito dimicandum tibi, & excutiendum sanctæ obedientiæ iugum, ne quid videatur de existimatione sua decessisse? Istud vero est non conseruare famam, sed perdere. Christianæ laudis, & existimationis recta est via summissio, modestia, obedientia. Hanc insiste, qui Christum sequeris: cui Schola crux est, & Magister Dei filius, crucifixus. Per hanc igitur dolosam existimationis tuendæ opinionem, & ad præcipitandos in insidias, exitium que religiosos præsertim viros machinam vel potentissimam bonus Simon, qui tam fuerat sedulus diuinæ minister gloriæ, ingens à Satana passus est bellum. Sed aduigilauit Beatus Pater pro socio, filioque castissimo, præoccupauit aditus, omnia nequissimi tela demum infregit cura, sedulitate, precibus, & sacrificijs suis, & aliorum: aduocatisque Romam ex agro Piceno Bobadilla, Neapoli Salmerone, is ad vltimum rem ita composuit, vt Simon, ommissa professionis Lusitanicæ cura, Hierosolymam, quemadmodum principio exoptauerat, pergeret: & Collegium, quod iam apostolica auctoritate, vt demonstrauimus, excitare sanctam illam ad urbem licebat, si daretur opportunitas, inchoaret. Nec Ignatius abnuit, sed socium addidit postulanti: numerarique quantum satis esset ad subsidium itineris pecuniæ iussit. Quamquam Simon Venetias

tias

tias cum venisset, iter prosequi valetudine interpellante ausus non est. Sedulo autem Ignatij excubans cura in filiorum suorum tum sanctitate tuenda tot inter animarum iuuandarum diuersa munera, tum fama præmunienda, edixit tota Societate non modo vt faminarum quamuis nobilium, aut decumbentium domos incomitatus nemo adiret, sed omnino ea esset in alloquendis obseruatio, atque prouiso, tametsi exciperetur confessio, vt aures quidem comitis, sed scodium nunquam excluderentur. Vtque doceret, quantum apud se ea lex haberet ponderis, & custodiam exemplo sanciret, cum vnum è Sacerdotibus domesticis hominem senem, & antiquæ bonitatis contra fecisse cognosset, sed per bonam simplicitatem, vt prorsus culpa vacaret; tamen ad ceterorum commotionem octo Sacerdotes vnum conuenire iussit in locum, in eorumque medio reum flagello se cedere, quoad singuli ex ijs singulos è psalmis Dauidicis pronuntiarent, quorum primus psalmus esset quinquagesimus. Idem sub tempus quas condiderat modestiæ regulas ad tenendum religiosum in omni motu corporis, atque in omni actione decorum, vt domesticis promulgaret, inculcaretque seruandas, Ludouico Consaluo professæ tui domus Ministro seuerè mandauit. Qui cum aliquando fuisset in parendo remissior, eius lenti- tudinem apud præsentibus accusans, Tantum, inquit, in scribendis legibus laboramus, & Ministri nostri, quasi nobis ex gratis steterint, in ijs exigendis, inculcandisque sæpe sunt lenti. Carè etenim hæ ipsæ, de quibus loquimur, steterunt nobis: quas cum ederem, septies amplius Dominum Deum in precatione consului: sæpe lacrymas fudi. Quibus ex verbis licet intelligi, quod suo loco demonstratum est, quid in grauioribus fecerit, qui tantum operæ, curæque contulerat in has minores, ac leuiores. Sane tanti faciebat religiosi decori leges, atque modestiæ B. Pater, vt eas domi nostræ cunctis præsentibus explanari, quo ad eas custodiendas incenderentur ardentius, à Lainio iusserit. Nec quenquam vel antiquissimum in eo conuentu desiderari passus est. Quod haud temere, casuque, sed diuino prope instinctu, consilioque imperatum ab Ignatio patefactum est mox. Dicente enim Lainio, cunctisque ex eius ore suspensis ingens fragor exoritur, strepitusque tantus, vt insolitis terra motibus concuti, & tota domus videretur euerti. Exterruit ea res quidem omnes, non tamen aut dicentem interpellauit, aut audiētes. Dilapsa concione, cupide egrediuntur ad spectanda, si quæ essent, argumenta fragoris, & ingentem in hortis acruum lapidum, ac cementorum stragem recenti ruina reperiunt. Corruerat videlicet tectum illud, quo secedere post mensam animi causa seniores, & antiquissimus quisque solitus erat. Ea quippe hora habita est à Lainio cohortatio: ad quem audiendum nisi Ignatij iussu se se omnes ad vnum, excepto nemine, contulissent, aliquos haud dubie ea ruina oppressisset. Gratię igitur & ab Ignatio, & à ceteris multæ Deo actæ, qui præsentissimam perniciem à suis ceruicibus auertisset. Ignatius insuper Dei collaudans prouidentiam; Visus est, inquit, Dominus significare suis voluisse famulis has modestiæ leges, haud ei prorsus ingratas. Quod ipsum de grauioribus constitutionibus, ac legibus, quibus Instituti nostri vis, & natura continetur, affirmare sane possumus, quæ & vberiore, vt modo dicebamus, lumine sanctus Pater, maioribusque significationibus diuinæ voluntatis conficiebat, & conficiendis plus curarum, operæque tribuebat. Cū Ludouico Consaluo B. Ignatius familiaris aliquando colloquens, quoniam læti vndique nuncij de secundis Societatis rebus, ac progressionibus afferebatur, magno se in metu esse dixit, ne non strenue satis Deo Societas famularetur alicubi: vsu quippe didicerat, quod à sanctis Patribus scriptum est, perpetuæ felicitati non satis fidendum; & tum metuendum esse maxime, cum ad voluntatem fluunt omnia. Sed non diu tranquillitas stetit: in Vrbe ipsa paucis diebus tempestate commota, eo metuenda magis, quod extiterat ab eo, cui & Societas plurimum deuincta erat, & ex quo omnis apta pendeat, ex ipso videlicet Pontifice Iulio. Edixerat in Hispania Carolus Cæsar ex Concilij Tridentini decreto, vt qui Sacerdotijs, & Ecclesiæ prouentibus gauderent, ij suis ab Ecclesijs, & Diocæsisibus ne abessent. Quod edictum cum Hispanos, qui in Vrbe versabantur, maxime peteret, hi cum Pontifice questi, suis impulere querelis, vt à Carolo per literas postularet, de edicti seueritate remitteret. Rescripsit Pontifici Carolus, Decretum illud non ab se, sed à Concilio Nationis factum, id maxime laborante, vt Tridentini de ea re decretum reuocaretur ad vsu, proinde edictum suum boni consuleret, facileque pateretur, Con-

7
Cura B.
Ignatij no
suorum quis
faminiæ
quasuis
viseret sine
comite,
qui & spe-
ctator sem-
per adesset.

8
Quanti
saceret B.
Ignatius
modestia
regulas.

9
Quantam
adhibuerit
curam B.
Ignatius
in condenda
Constitu-
tionibus
& regulis.

10
Pontifex
falsa su-
spicione
trascitur
Societati.

II
Pontifex
placuit.

cilij Tridentini decreta, cui Pontificis ipse legatus interfuisset, vim suam obtinere. Eo responso grauius commotus est Pontifex. Et quoniam Cæsaris ex aula, eius autores edicti Societatis referabantur homines, quorum consilio Principes, Episcopique se regerent, in eam Iulius acriter exarsit, ab eaque adeo repente abalienatus est, ut nosti omnes tanquam publicani, Samaritanique ab eius ædibus arcerentur: nec quisquam pro illis apud Pontificem verbum facere, ne Carpenfis quidem ipse Cardinalis Societatis protector, ac tutor, maximæque autoritatis vir auderet. Ita iacebant apud nos omnia. Nec confici irato Pontifice negotia de more poterant. Mœrebat cum amicis Societas, & quod dolorem amplificabat, is, qui sua prudentia, & autoritate cuncta componere per facile potuisset Ignatius, grauiore morbo ictus, metum cunctis incusserat, ne subito raperetur ex oculis. Non tulit Dei bonitas, cuius in manu cor Regis est, ut diutius ira concepta in Iulij pectore resideret. Ea Romanorum Regem Ferdinandum impulit, ut cum ad Pontificem de rebus suis scriberet, ab eo peteret, ne grauaretur Ignatium pro se loquentem audire, habere illum ab se mandata, & sui pectoris arcana quædam, quæ cum eo suo nomine conferat; eodemque tempore de re tota Ignatium certiore per literas fecit. Pontifex acceptis Ferdinandi literis, Ignatium accersit, qui cum morbo teneretur implicitus, aduersam valetudinem excusauit: paucisque diebus sibi restitutus ad Pontificem alacer adit, cunctis admirantibus, nec satis intelligentibus, unde tantus repente animus in Ignatio, qui Pontificis infensis vultus, & conspectum, subiret. At Pontifex, ubi renunciatum est pro foribus ad stare Ignatium, & proximos ad se se aditus obsidere, iussit eum illico introduci. Quem, ut in conspectum venit, non est passus propter recentem eius valetudinem, de genibus se affari, sed secum modo inambulantem, modo ad fenestram insistentem, & quidem pilcolo opertum caput loquentem audivit. Ignatius, ubi Societatem apud eum per modeste purgavit, delapsus ad Ferdinandum exposuit ea, quæ in mandatis habebat. Cui cum benigne dedisset operam Iulius, ad eummet sermonem transtulit, & Societatem vltro ipse purgavit, affirmans nihil de sua in eam beneuolentia, ac pristina voluntate falsis hominum sermonibus, quibus non satis crederet, imminutum, spondens insuper nullo loco Societati se defuturum, Romanoque Collegio aureos annuos bis mille, vel Abbatiam aliquam, quæ prima suo possessore vacasset, assignaturum, curaturumque; ea de re conficiendum rite diploma. Deinde querenti num quid Professorum domus desideraret ad victum, cum respondisset Ignatius, quanquam ea emendicato viueret, nihil illi deesse: Societatem tamen ipsam eius egere gratia, paternaque benedictione, discedendi veniam petijt. Sed priusquam dimitteret Pontifex, accersito sui Præfecto cubiculi, mandat, ut quoties ad se se Ignatius accederet, omnes ei confestim paterent aditus: neque committeret, ut is pro foribus moram traheret, sed se protinus de eius aduentu, quamuis cum Cardinalibus ageret, commoneret. Quæ res magnum Societati nomen, magnam Ignatio ipsi opinionem comparauit. Postridieque Pontifex aureos coronatos quingentos elemosynæ nomine ad Ignatium misit. Ita subito exortam nulla Societatis culpa procellam paucis diebus lætus dies excepit. Verum egregiam hanc Iulij

II
B Ignatium erga nostrum Ordinem voluntatem haud ita multo post intemptius obitus antea, rebus infectis, nec de pecunia Collegio decreta diplomate rite dato. Ea quoque re suam erga Ignatium, & Societatem Pontifex voluntatem paternam ostendit. Receptus anno superiore in Societatem fuerat adolescens Octavius Cæsar nomine. Cuius pater, qui Duci Montis leonis erat a secretis, facile initio placari se fuit. Verum hoc anno cum Octavius Romam à Sicilia Ignatius aduocasset, & ipse ad Urbem profectus elicit à Pontifice, ut causa Cardinali Theatino, apud quem gratia valebat, committeretur. Adulauit Neapoli Romam ipsa quoque; adolescentis mater, cui liberum ille carissimus, & suauissimus erat, ille habitabat in oculis. Ipsa met per urbem discurrere, limina Præfulum, & Cardinalium terere, spargere ubique voces, quas vel muliebris impotentia, vel indulgentia materna suggererebat, quiritatione, eiulatu, lacrymis miscere, & incendere omnia: adeo ut Cardinalis, ad quem erat causa delata, Ignatium intentatis quoque censuris Ignatum parenti iuberet illico reddere. Sed cum B. Pater planius edocuisset Pontificem, is diuemptis Cardinalis actis, non solum pro religiosa vocatione sententiam tulit: sed etiam cum lites eiusmodi frequenter inciderent, certos nominauit Cardinales, apud quos eæ in posterum

posterum causæ disceptarentur. Et accidit plane peropportune. Ioannes Ricafolus nobili in primis loco natus Florentiæ, cum Societatem ibi diu flagitasset desperans matris, uti iubebatur, exprimere consensum posse, adolescens annum agens non plus quintum decimum, delicatus, nec Florentia vnquam, nisi in vicinas villas egressus, candidissimi animi innocentiaque, & modestiæ singularis, vltro se nemine suorum salutato, Romam contulit. Hic apud Cardinales dictos ita causam suam defendit, ita alios multiplices propulsauit impetus: vt (quod de Sancto Stephano sacra prodit Historia) & intendentes in eum oculos, quasi vultum Angeli intuerentur, & nemo posset resistere sapientiæ, ac spiritui, qui loquebatur. Eleonora quidem Dux Florentiæ, quæ matre adolescentis rogante enixe contra certauerat, constantia eius cognita, sic comota est, vt per beatum eum prædicans, sibi quoque ad motos stimulos diceret ad eandem in eundam viam, si sexus, & vitæ ratio patere. Atque vt intelligantur occulta Dei consilia; Octauius ille posteaquam plurimas palmas fortiter retulisset, tum reuersus est in Aegyptum, cum Pharaeo destiterat infectari. At Ricafolus eodem, quo cœperat gradu, constanter iter tenens, vrgensque per sanctæ religionis deserta, quam humanis nuda iucunditatibus, tam opima diuini, longa & frugifera sibi alijsque peregrinatione, promissam non terræ, sed cæli felicitatem intravit. Eodem anno Bernardus Iapon, cuius supra facta est mentio, Romam vsque tantis terrarum tractibus à Xauerio missus communi omnium gratulatione venit. Is Cangoximæ natus è primis in Iaponia Christi legem amplexus, primus Societati votorum nexu se se addixit. Consilium autem Xauerij fuit, vt & Romana Ciuitas ex vltimis terris venientem hominem iam Christianum, pulcherrimasque illius primitias spectaret Ecclesiæ; & ipse Maiestatem Romani Pontificis contemplatus, Christianamque in adhibendo Deo cultu, sacrisque ritibus elegantiam, reuersus in patriam suis popularibus, quæ hic suis spectasset oculis, renunciaret. Omnino videbatur è prisca illis Christianis vnus, & exemplar veteris sanctitatis. Quo etiam instructior ab disciplinis regrederetur, cœpit aliqua edoceri. Sed valetudine ex tanta, mutatione cæli, tamque longo itinere afflicta, oratio solum Dominica est ei exposita diligenter: quam cum optime percepisset, etiamsi robustior valetudo iam erat, tamen nihil præterea addiscendum sibi dicebat. Quicquid oportebat scire, in oratione Dominica inesse; illam sibi, & obedientiam, omniũ loco studiorum satis esse. Et sane vir pius, & rerum diuinarum meditationi deditus, thesauros in sanctissimis illis verbis magnos inueniebat. Erga mysteria fidei summe afficiebatur, præcipueque erga diuinissimam Eucharistiam. Cum è Patribus quendam hebraice scire audisset, ferre non poterat vir antiquæ simpliciter, eum linguam didicisse Iudæorum, qui Christum occidissent. Et erat ingenij peracuti, altæque mentis, ita vt insus aliquando de Angelis dicere, grauitate sententiarum, atque subtilitate admirationem auditoribus teste Natali, eodemque iudice peridoneo, qui interfuit, magnam commouerit. Demum in Lusitania, quo repetiturus Iaponiam venerat, pie decessit. Simul primus ex India de Societate Romam venit hoc anno à Xauerio missus de statu rerum edocurus Ignatium Andreas Fernandus, raræ & ipse boni iratis. Is est, qui deinde reuersus in Indiam inter Caphras, quos Sylueriæ Martyris comes dicit, ærumnas pertulit prope Martyrio pares. Redijt ex Hispania Romam per autumnum Natalis plurimum exopratus: paucisq; post diebus in cuncta Societate administranda B. Patri subiuuctus est. Cum enim pariter cum Societatis incrementis, curæ eius regendæ crescerent, atq; Ignatius in assidua morbi conflictatione ægre iam vitam, ac plerumque decumbens traheret; pro eo quanti intererat quam diutissime cum institutæ ab se familiæ quasi liberis parentem adesse superstitem, autototes illi fuere ij, quos ad consilia adhibebat, vt aliquem adscisceret, in quem partem oneris declinaret. Is re facile comprobata, conuocatis quotquot Romæ debebant de Societate Sacerdotibus, vno alterove excepto Tyrone, rei grauitatem exposuit. Sacrificia in triduum, ac preces edixit, in super admonens vt de idonea ei muniti persona inuicè interrogando cognoscerent. Quibus rebus peractis, die Sanctorum omnium solenni rursus vnum in locum coacti, communi consensu vix vno desiderato suffragio, Natalem designant. Et ratam habuit lectionem Ignatii. Quam potestatem cum hi Vicarij, alij Commissarij generalis nomine afficerent, ipse Natalis eius fuit sententiæ, vt nomine nullo insigniretur. Quod nihil esset magis necessarium Societati,

13

Ioannis Ricafoli vocatio.

14

Bernardus Iapon Romam venit.

15

Excellentissimus Bernardus Iaponi virtus.

16

Andreas Fernandus ex India Romam venit.

17

Natalis in administranda Societate B. Ignatio adiutor legitur.

18
*Caritas B.
 Ignatij er-
 ga agros.
 & alios.*

quam Præpositi generalis auctoritatem summam, & illibatam vigere. Nec sane postea multum, vt ex narrationis cursu constabit, eius opera B. Pater in Vrbe vsus est. Ceterum eo maxime tem-
 pore patuit Ignatij caritas erga suos. Nam ceterarum rerum, etiam domus Romanæ cura ad Na-
 talem translata, vnam sibi excepit ægrotantium, de quibus voluit ad se referri. Nec solum vo-
 lebat statim, vt quisque decumberet, ac deinceps de morbi progressu commoneri: Sed etiam
 obsonatorem iusserat singulis diebus renunciare, num quæ Valetudinarij præfectus expeteret,
 coëmisset. Nec quantauis in pecuniæ difficultate sumptui vlli parcebat, etiam stanneis lanci-
 bus, aut alia re è tenuitate domesticæ suppellectilis diuendita, ne quid decumbentium cura de-
 sideraret. Illustrauit B. Patris caritatem Ioannis Guttani quoque calamitas, qui Sacerdos na-
 tione Gallus ingenio præstanti, probatisque moribus, dum ex Hispania philosophiam Gandiæ
 professus in Italiam accersitur, delatus in Siciliam, & in litore captus à prædonibus Turcis, in
 Africam abductus est. Qua re cognita B. Pater continuo Siciliensibus Socijs dato negotio, vt
 in eius redemptionem omnem curam intenderent, iussit ad se hebdomadis singulis perscribere,
 quid nouæ curæ adhibitum esset ad rem primo quoque tempore transigendam. Nec tamen
 tanta Patris amantissimi sedulitas optato potuit gaudere successu. Mora sæpe negotio alicun-
 de interposita, præsertim ab auaritia prædonum, quæ, vbi cognitum est aliquo in precio homi-
 nem esse, magis in dies, ac magis augebatur, bonus tandem Gutranus è vinculis scruitutis, &
 mortalitatis Lothoplagiti in Insula (Gerbas hodie vocant) in libertatem filiorum Dei perfectam
 properata ærumnis morte est vindicatus. Tybure habitabat etiam num in domo conductâ So-
 cietas, neque satis laxa, neque satis commoda. Sed Laurentius de Virilibus Sacerdos, patria Ti-
 phernas, qui propter eximia pietatis officia percarus erat Ignatio, B. Patris admonitu proprium
 eis domicilium, ac stabile comparauit. Summa erat boni Sacerdotis non modo in Collegium,
 sed & in calamitosos omnes benignitas: quæ tum maxime cognita est, cum biennio post excessit
 è vita. Nam turba magna se se eorum prodidit, quorum occulte succurrebat miserijs, lacrymas,
 & testimonium patrono optimo reddens. Hoc eodem tempore & eiusdem maxime studio, im-
 petrata est nouo propinqua domicilio sacra ædes. Præerat tribus Parœcijs Sancti Saluatoris,
 Sanctæ Mariæ Montis Arlicij, & Sancti Pantaleonis vnus idemque parochus neque is Sacer-
 dos Io. Dominicus Ciaccia. Is cupiens sibi, publicæque vtilitati consultum, Parœciam Salua-
 toris in Crucij Episcopi potestatem restituit. Episcopus tantam Parœciarum frequentiam in-
 commodam sentiens, rite illam vsibus Societatis addixit, procuratione animarum vna cum re-
 ditibus, & prouentu in ædem prædictam Sanctæ Mariæ, & Sacello quodam Sancti Nicolai, vbi
 statis diebus ex testamento diuina res curabatur, in ædem Sancti Vincentij de patronorum vo-
 luntate, transfatis. Cumque inter ædem Sancti Saluatoris, nouamque domum interiectum esset
 aliquid ex itinere publico, Ciuitas vt eam liceret ædem vna cum habitatione coniungi, non mi-
 nus pie, quam humaniter, id quod erat spatij, Societati concessit. Quæ potissimum Andreæ O-
 uiedi, qui Aethiopicæ expeditionis causa Neapoli reuocatus, hanc Tybure ætatem exegit, pia
 industria, sanctisque laboribus parta sunt. Eodem tempore cum ad opera domestica vehemen-
 ter fratre adiutore Collegium indigeret, ac B. Pater, à quo petierant, iussisset aliquem, si offer-
 retur, ipsos sibi Patres adiungere, Antoninum de Henricis receperat, qui multis deinceps an-
 nis, & initio in pueris quoque classis infimæ edocendis elaborans, Tyburinum Collegium fi-
 deli, atque irrequieta opera, & sanctitate vitæ magna ex parte sustinuit. Nec contra votum, a-
 nimique sententiam, quamuis inter fluctus, crebrasque procellas res Perusij gerebantur. Præ-
 erat domesticis fratribus is, qui toti deinde Societati præfuit Euerardus; nec minus illi consti-
 tabantur inopia, quam quorundam exercebantur inuidia. Erant non pauci, qui non proba-
 bant nostrorum magistrorum docendirationem, nec doctrinæ magnopere confidebant. Itaque
 dilabebatur auditor, & apparebant vacuæ desertæque iam exedrae. Verum procedente die cum
 & odia relanguescerent, & manifestus freret Societatis auditorum in doctrina processus, ad æ-
 quitatem, lenitatemque sunt lapsi, atque ita animos immutarunt vt, qui de imminuendo scho-
 larum numero, quas alijs traderent, paulo ante cogitauerant, ij deinde gemini stipendia Magi-
 stri Collegij in vsum, egestatemque conuerterint. Auxit recentem beneuolentiam, quod in-
 audierant

19
*Domici-
 lium, ac
 templum
 proprium
 Collegio
 Tiburtino
 compara-
 tum.*

20
*Antoninus
 Tybure re-
 cipitur, qui
 dein exi-
 mia suis
 sanctita-
 tis.*

21
*Collegij
 Perusini
 inter ad-
 uersa pro-
 fectum.*

Antoninus Tybure re-
 cipitur, qui dein exi-
 mia suis sanctita-
 tis.

Collegij Perusini inter ad-
 uersa profectum.

audierant Ignatium per literas imperasse ne quis è discipulorum numero, Sociorum in numerum parentum reciperetur iniussu. Quod ea tempestate necesse fuit edicere, ne Scholæ viderentur ad captandos adolescentes aperta. Quo metu, curaque liberati plerique parentum tanto deinceps libentius Societatis in disciplinam suos liberos tradiderunt. Iam cum beneuolentia creuit etiam Ciuium in animis reuerentia, creuit existimatio, funestissimo quatuor exitu Ciuium, qui Societati infensi fuerant, animaduerso. Quorum vnus subita morte correptus terrorem vniuersis incussit, alter vtroque captus oculo perpetua in cœcitate remansit, tertius grauibus maleficijs, criminibusque notatus ad triremes per summam ignominiam, & dedecus actus est. Postremus cara extincta coniuge extremas ad ærumnas, miserialque peruenit. Restituta Scholæ gratia, non defuere, qui ædis sacræ frequentiam imminuere conarentur, siue eam alio auertentes, siue tantam sacrorum tractationem notantes; quasi vero nimio vsu sacramenta illa sordescerent, & ætus ille consuetudinis obducto quodammodo callo, sensum omnem pietatis extingueret: sed & horum irriti cessere conatus. Paucos illos de Societate qui versabantur Eugubij, eum nec domus, aut Templum Collegio, nec quicquam ad vitam sustinendam adesset, nisi quod Cardinalis Sancticrucius subministrare per interualla consueuerat; Ignatius ratus eorum operam melius posse alibi collocari, Cardinali præmonito, qui difficilia videns futura incrementa, facile veniam dedit, omnes euocauit. Pro Eugubino vero Lauretanum constitutum Collegium est. Cuius constituendi ratio ea fuit. Rodulfus Cardinalis Pius Carpenis ædis Lauretanæ Prorector, cum minorem in eo templo Sacerdotum numerum animaduerneret, quam & assiduus aduenarum cursus, & loci sanctitas postularet, impulsu Gasparis Doctij (de quo est alias facta mentio) qui hoc tempore eius Oppidi procuratori præerat, de collocanda in eo Societate, fundandoque Collegio agere cœpit. Ea res cum Ignatio primum, deinde cum aliquot è primarijs Cardinalibus, & ad extremum cum ipso Pontifice communicata, adeo est probata Pontifici, vt è vestigio Ignatio admonito, de Societate quatuordecim eo mitti iusserit. Paruit illico B. Pater, & extremo Nouembri eum, quem Pontifex imperauerat, numerum misit: Rectoremque cõstituit Oliuerium Manarum, quem haud ita pridem Eugubio reuersum Romano Collegio præfecerat. Magna cum animi voluptate, vbi peruenere, vniuersi Sanctam Deiparæ Cellam salutarunt: sensereque iuxta Patres, fratresque incallescere sibi quodam recenti feruore pectus, & ad diuinum famulatum vires contoborari haud dubia ope Sanctissimæ Matris suæ illi Sedi fauentis. Excepti sunt & à Canonicis eximia caritate, gaudentibus addi sibi adiutores ad celebritatem sanctæ domus augendam: & ad suum quoque profectum susceptis spiritualibus exercitijs vti multi cœpere. Quanquam nec defuere ex his (vt vsu venit in cœtibus, in quibus & ingeniorum, & sententiarum varietas cernitur) qui non satis æquis animis eorum ferrent aduentum, veriti ne vel tanto addito numero de quotidiana sibi diminueretur annona, vel suæ libertati frenum sub-religiosorum hominum oculis iniiceretur, seu denique communi deprauatæ vitio naturæ, quo competitors, collegasque vulgo minime amamus. Tamen præsentè Gaspare, qui princeps, & autor aduocandæ Societatis fuerat, moliri in eos aliquid non sunt ausi. Primis illis initijs eodem cœnaculo Patres quo Canonici in restaurandis tibi viribus utebantur: postea Præfectus, ac Gubernator summam ædificij pontificij, partem (est enim per amplum ac vastum) ad habitandum eis assignauit. Quæ deinde pars progrediente die, ad vsus concinnata domesticos præclaram præbet Collegij formam. Commæatum vero quotidianum, & quæ ad tuendam vitam pertinent, vniuersa satis affatim Domus sancta suppeditat. Patres porro, dum confidentium quotidie numerus increbrescit, toti se cognoscendis, remittendisque peccatis addixerunt. Quorum pro aliena salute susceptus labor, quam Deo cordi fuerit, admirabili deinde significauit ostento. Visus est multis dum & concionem è Societate Sacerdos ad Canonicos, & circumfulam multitudinem habet, & Patres reliqui suis in thronis animosum iudices sedent, splendor quidam eximius, velut ardentis facis è templi labi fastigio supra augustam Deiparæ domum; supraque Sacellum, vbi eam aliquandiu comedisset, inde ad concionem per sacra tribunalia digressus, in quibus noui de Societate presbyteri Pœnitentiæ sacramentum seduli ministrabant. supra comam, & confitentium capita discurre. Quo significari diuinitus visum est, vt sæpe alias,

22
Eugubio
Socij omnes
euocati.

23
Lauretani
Collegij in-
stitutio.

24
P. Rector
Oliuerius
Manarum

25
Diuina si-
gna Deo
grata So-
cietatis o-
pera Lau-
renti.

quantum ignis, atque flammarum, quantum splendoris, ac lucis in eorum esset animis paritura Deipara (nouis præsertim Sacerdotibus aduocatis) qui suam ad ædem natalemque domum se se pie, religioseque conferrent. Ea vero peregrinorum subito messis, ea fructus vbertas esse cœpit; vt Gubernatoris autoritate fuerit ex Societate Sacerdotalis numerus augendus. Auctus est ad viginti. Nec fere quisquam est è tam frequenti peregrinorum, aduenarumque concursu, qui peregrinationis voto satis se fecisse putaret, nisi è sanctissimo illo domicilio per confessionem nitidus, expiatusque recederet. Iam Societatis ex aduentu Canonici non modo rei suæ familiaris (quod quidam videbantur formidare) nullam fecere iacturam; sed potius vehementer Sanctæ domus tum fundis, tum prædijs, tum oblata peregrinorum stipe vestigalibus amplificatis, copijs & ipsi omnibus aucti didicere sua interfuisse permagni illuc eam fuisse vocatam, nec in cuiuspiam cedere detrimentum nauos dominicæ vineæ colonos esse quamplurimos.

26
Res gesta
Ferraria.

Ferrariæ liberali Mariæ Iesæ pietate cōparata est Societati domus, & ex ædificando Collegio area, Ducisque autoritate, mercede item Ædes S. Mariæ, cui nomen est à Rosis cum domicilio continens impetrata. Erat Ducī coniux Ludouici Regis Galliarum filia Renata, quam impia hæreticorum astutia in fraudem induxerat. Per eam occasionem pestiferæ opinioniones spargebantur per Urbem. Porro iam inde ab initio, cum Ferrariam Collegium mitteret B. Pater, hoc Peletario dedit in mandatis, vt, si qua pateret via, conaretur eam ab errore deducere. Id ipsum Dux Hercules, Princeps vere catholicus semper optarat, tentaratque sæpe nullo successu. Verum hoc anno cum Francisco Regi Gallorum idem in votis esse cognosset, serio rem aggredi, & constanter vrgeri animum induxit. Hanc animi præparationem nactus Peletarius multa cum Duce contrulit, quæ ad tuendam catholicæ Religionis integritatem valere plurimum videbantur. In ijs, vt ediceret, ne quid esset in ea Ciuitate cum hæreticorū prauitate commercij, ne quid vulgo ederetur indicij, quod catholicis institutis, & sanctionibus repugnaret; quale esset stasis ab Ecclesia temporibus, atque diebus nullum ciborum habere discrimen, aut res in vrbe venales diebus sacris, & quietis exponi, aut aspersos prauo dogmate libros impune permitti. Quod si tales pestes inuenirentur in ciuibus, summo studio conquirentur, & protinus conijcerentur in ignem. Eodemque pertinere, si Ducis iussu quotquot in suspicionem venissent hæresis, pestilentisque doctrinæ, Ciuitate faceherent: & qui eadem essent infecti lue, ex ipsa curia coniugis viri, fœminæ pellerentur. Quæ Dux omnia pari probauit sapientia, & constantia præstitit. Cum Renata autem Peletarius, vt eam ad sanitatem reuocaret Ducis iussu, auctoritateque cumageret, obfirmatamque pertinaciter in suo dogmate fœminam reperisset, in eaque reuocanda nec ipse, nec Matthæus Ori Dominicanæ familiæ Theologus, & de religione Quæstor ob eam rem Parisijs à Rege Galliarum missus suo quicquam labore proficeret; autor Ducī fuit, vt ei saltem hæreticorum libros, hæresisque fomenta subtraheret, catholicasque filias duas ab eius sinu, gremioque distrahas, exitio, periculoque subduceret. Ea vero hæresim subinde dissimulans, mentiebatur sibi in animo esse catholico ritu sua confiteri peccata, non tamen apud presbyteros reformatos (sic enim in Ciuitate Societatis homines vocabantur.) Ab his illa sibi timebat, & abhorrebat, præsertim à Peletario, quo vir eius Dux vtebatur. Verum sublatis infani dogmatis alimentis, & ad thronum diuinæ clementiæ piourū insinuante se prece (quantū humana tum licuit coniectura consequi) lapsus est radius supernæ gratiæ, qui fores obsidet humani peccatoris, & dū eæ referentur expectat, mulieris in obstinata præcordia, quo semel ingressus, tenebras extemplo dissipat, & ferreum pectus emolliit, adeoque mutauit, vt quæ Peletarij nomen horrebat, & tanroperere declinabat, ea postea errore deposito, & simulationum reiectis integumentis hominem vltro vocarit, cum eoque de recipiendis catholicis ritibus, & amplexanda veritate catholica serio egerit. Hunc sibi ad exomologesim Sacerdotem, & iudicem legit, huic peccata ingenti animi sensu, multoque lacrymarum imbre retexit, plaudentibus, & in Cœlo Angelis, sic in terra mortalibus, maritoque præsertim in id momentis singulis excubante. Ex eo tempore ponere apud eundem sua rite peccata per interualla & ipsa, & omnis eius domus instituit, felix si sciret donum Dei æstimare, & in recte cœptis adhibere constantiam. Eiusdem iussu Ducis Ar-

cis Argentam, quod eius ditionis Oppidum est, adiacens Eridano, infra Ferrariam ad duodeu-
 ginti millia passuum, de Societate Sacerdos cum alijs duobus, quorum alter non dum receptus, 27
 Societatem tamen habebat in votis, post biennij Oppidanorum postulationes missus est. Extor- *Argentam*
 serant hoc Argentani Ciues interposita Archiepiscopi Rauennatis auctoritate Ranutij Farnesij *missi ali-*
 Cardinalis Sancti Angeli, cuius illi Diocesi, curæque subijciuntur. Nec denegari potuit impor- *quot Socij:*
 tunis, & æquis ab Antistite postulatis, diu iam magnopere cupiente, vt id à Patribus oppidum *Ch ludus i-*
 ab hæresum pestilentia purgaretur: quæ maxime per scholarum occasionem, Magistrorum o- *bidē aperi-*
 pera perditorum irrepserat. Quam ob causam non nisi de Societate Magistros Dux mitti vole- *ad exclu-*
 bat. Ceterum tam diuturna postulata, fecere Hæretici, & quorum erat suspecta religio, vt spe- *sendos im-*
 ciosa magis, quam solida inuenirentur. Nam cum hi nec pauci, ac fere ex principibus essent, pa- *piã doctri-*
 lam aduersari cœpere. Simulac è Nostri Andreas Boninsegnus vir latinis, græcisque literis eru- *na magi-*
 ditus conductus in ædibus gymnasium suum aperuit, alium illi quendam eodem, vt ferebatur, *stros.*
 luto contaminatum fouere Magistrum instituunt, ne Andræ in disciplinam ciues vlli se trade-
 rent. Qui vero Societatis rebus antea fauebant, & propensos erga eam animos, ac voluntates o-
 stenderant, eorum non pauci duorum mox ciuium abducti mendacijs, qui passim sparserant
 tota Veneta ditione Societatis homines pulsos, vt versutissimum mortalium genus, quod vel
 sapientissimum quemque in errorem, ac fraudem induceret, ita ab ijs sibi cauebant, se seque ab-
 alienarunt, vt satius videretur inde migrare, quam spe fructus adempta, illic hæere diutius. Vi-
 carius quoque erat aduersus, nec parochi satis æqui: multaque insuper ab ijs erant ad Cardina-
 lem Antistitem de Societate falso perscripta. Quæ cum indigne ferret Andreas, è vestigio Ra-
 uennam ad Cardinalem se contulit, eique rei gerendæ difficultates, & natas turbas exponit, fal-
 sas calumnias, & Vicarij aduersa studia commemorat. Quibus rebus pro eo, ac debuit commo- 28
 tus Antistes, dat literas ad suum Vicarium, ne Patris bene cœptis impedimento, sed adiumento *Bononia*
 sit. Ita primus Argentam accessus non tam agendo est, quam patiendo, ac perferendo nobilita- *frequens*
 tus. Ne Bononiæ quidem defuere, qui præclaris Societatis studijs, ac conatib. se opponerent. Re- *vsus Sa-*
 uocauerat illa Bononiam magno animorum compendio priscum in sæpe vsurpandis diuinis *cramento-*
 mysterijs Ecclesiæ morem, cum ex aduerso surrexit Eremitarum par, qui diuturnæ solitudini *rum impu-*
 latebris singularis sanctimonix fama collecta, apud frequentissimam multitudinem, quæ ad *gnatur.*
 eos vndique conuolabat, morem illum vitio verterent, inque crimen vocarent. Quin ipsam
 quoque perpulerunt Episcopum, vt quod in tantam consuetudinem venerat, id quibusdam in
 locis, atque Cœnobijs edictis suis, nutibusque dissolueret. Quæ res cum diuinæ, & animorum
 causæ vehementer officeret (erat enim plena fraudis, atque fallaciæ) Collegij Rector Franciscus
 Palmius admonendum ea de re protinus putauit Ignatium. Rescripsit B.P. Eremitarum doctri-
 nam è spiritu ortam non bono videri, quæ tam acriter oppugnaret animorum singulare præsidium.
 Proinde Franciscus ageret ipse cum Præsule; sique vltus esset, doctorum ea de re sententias
 in scriptis ab Vrbe missum iri. Egit igitur cum Episcopo Palmius, & plus apud prudentem Anti- 29
 stitem erudita sanctitas, quam sancta simplicitas valuit. Sententiam mutauit, & quæ summa *Vu sacra*
 cum animorum incolumitate sacramentorum crebritas cœperat, eius auctoritate ad hoc vsque *cōfessionis.*
 tempus continuata permansit. Sacrorum porrò quanta sit vis, non ad sanandos animos modo,
 verum etiam corpora, & nos alias docuimus, & nobilis euentus fœminæ declarauit, quæ gra-
 uis Patauij labefactata morbo, cum in ea restituenda medicorum laboraret ars, daretque iam
 manus, accito Collegij Rectore Ioan. Baptista Tauono, & morborum causa peccatis confessio-
 ne sublatis, repente cum admiratione familiaræ tora conualuit. Genuam superiore anno Lainius, 30
 vt inchoando Collegio operam daret, Ignatij iussu profectus eo rem deduxerat, vt Ciuium ef- *Genuensis*
 flagitatumissa sit illuc Octobri mense sociorum non parua manus. Excepta est hospitio apud æ- *Collegij*
 gros insanabiles perhumaniter, quoad subito conducta domus, & intra eam Oratorium Socie- *progressio.*
 tatis ad vsus instrueretur. Factum est postea docendi initium ineunte Nouembri, admonita de
 more prius in eade principe per Oratorem Ciuium frequentia, nobilique corona. Nec suis caruit
 oratio plausibus in actore iucundo seu sententiarum grauitate, seu lepore verborum. Et quo-
 niam paratæ pro numero classium (erant enim quatuor) exædæ non dum erant, dum hæc par in-
 tur, &

tur, & ornantur, illæ varijs in Oratorij partibus, suo cuique doctore præposito, distributæ sunt. Menstruoque non amplius spatio tanta facta est auditorum accessio, vt quanquam literarum studijs non admodum dedita Ciuitas ea sit, quotidianis tamen auctibus creuerint ad ducentos.

31 *Lainij opera Genua salutaris.* Lainius autem ardentissimis suis concionibus incendebat omnia, studebatque pro viribus iniqua conuenta, perniciosamque consuetudinem, quæ contrahendis in rebus nullo recti, prauique discrimine se se corroborauerat, abolere. Qua in arguenda, reprehendendaque cum creber, & multus esset in concionibus suis, Reipublicæ autoritate peritissimis negotiatoribus mandatum est, vt omnia contrahendi genera, quæ Genuensium in mores id tēporis erant induccta, ad Theologos, Doctoresque referrent, quo deinde contrahendi ratio, si opus esset, ad Apostolicæ Sedis arbitrium conferretur. Idem Lainius, cum per sanctam Quadagesimam verba faceret, incitauit præter solitum Ciuium misericordiam in calamitosos, & pauperes: tantaque beneficentiæ vis fuit, vt aureos semel è concione mille, iterum mille trecentos, tertio autem duo millia in pauperum, vel piorum operum subsidia corrogarit.

32 *Syluester Landinus in Corsica religiose moritur, vir apostolicus.*

Verfabatur adhuc in Corsica Syluester Landinus, qui cum in refingēdis hominum moribus, & lapsa religione reuocanda, nullis laboribus parceret, nec partem vllam quietis caperet, rebus conficiendis arduis, & operosis; Ex altera vero parte sexcenta ferret incommoda, quæ tentata per id tempus bello Gallico in insula augebat, post incredibilem animorum messem, frugumque lætitiā tot laboribus partam, in grauissimum lapsus morbum totos dies viginti quinque præter aquā, & alimenti, quod vix vncias sex conficeret, nihil gustauit. Ergo destitutus cunctus pene commodis, & quæsitis arte remedijs, admirabili patientiæ documento, dum continenter in ore Christum habet, quinto Nonas Martij solutus est his vinculis, vt in eo denique, pro quo tanto pere desudauerat, cōquiesceret: vir Apostolicus prorsus, raræque pietatis, & ad reparandos animos plane factus. Gesta ab eo Fulginij, Mutinæque, & alibi indicata sunt suis locis carptim potius, quam exposita singillatim. Volumen enim vel ingens implerent. Abeunti Fulginio has Ilidorus

33 *Testimonia de virtute Patriæ Syluestri.*

cuius vrbis Antistes sua manu exaratas literas dedit. Cum aliquot menses Dei gratia nos dignos fecisset, qui Syluestri Landini de Societate Iesu opera vteremur, nouimus eum plane non quasi hominem, sed velut Angelum Dei: cui dedimus hoc nostri monumentum, cum referre gratiam nullo modo possemus. Episcopus autem Mutinensis Ægidius Foscararius è sacra Dominicanorum familia ad Ignatium in hæc verba scripsit. Beneficium, quod per te mihi Deus concessit Syluestro largitus est, videtur mihi omnium, quæ consecutus sum maximum, ac proinde profiteor debere me tibi quamplurimum, testificans virtutem, ac pietatem eius viri miraculo esse. Quæ vero Deus per eum efficit, maiora sunt, quam cuiusquam assequi possit cogitatio. Hæc ille, qui tanti faciebat Syluestrum, vt ei se totum regendum tradere, & obedientiam quoque vouere certum, ac fixum haberet: sed Syluester suas esse partes defendit ab doctissimo & optimo Præsule disciplinam, & imperia capessere. Adscribam & domesticum nihilo sincerum & idoneum minus Francisci Palmij testimonium. Venit huic (inquit Bononia scribens) Syluester spiritu, & virtute Eliæ. Vitiorem est insectator acerrimus, zeli vir flagrantissimi, parcus verborum, cibi parcior, laboris multi: mihi quidem prorsus admirandus est. In dicendo superat expectationem, in audiendis confessionibus inuictæ patientiæ. In summa de omnibus studet benemereri, qua alliciens, qua compellens intrare in regnum Dei. Tantaque est fide, & caritate; vt quicquid suscipit, cedat ei feliciter. Nuper in templum pariter descendimus, populo expectante concionem; genua fleximus ante sanctissimam Eucharistiam. Ego, qui mihi videbar illum præmonuisse, vt se ad dicendum pararet, præstolabar donec exurgens, ad suggestum accederet, (non enim tum passim habebantur conciones à linteat) ille, qui re ipsa non erat admonitus, me concionaturum rebatur. Dum ita hæremus ædituo instante, apparet neutrum esse præmeditatum. Sed ille

34 *Obedientia Landini.*

meo nutu tecta in suggestum, suo more ardens, ac spirans. Ingens inde commotio populi ardorque, & multus fletus, vt audiretur lacrymantium strepitus, & fluentes per ora lacrymæ cernerentur. Non pauci statim à concione Confessarij pedibus aduoluti. Multi virorum, ac foeminarum noua vitæ, etiam religiosæ consilia susceperunt. Hæc Palmius. Et sane, vt fere qualis quisque est, tales in pietatis quoque negotio, quos instituit fingit, ita hoc singulare habebat

Landinus,

Landinus, vt homines non ad mediocritatem quandam solum virtutis, sed ad egregios, præstantesque conatus adduceret. Moritur in Oppido Corsicæ Bastia, & sepulturæ mandatur in tumulo Canoniorum: qui vt in vita habitus est vulgo sanctus, ita mortui corpus vt viri sancti, deq; Insula illa meritissimi magnæ omnibus venerationi fuit. Ad exequias non oppidanorum modo, sed è circumiecto agro paganorum ingens multitudo pari cum dolore ac veneratione confluit. Cerratim rapta vestimentorum frustra, vultusque barbæ pili, & alia id genus ad reliquias conseruata. Mansit deinceps lapsa per manus ad posteros, hodieque viget apud Corsos viri memoria & admiratio. Multa enim commemorant ab eo prædicta diuinitus, velut de calamitatibus belli, ac popularis morbi, vnde afflicta est Insula; de Pago nobili, cui ex amœnitate, Belgodere, nomen erat, funditus excidendo, quæ euenere. Multa item patrata referunt supra naturæ vires in curandis æque animis, atq; corporibus. Quædam de ecstasibus in quas raperetur; deque luce mirabili, qua circumfusus conspectus sit, tum de itinere sæpius facto per pluuias siccis vestimentis, ei parcentibus aquis. Nec illa miranda minus, in ediam durissimam, contentionem laborum, viscera misericordiæ, sui, contemptionem, sanctimoniam, modestiam & alia Apostolici præconis ornamenta celebrant: quæ vt meritas eius virtuti laudes rependunt, ita stimulos successoribus addunt, vt ad prælatam sibi adeo illustrem faciem decore gressum accommodent. Dum sua Lainius Genuensibus facultate, sua quoq; Salmeron Neapolitanis ciuibus eodem anni tempore consulebat. Cuius à cineribus ad extremum vsque pietas erudita, flagrantique dicendi vis frequentissimam concionem adeo tenuit, atque versauit, vt quibus anniuerfarij huius ieiunii spatia videbantur antea proluxa, ijs iam diuini pabuli suauitate captis curta (vt aiebant ipsi) viderentur, ac breuia. Plurimis excussæ sunt hæreses, quas vel nefarij Doctores infuderant, vel sua pepererant inscientia; plurimisque item religio iniecta ieiunii, qui seu blandiente gula, seu quod hæresum venenâ iam suxerant, carnes, & oua, & quæ ieiunii disciplinæ non congruunt, impune tractabant. Nec in postremis numerandæ sunt fructibus sodalitates institutæ duz sacro Antifitici commendatæ, altera virorum, fœminarum altera. Ac virorum quidem, quæ ab augustissimæ Eucharistiæ cultu de consilio B. P. Ignatii nomen hausit, ex partes ³⁵ *Salmeronis res gestæ Neapolitanæ.* ³⁶ *Dua communitates.* ³⁷ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ³⁸ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ³⁹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁴⁰ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁴¹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁴² *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁴³ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁴⁴ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁴⁵ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁴⁶ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁴⁷ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁴⁸ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁴⁹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁵⁰ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁵¹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁵² *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁵³ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁵⁴ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁵⁵ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁵⁶ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁵⁷ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁵⁸ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁵⁹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁶⁰ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁶¹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁶² *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁶³ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁶⁴ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁶⁵ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁶⁶ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁶⁷ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁶⁸ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁶⁹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁷⁰ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁷¹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁷² *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁷³ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁷⁴ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁷⁵ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁷⁶ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁷⁷ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁷⁸ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁷⁹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁸⁰ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁸¹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁸² *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁸³ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁸⁴ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁸⁵ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁸⁶ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁸⁷ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁸⁸ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁸⁹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁹⁰ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁹¹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁹² *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁹³ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁹⁴ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁹⁵ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁹⁶ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁹⁷ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁹⁸ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ⁹⁹ *Stabile domum Neapoli cõparatur.* ¹⁰⁰ *Stabile domum Neapoli cõparatur.*

38
Panormi-
tanares.

pta pridie assumptæ in cœlum Deiparæ, decimo nono Kal. Septembr. & apertus subinde ludæ, vilitatis ad speciem orationibus, & cultæ peccatis illecebris. Non minora extant apud Siculos anni huius, seu Societatis in proximos, seu proximorum in Societate officia. Ac Panormi quidē Societas, (vt quæ Messanæ gesta sunt, vilitata mittantur) ædificandas laxius Orphanorum curauit ædes. Ad habitationē adiuncta est vinea, vnde aut eos capiebāt annuos centū & quinquaginta. Sacerdotesq; deinde quatuor spectatæ vitæ ijs regendis, cōtinendisq; præpositi: qui quos valere ingenij celeritate sentirent, eos sine controuersia doctriarū studijs addicerent, Societatisq; in ludū mitterent: quos vero plumbeos, hebetesq; nec ad scientiā factos animaduertent, eos ad artificii traderēt, & in opere faciundo versarent. Illud etiā in gratiā pudicitæ iam prius inchoatum à Societate perfectū, vt ædes inuenirētur opportunæ, quo fœminæ illæ, quæ cum suis emeritissent è probris, atq; flagitijs, nec dum ad cœnobiū, & claustrū animum adiecissent, in tutū reciperentur, quo in cōubernio dū de vitæ genere, statuque deliberāt, tā diu suis se præpositis, magistrisq; probarēt, dum vel ad cōuersarum (vti vocant,) Cœnobiū, ei contubernio proximum, se transferrent, si decretū esset vitā illā sequi, vel si collocari mallent, aut cœnobiū abnuerent, matrimonium ac nuptias, honestamve aliquā vitæ rationē inirent. Quamquā autem nullum erat omnino vectigal, vnde noui illius cōubernii sustentaretur initia, Societatis tamē pijs laboribus, & industria tātum ex hominum misericordia corrogatum est æris, vt id primis vnīs mensibus quinque, nō modo in earum alimenta mulierum, verum etiā in earum honestā dotē numero quadraginta fuerit satis. Nec minore laude Hieronymus Domenæccus Prouinciæ Præpositus, quo melius in gratiā pauperum, & egentium, & ad diuturnitatē stabilius rei nummarie cumulus pietatis nomine institutus cōstitueretur, septē aureorum millia, & alia vndique subsidia comparauit, quibus annuum vectigal aureorum mille fundatum, & stabilitum est. Idemque cum Catana iter haberet corrogato ære precario reficiendā orphanorum labentē domum, instaurandamq; curauit. Eius etiā consilio pius admodum Prorex toto Siciliæ regno graui pœna proposita edixit, vt qui probrosis essent concubinarum familiaritatibus implicati, ij vel à suis finibus eas protinus amandarent, vel sibi matrimonij dignitate, & sanctitate coniungerent. Quod edictū tantæ fuit vbiq; salutis, ac disciplinæ, vt id denuo instaurari quōtannis Prorex, proponique perciperet.

39
Capta sa-
ora ædes in
Monte Re-
gali.

40
Bibona
Collegium.

41
Syracusa
si.

42
Viennense
Collegium
in sedem
stabilem,
suamque
transfer-
unt.

Hæc noua Societatis in proximos, illa vicissim horū in ipsam. Cœpta est in Monte Regali pia Alexandri Farnesij Cardinalis Antistitis liberalitate sacra ædes ædificari, primis demissis à suffraganeo in fundamenta lapidibus, Duce Petro de Luna, nā per id tempus à Carolo V. ex Comite, Dux Bibonensis est factus, & Ferdinando Vega Proregis fratre præsentibus. Bibonæ autē Collegiū ipsum vrgente Isabella Vega Proregis filia, Ducis coniuge, optimo loco cœptū. Erat enim pie in animo fœminæ suis illud bonis, opibusq; fundare, vel si gemmis suis ex vniuersis redigenda pecunia foret. Collegiū tamē species, paucis in eo de Societate degentibus, dū id opus absoluitur nulla erat. Sed quo celerius absolueretur, cū Bibonā Dux venisset, pro sua propensā in hunc Ordine voluntate, certā in eā rem pecuniā suis popularibus imperauit. Syraculis item inchoatum collegium est, cuius rei gratia præter priuatā aliorum beneficentiā, arcā ciuitas ædificio percommodā, perpetuumq; collegio vectigal aureos nummos ducētos in annos singulos assignauit. Et quoniā Syracusarum Præfectus Suerus Vega Proregis filius, itemq; Episcopus Hieronymus Bononia celerē Societatis expetebant aduentū, datum est eis, dum ex ædificata sint omnia, Sacerdotum è Societate par, Antonius Vinkius, qui possessionē loci caperet, operiq; præset, & Ioannes Philippus Cassinus, qui sacramentis administrandis, & Christianæ doctrinæ operam daret.

Eisdem commodis augebatur in Germania Societas, vbi suum animi studium non minore opera, & contentione nauabat. Ac Viennæ quidē diuersabatur etiā tum Dominicanos apud Patres separata quadā Cœnobiū parte, quæ cum nec libera, propriaque esset, nec eius satis apta functionibus, Ferdinandi Regis iussu peropportū in sedē migravit. Monasterium peruerstū erat Viennæ, Carmelitis olim Patribus ab Austriacis Archiducibus attributum, sed iam dudum pene vacuū, atq; desertum, de quo præcis ex conditionibus frequentādo, eius Præsides ordinis triennio ante præmoniti, per temporum difficultatē nihil præstiterant. Inde suam in potestātē id deuolutum Ferdinandus interpretans, cum Prouincialis Carmelitæ summa voluntas accederet,

Socie-

Societati addixit. Priori, qui vnus cum laico vno reliquus erat è Monachis, parœcia quædam tradita extra urbem. Quæ deinde etiam Pontificis summi autoritas comprobauit. Collegio certam in sedem translato benignissimus Rex annuos quoq; fructus attribuit. Hic scholis quinque multò iam commodius iuuentus institui, eademque catholicis imbui moribus, auitaque religione, quæ nitorem suum in tanta hæresum nocte, tantisque tenebris obtinere non poterat, cœpta est. Ac ne longius, uti cœperat, tam in Academia, quam in reliqua ciuitate ea pestis serperet, Rex Canisio, Gaudanoque mandauit, vt duobus adhibitis consiliarijs vna inter se conferrent quemadmodum hæreses excidi radicitus, & fides inferi catholica posset, ac propagari latius. Multa sunt ab iis in eam sententiam excogitata, multa item consilii causa ab Vrbe petita: quæ tamen ipsa difficiliora ad vsu, actionemque sunt visa, ne domestici forte tumultus, & intestinû bellum erumperent, si res acrius, ac præpropere, non pedetertim, ac leniter tentaretur. Continere tamen se Rex ipse nõ potuit, Canisii cõcionibus incitatus, quin vulgo ediceret, ne quis in posterum sacrosancta corporis, & sanguinis Domini mysteria sub vtraque specie capesseret: q; si quis Viennæ iam talis esset, is ex templo ciuitate facefferet. Et quoniã nõ ignorabat earum gentium ad Ecclesiã reditum, & salutem sita esse maxime in integritate, & castitate doctrinæ, magnopere autor Canisio fuit, vt catechismum, Christianæq; legis summam accuratè conficeret, quam vnâ omnes, ceteris deinde catechismis, quos hæretici passim spargebant, explosis, tuto & inoffenso pede percurrerent. Quod munus iam pridem Iaio imposuerat: sed is, antequã opus aggredere- tur, vitam absoluit. Fecit imperata Canisius, & catechismum luculentum summa cura, & erudi- tionè perfectum, recognoscendum ad Ignatium misit. Qui cum in vrbe cognitus, & excussus, & deinde probatus vehementer esset, ad suum remissus autorem, iussu Regis, cui item perplacue- rat, in lucem exiit. Idem postea ab Louaniensi Academia receptus, laudibusque summis orna- tus, inque multarum translatus nationum linguas, ad hanc vsque diem omnium fere gentium manibus teritur magno commodo catholici gregis. Isque Catechismus, & concinnatus à Po- lanco libellus, quem Directorium Confessariorum inscripsit, item hoc anno primum editus, prima ab hominibus Societatis vulgata sunt opera. Voluit insuper Rex Canisium talem, tan- tumque virum, non in angustiis Collegii nostri latebris, sed in Professorum, Doctorumque Collegio Archiducum nobili monumento suas habere sedes. Quod cum modestissimus Pa- ter sæpe recusasset, ad extremum Regis iussis, & ministrorum precibus obsecundans eo se tran- sultit. In eoque alter erat è parentibus (sicenim duos appellant ceteris quasi præfectos) & Theo- logiæ Decanus eligitur. Sed paucos intra menses per ingruentis occasionem morbi se recepit ad suos: apud quos aiebat malle se coquo administrum subesse, quam præesse alibi titulis quibusvis insignè. Verum propius factum est nihil, quam vt hinc rursus acerbius multò diuelleretur. Non dum Viennensium creatus erat Episcopus. De qua re cum ageretur, sedis Apostolicæ Nun- cius, qui Abbati Hieronymo Martinengo successerat, Regi iam persuaserat, vt in scio Cani- sio, graue mandatum à Romano Pontifice curaret; quo ad eam ille cathedram, vel inuitus adigeretur. Iamque ea de re ad Urbem regiæ ad legatum literæ, Pontificemque, & Cardi- nales aliquot datæ erant: Habebat Rex in vrbe Legatum Iacobum Lassum, qui cum pri- mo Cardinales conuenisset, vt ad Pontificem rem ipsi deferrent; Cardinales autem mini- me rem tentandam, nisi Societate assentiente, censerent, ipsemet ad Pontificem audacter
 •••••, & Regis voluntatem exposuit. Pontifex Regis studio collaudato, cum idem ei, quod Cardinales responderant, respondisset, Nos, inquit, horum Patrum opera indige- mus, grauateque facimus, vt eos in hoc contristemus. Tu vide, vt huc deducas Ignatium, cui si persuaseris, rem confeceris. Hic legatus, si consensus, inquit, est ex- pectandus Ignatii, hoc perinde est, ac si Reges tota denegetur. Cui Pontifex, tantum, in- quit est. Nos Societate non id agemus inuita. Hæc deinde legatus ipse narrauit Ignatio: simul & illud ingenue confessus si rem ex Regis voto, animique sententia transgisset, promissam sibi satis vberem huius laboris mercedem. Is cum extorquere non posset aliud, illud saltem exorauit, facile vt pateretur Ignatius ad annum vsque Canisium Episcopatum administrare, ita tamen, ne quid de vectigalibus Episcopus attingeret, aut in rem cuiusquam de Societate conuerteret:

43
 Canisius
 Ferdinandus
 di Regis
 iussu scri-
 bit Cate-
 chismum.

44
 Agitur
 rursus de
 Canisio E-
 piscopo Vi-
 ennae gra-
 do.

45
*Nonioma-
 gi expeti-
 tur Colle-
 gium.*

sed ea pios ceteros in vsus per probos, & fidos homines erogaret. Quanquã autem in ea Germaniã parte Collegiũ aliud nisi Viennã de Societate non erat, tamẽ ardentissimis votis & in Polonia ab Stanislao Hosio, qui fuit dein Cardinalis, & in Vngariã ab Nicolao Olao Archiepiscopo Strigoniensi, & in Bauariã a Duce Gulielmo, & in Boëmiã ab ipso Rege Ferdinando acceriebatur: vt omnino, si messorũ præsto esset copia, messis parata esset amplissima. In ceteris ciuitatibus, quã Societatis aduocandã spẽ dederant, Nouiomagum vna fuit, passuũ millibus Germanicis vnde viginti Colonia distãs. Hic alii alia in aduentũ recentis familiã obtulerant, & ædes quidẽ Canisij matertera satis amplas, commodoq; loco fitas. Cumq; eò se Leonardus Kesselius cõtulisset, ingentia ciuium studia, quã audierat absens, præfens inspexit. Tanti ad eum seu consilii, seu expiãdi rite pectoris gratia fuere cõcursum, vt quãuis à sexta post dimidiatã noctem, ad sextã vsq; pomeridianã horã sui copiam faceret, ægre tamẽ studio multitudinis posset obsequi. Lacrymarũ porro ea vis erat in ijs, qui cum eo sermones conferebant, ea flagrans, ac gaudentis animi magnitudo, qua diuellebantur, vt negaret Pater, tale sibi quicquam vnquam vsũ venisse, nec in ijs audiendis defatigari solitũ; sed tam recentibus fuisse viribus post impositũ laboribus finẽ, quã si tum primũ ad eos se adiangeret. Negabat quoq; hospes eius Canonicus annũ ante centesimũ tantos in ea vrbe fuisse cõspectos, vel auditos ardores. Ergo collecta frugis vbertate lætissimus Leonardus Coloniã se recepit. Atq; hæc in inferiore Germaniã ciuitas Societati nostrã ædes obtulit princeps, quã tamẽ ob varios temporũ successus ad hunc vsq; diẽ nullum ex ea contuberniũ habet. Nec deerant in ipsa vrbe Coloniã, qui Collegium in quo Societas doceret, studiorũ exciti fama Romani Collegij, vehementer expeterent. Erat enim, qui in eã rem domiciliũ Coloniã Patribus emere iam decreuerat, Carthusiãq; Prior Gerardus Collegij cupidissimus, suis id vtgere sermonibus nunquã destitit: cumq; alia ipse re nõ posset, rei nummaria subsidio nostris, qui domo conductitia Coloniã vtiebantur, occurrebat. Ac præter aureos centũ coronatos, quos subsidii nomine Romano Collegio summiserat, cum literas in gratiarum actionẽ ab Ignatio accepisset, quibus etiã vna cum suis Monachis precũ, & sacrificiorũ Societatis, vt insigniter de ea meritis fiebat particeps, p̃griatũ quidẽ hoc habuit, sed nec Societate, prout ab sanctã memoriã Fabro cognorat, nec studio suo munusculũ illud dignum dicens, statim Leonardo Florenos quingentos tradidit, addens nolle sibi, nec literas, nec gratã memoriã significationẽ vllã rependi: nec paulo maiora, si tempora ferrent, Romano Collegio subsidia transmissurũ. Verũ Ecclesiarum multitudo, cõnobiorũq; quã Coloniã sunt; tum etiam senatus à clero dissiditũ non exiguo impedimẽto erant, quo minus de Societatis fundando Collegio certa consilia caperentur.

46
*Gerardi
 Carthusiã
 Prioris in
 Societate
 ac nomina
 sim in Ro-
 manũ Col-
 legium ca-
 vitur.*

47
*Louaniens-
 sis res.*

Difficiliores Collegij Louaniensis aditus, & exordia fuerunt. Quanquã enim pro eo constituendo pugnabant, & suã apud Mariam sororem Caroli, quã Belgium administrabat, eius item frater Rex Romanorũ Ferdinandus, & Cardinalis Põlus Apostolicã sedis legatus autoritatẽ interposuerant, tũ apud eandẽ & Carolus Petrus Sorus Dominicanus, qui sacris Caroli cõfessionibus olim præfuerat, precator accesserat: nihil tamen ab ijs præter verborum officia hauitus iam malis de nouo cõtu sermonibus, extortum est. Amabatur tamen Louaniũ vulgo Societas Collegio Academicorum, quã ibi sunt multa, ei locum ad disciplinã obtulerunt. Academici vero, qui ad suã omologesim Adrianum adhibere consueuerant, adeo erant moribus, & animis commutati, vt religionis è claustris prodijisse viderentur. Populus etiã tantũ Patribus habebat honoris, cum eis per urbẽ occurrebat, vt eos rubore suffunderet. Ægroti, si quando impetrare poterant vt ab eis, quod haud raro fiebat, inuiserentur, id in maximi beneficij numero reponebant. Nec deerãt inignes Antistites, qui Collegia in suas dioceses cupide euocarent, vt Leodiensis, & Morinensis nuper electus Dominus Pictauiã, vt Tornacensis. Ac Tornaci quidẽ noua colonia cõpta est opportunissima religioni, animisq; periclitãtibus. Serpebat toro Belgio exitiosum Lutheri, Caluiniq; venenũ, & iam Tornaci viscera permeabat; manans in dies latius è pestilenti ciue, cui Taffinus olim, occultus Caluini discipulus, pestem illã insuderat: cum hanc Deus iniecit Ignatio mentem, vt in eam urbẽ de Societate Quintinum Carlatum Theologum iam rude donatum, & adis præcipuã Canonicũ, qui Collegio Romano præfuerat, de hunc arẽ, vt sacerdotij sui prouentu, quo non dum se abdicauerat, (nec dum enim inter professos erat ad discipens) vi-

48
*Tornacen-
 sis sedes in-
 choatur.*

ram ibi

tam ibi cum Antonio Boucletto eiusdem Societatis sacerdote degeret, & patriæ laboranti succurreret. Erant enim pij admodum viri, & vbi de reparandis animis agebatur, laboris patientissimi. Quintinus igitur vt popularibus suis occurreret, & quã poterat, opem ferret, aggressus est pomeridianis floribus diei Dominici Catholicæ veritatis articulos explanare. Bernardus autè Oliuerius, què illuc etiam valetudinis causa legarat Ignatius, verba de superiore loco facere, Antonius autè modo catechismo, modo confitentibus operã dare. Tantumq; horum conatibus Deo obsecundante, profectum est, vt increbescente quotidie ad conciones, & sacra concursu, magna breui compositio morũ in ciuibus, nec minor hæreticorũ ad catholicũ dogma conuersio consecuta sit. Nec se intra vrbis continebãt mœnia, sed vicina egressi in oppida, vbiq; pietatis causam diligenter, prospereq; tractabant, Bernardus Oliuerius præsertim, cuius ad eruditã, piãque facundia ingens fiebat populorũ accursus. Quæ cum ardens inuidia Satanæ nõ cõcoqueret, quotidieq; prædis vteretur amissis, suo more, vti alibi sæpe fecerat, vnde minus debebat, inde morã felicibus cœptis conatur iniicere. Tornacensis Antistitis Caroli Croij, frater erat Antistes Cameracensis Robertus Croius. Sed ille dum Societate lætus amplectitur, is per literas suis ministris edixit, ne quenquã de ea permitterent in sua diœcesi concionẽ aduocare. Quod si quẽ eĩusmodi nãcti essent, carcere coërcerẽt. Bernardũq; modeste rationẽ conantẽ reddere, cum Ignatij monitu sedulo Patres cauissent, ne Parochorum vsquã iniussũ quicquã aggredieretur, male verbis accipit. Ea re commotus Louaniensis Academiae Cancellarius Ruardus Tapper, de cuius prudentia, pietateq; supra significatũ est, actes, & incensas ad Cardinalẽ Polũ literas dedit, vt sibi cordi Societas esset. Polus, vt erat iam pridẽ in hunc ordinẽ animatus, accersitis Cameracensis Præsulis administris sua prudentia, autoritateq; perfecit, vt Episcopus reuocaret edictũ, quod in præsentia fecit, facile patiens vt tres illi, Quintinus, Bernardus, Antonius suis rite muneribus defungerentur. Veruerat id Antistes, quod acceperat quosdam è Mendicantium familijs, & numero parochorũ litẽ statuisse nostris intendere, & lege agere quod cum nullã nos mercedem ex factitandis sacrificijs, laxandisq; rite noxis, & concionibus habendis admitteremus, id nimirum sibi, quos aliena benignitas aleret, fraudi esset. Verũ his quoq; motibus quies cessit, non tamen longa. Namq; Cameracensis Præsul prius illud, nulla profus oblata à Patribus causa, renouauit edictũ, & Societatis homines tota sua diœcesi, quæ cum Tornaco coniuncta erat, prædicatione diuini verbĩ, & sacrorũ administratione prohibuit. Nihil tamẽ ea res illi ad gratiã, nomenq; siue apud Cardinalẽ Polũ, siue apud plerosq; bonorũ valuit. At Ignatius nihil difficultatibus suis cõmotus, & interpretans exordiũ moras in successus felicioris iudiciũ (quod plane in tantis per eas prouincias, tantoq; cum earũ bono, Societatis incrementis gaudentes, gratulantesq; Deo concipimus euenisse) satis habuit commendatitias à Cardinale Carpeni literas mitti ad Apostolicum Nunciũ agentẽ cum Imperatore Bruxellis. Interimque suos (vti semper in eiusmodi causis solebat) admonet, quã modestissime se gerant, neu quid asperius in Episcopũ, vnde magis irriteretur, efficiãt, neque sua iura cõtra eius edicta per Apostolicas literas, quod eis procliuẽ erat, prolata defendãt. Nunciũ vbi literas Carpeni accepit, Bernardo Oliuero, qui eas reddidit, se recepit nõ modo Cardinalis in gratiã, sed Societatis etiã causa, quã amabat, cum Episcopo verba facturũ, & vbi vsus esset, Reginã ipsam interpellaturũ. Nostri vero ex Ignatij præscripto submissione, & mansuetudine vtendũ rati se tentere Tornaci: nec in Cameracensẽ diœcesim egressi sunt, sed in eo templo, cuius procuratori Quintinus tanquã Canonicus, nõ vt vnus aliquis de Societate præerat, annũ hunc suis rite partibus obeundis, vsitatis functionibus exegerunt. Plus negotij, molestiãque Parisiorũ Lutetiã Societas habuit vbi nec vectigal adhuc stabile, nec domicilium habere poterat, nec Eustachius Bellaius Partinã ciuitatis Antistes potestatem agendi cum

49

Robertus
Croius
Cameracensis
antistes pa-
rum faue:

50

B. Ignatij
aduersus
Ecclesia
Præsules
obserua-
tia.

51

Res Pari-
sis dubia.

mum: quod quamquam Kalend. Decembris est factum, tamen cum significatum non sit nostris nisi anno insequenti, eoque potissimum turbas excitauerit, de illo tum fusius commemorandum erit.

Felicio in Hispania cursus erat, tamen per interualla res asperæ sua vicissitudine recurrebant. Regressus è Lusitania Natalis, Collegiiq; Cordubensis primordiis constitutis, dum cetera domicilia recognoscit, Constitutiones vbiq; promulgauit, & adhibitis explanationibus illustrauit, domesticamq; disciplinam, & scholasticam composuit ingenti simul gaudio Sociorum, ac profectu. Qui cum per literas docuisset Ignatium quo loco, statuq; res essent, Ignatius incre-

52
Tres in Hispania cõstituta Prouincia Castellana, Aragonensis, Boetica.
menta præuidens, & tunc tota moles quo recentior, & quasi tenerior, adimiculis eò pluribus fulciretur, nouam prouinciarum partitionem descripsit. Præter Lusitaniam, duæ iam erant in Hispania prouinciæ Aragoniæ, & Castellæ nomine. Nam tamen per exiguo tempore Simon Aragoniæ præfuerat, nec eam diuisionem valde probat Araozius, ad eumque Simonis discessu administratio vniuersa redierat, noluerat tamen B. Pater duarum prouinciarum nomen extinguere. Quia veto iam prospere adolecebat in Boetica Collegium Cordubæ, & alia per eam plagam multa parturiebantur, tres creandos prouinciales censuit, & Commissarium, qui pariter hisce, & Lusitanico Prouinciali præfesset, diuerse denunciatis, edique volens in vulgus, quod erat de Prouincialibus iam lege decretum, eas procuraciones, nisi aliud Præposito Generali videatur, triennio finiri: ne forte, si qua deinde mutatio fieret (id quod in Lusitania nuper euenerat) insolens ea videretur, & grauis. Igitur Natali per literas, & Collegiorum omnium distributionem in Prouincias suas descripsit vno excepto Salmanticensi Collegio, quod cui tandè Prouinciæ subijciendum videretur, ipsius Natalis permittebat arbitrio, & Prouinciales nominatim numero tres, (Nam Mironi in Lusitania quoad exiret trienniū prorogabatur potestas) vna cum Commissario, ad quem illi de rebus suis subinde referrent, atq; confugerent, designauit: relicto eius item ad arbitrium, consiliariorum, & collateralium delectu, qui singulis essent Præpositis adiungendi. Hæc ab Ignatio mandata vbi Natalis accepit, Methymnæ Campi Professorū conuentum indicit: atq; is primus in Hispania conuentus (si tamen hoc dignus est nomine) est habitus è Patribus non plus quatuor, totidè enim erant in iis regnis extra Lusitaniam Professi, Borgia, & Araozius, Turrianus, & Strada, qui cum inter sese de summa Societatis Hispaniensis egissent, Natalis Ignatii nomine Antonium Araozium Castellana prouinciæ præpositum, Michaelè Turrianum Boeticæ, Franciscum Stradam Aragoniæ declarauit, & suum cuiq; Collegiorū numerum assignauit, quamquam Turriano Collegium duntaxat vnum, Cordubense recens obuenit. Vt intelligi possit Prouinciarum Præpositos id temporis ad noua potius excitanda Collegia, quam ad excitata regenda fuisse delectos. Iam Borgia totius Hispaniæ comprehensæ etiam Lusitania Commissarius est appellatus. Nam cum Ignatius ei viro tam propitium Dei numen adesse perspiceret, intelligeretq; quantum eius illustre valeret exemplum, dicendiq; vis apud omnes:

53
Prouinciales creati Araozius, Franciscus Strada, Michael Turrianus.
& quam ex animi sententia quæcunq; ille susciperet, cuncta conficeret, atque ea tempestate vix prima legum, & institutorum Societatis aura affulsisset, eaq; (vt sunt ferme initia) communior, ac rudior non dum comprobata vsu, experiendoq; distincta, demum omnia informia, inchoata, imbecilla essent, vt multiplicari Præpositorum excubias, curasque, & vires postularent, & ante omnia ad nouorum institutionem Collegiorum necessarius esset, qui in tanta paucitate operarum ex omnibus Prouinciis posset delectum habere, & ex vna in alias transferre, statuit illum ei, quam dixi, publici muneris procurationi præficere. Quamquam breui vel superstitè adhuc Ignatio eiusmodi administrationis formam constitutis Prouinciis minus vtilem vsus ostendit. Namque vbi Prouincialium, Commissariique cœpta distingui potestas cum se is commouere vix posset, quin eorum fines ingrederetur, tamen inter viros res agebatur, qui primitias spiritus disciplinæ huius, & ab Ignatio ipso parente acceperant, tamen expostulationes cœperunt

54
Commissarius Franciscus Borgia.
55
Causa Cõmissarij cõstituendi in Hispania.
56
Monita Borgia.
statim oriri: ac modo Commissarius, modo Prouinciales mera se gerere nomina, tituloq; potestatis clamabant: destruiq; vicissim, quod bene esset ab alterutris constitutum. B. tamen Pater & hominis, vt dixi, & temporis causa in præsens Hispaniæ, ac Lusitanæ Prouinciis præfidere Commissarii nomine Borgia voluit. Quod ille munus vt effugeret, plurimas rationes attulit.

Sed

Sed scripsit Ignatius hanc suam fuisse mentem, fixumq; consilium, vt oneri, quod Deus imponeret ceruices, humerosq; supponeret. Deum enim ipsum ferendo vires suppeditaturū. Stude-
ret itaq; in comunere ad sanctitatem, perfectamq; vitam Societatis homines incitare: Collegia
recognosceret, eadem augetet, quæ inchoata iam essent, absolueret, noua verò ibi fundaret, vn-
de plus ad Deum gloriæ, plus ad animos fructus rediturum videretur. Quod autè ex itinere,
& Collegiorum inspectionibus annui curriculi superesset, id eo loco ferè traduceret, in quo cur-
ria regia versaretur: quod ea sedes ad facilius cum omnibus Prouinciis cōmercium, & ad agen-
dum ei cum proximis, & quotidiana transigenda negotia videretur apposita. Quod nominatim
propter eximiam viri humilitatem, qua lucem hominum fugitans, solitudinem quærebat, & la-
tebras, B. Pater adiecit. Huic tam singulari mandato Franciscus, vt erat obsequentissimus, ne
verbo quidè ausus est repugnare: modeste paruit, & onus Commissarii, quod imponebatur, ala-
cer subiit. Verum cum intelligeret, crediti sibi gregis, & animarum reposcendam ab se esse ratio-
nè, suæ quoq; animæ plus curarū sibi habendum, rationisq; duxit. Natalis deinde Hispania tota
rebus optime gestis, in Italiã ante hyemem nauigans, secum inter alios duxit Iacobum Gusma-
num, & Gasparem Loartem, qui quanquam biennio ante cœperant de Societate censi, tamen
adhuc in Ioannis Auilæ disciplina permanserant. His ille vir magnus monita profecturis hæc
dedit. Quoniam ad eam Societatem acceditis, quæ in subleuandis animis tota versatur, ante o-
mnia proponite, ac persuadere vobis, vestrū id esse vnum fouere, atq; alere voluntatē de omni-
bus benè merendi, & precibus apud Deum de salute omnium esse sollicitos, deletum verò operū,
studiorū, temporū, ac rerum huiusmodi, per quas in auxilium proximorū elaboretis, nequaquã
pertinere ad vos. Ac, si qua interdum eius generis cogitatio animum pulsar, perinde atque alia
manifesta Diaboli tentamenta repellite. Hæreat menti vestræ Monachi eius vox, Ego veni iudi-
cari, non iudicare. Atq; ad eò ab iudicandis alienis factis ita refugite, vt à re tanti periculi, quæ
possit ab gratia diuina deijcere. Credite superiores à Deo regi, consiliorumq; suorū habere eos
causas, & fines, qui vos lateant. Deniq; nil iudicare optimū est, sed obiectare sibi: Quid ad te? Tu
me sequere. Nisi ita vos extricatis, nulla vobis quies erit, nec vita vitalis. Credite vos, & permit-
tite totos obedientiæ, pro insigni eam habentes diuino munere cōcessio mortalibus, ac sperantes
ea via fore, vt vos Deus regat. Quæ spes non hominis regentis niti sapientia, sed Dei pollicitatio-
ne debet, qui humilibus præstò est. Perfruemini pace magna, multumq; breui proficietis, si fidu-
ciã in obedientia magnam locabitis. Nihil commoueat vos, qua tandem in re opera vestra adhi-
beatur. Etenim cum ex conseruatione, & incrementis huius familiæ pendeat magnoperè utilitas
animarū, quicquid ei conseruandæ, ac promouendæ conducit, vel ipsum lances, patinasq; pur-
gare, id demū est animas conuertere: & summa voluntate est peragendum. Cogitatione igitur à
propriis, ac certis abducta operibus, id curate duntaxat, vt pareatis: quodq; vobis præcipitur, nõ
tam propter ipsam rem agatis, quã quia præcipitur, permagni æstimantes, q̄ eius corporis mem-
bra vobis Deus det esse, in quo Maiestati suæ exhibeat obsequiū. Existimate vos ire ad crucē:
& animo ite sic preparato, vt causa nulli velitis esse querimoniæ: sed quicquid vobis ex quolibet
accidat, id pacate feratis, ac libenter. Dissimilitudo ingeniorū, atq; varietas nusquã inter homi-
nes deest, vbi multorū est cœtus. Itaq; vobis mira nõ erit. Sed quem vitæ communitas non pro-
bauit, eū ne facillè creditote multū profecisse. Huc vos præcipuè vires intendite, nullius vt causa
vestra turbetur quies, & cursus impediatur: iniurias feratis cū gaudio: proculcari velitis vt lutū,
minima ac nouissimi esse pro Christo. Hic vero attentione opus est. Nam si paulum hæc cura re-
mittitur, est ruina in proximo, quia oppugnatio non remittitur. Attendite vobis: fugiteq; in cæ-
teros quasi magisterium exercere. Omnia tractate ea reuerentia, qua par est Dei negotia, memo-
res accessisse vos ad visionem Dei in rubo Christi, & locum in quo statis, terrã sanctam esse, quæ
terrenorū affectuum emortua integumenta non patitur. Confortamini in Domino, & in potentia
virtutis eius, vt penitus renuncietis vobis ipsis, non cupiditati solum, ac voluntati, sed potissi-
mum intelligentiæ, ac sensui vestro. Hic est consolationis cœlestis exterminator, hostis pacis, sa-
telles contumax, censor superiorū, pater dissidii, rebellis obedientiæ. Idolum in loco sancto Dei
mans: quod iterum atq; iterum moneo, vt demoliamini: vt Deus ibi per fidē regnet, multa fidu-
cia per-

57

Ioannis A.
mila moni-
ta Iacobo
Gusmano,
& Gaspari
Loarti tra-
dita.

58

59
*Ioannes Auila qua
 monita
 scripserit
 ad Olaniū.*

cia persuasum habentes, eū id velle, quod Præsides vestri præcipiant. Id vnicū solatium, ac persuasiū habetote, id quoad stabit, recte vobiscū erit. His Auila cum Loartem, Gusmanumq; supremis monitis instruxisset, eosdē in super Olauio pro veteri amicitia, præclara commēdauit epistola, in qua & ipsum duabus præcipue de rebus admonuit. Primū vt gratias agens summas de religioſæ dono vocationis, caueret inde quicquam sibi supra ceteteros arrogare. Sed consilio S. Bernardi ad fratres de Monte Dei, ideo sibi plura, & maiora adminicula, ac præſidia necessaria fuisse crederet, quod infirmior, & ignauioresset. Sæpe enim Deus homines, qui sibi de religioſorum ordinum excellentia placeant, ita vlcisci, vt sinat ipsosmet tam aridos corde, pauperes, ac miserabiles fieri, quam esse externos sibi ipsi fingeant. Deinde (vt intelligas quam geminum illud Euangelicæ sapientiæ lumen Ignatius, & Auila consentirent) quod tam impense Gusmano, & Loarti de subiiciendo sensu, iudicioque mandarāt, id ipsum Olauio graui-ter, multisque denunciat, vt ab iudicio proprio tanquam à capitali hoste etiam atque etiam caueat. Inde doctos discrimine maxime periculosum incurrite, quorum, multi iusto Dei iudicio arcentur, ne degustent ex arbore vitæ, quod immodice ex arbore scientiæ pasti sint. Profundam orationem, simplicitatem cordis, consuetudinem cum simplicibus contra infantem scientiam remedia esse, contraque iudicij proprii pestem, in qua depellenda non minus diu laborandum esse, neque languidius, quam in remouenda prius, incertitia laboratum sit. De ipso vero Io. Auila Michael Turrianus Cordubam cum venisset, hæc ad Ignatium scripsit.

60
*Quid de
 Societate,
 & B. Ignatio Io. Auila
 sentiret.*

Iuuat enim ipsas interdum magnorum virorum voces inserere. Quam, inquit, de Patre, ac Magistro Ioanne Auila conceperam animo opinionem, eam confirmari vehementer, cum in hominis congressum, vltimumque perueni. Fuitque maximum mihi sinceritatis, ac veritatis eius spiritus argumentum, cum vidi, quam ex animo completatur, & excipiat spiritum Societatis, & cuncta eius instituta: idque ait se facere naturali quadam quasi proprii amoris illecebra, quod omnia plane congruunt cum ea forma, quam in animo suo ipse descriperat: id esse, quod suo in spiritu sentiebat, ac sentit. Verum se paranympum instar S. Ioannis fuisse, & gaudio gaudere propter sponsum. Nec aliter sibi contigisse atque si puer conetur lapidem ingentem attollerē, qui dum præ vitium infirmitate rem nunquam perficit, vir superueniens robustus, pro vitium magnitudine nullo negotio tollit, suoque loco apte constituit. Quo simili vir modestissimus se ipsum paruulum

61
*Auila cū
 per valetu-
 dinem in-
 re Societa-
 tem non
 posset, suos
 Discipulos
 ad eā mi-
 sit.*

cum viro valido conferebat Ignatio, qui onus hoc alienæ curandæ salutis multo quam ipse melius ferret, ac suis humeris sustineret. Et addebat quamuis ipse pro voto Societatem coire cum illo per arduam, viresq; non posset, curaturum se certe, vt ad eam quam plurimos, quotquot idoneos reperisset, ex sua disciplina submitteret, nec minus ei foris, quam intus prodesset. Haud aliter ab eo factum, ac dictum. Complures ex eius disciplina deinceps, & quidem optimi ad nos prodierunt, & inter nos sancte, pieq; vixerunt, sanctissimeq; diem obierunt. Societati vero ipsi plurimum ille & autoritatis, & gratiæ suæ autoritate, eximiaque in eam benevolentia comparauit. Ad extremum supremo suæ vitæ die corpus suum Montillæ iussit suæ voluntatis, benevolentiaq; pignus in æde nostra sepulturæ mandari. Iam Borgia vbi se Præpositum alijs, & sui iuris quodammodo sensit, nec habere, qui se pietatis in studijs, atque in suo coercendo corpore coerceret, auxit vehementer solitas preces: & ciliciorum, verberationum, ieiuniorumq; asperitates intendit magno cum incommodo valetudinis, cui tantum quotidie detrahebat, quantum studijs illis asperioribus adiciebat, vt necesse habuerit, ea de re commonefactus Ignatius frenos ei castigationis injicere, & illius regendi corporis habenas alteri tradere, ne id suo, sed alieno tractaret arbitrio. Non facile dixeris, quam è re diuina, Societatisque fuerit commissam Hispaniam fuisse Francisco, quo plus haberet firmitudinis, & incrementi. Id enim temporis est ei credita, cum Societas ipsa tenera adhuc, & perpusilla erat, nec à paucis explosa, & exagitata, cuiusmodi solent esse, quæ à Deo tacitis, ac lenibus oriuntur inijs. Borgia tamen eam suo splendore nobilitauit, sua administratione propagauit, suo exemplo ad sanctitatem excitauit, sua virtute, autoritateque multis ab incommodis, maximisque oppugnationibus defendit, atque protexit. Adsciuit in eam plurimos, quos partim ætas viridis cum caris, egregiisque natu-

62
*Borgia as-
 peritas vi-
 ta: & quæ
 tum in So-
 cietatem
 inuertit.*

re do-

ra donis, partim constans cum exquisitis literis, ac doctrina, partim cana, & extrema cum eximia prudentia commendabat. Collegijs orientibus, & modo natis robur & vires addidit, noua per exiguis orbibus inchoauit, quæ deinceps ipsa adolescere cum die plurimumque in Ecclesia commodi pepererunt. Visus est Deus quocunq; manum suam Franciscus verteret, eo ipse suam pariter adiuuasse: tam ex sententia, tam prosperè cuncta gerebat. Nec deerant, qui cum res humanæ prudentiæ regula metirentur, existimarent, quæ gerebantur à Borgia, ea nimio illo ex amore, spirituque gigni, quo ferebatur in peramicam paupertatem, non tam cæteris imitabili, quam admirabili, dictarentque tam multa amplecti Collegia, tam nullis nixa principijs, ac fundamentis, id fraudi damnoque tum ijs esse, qui ad ea Collegia mitterentur, dum ad ea velut vix nondum suam maturitatem assecutæ, deliguntur acerbi, tum Societati vniuersæ, dum plura suo sinu complectitur, quam arte contineat. Ignatius tamen, qui sublimiore quadam prudentia, & magis diuina præstabat, agebaturque à superno illo spiritu, qui per ipsum Societatem seuerat in orbe terrarum, eamque per Borgia dirigebat, & propagabat, vsu quoque & experimento perdidit, non ipsum esse Borgia, sed Deum per illum, qui Collegia moliebatur, & inchoabat. Proinde cum quideum, si quid monendum videbatur, monuerat, de cætero quiescebat, & omnia eius permittebat arbitrio. Declarabatque dies ipsa deinceps Dei digito impelli Borgia: nec ab eo potuisse, sub tali duce, atque magistro non rectè fieri, quæ fiebant. Quam Dei prouidentiam, ac misericordiam agnoscimus etiam in alijs condendis, fundandisque familijs, vt in earum ortu primos autores, ac Patres suo instinctu multa moneret: quæ si qui ad humanæ prudentiæ normam dirigeret, perspicuos errores duceret tum, cum à Deo tractata, & gubernata exitus admirabiles continerent, consiliaque tam alta, vt sine eo ipso Numine, vnde suo velut ex fonte traherent originem, comprehendere, sentiri que non possent. Ratio, quam Franciscus inibat regendi eos, quibus præerat, & cæteros adiuuandi ea erat. Primum, vt Deum ardentius, & continenter oraret, vt qui prouinciæ dedisset onus, is etiam vires ad sustinendum, nervosque sufficeret. Dein splendor exempli, quo tanquam face quadam cæteris prælucebat. Primus enim ad labores, & omne officij munus, tanquam diligens vigilansque Pastor suo gregi præcurrens excitabatur. Postea dabat operam, vt & quæ inchoata iam erant Collegia, recognosceret, & quæ recentissimè condebantur inspiceret; ad eaque quoad eius fieri posset, se ipse conferret, non modo vt suo muneri satisfaceret, verum etiam vt eo maiorem patientiæ captaret segetem. Admiratione digna res erat spectare hominem tanto iam fastu, tantisque vitæ commodis enutritum, tot & tantos obite terrarum tractus feriente sole, imbris ingruentibus, hyeme, & ætate pariter exurente, nocturnis æque temporibus, ac diurnis, maximis incommodis, in magna cibarium penuria, nec raro somnos de solo carpentem, & hæc omnia læto ferentem animo atque tranquillo, solum vt per paucos, pauperesque Dei famulos de more conuiseret. Sanè ingens erat Francisci gaudium, & serenitas oris cum sociorum tecta succederet: vt suo cunctos exhilararet ingressu, cum eoque simul omnis videretur ingressa lætitia, accensa pietas, impertitus ardor spiritus, & amor omnia patiendi pro Christo. Quod si quis in ijs Collegijs contractiore forte animo languidioreque fuisset, is ad vnum Francisci aspectum se colligebat, & mæroris disiecta nebula cor, animumque mulcebat. Vnumquemque singulatim, & remotis arbitris affabatur, ad omnemque officij laudem impellebat, suggerendis opportunè pro cuiusque necessitate præceptis & morbi genere medicina, cuncta studens ad constitutionum, quas à Natali acceptas tanquam diuinum opus venerabatur, vbique normam exigere. Interdum vnum cunctis coactis in locum constantiam in suscepto proposito, & singulare Dei beneficium ingerebat, quod è durissima Ægypti seruitute, tenebrisque cæcis eductos, perhorribiles & formidabiles Oceani fluctus sicco vestigio transmisisset: simul eos per desertam huius vitæ peregrinationem cælesti pane sustentans. Reuocabat in mentem breues hominis dies, & circumscriptos tam exiguos humanæ vitæ cancellos, præmiorum æternitatem, sanctorum virorum exempla, labores immensos, & contentiones inanes cæterorū hominum, quorum cōparatione labores nostri quieti sunt, quam laboribus propiores. Perpēdebat quanta demū infelicitas foret, quam extrema miseria, si cū per eos Deus tot homines à peccatis eximeret, & hostilibus ex insidijs eri-

63

Deus ad-
est Borgia
capis.

64

Borgia ad-
ministra-
tionis ra-
tio.

65

peret, ipsi in eas se induerent, & in ijs fluctibus, vnde alij per eos emergerēt, mergerentur. Quod si quis fortē ex ijs, quibus ille pręerat, vt homo in noxam aliquam incidisset vel leuem, antiquissima ei cura erat, vt is erratum agnosceret, atque corrigeret: offensoque Deo pro dignitate, ac viribus satisfaceret. Ad hoc illum suis verbis, & exemplis inuitans, sentio (aiebat) meis contractum esse peccatis, vt hanc tu noxam incurreres: sed æquum fuerit, vt ad eam eluendam vterq; nostrum pœnarum aliquid subeamus. Ego quidem hæc, atque hæc subibo, tu vicissim quid subeundum putes tecum ipse delibera. Quis tam ferus, ac ferreus, non ad hanc tantam suauitatem, paternamque caritatem mitesceret? Quis non flecteretur? Rectoribus, ac Prouincialibus separatim præcipiebat, vt secum ipsi reputarent, sibi reddendam esse rationem eorum, quos suscepissent regendos, memores se patres esse, non heros; ministros, non dominos, eosque à se fouendos, & continendos vt filios, adhibita tamen cum comitate grauitate, cum facilitate, si vsus fuerit, seueritate: omninoque studerent eorum sibi animos propter Deum adiungere, quo solutiora & faciliora essent omnia. Ac ne vnis duntaxat verbis, atque præceptis Collegiorum niteretur inspectio, is vt ante dixi, cunctis in laboribus, humilitatisque muneribus suo præibat exemplo. Ministrabat mensis, humi stratus singulorum pedes sanctis osculis excipiebat, & tanquam vnus è tyronibus nuper additus nauabat operam coquo: custodias publicas, & valerudinaria consolandis inclusis & ægis frequentabat. Conciones varijs locis habebat, & ad discipulos pro ætate captiue sermones. Ita in vno eodemque misericordię munere humilitatem pariter & caritatem pulcherrimo quodam Societatis fœdere copulabat. His maximè modis ferebat Franciscus, & irrigabat noua germina Collegiorum, Dominus autem incrementum dabat: quæ ad animi, quæque ad corporis commoditates pertinent, duplicabat. Sæpè enim vsu venit, vt cum Franciscus ad Collegium aliquod perueniret, rebus omnibus egētissimum, eius ingressu, simul ingredi videretur diuina benignitas, & rerum omnium, quæ natura desiderat abūdantia. Prouinciales quoque suæ procurationis partes piè ac sapienter aggressi. Verùm Francisco Stradæ, quo magis in Euangelij opus vacaret, datus vti cupiebat, adiutor, Ioannes Baptista Barma, iam quem paulatim præter nomen Prouincialis, cætera translata sunt omnia. Præerat eo tēpore idem Gandiensi Collegio, & Valentino egregijs Christianæ prudentiæ editis documentis, magnæ in eo tractu autoritatis. Pollebat multum dicendo, planeque videbatur in lingua eius singularis quædam ad capiendos, incendendosque amore virtutis animos, vis & gratia insidere. Quippe loquebatur in eo pariter cum lingua solida quædam imago pietatis & eminēs in toto habitu oris, & corporis comitas grauis, sapiens bonitas, & erudita modestia. Per Quadragessimam Fontenetum (id oppidum est prope Valentiam honestum ac frequens) concionum causa profectus, quamuis multi de eo apud se habendo certarent, nunquam potuit ab hospitio pauperum diuelli, cum diceret velle habitare in suo, id est, pauper in pauperum domicilio. Idque ipsum inter cætera Fontetani facta meliora, cum exiguum, neglectumque reperisset, amplum, & aptè instructum reliquit, peregrinis simul excipiendis, simul curandis ægrotis. Amor autem erga eum oppidanorum in Parasceue maximè est cognitus, cum post incredibilem vim lacrymarum, quas & fuderat ipse, & auditoribus excusserat, ita tamen mysterij, de quo dicebat, maiestate incitatus est, vt se ipse quamuis conaretur, coërcere non posset. Tum ex ipsa concione aliquot è primoribus veriti, ne inter gemitus & lacrymas spiritus eum. & vita deficeret, suggestum, curaturi vt sibi parceret, conscendere. Hac eadem caritate, eum per ætatem Satan totum oppidum factionibus distraxisset, nec pacis via reperiretur, accersitus per autumnum est Barma. Obduruerant pectora factiones ducentium, nec cessere ictibus primis: tamen paucis diebus regustata Patris suauissima caritate, eius se totos, ac penitus nutui permisere. Is vtriusque partis capita, & præcipuos asseclas vocat in templum, sacrum facit, conuersusque ad populum pacificam hostiam sustinens manu, multa de pace, quam Christus, qui præsens aderat, quem fidei oculo certiore, quam corporis coram sese spectabāt, primam terris attulerat, supremam reliquerat. Multa de caritate mutua, quam idem filius Dei suorum voluerat esse discipulorum insignie, ac notam disputat. Quo spectaculo, pondereque verborum concitati auditores ruunt in amplexus, mansuramque gratiam communi gratulatione refarciunt. Ac Barma quamuis

66

67

Io. Baptista Barma Strada Prouinciali adiutor substituitur.

68

Barma virtus.

cert a-

certatim in alia vocaretur, atque alia oppida; tamen re bene gesta foris, ne quid longa peregrinatione domesticæ res paterentur incommodi, Valentiam maturè se refert. Hic surgebat feliciter noui templi constructio. Nec defuere, qui cœpto operi conarentur obstitere. Sed Curionem id tentantem mors cita coërcuit: alios Apostolicæ super hac nominatim causa datæ literæ refutarunt. Quanquam autem ædes sacra nuper inchoata vsui esse non poterat, flagrant tamen sacrorum studia, quæ viris in priuato sacello, fœminis commodata in aede tradebantur. Cui rei nō exiguo adiuuamento erat B. Ioannis Miconis autoritas doctissimi ex Dominicana familia theologi, qui perditos interdum homines implicatissimæ conscientiæ, cum sani esse cœpissent, & suos mores componere animos induxissent, auxilij, consilijque causa mittebat ad nostros, maiori cum Societatis laude, quam referre modestum sit. Insignis vir ille fuit, & illius decus ætatis, quem miraculorum commendatione sanctitas B. Beati vocabulo decorauit. Is magnopere Societatis existimationi, dum & à maleuolorum obtreccionibus eam vindicabat, & eius palam vsu, crebraque consuetudine retinetur, sua autoritate consuluit. Omnino delectabatur Sanctissimus senex nostris, rebus, nostrisque progressibus, peiinde ac si vnus aliquis de nostris esset: & fieri rerum omnium particeps accuratè volebat, quæ tota Societate, præsertim apud Indos gererentur. Nec secus ad eum nostri, quam ad parentem consilij, auxilijque causa confugiebant. Haud dissimili & animo erat, & patrocinio ex eodem sacro Prædicatorum Ordine alterum Valentia per idem tempus lumen B. Ludouicus Beltranus. Quorum quo conspectior autoritas erat cum sua luce, tum splendore per tot secula coruscantis familiæ, hoc maiorem inde commendati sociorum labores in populis, ad eos iuuandos, curandosq; habebant vim: quæ per id tempus in ægrotorum etiam egestate leuanda in primis efficax fuit. Erat quidem Valentia commune Valeudinarium, sed ab omni cum corporum, tum animorum subsidio vacuum. Cui vt consuleretur, institutum est vigilantium nomine sodalitiū, cuius alterna vicissitudine fratres nocturnis apud ægros horis, ac temporibus excubarent, feriatisque diebus suum quoque laborantibus afferrent obsequium atque solatium. Explicabatur insuper tanto concursu populi catechismus, vt cum ea schola tribus haberetur in templis, vix multitudini satisficeret. Cuius iucunditas fructus si non alia, ea certè maxima & lætissima fuit, quod explosam vulgo profanis, atque lasciuis, pia introducta sunt Cantica, vt fora passim, & vrbs compita diuinæ legis carminibus resonarēt. Pari carminum sanctitate Gandia expiabatur quodammodo cælum. Gemini fratres quotidie in oppidi vias egressi cum tintinnabulo, duobus scite concinentibus pueris cæteram puerorum multitudinem congregabant, quam paulatim se adglomerantem, associantemque canentibus vocem, deducebant in ædem sacram, non minore natu grandium agmine consequente. Quod cum perenni mensium multorum institutione factū esset, salutare passim cantuunculæ, & diuinæ notitia legis increbuerit, feracia semina cogitationum, & actionumque sanctarum. Ad tollendum præceptis & inutile iusuradum (qui morbus magno cum Dei, & animorum probro longè lateque vagabatur) multa toto Catalunia Principatu instituta sunt sodalitates sub augustissimi nominis Iesu à Petro Domeneco eo qui prosperrimo euentu Orphanorū domos instituerat in Regno Lusitania, vnde etiam opportuna ad catechismū auxilia puerorum in Congum, Indiam, & Brasiliam dimissa narrauimus. Is Abbatie præerat Villæ Beltrani, quod prope Barcinonem est oppidum: editisq; iam pridem Societatis votis, dum domesticis difficultatibus destinetur, quod non poterat Societate conuictus, id pietate, ac rebus agendis ostendebat, eiusdem se cum cæteris socijs esse membrū corporis; eodemque spiritu contineri, ac regi. Sux Abbatie ad quandam quasi cælestem speciem statu cōposito excitata in oppido sodalitate nominis IESV, quo adscribebantur ea lege sodales, vt certa tibi irrogata multa à temeraria iurandi cōsuetudine tēperarēt, cū successum ibi optatissimū vidit, ad latè propagandum salutare inuentū curas adiecit. Sedis Apostolicæ legatus Poggius, ea faciens iter, fructuque delectatus sodalitatis, & Patris industria, cœtus eos latè excitandi potestatem amplissimam fecit, additis ex Ecclesiæ thesauris indulgentiæ muneribus. Barcinonensis Antistes, & sacri Inquisitores, quibus etiam boni sacerdotis industria vehementer artiferat, sua sponte rationem ea sodalitia statuendi, simulq; exemplum potestatis ab Apostolico legato fa-

69

Valentini
Collegij
res.

70

B. Ionn.
Mico ex
ordine præ
dicatorum
Collegio
Valentino
egregie fa-
net: itemq;
B. Ludou-
icus Beltra-
nus.

71

Catechif-
mi celebri-
ssimū & v-
tilissimū.

72

Ad con-
suetudinē
temerè iu-
randi sol-
licitam in-
stituta per
multa so-
dalitates.

etæ, & concessarum indulgentiarum magno numero edidere typis: quæ exempla varijs dispersita locis ad eam consuetudinem inducendam, ac muniendam momenti plurimum attulerunt. Igitur octo ipsos Catalauniz Episcopatus breui sodalitia nominis IESV compulerunt mira fecunditate, magno Domenecci gaudio: ad quem veluti ad autorem, ac principem, cum adire omnia ipse loca non posset, literæ subinde afferebantur, hic quingentos, ibi sexcentos, alicubi mille iam numerari sodales, vnoq; in Monasterio Montis Serrati paucis diebus iustum è conscriptis volumen expletum. Res eo deuenerat, vt pueri quoque inter se pulchro certamine pœnas reposcerent: ac, si cui forte vetitum verbum per vias publicas excidisset, in eum cæteri impetu facto non prius dimitterent, quam pœnæ loco in genua procumbentem figere osculum solo cogerent. Cæsaraugustæ etiam num de ponenda alicubi sede laboratur inter multiplices aduersariorum obrectationes atque conatus. Non deerant, qui à frequēti sacrorum vsu, quem iam sanè inter multos præcipuè Alfonsi Romani cura sparserat, indignis modis, dictisq; horrēdis, quo maiorem propagatoribus concirent inuidiam, populum conarentur auertere. Verum vt à Deo res illa manabat, irriti, inanescq; eorum fuere conatus: nec idcirco sacrorum studium in ciuitate deseruit, cum pro veritate pugnaret euentus, & in optimo quoque viro minimè fallax experimentum. At ne sedes vsquam tota in vrbe poneretur, qui, quoque modo contra pugnarint, rem memoratu odiosam non exequar pluribus. Namque vbi semel atq; iterum perspectum est Patres modestiæ, pacisq; studio opratis, paratisq; domicilijs cedere, quo deinceps cumq; accederent, illico qui erant vel longo interuallo proximi Curiones, aut sacrorum virorum, aut virginum cœtus contra coortiebantur. Nec obscura procellæ, quæ anno insequenti effusa est, signa dabat Antistes. Ceterum Strada Prouincialis cum intelligeret maius aliquod Cæsaraugustæ dandum Societatis specimen, eo cum per estatem venisset, sua illa Euangelica tuba è clarissimis suggestis insonuit, & in celeberrima æde S. Mariæ, quam à Columna ex præfco miraculo vocant, quod super eam Deipara etiam num viuens S. Iacobo apparuit, & ad nobile illud Valetudinarium & alijs in templis, Ecclesiarum Præsidibus certatim ad sese trahentibus, & populo auidè quo cunque vocaretur, sequente. Sub hæc ad explorandam nobilium ciuium, incitandamq; erga Collegium voluntatē commodissimum esse duxit cōuocare nobilitatem in aulam Proregis. Is erat Ignigus Mendoza, Mellitensis Comes, qui magno opere fauebat. Cum ergo ducēti amplius cum Prorege, alijsque proceribus cōuenissent, Strada ingressus est duobus cum socijs, deque Societatis institutis, & opportunitate Collegiorum, quæ ad Ciuitates populosque rediret, ad horæ ferme curriculum disputauit. Cuius adeo probata est omnibus disputatio, vt suum studium vniuersi in re Collegij promouenda detulerint. Aderat Iuratorum vnus proximus à Prorege sedens: qui cōsurgens officiosè recepit, audita se apud cæteros Iuratos dicturum, vt operam suam ad sanctum illud inceptum ipsi quoq; conferrent. Sed Iurati, Coniliarijsq; ipsummet Stradam suo in Concilio eadem agere voluerunt: auditique sunt eo agente, qui dicerent, vel detractis suæ, suorumq; liberorum necessitati cibarijs, perficiendo Collegio se præsto futuros. Summa utilitas hæc fuit, vt Ciuitas, cui minus nota Societas erat, de eius vitæ rationibus probè edoceret. Ad eò vt dictitaret Prorex, qui in tanta iam luce detrudere ei conaretur, cum suæ potius existimationi, famèq; detrudere, & suis potius luminibus, quam alienis officere. Ad hæc tum Ciuitatis, tum ipsius quoque Proregis, vel in maximo ære alieno, rei; nummariz difficultate, tum nobilium denique virorum voluntaria collatione ad opportunas Collegio ædes primo quoque tempore comparandas idonea summa confecta est. Interim commodè cecidit, vt Aragonensis Regni Protonotarius, cum sese ad Curiam sua cum familia transferreret, domum suam Societatis in vsus, dum ædes illa proprias sibi compararet, ædificaretve, liberaliter offerret: in eamque Patres Septembri ineunte migrarunt paulo magis ad eorum functiones appositam, quam quæ fuerat mercede conducta. Canonicus etiam quidam iuris peritus, qui ad Societatem se adiūxit, non librorum modo, cæteraque domestica supellectili, verum etiam nonnullis Ecclesiæ vtilibus eius inopiam subleuauit. Salmanticæ mutuo certabant inter se studia sanctitatis, & sapientiæ. Cumque hac Martinus Nauarrus Azpilcueta vir & doctrina & pietate clarus in primis iter haberet, Patresque nostros salutatum venisset, cum diceret debere se obedientiam, quam

73
Cæsaraugustares turbida.

74
Martini Nauarrus de Societate iudicium.

quam toti Societati detulisset, ei quoque deferre Collegio, pie omnes, deque genu complexus felicite monuit, vt Salmanticensis, Parisinique Collegiorum fundamenta quam optime constituerent, vt quæ vrbes veluti fontes quidam literarum essent, quo externorum plerique confluerent: cumque Ignatius contra Satanam eam instruxisset, ornassetque classẽ, qua nulla maior vnquam esset instructa (sic enim ille loquebatur) magnas Societatis Collegijs, domibusque tempestates non defuturas. Quod opinor vir ea sapientia, modestiaque nequaquam comparandi gratia, nisi hæctenus pronuntiabat, quod Societas tota ad bellandum ipsa in acie constituta est, & omnibus pene machinarum, ac telorum generibus vitur. Nam idcirco aduersus eam ipse vicissim terretimus hostis pugnavit semper tam acriter, pugnavitque dum suum illa locum tenebit. In tuendis porro animis, & transmittendis in Cœlum, non est reticendum boni sacerdotis exemplum Gasparis Fernandij Toletani, qui moribundum vocatus ad ægrum, vt eius confessionem eliceret (sæpe etenim monitus, nimis diu tam salutare sacramentum quotidie differendo, ac procrastinando protraxerat) offendit eum ardenti iam febri delirum, cumque cohortando, monendoque ægro profici sublata mente non posset, ad orationis se præsidia cõuertit, suoque cum socio in extremum cubiculi angulum se coniiciens, in preces se totum dedit. Ea vis precum fuit, vt ruenti Deus ad interitum animæ, & tam grauitè periclitanti succurreret. Mirum dictu, nec eius, quod de Beato Raymũdo nuper in Sanctorum numerum relato commemoratur, absimile. Vix precem suam Gaspar absoluit, cum ægroto mens redijt. Quem cum respicuisse Pater animaduertit, sano confessionem suggerit, & tranquillissime contententem absoluit, dein cælesti viatico communitum, iubet agere de more gratias ad horæ quadrantem. Quæ cum pie admodum ille fecisset, Gaspar amplius, inquit, quod requiramus nihil est: continuoque æger quasi facta potestate, recidit in amentiam, nec vnquam amplius respuit, vt qui modo per insaniam capax esse diuinæ gratiæ non poterat, is gratiam iam cælestem adeptus etiam per insaniam peccati capax esse non posset. Compluti quanquam visitata spiritus exercitatio multum animis commodi superioribus annis semper attulit, cum per eam iam inde ab nostri Collegij incunabilis Complutensis Academia multorum, magnorumque virorum copiam in hanc familiam effuderit, hic tamen annus in eare longe fecundissimus fuit: cum Societatem inierint delecti viri viginti, qui vel suæ disciplinæ, studiorumque metam attrigerant, vel adhuc in nobilissimo illo sapientiæ domicilio versabantur. E ceteris Collegijs, quæ prouinciæ Castellanz sunt addita, Conchense fuit: cuius inde fluxit origo. Cum è Complutensi Collegio per ætatem interdum valetudinarij nonnulli salubrioris Cœli petendi gratia Concham mitterentur, per eam occasionem Petrus Tablares tum alios Conchenses ciues, tum Petrum Puteum è Canonicorum Collegio ad exercitia spiritus pelle etum Societati adiunxerat, cui prius non leuiter erat infensus. Itaque cum Villanoua primo vere Concham ad Alfonso Vergaram venisset, ad eo Petrum iam deditum, additumque rebus nostris inuenit, vt ædes, quas ipse ad delicias sibi prorsus ex animi sui sententia vna cum hortulis, & fonticulis extruxerat, Collegio instituendo concesserit. Ædem insper sacram suis sumptibus extruendum, & quicquid ad domesticum instrumentum pertinet, curaturum se benigne, ac prolixè recepit. Ventum est in earum possessionem ædium tertio idus Septembris, lecto à Canonico die, quod is dies eo loci sanctissimo Mariæ nomini Dei Parentis deuotus, & sacer esset. Dum hæc in religiosi domicilij formam rediguntur, apud Doctorem Vergaram sex de Societate Alfonso Lopio moderatore versati. Sed Alfonso, & Pertusa impigri & industrij sacerdotes prima piorum laborum Conchæ fundamenta nobilissima posuere. Neutri facultas aderat ad agendum è loco superiore cum populo, tamen conuiscendo carcere, & erudiendis ignaris, ad mouenda confitentibus aure, & habendis familiaribus de plano colloquijs tantos in ea Ciuitate, tamque incredibiles motus fecere, vt, quod maxime optandum vbi que est, auctoritatem pijs rebus, quam merentur, ac dignitatem apud vulgus quoque conciliarent. Et quos ad eos ante suppudebat accedere, ne digito monstrarentur, ij postea vitioso pudore deposito, & eorum certatim consuetudinem expeterent, & ad

75
Vn orationis.

76
nitium.
Collegij
Cõbenso.

77
Periclitatur
fama Collegij
Concha ex
errore quo
dam

pia frequentanda munera conuolarent. Verum vt hæc quoque colonia suas alte radices ageret, tristitia suo more Deus prosperis, ac lætis admiscuit. Deprehenderat domi suæ ciuis in flagitio sacerdotem. Quam contumeliæ notam, vt vindice ferro deleteret, mortiferas incesto plagas inflixit. Sed is elapsus è manibus faucius ad Patres forte obuios, cruentatusque confugit. Cuius illi misericordia commoti nec quicquam præterea gnari, facile passi sunt eum diei reliquum apud se ducere diem, obligatis officiose vulneribus, & plagis etiam animi confessione curatis, deportandum curarunt ad matrem. Sed vnde laudem referre consentaneum erat, inde probum, ac dedecus reportarunt. Ex ea re rumor tota illa diœcesi manauit, vnum è Societate cum muliere deprehensum, multis plagis impositis fuisse necatum. Nec difficile fuit eam suspicionem in hominum pectoribus gigni, qui cruore infectum, oblitumque presbyterum Societatis ædes subeuntem, & exeuntem aspexerant. Sed fecit Deus pro sua in suos famulos prouidentia, ne presbyter ille tam subito ex acceptis vulneribus interiret, vt eo agnito patefceret veritas, erroremque plerique deponerent; nec Societatis nomini labes illa tantæ turpitudinis adhæresceret. Potuit tamen ea res esse posteris documento, ne cum incidunt eiusmodi tempora, partes has humanitatis, & caritatis temere, ac repentino quodam cum impetu, sed iudicio,

78
Placentini
Collegij
exercitium.

consilioque suscipiant: ne dum ceteris prodesse volunt, suo nomini, famæque obsint. In eadem Prouincia iactum est initium Placentini Collegij: cuius autor Guterrus Caruaialius Episcopus fuit. Qui cum Lainij, ac Salmeronis in Tridentino Concilio notitiam, & vsum aliquem habuisset, Societatis opinione captus, & fama fructus, quem eius tum Collegia ferebant, ipse quoque consilium cepit constituendi in sua diuisione Collegij. Ea de re cum sedulo scripseret Tridento ad Ignatium, ac deinceps perseuerasset flagitans, missus est ad eum ineunte Augusto Villanoua cum Doctore Marco Salina: eodem postea cum Bustamantio, alijsque nonnullis Borgia ipse se contulit. Quorum omnium aduentus, licet eius autor fuisset Episcopus, homo alterius partis, atque factionis (erat enim Ciuitas infesta partibus) cunctis tamen opatissimus, & gratissimus accidit, vt instar miraculi videretur, tantis vniuersorum plausibus, religiosorum etiam Ordinum homines ibi nouos exceptos perinde ac si eorum esset opera, ac laboris industria ciuilis omnis tollenda discordia, & pacis otia referenda. Diuersabantur apud Episcopum separatim, dum ille Patribus domicilium, vt in animo habebat, templumque construeret. Borgia summa omnium approbatione concionandi initium fecit, quem consimili plausu sequuti mox sunt, Salinas & Bustamantius. Ac Salinas quidem mense Nouembri tradere in æde maxima frequenti clero notitiam officij, conscientiaque causas instituit: Dionysius Vasquius præcipua diebus sacris capita catechismi, eademque quotidie socius alius magis ad captum puerilis ætatis. Mittebat Deus per id tempus tam multos, tamque idoneos ad Societatem viros è Salmanticensi, Complutensiq; præsertim Academijs, vt ad eos proprie, ac separatim instituendos Probationis condenda domus, quæ ad eam diem nulla in ea Prouincia fuerat, videretur. Et alioqui B. Pater, Natalisq; decreuerant, vt singulis in Prouincijs quantum fieri posset, sua essent domicilia ad periclitandos tyrones, ac diligenter erudiendos: cum ipso esset vltu compertum magna proficisci incommoda, si Nouitij præpropere in lucem, ac puluerem proferrètur: ac demum necesse esse in proprios Societatis mores, ac leges, quæ iam publicabantur, nouellam sobolem conformari: vt vnum vbique apte cohærens, compactumque, & quasi coloris eiusdem adolesceret corpus. Impulit ergo Deus honestum è curia virum, Ioannem Moscheram è Vallisoleti Rectoribus vnum, Hispaniæ proceribus notum, qui que ad id tempus à Societatis hominibus sic abhorrebat, vt eorum vbiq; declinaret aspectum, vsq; eo vt ipso die S. Antonij Patauini cui Vallisoletani Collegij sacra erat ædes, cum ibi plena proposita esset indulgentia, & Borgia concionaretur, & ipse ante fores præteriret, pedem inferre ea solum causa noluerit, ne quæ lociorum conspiceret. Huncigitur Deus impulit, vt vix septimo post die, commutata subito voluntate, domum, quam Septimanzæ cum hortis habebat, sex passuum millibus ab vrbe Vallisoletano Societati donaret. Qua de re cum per literas Borgiam, vt illuc accederet, & ædes illas inspiceret monuisset; accessit hic, & sedem illam ad Nouitiorum recessum, & institutionem prope

79
Existimamus
demonstrare
probationis
Septiman-
sæ.

factam

factam animaduertit. Ioannes igitur aduocata coniuge, de eius consensu, voluntateque domū tradidit ad instituendum Collegium; quanquam statim vt in probationis domum commutaretur, probauit, & se vestigal quoque attributuros annum ambo recepere. Hanc tantam Moschera commutationem, vt ab extremis ad extrema repente migrarit, miraculo homines affligebant. Nec sane quid principio hominem ita conuerterit, proditum est. Verum id quod penitus Societatis non modo in gratiam, sed in admirationem quoque rapuit, fuit spectata Borgiaz modestia paucis diebus, quibus apud se habuit Septimancæ. Obseruabat hominem, & admirabatur, ante omnia, quod sermone, mensa, rebuſque omnibus socio se laico (is erat Ioannes Paulus Borellus, quem Natalis comitem Roma deduxerat) coæquaret. Cum vero is aliquando antiquæ homo simplicitatis mulæ insidens euocari ad fores Patrem Franciscum iussisset, ex eoque qui statim prodierat, quæsiuit quid esset factum eius iumentum capistro: Tum vero hæc videns, audiensque Moschera, nec humana lance, sed diuino quodam examine ponderans, cum menti se tanta simul humilitas Borgiaz, ac totus superioris temporis splendor obtulisset, vsque eo permotus est, vt exinde passim negaret, quicquam esse splendorem humanæ gloriæ, quicquam magni nominis existimationem, sed omnia inane ludum, & umbras; cum talia ipsi suis spectare oculis contigisset. Tanta est exemplorum vis, & honoratæ præsertim humilitatis. Nimirum longe amplius hæc apud eum exempla, quam meditata concionatoris valebat oratio. Tantos autem habuit ad virtutem, pietatemque progressus, vt qui propter inimicitias nunquam vitam suam in publicum prouehere, nisi scelopetatorum, ac militum manu succinctus contra inimicorum audebat iniurias, is postea Vallisoleti vias, ac fora celebraret inermis, & sine telo, modo huic condonans iniurias, modo illi pro pace supplicans, ad omnemque se paratum satisfactionem ostendens. Et eo vsque beneuolentiæ studium in Societatem exarserat, vt, cum in suis præterea bonis haberet aliud Septimancense nobile domicilium, eius se possessione Societatis causa priuarit, eo consilio, vt è primis ædibus æs redigeret in annuos eius fructus, atque prouentus. Migravit eo Societas quarto Nonas Octobris: vbi tum Patres non amplius quinque, duce Baptista Sancio, Ioannis sumptibus alebantur: quorum vnus Grammatices, & latini sermonis elementa tradebat: quæ tamen ipsa eo, qui consequutus est, anno versis in Nouitiorum palæstrâ Collegij primordijs, tradi desitum est. Interim, vt erat paupertatis peramans Borgia, iussit eius simile tectum extrui, quod extruendum curarat Onati, tudi scilicet è materia, atque cœmento, quæ iuis humeris vna cum tyronibus comportabat: in eoque ædificio parietum loco storeæ fragiles per exigua cubicula distinguebant. Borgia vero dum in his curis, vigilijsque totus est, & rem Societatis in Hispania strenue promouet, nouum rursus periculum adiit, ne ex obsoleti humilitate vestitus ad honorem purpuræ vocaretur. Id enim Princeps Philippus agebat. Quod odoratus Pater ab eius sorore sui per studiosa Ioanna (quæ mortuo iam Ioanne principe nuper è Lusitania venerat, vt regni gubernacula pro fratre tractaret, dum is ex Angliâ, quo Reginæ ducendæ gratia discesserat, remearet) summe contendit, suis vt literis ab ea mente deduceret fratrem, rogaretque ne pateretur, id ab eius vgeri parente Imperatore Carolo. fecit illa ex animo quod rogabatur sua etiam causa, cum sanctitate, ac sapientia Borgiaz plurimum vteretur; nec nihil profecit. Ignatius quoque, tametsi omnes Romæ aditus cœciparat, tamen vt hoc insuper accederet munimentum, iussit Franciscum è promulgatarum Constitutionum formula vota illa priuata concipere, quæ ab edita professione priuatim professi nostri concipiunt, quorum vnum est, nullum vt dignitatis honorem admittant, nisi eius adigantur imperio, qui pro potestate, imperioque peccati vinculo detretantes obstringat. Voluitque ea ad se vota B. Pater in scriptis mitti: qui mos etiamnum viget. Ipse vero Borgiaz causam cum Iulio Pontifice tam ardentem egit, vt tutum illum ab huius imperio, & ab honorum periculo, metuque præstiterit. Cum vero tota Hispania nouas Societati sedes, Ciuitates, virique Principes offerrent, ijs ne morem omnibus Ignatius gereret, sociorum paucitas faciebat, quod minus poterat nouis Collegiorum initijs operam dare, sine veterum detrimento. Erat enim in ea sententia B. Pater, vt prius ad stabilitatē firmarentur incepta, quæ in ordiendis nouis

80

*Exempla
Humilitatis
quæ
tarum sine
virium.*

81

*Noua
funda de Bor
gia Car
dinali cro
ando.*

opera

82
*Semina
 Collegij
 Hispalen-
 sis.*

opera poneretur. Nec è re disciplinæ putabat ad ea mittere nuper admissos, ipso iam vsu perdoctus, eos in Collegijs siue nouis, siue perparuis non tam commode ijs imbai posse moribus pietateque, quam susceptæ vitæ rationes exigerent. Quare cum tot inchoari, quot offercebantur vltro, Collegia non possent, dimittebatur in omnes terras, præsertim in eas, quæ præter ceteras egebant ope; qui suppetebat numerus operarum, haud exigua diuini cultus amplificatio- ne. atque hinc Hispalensis primus ortus Collegij: vbi cum peruersi, perditique homines se- rere praua dogmata, & quæ castæ, Orthodoxæque religioni sunt inimica cœpissent, hanc Deus Borgiæ mentem benignus iniecit, vt eo missis aliquot Presbyteris Collegij semina spar- gerentur: quod multi ciuium postulabant, & Vicarius quoque Archiepiscopi Ceruantes Sa- lazarius, is, qui deinde Tarraconensis Archiepiscopus, & S. R. E. Cardinalis, deque Socie- tate meritis optime fuit. Primum ediderunt specimen hominum nostrorum Hispali Consal- uus Consaluius, & Alfonso Auila (qui deinde Basilius dictus est) in primo ipso ingressu præ- bito singularis modestiæ documento. Nam cum ideo mitterentur quod Ioannes Fernandus ciuis perhonestus, & locuples Basilij Pater conspectum filij per diu flagitasset, hi urbem ingressi per exigua stipe emendicata ad Xenodochium, quod vocant Amoris Dei, reætâ tetendere: nec tamen eo recepti, quod iam clausis peruenerant foribus, ibidem apud ianuam pernocta- runt stratis humi corporibus, & quidem longe, vt retulere, iucundius, quam si in molli culcitra iacuisent. Postridie agnitus Auila est, & à parente, ad quem peruolauit indicium, domum cum Consaluo deductus: ac protinus ambo Vicario summe volente, cum populo agere, ac militiæ suæ aduersum Satanam arma expedire exorti magnam approbationem retulerunt, ac fructum. Sed breui digressi ad inchoandum circa ostium Bœtis domicilium perrexerunt in op- pido, cui Sanlucar de Barrameda vernaculum est nomen, Templum Luciferi olim, siue æstua- rium Astæ fuisse creditur. Portus hac tempestate inelytus est propter classes maxime, quas in occidentis Solis nouum emittit orbem, & inde recipit. Ducum Mediænæ Sidoniæ, & Comitum Nieblæ rogatu sedes eo loco ponebatur oblata spe Collegij tandem explendi: & opportunitas inuitabat tum propria ad commeandum per Oceanum, tum publica ad oppidanos, & conue- nas, classariosque, & nauticam turbam iuandam. Dum Consaluus, & Basilius Sanlucari- laborant, Borgia, quem interior quidam instinctus ad festinandum incitabat, Ioanni Suario sa- cerdoti mandauit, qui tum Salmanticensi Collegio præerat, vt vel ægrotus Hispalim se confer- ret: ageretque cum Mediænæ, Nieblæque Dynastis nuper commemoratis, alijsque nonnullis amicis de domicilio aliquo tanta in vrbe: vbi tantisper diuersari de Societate possent aliqui, dum propriarum ædium opportunitas offerretur. Quo cum Suarius venisset, & Vicarium Ceruantein conuenisset, ab eo perhumaniter acceptus, ac iussus Societatis muneribus fungi, manu ad opus ad morsa, boni sacerdotis curis, studijsque semper intentus, tractare sedulus Dei verbum, expiare animos factis, interuifere ægrotos, omnium commodis seruire, ærumnosam ipse vitam, & tenuissimam degere, ibique diuersari, atque quiescere, vbi exciperetur, vt pauper, atque mendicus. Et tamen in tantis laboribus, & incommodis factum est, vt & è diuturnis suis, inueteratisque conualesceret morbis (sit enim interdum id diuinitus, vt qui Dei causâ se ipsi negligunt, & animo, & corpore rectius valeant) & eo vsque se illi Ciues adiungerent, vt nobilis eques Ferdinandus Pontius Leonius cognita eius Hispalim aduentus causâ, præcipuas illi ad diuersandum ædes, & alij alia, quæ vel ad domesticam supellectilem, vel ad tuendas sociorum vitas pertinere videbantur, offerrent. Quibus Borgia cognitis ipse met, misso Septi- mancæ Bustamantio ad Probationis domum inchoandum, Placentia Hispalim venit, Paulo Hernádio, & Prouinciali Michæle Turriano eodem accitis: qui simul ac domum, quæ nostros parabatur ad vsus, tam luculentam, tamque ornatam aspexit, grauiter est commotus, & cum Suario conquestus. Nam cum esset, vt i sæpe significauimus, paupertatis flagrantissimus Borgia, gestiebat quodammodo cunctis eam locis, cunctisque in occasionibus amplexari, & in eius gra- tiam perpeti omnia: vt qui iam dudum intellexerat, quo paupertatis altioribus, humilita- tisque fundamentis sanctitatis fabrica niteretur; eo sumius & ad diuturnitatem stabilius fore,

83
*Borgia a-
 mansissi-
 mus pau-
 peris.*

fore, quod superimponitur ædificium. Quocirca cum Natalitiæ feriatum appetèrent, nec per tempus quærere liceret alias ad diuersandum ædes, diuersatus est tum quidem in ijs, sic instructis, & præparatis. Sed enim haud ita postmulto in alias ruinosas, angustasque migravit: quæ cum vbique ruinas agerent, & imbribus essent peruiæ, crebro fiebat, vt nõ modo cubile, verum etiam caput ipsum summa hominis cum voluptate perplueret: Adeo erat in amoribus paupertas. Cuius inter incommoda cum se denique positum pro voto cerneret, passis ad Deum manibus, oculisque defixis in Cælum laudes ei canere, & hymnos cœpit, quod se tali munere dignaretur, quodque in eam urbem tam nobilem, tam præcipuam per hominem tam imbecillum, tam nullarum virium, Societatem videret inuectam. Durissima ea fuerunt initia, & dira Patres egestas exercuit, seu quod ipsi paupertatis amore dissimulabant, & negligebant incommoda, quæ si suis corporibus indulgerent, facile propularent; seu quia noui homines ignorabantur à Ciuibus, qui re sua familiari notis forsitan occurrissent. Sed occurrebat his, vt solet, temporibus Deus, & qui volucris alimentis ministrat, non patiebatur suos fame, strique famulos exarescere. Et quidem cum aliquando nihil esset omnino panis, nihil esculenti in cella penuraria, ac ne nummorum quidem aliquid in arca, vnde parari cibaria possent, eademque luce superuentissent hospites Patres: recta Suarius Rector ad Borgiam, sciscitans iuberet ne lignum de more dari, cum iam instaret hora prandendi. Borgia cum paululum hic hæssisset, & quasi ad orandum animum collegisset, Rectorem intuitus, explicata fronte dixit, Vestram Patre pulsatæ campanam, & in Deo spem reponite. Vix campanæ chordam Rector adduxerat, cū nunciatur ad stare puer ad ianuam velatam, fiscinam baiulans, quæ rete cta, & euoluta commectus inuentus est liberalis, ac largus, missus ab Isabella Galindia, ita vt superferret etiam ad pauperum pastum. Quod vbi resciauit Borgia, Hæ sunt, inquit, scholæ quædam, & documenta cælestis magistri, quibus nos ad eius spem erudit, ac fiduciam. Intelligamus itaque nihil illis, qui diuinæ eius student gloriæ, vel ad animi, vel ad corporis commodum defuturum. Non Hispali modo, sed in re simillima Septimancæ, Vallisoleque pia Deus supplicatione Borgiæ domesticæ necessitati, penuriæque consuluit, missis Patribus, cum iam accumberent, tempestiuo, & copioso admodum commectu, incertum vnde, silentibus obstinate baiulis munerum largiores. Patres tamen prouidentissimam Dei curam secum ipsi taciti reputantes omnis beneficentiæ fontem, & autorem in occultis beneficiis agnoscebant. Borgia vero ipse, quo vberiores diuinæ prouidentiae fructus in Christi pauperes obseruabat, eo maiore exardescebat amore religiosæ paupertatis. Qui cum esset Hispali discessurus, & ad eos, quos in eo Collegio relinqueret, verba faceret, dixit inter cætera, quæ sibi discededi lætitiæ voluptatē afferrent, illud fuisse præcipuum, quod eos sine tecto, & sine vlllo commectu relinqueret, quos tamen ipsos iubebat sine cura, & sollicitudine esse, quod foret aliquando tempus, cum eis omnia redundarent. Hæc vaticinatus est Borgia, & vaticinationem Dei numen impleuit. Ex his enim tenuissimis paupertatis initijs fusa est ramorum magnitudo, quam cernimus, & aucta messis vbertas, quam in hac vrbe quotidiano labore colligimus, vbi tres hodie Societas hæbet tam luculentas, & tanto Patrum numero refertas ædes, qui toti animorum saluti deseruiunt, & in educanda virtutis, doctrinæque pabulis iuuentute tantis plausibus elaborant. Atque hæc prima Hispalim Societatis ingressio. Nec minus felix eius Granatam introitus. Iacobus Sancticrucius è nostro Ordine sacerdos, eiusque frater Christophorus Sancius indidem ciues aliquantum annui vectigalis, & domum Collegio inchoando dedere. Petrus Nauarrus cum socijs tribus Corduba missus eius domus possessionem septimo idus Septembris accepit, in eaque postridie, qui dies erat natalis Deiparæ, vt idem quasi Collegij natalis esset, adornato sacello diuinam rem fecit. Sedes erat celebri loco, & excipiendis contubernalibus ferè tredecim capax. Genus hominum ad honestatem est, pietatemque propensum, & Christianis moribus satis erat excultum. Nam post receptam è Saracenorum seruitio ciuitatem anno salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, pios admodum, à quibus ea coleretur, Archiepiscopos tulit. Et Ioannes quoque Aui-la nuper ibi semetem optimam fecerat, vt mirum non sit tam gratum & Archiepiscopo ipsi viro Præsulique optimo Petro Guerrero, qui nostra instituta cognorat, multumque probat Tridenti,

Naa

& Aca-

84
Diuina
prouidentia
in suppedi-
tando suis
famulis
victu.

85
Granatense
Collegij
primor-
dina.

44
 & Academiæ, & Ordinibus omnibus fuisse Societatis aduentum. Vbi cum ex Academia effectus nemo, qui politioribus iuuentutem literis erudiret, hanc scilicet Prouinciam Societatis hominibus reseruabat. Quibus in eam urbem ingressis Curiones Archiepiscopus omnes, & qui sacerdotijs, & fortunis Ecclesiæ sese alebant conuocauit, affatuq; monuit, Societatem IESV tum potissimum à Deo excitatam, cum refraxisset caritas desideraretur: proinde studendum esse cuique suas ut accurate partes ageret; ne ad eas agendas desideraret externos: quos ipsos cum pro sua Deo bonitate Granatam quoque misisset, dandam esse operam, ut eos imitari studerent. Deinde Patrum tenuitati, inopiæque cognitæ re frumentaria, ac nummaria prospexit tam prompta benignitate, ut præcepto obedientiæ imposto ab se peti quicquid necessarium foret, iuberet. Potestatem insuper sacerdotibus fecit ea condonandi peccata, quæ suæ de more cathedræ reseruaret, maiora præter hæc beneficia, & adiumenta pollicitus, quod cumulatissime præstitit. Orandi viam de Ignatij formula vsque eo probauit, ut publice eam deprædicaret: ac pro concione quondam de secessu disputans Christi Domini in desertum, tanquam ad exercitia spiritualia dixerit secessisse, ut omnes suo inuitaret exemplo, doceretque necessarium cuique subinde esse ad res animi sui considerandas locum, tempusque vacuum sumere. Rector etiam Academiæ Doctor Sancius, & regij fori (Audientiam regiam vocant) Præses Abulensis Episcopus Societati valde fauebant. Nec his Canonici, Curiones, & Parochi quicquam in amore, ac nominatim Sacelli regij sacerdotes cedebant. Canonicorum è numero Franciscus Turrianus viri locupletissimi filius, cum in oppidum Sanlucar ad exercendum spiritum secessisset, Granatam inde reuersus coram Antistite eo se honore spoliavit, Societatiq; se, ac rerum suarum pleraq; dedit. In Cantabria Michael Ochioa cum vicis, & oppida ritu Apostolico peragraret, plurimis animi salutem nec paucis corporis more suo, qui totum annum egroti iacuerant, porrecta ad bene precandum dextera, momento restituit. Tantumque ei secundum Deum in ijs partibus tribuebant, ut eius euocati fiducia rem: otioribus etiam è locis ad eum ægri, alijque concurrerent.

86
 Petri Guor
 varij Ar-
 chiepiscopi
 Granatensis
 in Societa-
 te suadru.

87
 Des Lusit-
 tanica.
 88
 Poena di-
 uina ex-
 plum in
 desertorem
 Societatis.

89
 Inter hæc cæterarum incrementa Prouinciarum Lusitania quoque suas progressiones habebat. Et quidem æstimando beneficio religiosæ Vocationis, solidandæque sociorum constantiæ non mediocriter profuit inconstantis sacerdotis exemplum Petri Paradi, qui cetera minime malus vir, cum pertesus vitæ susceptæ in Societatis corpore contineri cum reliquis nulla ratione posset, ad extremum domum suam, haud tamen à votis liber, immunisque discessit. Cumq; sua ipse sententia, ac iudicio Doctoris etiam cuiusdam auctoritatem sequutus (nondum enim ita plane res nostras, ut postea factum est, Sedes Apostolica explicaret) nullo se teneri voto censeret, solutissimo, pacatissimoque vivebat animo cum cetero populo: & quod deterrimum erat, nullo ore nulloque Dei timore munitus confidentissime sese ad instituendos, iuandosque ceteros qui se ipse destituerat, peneq; perdiderat, comparabat. Non tulit hominis audaciam celestis ultio. In ipso articulo temporis, quo se ad Ecclesiæ mysteria tractanda, proximisque administranda conuertit, dirum ei morbi genus immittitur. Tantis enim vri doloribus, torqueriq; ceptus est, cum sibi totus turgescere videretur, ut nullam caperet quietis partem neq; diurnæ, neque nocturnæ: & quidem nulla antegressa febris, nulla causa: ut in ea inuestiganda, reperiendaq; hæsitaret, frustra que desudaret omnis ars Medicorum. Iam curationis gratia deportandus erat propter paupertatē ad publicum ægorum hospitium, cum ad eum se confert Conimbricensis Collegij Rector Leo Henricius, & pro paterna caritate rebellem, ut ad Collegium redeat, ibiq; curetur, hortatur: Is haud animo minus, quam corpore tumidus, respondit suis se rebus, animique salutem, per se admonente nemine consulturam. Ad eam vocem continuo pes læuus enormiter intumuit: & à pedibus, quos in Ægyptum referre non puidit, primum orta pernicies. Rector tamen occasionem inde captans ad sanitatem hominis reducendā, acrius eum adhortari, ut quando in tanto vitæ, salutisque discrimine versaretur, duritiem à præcordijs arceret, & mentem suam aduersus monitores amicissimos flecteret. Verum ille non modo monitis non acquieuit, sed cum votorum sponcione auctoritate Præpositi Generalis liberaretur, quo tutius è vita discederet, beneficium derisit: perinde ac ijs vinculis solueretur, quibus nequaquam teneretur astrictus. Serpebat interim in pede tumor cum amplificatione doloris, & deportatus ad ægorum

egrorum hospitium Chirurgis, Medicisque committitur, quorum de sententia digitus ei maximus, quo summa mali diritas confluxerat, ne proxima quæque traheret, amputatur. Nec tamen compressus est tumor, sed cum manaret in horas latius, reliqui etiam amputati sunt digiti. Iam cunctis erat digitus mutilus, nec multiplex obtruncatio, totoque corpore vltiones adhibita sistere, vitiosum humorem, pestis pabulum, fontemque valebant. Neque reliquum erat aliud, nisi vt ipse quoque pes totus obtruncaretur. Lata iam erat sententia, iam expedita scalpella, quæ Chirurgus immitis in putrescentem demergeret pedem: cum denique mens obstinata relipuit, & sui misertus æger aperuit oculos. Tum demum ne totus, & animo & corpore funditus interiret, Rectorem accersit, agnouit erratum, & professus, quam abiecerat, obedientiam, ad omnia se paratum ostendit. Mirum dictu, simul ac Rectoris amplexatus obsequium, tumorem animi posuit æger, tumor quoque corporis stetit: putredo serpens quieuit, tamen si antea Medici confirmarant nullam ad eum curandum morbum reperiri potuisse medicinam: vt appareret malum inuectum à Deo, cuius comparatum est sapientia, vt in suo quisque vitio plectatur, & noxiæ pœna respondeat. Secandus tamen pes putridus fuit, & quod erat marcidum excidendum. Quem ille tantum subiturus istum voluit nostros, quos antea fugerat, interesse, & iis inspectantibus execrari: qui cum super ferrum, manumque Chirurgi sanctissimum IESV nomen identidem inclamarent, tantum ille concepit animo robur, vt postmodum affirmaret, in excipiendo vulnere vix se dolorem vllum sensisse. Is postea sibi restitutus, quamuis optaret redire, non tamen amplius in Societatem receptus est. Itaque ceteros inter homines mansit, segregatus à nostris mente quidem sanus, nec Conimbricensi Episcopo inutilis, ceterum altero pede mutilus, quo diuini beneficii quoties gradum faceret, veniret in mentem: & Societatem simul recordaretur amissam, simul Leonis Henricii vocem, qui negligenti quondam sacrificare, fore tempus cecinit, cum vellet, nec posset. Nec minus admiranda facinorosi, perditique hominis resipiscencia fuit, eodem Rectore, & adiutore Leone. Is peccatorum turpitudine, ac multitudine quodammodo obrutus, atque oppressus ferre se ipse non poterat, & vt sui ipsius iudex, & carnifex esset, sibi met exitium, atque perniciem veniæ desperatione parabat: venenum hauserat, & amplius hebdomadam certam potionem ieiunus hausit, obstinatus mori. Cumque multis indagatis sui interimendi viis, nulla Deo prohibente, & misericordie procederet, ad extremum se Satanæ dedit, totusque ei sese animo, & corpore mancipauit. Mox eius tyrannidem, cuius se mancipium fecerat, est expertus, tot tantisque ex eo die corporis doloribus tortus, tot animi cruciatus angoribus, vt ad eius inconditas voces, & miserabiles vlulatus omnis vicinitas expauesceret. Ea re cognita religiosi cœnobitæ quidam autores fuere propinquis, atque domesticis, vt æger deduceretur ad nostros. Quem vt Leo Rector aspexit, & quem miser deuenisset in locum percunctando cognouit, ad diuina præsidia se contulit, preces indixit suis, & ipse supplex, humilisque Deo misericordiam elicit. Deinde aggressus hominem de spe deiectum erigit, & ad spem reuocat: agit de animo componendo, & faucio peccatore per sanando: reditum in gratiam cum offenso Deo, qui benignus, & misericors esset, & præstabilis super malitia, pollicetur, modo humilem per confessionem, & antea vitæ detestationem virus euomat peccatorum: quod, vt pacatus faciat, liberationem etiam angorum, atque dolorum, quibus conflabatur, exorat, inducias impetrat, & spe bona completum excipit consistentem. Ab ea confessione omnia de cetero ei fuere tranquilla; conualuitque corpore pariter, & animo, in totoque vitæ melioris initio perseverantiam magna spe salutis æternæ ad extremum vsque retinuit. Ex Eboresni Collegio in Oppidum Eluas Henrici Cardinalis rogatu, par sacerdotum Emmanuel Fernandus, cui mox decreta est Æthiopica expeditio, & Petrus Sancticrucius profecti, quadrimestri labore nullam reliquere pietatis, aut publicæ, aut priuatæ partem nõ egregiè cultam, ac perpolitam. Curatæ conscientiarum veteres plagæ, sublatis pellicatis, odia restincta, iurandi execrandique lubricum, instituta sodalitate Sanctissimi nominis IESV, propositisque singulas per paracias in tabella vitandis verbis, miro modo coërcitum, cantilenæ profanæ catechismi exclusæ carminibus, cœtus menstruæ homologeseos, & synaxeos institutus, quæ sancta mysteria amplius centum iam frequentabant. Sacerdotes prima exercitorum

90

91

Magni peccatoris confessione.

92

Vis sacra confessionis.

93

Res gesta Elui. in oppido Morra.

hebdomada eruditi omnes, & ad suum munus, ante omnia ad aures benigne præbendas confidentibus incensi, rei precio explicato, ac sedibus quoque in eum usum aptius concinnatis. Ita rectè institutorum progressionem, constantiamque consultum. Quamquam Eluij (vt est disciplina pietatis, vbi præsertim degustatus est fructus; conciliatrix blandissima) vt iidem qui cœperant, cœpta prouherent, contenderunt. Ipse Prouincialis Miro cum Antonio Quadrio Oppidum Moram reuisit, resque à se inchoatas olim; atque compositas hoc procliuus confirmauit, perfecitque, quod oppidanis vnice carus erat, ac venerandus. Aderat Dioecesim lustrans Cardinalis Henricius, qui dum publicam hospitalem domum inuisit, Mironem, quem febris lecto affixerat, decumbentem in turba pauperum reperit, multum lætatus, atque commotus humilitatis exemplo. Sed Pater breui valerudini redditus, Olisippone redijt; totus Prouinciae procuratori intentus. Olisippone hoc, si vnquam, tempore grata in vulgus, & salutaria Societatis munera extitere. Florebat Professorum domus, frequentiaque maxima celebrabatur. Collegium vero S. Antonij tanto erat in precio, vt magni nominis viri nullum Olisippone opus ab Rege fructuosius conditum prædicarent. Amplius sexcenti Auditores numerabantur, progressu in literis, pietate, modestia toti Ciuitati lætissimo. Alij, atque alij (vt tanta in vrbe) affluebant in dies; nec promptum erat vel ponere modum numero; vel facere satis innumeris, quamuis noui additi essent Magistri. Euentu tam prospero lætissimus Rex; cum adhuc id Collegium Conimbriensi, vt impensæ inde sufficerentur, connexum fuisset; per sese stare voluit, ac proprijs niti subsidijs, quæ posteriores deinde Reges affatim suppleuerunt. Almerini, vbi frequens agebar Aula, ad domicilium Societati ante attributum sacra ædes hoc anno extracta. Plane regia omnis domus; atque familiaræ in suscepto superiore anno cursu Christianæ laudis; potius in eitata, quam remissa contentio est. Frequens omnium confessio, & ad diuinam mentem accessus; ad cohortationes in Aula Consalui Vazij promptæ aures excipienda diuinæ sementi; seracia corda frugibus edendis. Infans Elisabetha, non vt interdum præ malo pudore homines solent; latebras ad pietatis captabat studium; sed palam cum liberis omnibus stata piæ meditationi tempora impendebat. Regina Prouinciali edocente ex primo orandi modo, quem B. Ignatius tradit, singulis diebus vnum è Decalogi præceptis sedulo perpendebat. Itaque poterat videri gestire, ac triumphare religio tanto in splendore tam culta. Et apparuit in acerbo vulnere Principum illorum altitudo animi, atque constantia. Ipso enim in eunte anno Ioannes Princeps vnica regni subsidium occidit. Mitigauit subinde publicum luctum prosper Ioannæ Principis partus; eius, quam postea in Castellam reuersam in rerum administratione vicariam successisse Philippo Fratri narrauimus. Tum editus in lucem duodeuigesimo ab Patris obitu die posthumus Regulæ est; cui ex die Natali nomen Sebastianus fuit. Isque est Sebastianus breue suæ gentis solatium, longa spes, luctus æternus.

Apud Conchum in Africa agebantur etiã num inchoatæ superiore anno tragediæ Regem inter, atq; Cornelium, tum improbis sacerdotũ consilijs, qui cum Rege versabantur in Curia, tũ ipsius vitio Regis adeo perditæ, solutæque vitæ, nihil vt habere Christiani (quod tamen minimè videri volebat) præter vocabulum videretur. Adduxerat eò illum iam prope Cornelius, vt eiectis è suo sinu domesticis scortis, & concubinis, voluptates suas intra matrimonij fines, limitesque redigeret; idque facturum se Rex ipse receperat; sed vt ad rem ventum est promissã non fecit. Consanguineam, quam habebat concubinæ loco, & cui ius connubij non erat, per summã licentiam, atque libidinem, frustra reclamante Cornelio, duxit; eandemque totius regni cõsortem, atq; Regnam coram Clero vniuerso, cunctisq; Eusitanis, & eo ipso, quem ad sacras confessiones adhibere consueuerat, sacerdote, ipsius probantibus factum, & Concubinæ manus osculantibus, declarauit. Non his finibus Regis erat circumscripta nequitia, sed ad vagas, nefariasq; libidines, & ad inuictas nuptias, hominum adiungebat iniuriam. Subornabat falsos testes, qui fidei criminationibus, falsoque iureiurando innocẽtiam opprimerent; spoliabat vitæ reos causa non satis cognita, & multa palam peccabat alia; quæ cum dissimulare Cornelij, non posset integritas, nec in tanta hominum offensione silere, nihil ex suis admonitionibus præter odium reportabat; nec tamen idcirco deterrebat. Sed quod forti animo semel cœperat, vt Regis mentem sanaret,

94.
Mironis
humilitas.

95.
Collegium
S. Antonij
magna utilitas.

96.
Ab Conimbriensi
construitur.

97.
Lusitana
aula pietas.

98.
Cornelij
cum Rege
Congi. di.
scipulatio.
dei.

sanaret, id perseveranter urgebat: monebatque Regem ipsum, & Proepiscopum, qui regijs confessionibus præerat, nulla modo posse tot, tantisque sceleribus obligatum, & sua voluntate in nefas omne ruentem per omologesim absolui. Cumque in eius aures prætervicta salutis monita non intrarent, statuit pro concione Cornelius ea, qua consueverat, libertate docere omni iure prohibitum esse, ne extra legitimum thorum libidines vagarentur, pellendosque domo famulos esse concubinarum familiaritatibus trinitos, nec ea labe notatos admittendos ad sacra. Quæ quidem ad Regem delata concio, ea demum in seclit in animo, & contra quam metuebatur, nihil habuit offensionis, cum neminem perstringeret nominatim, & sine personarum designatione Regis in vitium inueheretur. Ita quanquam ipse suo non emerit è luto, suos tamen aulicos iussit omnes, qui concubinas alebant, earum impura coniugia, honestis cum nuptijs, atque legitimis commutare. Dissentiebant communes, vulgaresque presbyteri, qui canibus sanctum dabant, & proijciebant ante porcos splendidissimam Eucharistiam margaritam: ita quicquid struebat magno labore Cornelius, ipsi vix vno puncto temporis destruebant. Rex autem, vt erat ingenio non omnino hebeti, nec à natura pessime institutus, nisi prava indulgentiam sacerdotum assentatio præcipitem ageret, nimirum Cornelij sinceram mentem, & Evangelicam libertatem eo cepit amare propensius, quod responsa quædam ab Academia Conimbricensi perlatæ erant, admodum consentanea ijs, quæ Pater sæpe monuerat; significavit igitur omni deposita simplicitate, velle se cum illo in gratiam redire. Et quoniam diploma Sedis Apostolicæ de promulganda in eo regno peccatorum indulgentia per id quoque tempus erat allatum, ad eam promerendam se quam accuratissime comparare, spondens se non ante cælestes epulas gustaturam, quam segregata propinqua offensionis publicæ satisfaceret: neque eam reuocaturum, donec ab Apostolica sede matrimonij copia fieret. Vicarius tamen Episcopi, quem eius præfuisse confessionibus dicebamus, omni ratione pugnabat, vt protinus sacrum Domini corpus sine trepidatione capesseret, nullum diuortium, satisfactionem nullam necessariam esse: vicissimque perstabat in sententia Cornelius, nec dimoueri de sua mente poterat. Peruicit tamen Vicarius culpam illam se præstaturum pollicitus. Eaque sponsione Rex fractus, ausus est sacrosancta illa mysteria polluto ore contingere. Ne tum quidem Cornelius tacuit. Conuenit Regem, & compluribus secum libris allatis de sententia Doctorum ostendit, quam fecisset imperitè Vicarius, qui ad id illi suis hortibus impulsisset, & quantam ipse in eo audiendo maculam suscepisset. Quibus autoribus, ac rationibus Rex commotus, culpam suam agnouit, & ad eam diluendam meritas poposcit pœnas, sed nequiter nimis, ac stulte. Quoduis enim pœnarum genus potius, & voluntaria verbera cunctis inspectantibus erat subiturus, quam vt muliebrem illum congressum, vnde tota pendebat causa, dimitteret: idque ipsum cum demum promisisset, non diu perstitit in sententia; sed vt momento perleui in omnem partem rapiebatur, in eamque potissimum, quæ sensibus arridebat, post multos Cornelij labores, obstrepentibus imbecillæ mētī sacerdotibus malis, ad ingenium facile redijt. Cornelium iterum ab sese repulit, contempsit monita: quodque dudum damnauerat stulte repetens in peius ruebat in dies, Patremque in Lusitaniam iam parantem rerum meliorum desperatione discessum, pedem efferre suo regno vult; minas insuper addens, & omni asseueratione contestans, si quid ab Lusitano Rege suo regno accidisset incommodi, id protinus se vlturum, & in ipsum, velut in autorem versurum iras. Ita totus hic perpetuo rescindenda, & redintegrandæ gratia, sine fructu consumptus est annus. In propiore Africa Rex Algerij instructo exercitu Fessæ regnum inuasit, deuictum atque subactum Regem expulit, magnamque ei captiuorum prædam abtulit. Christianos in eis ducentos, eorumque nobiles multos, quos ille singulos emptori centenis addicere cogitabat aureis. Ea per motus occasione Ioannes Nunnius, qui cum Ignatio Bogatore dimensè conquisitæ stipe Christianis, & in fide Christi retinendis Tituani (quod regni Fessæ est oppidum) operam dabat, ad eum quoque Christianorum numerum, redimendum exarsit acius, ne in eis periclitaretur simul cum libertate religio. Sed cum maius esset redemptionis pretium, quam vt conquiri, corrogarique Tituani posset, ad conquisitionis molestiam peregrinationis sibi laborem adiunxit: & eius rei causa in Lusitaniam usque proficisci non piguit. Considerabat enim,

99
Libera in-
crepatione
semper of-
fensionem
habet, cui
palam est
causa.

100
Stulta per-
sententia
genus.

101
Ioannes
Nunnius
Tituano
in Lusita-
niam em-
raturus li-
berandos
captivos
redio.

vt pius Martyr Cyprianus admonet, templa Dei esse, quæ capta erant, nec pati nos longa cessatione, & neglecto dolore debere, vt diu Dei templa captiua sint, sed quibus possumus viribus elaborare, vt Christum Iudicem, & Dominum, & Deum nostris promereamur obsequijs. Hoc igitur incitabat, impellebatque Ioannem antiquæ religionis exemplum, vt cum de redimendis captiuis fratribus à barbarorum manibus ageretur, nullis neque molestijs, neq; laboribus parceret, tanquam in ijs redimendis redimeret Christum, qui nos redemit de periculo mortis, & à Diaboli faucibus eripuit. Is cum captiuis amplius triginta suo labore redemptis, quorum plerique ætate, & consilio imbecilles à Christo defecerant, relicto apud captiuos reliquos solatij causa, & auxilij Bogato, Olisipponem ad Lusitaniæ Regem se contulit, eoque comitatu pium Principem exultantem in animorum lucris, atque salute mira voluptate perfudit. Olisipponem verò Ioannes eam pecuniæ summam paucorum dierum conquisitione collegit, vt aureorum millia viginti facile superaret. Cuius partem aliquam ad socium suum Bogatum misit captorū in vsus, & redemptionem aliquorum, reliquam verò partem, eamque præcipuam apud Ciues præcipuæ fidei tics depositam secum ipse ferre ad eam, quam diximus, Christianorum multitudinem, cuius causa in Lusitaniam venerat, liberandam deliberârat. Haud tamen ex voluntate res processit. Nam & ab Algeriano Rege pretium redemptionis est auctum, vt ad constitutum millia amplius quatuordecim adijcienda forent, & ipsi Nunnio præter expectationem parandum iter in Æthiopiam fuit. Quo factum est, vt Rex quoque Lusitaniæ quanquam à Mironne Prouinciali contenderat, vt Algerium remitteret Nunnium postulante misericordiæ sodalitiõ, & ad redemptionem captiuorum pecuniæ reliquum offerente, tamen rem amplius virgèdam non purarit, ne si eo remitteretur Nunnius, ad Indicam transmissionem tempestiuè non rediret. Doceri tamen ab eo voluit, quemadmodum ducenta illa mancipia liberari pretio possent, vt ex eius deinde colloquio misericordiæ sodalitiõ satisfaceret. Ac ne vis Christianorum magna, quæ laborabat in ergastulis Tituani sacerdotis spoliata præsidio sacrorum solatia desideraret, datæ sunt ad Natalem Commissarium literæ, vt sacerdotè illuc alium pro Ioanne summitteret. Quod quanquam ab Ignatio, ad quem rem Natalis detulerat, est concessum, totaque res Prouincialis voluntati permilla; tamen tanta fuit operarum penuria, vt qui ad eam expeditionem idoneus esset, nouo præsertim in Indiam manipulo destinato, inuentus sit nemo. Mansit igitur vnus Tituani Bogatus, qui tam strenuus & ardens in tuendis seruorum animis, & corporibus erat, tanta præterea in perferendis eius rei gratia contumelijs, & incommodis tolerantia, merito vt à vulgo prædicaretur vt sanctus. Nunnius quoque ipse, dum in Lusitania multa in humilitate & obedientia, cæterarumque virtutum exercitatione se continet, qualis, & quantus ex ea barbarie redierit, indicauit. Facile vt appareret, ea quoque negotia, quæ dissipandi animi, euocandi que vini habent, vel in medijs occasionebus, atque barbarie, si referantur ad Deum, & ex pietate, sanctitateque tractentur, non modo de sanctitate iam parta nihil detraxere, sed etiam augere. Sed vt Æthiopica legatio Nunnio decreta paulò altius repetatur, non est silentio dissimilandū, quod optimi auctores cõmemorant, vulgi errore factū, vt is, ad quem missa legatio est, Preteiannes nostro in orbe cognominetur. Namque olim inter Asiaticos Scythas, qui hodie sunt Tartari, in Prouincia Nataij, quam Scythiâ extra Imaum Ptolomæus, recetiores Catayum vocant, fuisse Principem Christianū, inter Asiæ Principes potentem in primis, quem Tartari Ethnici Vncham; populares eius Christiani Ionanum, detorto ab Iona Propheta nomine, nuncuparint: eundemque, quod crucem in otio, tranquillisque rebus (vt memoriæ prodidit vir sanctus Florentinorum Archiepiscopus Antoninus) indicein susceptæ tutelæ pro Christi fide gestaret, quam sub armorū strepitū geminabat, alteram solido ex auro, alteram pretiosis è gemmis atque lapillis elaboratam præferēs, vt significaret se & opibus, & nobilitate cæteris oibis terræ Principibus anteire, & Christianæ religionis propugnatorem esse: inde sibi speciosum Presbyteri nomen apud nostros homines inuenisse. Hunc igitur verum aiunt fuisse inclytū olim Presbyterum Ionanum, eamq; appellationē ad cæteros deinceps illius imperij successores, sicut apud Romanos Cæsarum permanasse. Cuius imperij tanta ferebatur esse potentia, tantæque opes, vt duobus & septuaginta Regibus imperaret. Verum id Imperium cum

102

103

*Æthiopia
missiõnis
causa.*

104

*Preteian
nes quis o-
him fuerit.*

ad

ad Regem Dauid peruenisset, instigante Chingio quodam exercitus regij duce, veftigales Scythas, ne tributum in posterum penderent, defecisse: belloque exorto cum Dauid captus, & deuictus interijisset, regnum ad Chingium redijisse autorem defectionis, & belli, anno millesimo centesimo septuagesimo secundo, vel paulò post, altero & quadagesimo anno, ex quo Nestorianam Preteiannes hæresim arripuerat, vt florentissimo, amplissimoque regno nihil nisi capitalis illa pestis attulisse videatur exitium. Chingius autem, cum cæterorum Regum nomen, quod velut hæreditarium perueniebat ad posteros, reliquisset, Vlarcanum de Catayo appellari se maluit. Relictus tamen est Preteianus è stirpe modici imperij Rex, vt quibusdam scriptoribus placet, qui Nestorianas Christianorum reliquias vna collectas vltro fouit, quas Innocentius Pontifex huius nominis Quartus, anno millesimo ducentesimo quadagesimo sexto à posteris Tartarorum Regibus diuexatas, missis illuc è Dominicana familia Patribus, Magno Cano Tartarorum Principi commendauit: cuius adhuc in regnis plurimi Christiani è Nestorij secta reperiuntur, qui præter diuinam in Christo personam, humanam insuper humanæ naturæ affingit. Ergo Reges illi Christiani florētissimi de Schola Nestorij, quos in Europa Preteiannes appellabamus, cum suum in Asia amississent imperium, nihil nisi nomen in ore hominum reliquerunt, idq; ad Abassinorum Regem ex Asia in Africam errore vulgi translaturum, etiam num viget, & hominum sermonibus vsurpatur, quod hic quoq; Rex venerandæ Crucis insigne, velut auitæ religionis & ipse defensor vbique circumferat. Et errorem videntur confirmasse quidam ex Monachis Abassinis, qui nostrum in orbem cum venissent, illudque celebre inuenissent nomen, & argumenta imperij quædam suum in Regem caderet, planè ipsum esse Preteianum asseuerarunt. Et quamuis aliter ipsi nominent, tamè causas interrogati nostri vocabuli varias ex ingenio attulerunt. Vnde factum est, vt alij nostrorum autorum priorem partem nominis non presbyterum, sed pretiosum, alij posteriorem non Ionanum aut Ioannem, sed potentem reddiderint, quod Gian Abassina lingua potentem significet. Hæc autores magni nominis & in primis Ioannes Barrius Lusitanus de vulgi errore disputant. Illud certū est, quem hodie Preteianum vocitamus, eum Dynastam quendam esse Christianum Iacobitam, qui totius Æthiopiæ, Abassiazue Rex appellatur à suis. Is certè publicis in literis, ac diplomatis magnæ Æthiopiæ Regem, Regnorumque eius, ac Prouinciarum Principem se subscribit, & plurimarū nomina prouinciarum singillatim adscribit: quarū impune multas in otio possidet, cæteras cum in Maurorū Ethnicorumque manus venerint, verbo tenus. Ea de causa perpetuum ei modo cum Mauris, modo cum Ethnicis bellum est: ideoque loco nullo consistit, sed subinde solum vertit, quo necessitas vocat, tota cum aula, amplissimaque familia; omnemque ferme suam in castris, locisque campestribus vitam agit. Cumque talis, tantusque sit Rex, totaq; in Æthiopia copijs, quàm qui maximè abundet, nullæ tamen in eius regnis visuntur vrbes alicuius numeri, atque momenti, seu ædificiorum magnificentiam spectes, seu incolarum celebritatem, atque frequentiam, cum tamen in Abassiaz finibus, & eius extra ditionem, vel inter barbaros vrbes munitæ non desint, frequentes insulis, & ædificijs, mercimonijs, commercioque celebres, diuitijs refertæ, & earum complures muris arinatæ, quas aquarum plenæ fossæ circundant. Mirantibusque Lusitanis, qui versabantur in regia, cur suos illi vicos, regionesque contra quotidianas hostium irruptiones mœnibus non includerent, respondebant, Regis sui vires, atque potentiam non in saxis, atque lapidibus, sed in populi neruis, ac robore sitam esse: qui si muris vndique septas vrbes & instructas haberet, intermisso paulatim armorum studio, ad inertissimum perduceretur otium. calce ac saxo ædificia priuata non substruunt, quod consentaneum esse dicant, discrimen aliquod inter Dei Tempia, & priuatas hominum ædes interlucere. Huius ditionem Regis Nilus, & Astab ora, & Astapus inclita flumina intersecant: quorum posteriora vbi cõfluxère, in Nilum demum confociatas effundunt aquas ad Insulam Meroëm. Astapus ob magnitudinem pater aquarū ab incolis appellatur. Is oritur è lacu Barcena, quæ Coloëm Ptolemæus appellat, ad latus eorū in media ferme longitudine totius imperij, regnorumq; omnium, ac prouinciarum, quarum se Dominum Preteiannes inscribit. Regio, quæ plerumque sedes est Imperij, cæteris regni partibus feracitate præstat: vberem fundit frugem, mellisq; præbet sæpius quotannis, alijs

105

106

*Preteian-
nes hodie
quis sit.*

107

*Quo modo
habitent
Abassini.*

108

*Ditio Pre-
teianni.*

maturis

109
Abassinorum
opinio de sua
origine.

110
Abassinorum
religio.

111
Abassini
ad Ecclesiam
romanensem
uersi.

112

maturis segetibus, herbescentibus, & subnascentibus alijs. Opinio Abassinorum est Regem suum, quem Negaz ipsi vocant, originem trahere ex filio Salomonis Milick è Saba Regina; se autem ab ijs ortos, quorum in comitatu Salomon filium suum reniit ad matrem: Christi verò legem ab Eunuchò Reginæ Candacis, quem in Actis Apostolorum baptizatū à Philippo Diacono legimus accepisse: primumque accepisse fidem oppidum Tigia dicitur: Tigienſique lingua publicæ etiamnum tabulæ cōficiuntur omnes. Ab Alexandrino Patriarcha, quem suum ipsi caput, & Doctorem agnoscunt, Abunam suum, sacrorum Antistitem accipiunt. Inde vna cū Coptis Ægyptiacis, & in Dioscori, Eutichetisq; hæresim inciderunt; & multis præterea suis, ac proprijs vrgentur erroribus. Nam cū ipsi doctrinam Alexandrini sequantur Antistitis, qui ab Ecclesia Romana, summoque in terris Christi Vicario disiuñctus est, quid mirum si corrupto fonte eius quoque corrupti sunt riuus? præsertim quod Abassini cum Romana ciuitate cōmercium nisi per Alexandriam & Ægyptum nullum habent: Augēt inscitiam, labemque religionis Ethnicorum, Maurorumque consuetudo, quibus vndique cincti sunt, vt inter eos etiam promiscue multis locis, & sine discrimine versentur Ethnici. Verum vbi in Concilio Florentino, quod Eugenio Quarto Pontifice Maximo præter alias nationes à Græcis, Armenis, & Iacobitis summo studio celebratum est, omnes hæ sectæ profiteri palam non dubitarunt sanctam Apostolicam sedem, & Pontificem Romanum in vniuersum terrarum orbem obtinere principatum, eundemque successorem esse Petri, verumque Christi Vicarium, Patrem, Doctoremq; Christianorum omnium, Rex Abassinorū Dauid Patre Nahau defuncto, quamuis adolescens, & etiamnum sub Helenæ Auix tutela noluit amplius eum, qui mittebatur ab adulterino Alexandriæ Præsule Patriarcham agnoscere: sed fama excitus earum rerum, quæ prospere à Lusitanis gerebantur in India, legauit Matthæum Armenum vna cum alio è proceribus Abassinis ad Alfonso Albuquerque Indix Præfectum, vt amicitiam cum Emmanuele Rege iungeret: cui sui Regis literas, atque dona, præcipuè verò augustissimæ Crucis Christi fragmentum, in aurea inclusum pyxide reddiderunt. Hinc aliquot post annos Abassinorum postea legatio ad Romanum Pontificem, Clementem septimum initium duxit. Is enim, quem dixi, Dauid legatū suum cum muneribus illuc misit, qui suis Pontifici verbis celeberrimo in cōuentu Bononiæ, cū Carolus Cæsar coronatus adesset, tanquam vniuersæ Ecclesiæ Pastori, summoq; in terris Dei Vicario, solennem venerationem, obsequiumq; deferret. Verum, cū diu postea gens Abassina suo orbata Præsule, sacerdotum penuria laboraret, redijt ad ingeniū, & Dioscori, Eutychetisq; vestigijs pertinaciter inhærens ab Alexandrina Ecclesia Patriarchā nomine Marcū accersijt; quæ cū à sacrosancta Apostolica Sede, vt diximus, communique omnium capite Romano Pontifice sit seiuncta, nō potest pastoralem autoritatem aut alteri impertiri legitimam, aut sibi ipsa recipere. Ferebatur inter Ægyptios oraculo editum, id quod Marcus ferebat ipse, futurum breui, vt è remotis regionibus sacerdotes illuc accederent, qui se cum ipso coniungerent, mittendumque ab Ecclesia Romana Pastorem, qui Æthiopicæ, Abassinæque præssēt Ecclesiæ. Quocirca Rex Claudius, filius Dauid, atque successor optimæ initio mentis, atque consilij, seu oraculi religione admonitus, seu impulsus opportunitate Lusitani commercij, præsertim quod aliquot annis ante magna subsidia ab Lusitanis acceperat contra Gradaametem Regem Zeilanum, qui eum ad vltima pene deduxerat, per literas Lusitano Regi Ioanni eius nominis Tertio significauit, sibi gratum fore, si ab Romano Pontifice legitimam, recteque sentientem Patriarcham ad suos pascendos, regendosque populos impetraret. Rex autem Lusitanus iam pridem cupidus Abassini Regis, ac regni Catholicam ad fidem, autoritatemque Romani Pontificis adiungendi, postulauerat in eam rem iam inde ab anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto (vti tum docuimus) Patres aliquot ab Ignatio: id quod tanto studio à B. Patre, ac contentione susceptum est, vt quos in ea regna transmitteret, ijs iam ad obeundam rite legationem illam præcepta quædam, & documenta conscripserit. Vicissimque Ioannem Regem multis ipse rationibus incitarit, vt rem non modo diuinæ Maiestati gratam, Ecclesiæque vniuersæ salutarem, sed ipsius etiam aptam commodis, regnoque perutilem, atq; perhonorificam promouere, atque vrgere non intermitteret. Nihil tamen ea dere, nisi ad hunc annum quartum & quin-

quage-

quagesimum actum est: quo Rex denuo ad Ignatium scripsit, duodecim ut è Societate viros nō minus probitate vitæ, quam eruditionis laude præstantes exciperet: è quibus vnum ipse Patriarcham, duos autem eius adiutores, & successores eligeret: ceteri vero suis concionibus, & colloquijs inueteratas è deceptis mentibus hæcreses, & errorum fibras euellerent. Ignatius regijs acceptis literis, quanquam exploratissimum iam habebat plurimos de Societate fore, qui cupide professionem illam expeterent, ad eamque sese vltro, ac libenter offerrent, quo tamen id esset exploratius, monitos omnes voluit præsertim Lusitana: Prouinciæ Patres nulla facta de honore mentione, ut quibus ad ea regna pronus esset animus, ij se per literas indicarent. Neminiq; tam arduam in expeditionem, iterque longinquum animus, & alacritas defuit. Ignatius igitur post accuratam precationem tres spectata admodum virtute viros, & per omnia in Societate probatos, Ioannem Nunnium Barretum Lusitanum, qui sibi viam ad id honoris fastigium redimendis captiuus in Africa iam munierat, Andream Ouiedum Castellanum, qui Collegio Societatis Neapolitano tum præerat, & Melchiorem Carnerium item Lusitanum designauit. Hos Regi nominauit, & de cuiusque virtutibus, & ornamentis edocuit. Quanquam autem valde auebat, ut ad Patriarchatum Nunnius euheretur, duo vero socij episcopali dignitate Coadiutores, ijdemq; (si quid ei grauius accidisset) successores eligerentur, eligendi tamen optionem, potestatemq; Regi permisit. Sed eodem videlicet incubuerat regia mens, ut Nunnio mādaretur id munus, cuius de laude, & sanctitate tam multa vel ex ipso rumore vulgi, atq; hominum prædicatione cognouerat. Et quoniam Ignatio visum erat, ut aliquis è Societate Goæ Apostolici Commissarij nomine ampla cum potestate, autoritateq; resideret, qui Patriarcham ipsum ex interuallo reuideret, deq; eius muneris administratione cognosceret, quo facilius Pontifici Romano subiunctum in Apostolicæ sedis obedientia, fideque contineret, Rex suum in Vrbe legatum per literas monuit, ut ea de re, & de Patriarcha, deq; eius adiutoribus cum Pontifice transigaret, Ignatiumq; moneret, ut quod spectaret ad Commissarij potestatem, id ipse statueret, quod esset à Pontifice postulandum. Ignatius autem ad id munus vnum omnium maxime idoneum Collegij Rectorem Gasparem, quem nondū diem obiisse rescierat, nominauit: & legationis Æthiopica cogitationem tanto ipse ardore suscepit, ut, cum legatum in adeundo Pontifice, & exhauiendis Regis sui mandatis cunctabundum animaduerneret, toto trimestri Ludouicum ei Consaluum tanquam calcar admouerit: qui tertio quoque die hominem conueniret, & excitaret. Adeoque fuit in eo constans Ignatius, ut cum tertio semper die Pater ille recurreret, illud iam ore multorum veluti prouerbium versaretur, Terciana legati. Interim Prouincialis Miro Ioanni Nunnio, quem in Lusitaniam ex Africa reuertisse mouimus, & Regis, & Ignatij de legatione Æthiopica voluntatem, (ut habebat in mandatis) exposuit. Quam quidem Nunnius, quod ad itineris capessendos labores, libenter est amplexatus, sed adiunctum munus honoris (à quo ante initam quoq; Societatem refugiebat, tumq; aiebat libentius totam vitā in catena exacturū grauiissima, quam ut per eam procurationem periculum delicti cuiuspiam subiret) intoleranter ferens, supplices ad Ignatium literas dedit, ut per confossum vulnerebus Christum, infirmis suis humeris parceret, nec illud sibi onus imponeret, quo suscepto animi salutem in discrimen adduceret. Cumq; in rebus omnibus imperatis, quæ culpa vacant, obtemperandum sibi esse intellexeret, id autem honoris admittere alieno coactum imperio, peccato vacare non ignoraret, se ipse iam tum, si quid in eo magistratu gerendo sua deliquisset incitiam, extra omnem culpam, causamq; ponebat. Oratumque per literas Ignatium voluit, ut si in sententia permaneret, iuberetque prorsus oneri colla subijcere, voluntatem sibi suam scripto transmitteret, quam & ad solatium apud se conditam asseruaret, & ad defensionem suam, cum vsus esset, promerret contra sechnas cōmunis hostis, & diaboli tentamenta, dum ei despōsæ Deo Obedientiæ nutum, pro qua creditam sibi amplecteretur Ecclesiam, turus & tranquillus, opponeret. Illud iniuper ab eodem postulauit Ignatio, ut auxilij causa Patres sibi duos admodum doctos Franciscum Rodericum, & Antonium Quadrium comites professionis adiungeret, qui sibi sui consilij lucem, doctrinæq; porrigerent, si quid in Dei causis, animisq; regendis existeret ambiguum, aut obscurū: **instans magnopere, ut Commissarius ille Goæ constitueretur, vel alius quispiam prope se, cuius**

113

*B. Ignatium
diliget Societatis in
expeditione
Æthiopiæ*

114

*Quæ cura
esset B. Ignatij
Æthiopica
expeditio.*

115

*Io. Nunnii
quæ a
lienis ab
honorum
studio.*

potestati subesser, rationemq; gesti muneris reddere cogeretur. Qua B. Pater plurimum delectatus Epistola, eam, & in conuentu recitari sæpe voluit, & adhibitis testibus ratum fieri, quo de autore constaret. Idemque quod diurna semel deliberatione decreuerat, id fixum voluit. Nunniumque pro potestate coegit onus impositum non abnuere: simul & postulatis omnibus morem gessit. Verum hoc anno longius progressa ea legatio non est, quam ut Quiedus, Carnariusque cum socijs aliquot ex Italia in Lusitaniam iter intenderent. Nunnium verge[n]te ad exitum anno, moribus acerbissimis proxime ad suprema deduxit. Quo tempore cum vno, altero ue post die se cederet migraturum è corpore, dictauit ad socios literas, in quibus suam de Societatis vocatione voluit extare sententiam. Negabat genus vllum vitæ reperiri sublimius, statumue vllum inter homines celiorem videri sibi, & in quo magis expedita ad æternitatem monstrarentur itinera; simulq; testificabatur in Societate sibi certum vitam finire, quamuis eam ob causam hora eadem subeunda mors esset. Deum vero plurimum precabatur, vt penitus sibi intercideret vitam, si prospiceret onus impositum minus ex eius laude cessurum. Tanta simul ad parendum alacritas aderat, vt, si Ignatius innueret, nequaquam recusaret ita agens animam, ac vel postridie expiraturus, in nauim imponi: cum tamen, quandiu arbitrio vixerat suo, sic abhorreret à vita, mari, & fluctibus committenda, vt tritum versiculum? At tu sæue Aquilo nunquam mea vela videbis, identidem sibi occineret. Tantum caritas roboris, tantum obedientia securitatis puris mentibus inserit.

116

10. Nunnij
obediētia
& de So-
cietate in-
dicium.

117
Res Bras-
ilica.

Paulo iam lætiores è Brasilia nuncijs ferebantur: in qua Societatis curæ ad annos aliquot euigilabant. Et in Collegio quidem sancti Vincentij plures de Societate, quam in tribus reliquis Brasiliæ sedibus habitabant. Fructus quippe ex eo sperabatur vberior propter indigenas finitimos paulo ceteris mansuetiores, captusq; melioris, & Lusitanis pacatos: quanquam ea quoque circum loca saginendis ad escam hominibus, macandisque gens dedita ferino ritu vivebat exlex, & sine duce, sineque magistratu, cuius contineretur, & regeretur habenis, pronæq; ad omne nefas & omnem impudentiam mentes refrenarentur. Ea res Præpositum Prouinciæ Nobregam videlicet impulit, vt euocaret de Societate cõplures, quorum assidua cura, perpetuoq; labore & illa ipsa Vincentiana colonia, & barbarorũ loca finitima purgarentur. Ergo paucis cultura Lusitanorum relictis, interiore in tractu geminam sedem instituit, alterã Manicobæ Leucas à mari circiter quinquaginta, vbi Vincentius Rodericius, & Franciscus Petrius sacerdotes cum totidem fratribus collocati, Gregorio Serrano pueros elementa quoq; literarũ docente: alteram Piratiningæ, quæ amplius incrementũ accepit. Leucis nõ plus decem, sed ardua & asperissima via, distat à mari campus ferax in primis, vnde quotidianus ad puerorũ alimenta ex lignea farina, quæ genti pro pane est, cõmeatus deferebatur. In eo campo Piratininga est. Itaq; tum vt promptiora essent vitæ subsidia, tum quod frequens ibi Brasilius ab prauis exteriorum, procul exemplis agebat, visum est Nobregæ Collegij corpus eo transferre. Piratiningam cum ventũ esset extremo ferme Ianuario, placuit ei domui, re diuina tum primũ facta B. Paulo nomẽ, cuius cõuersionis cõmemoratio in illũ ipsum diem recurrebat, imponi. Tum Patribus octo numero nihil prius, quam vt catechumenos in fide firmarent, christianisq; moribus perpolirent, nominatimq; ab ebrietate, quo maximo vitio laborabant, ingentium apud eos malorum fonte, cædisq; seminario cohiberent. Quanquam enim cum frugi, sobrijsque erant, ab inimicorum cædibus, & à cæforum vorandis carnibus tempelebant: tamen vbi se vino, quo factitio vtuntur, obruerent, & mentem ebrietate perderent, ad eorum continuo necem, sanguinemque fundendum exardescabant: nec quicquam illis erat antiquius, quam vt macetatis eorum crudeliter carnibus per summam ventris insaniam, suauissimam sibi coquinam extruèrent, & suis dentibus inimica viscera laniarent. Diuina tamen ope non nihil est à Patribus contra hanc profectum amentiam: & illustrior indigenis adolescentulis fructus, vt pote mollioribus ad flectendum & inferendam in eorum pectoribus humanitatem, extitit. Quo ex numero complures iam erant aqua salutis intincti, sed catechumeni multo plures. Eorum erat ea vitæ ratio, atque descriptio, vt mane missis scholis priusquam accumberent, Cælitum in aede suffragia non sine cantu, vesperi Cæli, Terræq; Reginam, misericordiæ Matrem præscriptis è formulis implorarent. Sextis porro ferijs cru-

119

Institutio
puerorum
Piratiningæ.

entabant se flagellis. Bis in die docebantur elementa Christianæ legis paucisque mensibus excepti sunt baptisinate supra triginta. Nec enim continuo, qui Christo nomen dabant intingebantur, ne nondum actis radicibus eorum labefactata constantia cum sacramenti iniuria conuelleretur. Pueri vero ipsi eo Christi flagrabant amore, ut ethnicorum parentum sensu nullo propemodum tangerentur, eosque sicubi delinquerent, accusarent, interdumque ne affarentur quidem. Iam Venetici, quorum non exiguus apud eos numerus erat, cum sua venditæ mendacia presentibus Patribus, & suas redarguentibus fraudes non auderent, solum vlcro verrebant, & voluntario se quodammodo mulctabant exilio. Fuissetque omnino felicior rei Christianæ, pietatisque progressio, nisi propagati à Ioanne Ramallo Mamaluchi, malæ stirpis peiora germina (ij sunt ex Lusitano patre, & Brasila matre prognati) cuncta turbassent. Qui in oppido tribus inde leucis distito commorantes, Piratiningam vsque suum virus iaculabantur: utque Patribus se opponerent, & cunctis aduersarentur in rebus, ceteros ad vlciscendas inimicorum iniurias, & ad ferinum humanæ carnis pabulum accendebant ijdemque militiæ tempore catechumenos, ut imbelles, & ignauos, (quod apud eos bellicam virtutem magno æstimantes, de dedecori vertitur) probri causa præteribant. Sed id probri genus, Piratiningæ Dux, quem sibi gens ad aliquam iusti imperij speciem legerat, Christianis præceptis opportune edoctus, pro nihilo habendum duxit, nec quicquam in ignominia maculis numerandum præter vnam turpitudinem peccatorum. Sed enim Manicobæos, quos Vincentius Rodericius, & Franciscus Petrius longo labore tandem valde mansuefecerant, adorti Mamaluchi, suadentes, ut sibi potius, qui arcu, & pharetra vterentur ut ipsi; quam ignotis presbyteris, in Brasiliam sua (ut aiebant) ob scelera relegatis fidem haberent, ira efferarunt, ut desperato fructu relinquenda ea statio fuerit. Ad hæc cum oppidum illud tribus leucis à Piratininga, vbi Ramalliani Mamaluchi sedem habebant, visere frequens soleret Nobrega, & Lusitanorum sitientes animas saluberrimis subinde concionibus irrigare, primo Mamaluchi barbaro ac immani terrore minas iactare, & pericula intendere Patri cœpere, ne eas conciones haberet: postremo eò minitantium processit furor, atque ferocia, ut ne maiores in atrocitates erumperet, de Lusitanorum consilio, cedendum turbulentissimis hominibus fuerit, & conciones intermittendæ tantisper. Sed quanquam Evangelij cursum hominum morabatur improbitas, non deerat tamen ex altera parte Dei bonitas, quæ suis præsidijs, admirandisque prodigijs incitaret. Bello inter incolas Piratiningæ, populosque finitimos excitato Piratininganæ simul in aciem exierunt, inopinata multitudine hostium exterriti animos iam prope despöderant, cum Ducis vxor virilis animi scæmina de more gentis comitata virum, nec ita multo ante lustrata baptisimo, percussos metu milites cohortatur, uti salutari signo crucis frontibus cõmunitis impauidi ferantur in hostem. Factum ut imperarat: tantisque in hostem animis irruerunt, ut ingentem stragem ediderint, reliquaque copias partim ceperint, partim in fugam auerterint, nullis omnino è Piratininganis desideratis, ac ne vulneratis quidem, præter duos spiculo transfuerberatos (quorum alter extinctus est) qui piæ mulieris consilium, & hortamenta contempserant. Nec vero victores prisco ritu captos ex hostibus vorarunt, sed solū neci dedere, terra insuper iniecta corporibus. Quos in tumulos cum paulo post incidissent hostes, rati nõ suorum, sed Piratininganorum corpora esse, asportasse voranda dicuntur. In eadem prodigiorum admiratione numerata sunt illa. Catechumenus à Christiano viro inuitatus ad potacula, ut de more secū fruereetur voluptate potandi, cum diu Patrū interdicta reueritus, renuissset, ad extremum partim victus illecebra, partim precibus importunis, genio indulsit; & cõtemptis monitis magistrorū perpotauit egregie. Sed effusa potationis suæ celebres pœnas dedit. Baccho illo suo bene dilutū grauis repete morbus oppressit, & mox etiam extinxit, ceteris admiratione, terroreque perpulsis. Verum plectentis commiseratio Dei, qui suam misericordiam in ira nõ continet, morienti non defuit; locumque dedit ad pœnitendum misero, eluendasque sordes omnes in fonte baptisimatis. Consueuerat is aliquando narrare paruulū filium iam expiatum baptisinate vita functum, sæpe sibi de Cælo visum monentem, ut ad Patres se conferret, & animi saluti consuleret. Se autem visum illud pro nihilo habendū esse duxisse. Sed cum sæpius esset admoni-

112
Vexantur
Christiani
& Patres
à Mamaluchis.

113
Crucis
signi visus
alia miracula
bilis.

- tus, induxisse tandem animum Patres adire, & catechumenis se adiungere: tam scilicet fuisse causam suæ conuersionis ad Christum. Quamobrem patri relicta Corieam à millibus passuum ferme trecentis erat sequutus. Puella vix quinquennis graui affecta morbo deportari à matre voluit ad sacram ædem. Ibireptans imbecillis ad aram, & coram parentibus trisa preces, sana me Pater, inquit. Pater autem, qui genuerat, compellari à filia se ratus, vis inquit, veneficum huc accersam, qui medicinam morbo faciat? Quam illa vocem indigne ferens, strata humi clamat in parentem, non se à veneficis, sed à Deo medicinam petere. Nec sua frustrata spe. *A dhibita enim à nostris fratribus meliori medicina Christianorum precum prope deploratam valetudinem recuperauit.* Hoc puellæ peculiare, illud vniuerso commune Pago. Quem terra lues occupasset, & ea complures icæti quotidie caderent, nec humanis posset occurrere præsidijs, ad diuina Patres conuersi publicas supplicationes indicunt. Prodeuntium agmen instruunt non ex Brasiliis adolescentibus modo, qui se flagris prodeundo multarent; verum etiam ex alijs, qui sustinentes in manibus faces, Sanctorum litanias ambulando concinerent: & erat nouies ducenda pompa ad implorandos Angelicos cætus custodes, actutores humanæ salutis, vt eorum choris numero nouem supplicationum par numerus responderet. Nec incassum fusæ preces. Expleto supplicationum prædicto numero lues abiit. His admirandis, diuinisq; rerum euentis Brasiliensium cõtinebantur ingenia: nec sine Patrum sudoribus colebantur, tametsi non respondebat cultura par fructus. Quid in eo subigendo aruo laborum, quid incommodorũ, quid tãdem pertulerint ærumnarum, testis est is, qui dabat ferendi constantiam, & cui se tam ex animo, tamq; alacriter exercebant. Sed specimen ærumnarũ iuuat ex Iosephi Ancietæ, quam Augusto mensè ad B. Ignatium dedit, epistola recognoscere. Ab Ianuario, inquit, vsq; in præsens nonnunquam plus viginti (simul enim pueri catechistæ debebant) in pauperula domo luti, & lignis contexta, paleis cooperta, quatuordecim passus longa, decem lara mansimus. Ibi schola, ibi valetudinarium, ibi dormitorium. Cœnaculum item, & coquina & penus simul sunt. Nec tamen ampliarum habitationum, quibus alibi fratres nostri vtuntur, nos mouet desiderium. Siquidem Dominus noster Iesus Christus in arctiore loco positus est, cum in paupere præsepi inter duo bruta animalia voluit nasci, multo vero arctissimo cum in Cruce pro nobis dignatus est mori. Porrò domus angustijs cetera erat vita consentiens, frustra nauticorum velorum, quæ nautarũ donabat benignitas: atro tincta, ipsimet sibi concinnabant in tunicas. Potio erat aqua ex milio cocta, esca legumen ferme, vel olera, vel aliquid mandiocæ (id est lignæ illi farinæ vocabulũ) nec semel exhausto funditus domestico penu, opportuno in tempore, & quidem vnde minime sperabatur, pauperibus suis Pater cælestis dona sua summisit. Iam is, quem modo nominavi, Iosephus cum Grammaticam fratres nostros doceret, & in edicendam redigendamq; in artem Brasiliicam linguam incumberet, etiam genus quoddam calceorũ intexere in vsus Patrum, fratrumque perdidicit. Idem Nobregæ iussu (vt est mire docilis charitas) cum Brasilorum multi perirent, secare venam aggressus, vitam multis mortalibus cõseruauit. Omnem igitur ærumnarum omnium amaritatem spes abstergebat luculenti quæstus animarum, cuius gratia necesse erat eo loci degere, vt nõ auditione tantum christianæ vitæ formam gens, sed oculis quoq; perciperet: vsuque, & consuetudine rectorum exemplorum assuesceret virtutis decus agnoscere. Quin etiam Patres, ne cuiquam oneri essent emendandis quotidie rebus ad vitæ tutelam necessarijs propter cõmunem hominum egestatem, extremamque miseriam, ipsi sibi apostolico more, suis manibus victum, ipsi suo labore quærebant. Nec minimo erat adiumento Noguera laicus è Societate faber, ferrario opere faciundo, qui rustica ab se condita ferramenta cum Brasiliis omnium artificiorum, & ante eam diem etiam agricolationis expertibus largiretur, duplex inde commodum reportabat; alterum, quod illis sæpe aliquid ex agro reddetibus domesticas subleuabat difficultates: alterum multo amplius, quod ipsamet gens ad laboris amorem pelliciebatur, & quædam humanitatis quasi elementa discebat. In colonia sancti Spiritus Blasius Laurentius salubrè in primis sodalitatem instituit, cui nomè à caritate fecit. Ei sodalitati præter expiationè conscientiæ, & accessum ad sacrosanctã mensam in sanctissimis anni diebus, magnæq; Matri sacris princeps erat insti-

114.

115.

Epistola.
Iosephi
Ancietæ.
de arctiore
Sociorũ in
Brasilia.

116.

Iosephi
Ancietæ
industria.

117

De colo-
nia S. Sp.
vitas.

institutum temere iurandi, peierandiq; morem, & obtreccationes quæ vitia duo plurimum increbuerant, amoliri. Itaq; iubebantur sodales eius generis noxas nõ ab sese modo arcere cunctis viribus, sed etiam dare operam, vt cuncto eijcerentur ex oppido: certamq; sibi vltro multam, si qui in in alterutro peccaret, ex pecunia indixere, vnde dos vni orbarum collocandæ in matrimonium conflaretur. Iam Saluatoris in vrbe, Portuque securo tenebatur idem tuendi animas institutum, vñtatis sacramentorum, doctrinæq; præsidij, quantis item in ærumnis, & egestatis incommodis indicabat nimia imbecillitas Patrum, fractæ vires, color exhaustus, vt spirantiũ mortuorũ quædã viderentur effigies. Sed leuamẽto erat & his dulcis caritas Dei, cuius promerẽdi gratia nõ equo modo, sed gaudẽti quoq; animo quæuis aspera tolerabãt. Auxit quoque animos spes coronę nobilioris, qua duos è socijs cognouerũt ornatos Petrum Correa, Ioannẽq; Sofam, Lusitanũ vtrumq;. Ambo ad Societate sub primũ eius in Brasiliã accessum in colonia S. Vincentij, & Correa omnium primum, adiunxerant sese. Ioannes candidissimi ingenij, & innocentĩ motum honesto viro famulabatur: sed ita, vt verius posses etiam tum inter Dei famulos numerare lectissimos. In suo sedulus ministerio erat, erga omnes officiosus, serio deditus, additusque diuinis. Ter in hebdomada ieiunabat: in summa palam bonus, ac semper, haud ferebat vnquam coram se absurdius quicquam dicto, factouẽ committi, quamuis sæpe pro pijs monitis probra, & cachinnos relaturũ se nosset. Inde in sortem Dei, vt est oblata Societas, plane, auideq; transgressus, quo celliore cœpit è gradu, eo celsius perfectæ virtutis culmẽ ascendit; quocumq; vsus ferret in ministerio, sed propriẽ in culinæ laboribus humilitatem, & caritatẽ exercens. Correa principijs non perinde felicibus sed studio progrediendi nihilo minore, facultate etiã maiore exorsus est. Is erat claro loco natus, magniq; vir animi, & ante Societate cognitã, Brasiliici nominis acerrimus insectator, existimans se ea re beneficium Lusitano Regi, Deo sacrificiũ facere. Sed vt Leonardi cõgressu, Deo intus illucescente, cognouit quanto id piaculo fieret, quo veteres iniurias nouis obliteraret officijs, ac benefactis, seipsum religioso iugo pro eorum libertate submittens suas omnes curas ad eorum lucrandas animas, & ad Christum vocandas intendit: in eoq; se studio totos quinq; annos (tot enim in Societate vixit) magna animi cum summissione, magno cum ardore cõtinuit, cum dicere esset solitus aliam sibi nullã restare ad salutem viã, nisi vt totam se salutem innocentium populorum quos tantum ante læsisset, impenderet. Multum autem apud Ethnicos in agendo valebat seu autoritate iam parta, linguæq; peritiã maxima, seu prudentiã, sanctitatisque singularis exemplis, vt Brasiliicæ primitiæ ei potissimum debeantur. Cuius virtutibus, ac recte factis communis inuidens hostis, haud semel eius insidiatus est vitæ. Nam & antequam necaretur à Barbaris, dum ad eorum pagum Nobregæ missũ contendit, bina in itinere ligna palmorum ferme quadraginta longitudine, iustaque crassitudine prætereuntis in verticem inciderunt, fordo impacto vulnere. Actum de eius salute putabant omnes, & caput infra actum: vulnus obligatur, vtque ex obedientia iter peragebatur, postero die periinde, ac si intactus fuisset, ita integer fuit, ac vegetus. Verum successit dolor oculorum acerrimus, quorum in ea cæli plaga difficilis, & operosa curatio est. Adhibetur à socijs piæ precationis medicina: eodemque die nullo penitus, quod perraro accidit, relicto vestigio, dolor abscedit. Tum Correa progressus ad destinatum barbarorum locum, ipso in introitu magnam vim mancipiorum, feruorumque reperit impiæ lanienæ paratam; quos è sagina multi temporis barbãri illi suo ventri maectandos, & concidendos eduxerant. Id vir misericors indignissime ferẽs, vna cum Nobrega, qui eius dudum subsequutus erat aduentum, omni contentione pugnavit, vt barbarorum manus ab impia illa internectione compesceret: sed cum proficerent nihil, dederunt de cetero operam, vt deuota illa infelici carnario capita, Christianis imbuta sacris vnda salutari respergerent. Verum cum ne id quidem barbarorũ sæua crudelitas, & insaturabilis ventris cupido permitteret, quod dicerent, ex intinctis illis carnibus perniciem importari conuiuijs, cædentibusque, ac degustantibus mortem, Patres Vincentij Rodericij, quam olim retuli, tempore persimili industriam imitati, è madefactis aquæ sudarijs, liquore distimulanter expresso, vniuersas illas hostias, priusquam de more cæderentur in epulas, Christiano ritu lustrarunt, easdemque conuersas

118

Mors beati Petri Corree, & Iohannis Sofæ.

119

Petri Corree ad Societate aduersus.

120

Via obedientiæ & orationis.

in victimas Dei, monitis salutaribus, & appositis ad consolandum verbis, sub ipsa claua, cultroque carnario ad extremum vsque spiritum confirmarunt.

121. *Carigiij multi dum ad baptis- mū pergit, à Tupinaquinis occiduntur.*
Interea Carigij interioris Americæ populi, docile, ac mite genus hominum cum Christianæ legis admirati præstantiam, & ex ijs, quæ de Patribus audiebant ex ore, consilioque Castellano- rum, qui Paragaum ad amnem habitabant, Christiani fieri vehementer expeterent, postquam frustra aliquandiu expectarant Nobregæ suas in oras accessum, tandem non dubitauerunt, religio- forum è numero amplius ducenti, Hispans aliquot intermis is Euangelij, baptisimique gratia ignoto, ac periculoso itineri Brasiliam versus è sexcentis passuum millibus se committere. Sed à Tupinaquinis barbaræ crudelitatis Ethnicis intercepti, trucidatique, & suomet cruore lustrati, breuiore, quo tendebant, itinere peruenerunt, tam exploratæ spe salutis æternæ, cælestisque beatitudinis, vt percussores suos his inter necem vocibus compellarent, Vos quidem arbitrato vestro, caduca hæc, & inortalia membra concidite, animorum certe cursum, quo minus hodie ad suum creatorem euolent, non retardabitis. Hunc in modum necati plerique, alijs iniecta vincula, vnus duntaxat è Castellanis euasit, qui cum ad Coloniam S. Vincentij perpetrata cæ- dis nuncius peruenisset, missus est à Patribus eo Correa Brasiliæ linguæ peritus, non sine per- spicuo capitis, vitæque periculo: qui sanguinariæ gentis ferocia blando mitigata colloquio duos è vinculis Castellanos exemit, & in Brasiliam saluos, incolumesque perduxit. Ipse vero Carigiorum indole delectatus, eam sibi Prouinciam à Prouinciali Nobrega depoposcit. Quod Pater, qui toto in eam pectore ferebatur, nec sibi ipsi, nisi cura moraretur Prouinciæ, tantæ spei præripi laborem sineret, eo libentius concessit, quod multiplicis seges caritatis offerebatur. Ca- stellanos magno numero eorumque non paucos nobiles vna cum vxoribus, dum cursum ad Paragaum habent, tempestas in S. Vincentij litus eiecerat. Horum vicem, summamque rerum om- nium egestatem Nobrega miseratus, inter alia solatia, id opportune ab eûtibus addi posse exi- stitauit, Correa terrestre iter tenens, pro autoritate, qua per eas valebat oras, notitiaque sermo- nis, ipsis mari deuectis, (sic enim Brasílico Prætori placebat) gentium, ad quas appellerent, pa- cem, benignitate mque conciliaret. Cum his Castellanis & illi duo abiire, quos Correa nuper ex barbarorum manibus, & faucibus vindicarat. Sed alter profectus est dolens, quod Ethnicam fœminam, qua concubina abutebatur, eius è sinu Patres abstraxerant. Ergo Bartholomæi A- postoli die natali expiata conscientia, cælestique pane corroborati Correa, duoque cum eo so- cij Ioannes Sosa, & Fabianus, post dulces Patrum, fratrumque complexus, iter ingrediuntur. Centrum ferme, ac viginti passuum progressi millia, conati vbique populorum animos delinire, nec vsquam intermittentes Euangelij salutare præconium, inueniunt alium ex Hispaniæ regnis in hostium potestate, ac faucium, duosque Brasilos, quos laniena, & dira manebat ingluuius. Hos omnes Correa sapienter eblanditus à barbaris, Fabiano, qui faucio Hispano præito esset, simulque diuinam in populo ordiretur sementem, relicto; cum Sosa progreditur, duobus Brasi- lis, quos liberarat, officiosè securis. Ac Fabianus quidem vbi is, cuius substiterat curæ, conua- luit, grauius ipse laborans, odioque barbarorum acerbissimo flagrans, quod quædam ijs huma- narum carniū erepta clanculum frustra in denso nemore sepelierat, agere tandem ad S. Vin- centium se recepit. Correa, & Sosa magnis laboribus Carigiorū fines ingressi, suis ambo sermo- nibus, & exemplis tantos fecere motus, vt non modo plebem, verū etiam primores demonstrato patriæ superstitionis errore, ad studium Christianæ veritatis erexerint. Sed tam præclaris ceptis laus se quoque Satanas interposuit. Castellani qui ex Brasilia remeabant, hominem illum, quæ seruatum à Correa, & spoliatum pellice memorauit, quod vsu longo sciens linguæ, notuque, nec modicæ autoritatis erat Carigijs, in litus expositum, misere ad cõquirenda subsidia in pro- ximos pagos vna cum homine Lusitano. Illum Correa per literas adhortatus, ne ad se propius gravaretur accedere, vt in tradenda Christi lege Castellanisque subleuandis, vnum & idem apud Carigios loquerentur, & saperent, nec alter ab altero dissentiret, nullum responsum tulit. Sed Lusitanus accessit, qui cum apud fratres pernoctasset, Correamque indigenas cohortan- tem ad deponendas iniurias, & ad redeundum cum inimicis in gratiam audisset, hæc alteri re- tulit. Is autem (id quod degenerantibus vsu venit rebus) quanto ex meliore indole, tanto ip-
tis

126. *Correa & S. su impie produitur.*

sis barbaris vitiosiores in mores transgressus, dolorem auulsæ ab impuro suo conuictu concubinae tempus ratus explendi, pro vsu, & autoritate qua apud Carigos valebat, variis artibus, & mira caliditate quæsitâ contrarijs plane doctrinis, eos atque præceptis instruxit, & ad viciscendos inimicos contraque arma ferenda suam quoque pollicitus opem, & auxilium incitauit, & quem Correa paulo ante captum à Brasilijs, & ad epulas de more maectandum, ex eorum faucibus eripuerat, is & Corream liberatorem suum vnaque, Sosam insimulare apud Carigos instituit, & in summum odium adducere, quasi in eorum perniciem cum vicinis hostibus conspirassent, plurimoque cum apparatu sagittarum, & arcuum hostilem præcurissent aduentum. Fide mendacio fecit; quod Brasili duo, qui paulo ante à Correa feruati, ei se comites adiunxerant, arcus vterque gestabant, vt mos est genti, cum peregrinatur ad externos. Nouember (quantum deinde argumentari licuit) mensis agebatur. Iamque Correa quod Natalis Domini dies erat sibi à Prouinciali reuersionis terminus constitutus, propensis iam Carigijs, longeque optime animatis ad fidem, reditum adornabat. Redeuntem cum comite Sosa, & aliquantum progressos itineris ex insidijs repente Carigiorum manus adoritur. Quinquam enim elementes, vt diximus, mitique sunt ingenio Carigij, veteratoris tamen illius astutia, & proditiois falso metu compulsi, de medio tollendos non dubitauerunt innoxios. Ac primum quidem comites Brasilos duos, deinde Sosam illico ad preces in genua procumbentem sagittis interimunt: postremo in ipsum Corream hortantem hostes, quantum conijci potuit, (nec enim exaudiri verba satis poterant) vt suæ saluti consulerent, & ab impio facinore manus sacrilegas abstinere, arcus intendunt. Cûq; is inter ictus, & vulnera nihilominus placido vultu, sermoneque lenire Sicarios illos non intermitteret, ijque vicissim pro verbis spicula redderent, flexis, & ipse genibus, baculoque suæ peregrinationis abiecto, manus, oculosque tollit in cælum, & hostium piaculis ingemiscens, nouissimas inter preces sagittis obrutus, & confectus interijt. Hic honos habitus carissimis socijs, hæc gloriæ merces, & corona tributa, vt Deo & animis suum sanguinem largirentur, & in cæcis Ethnicorum mentibus vocandis ad lucem, huius ipsi lucis vsuram amitterent, mortem in muneribus obeundis obedientiæ, & caritatis exciperent: & profundenda vita primos inter Martyres Societatis nostræ connumerarentur. Quinquam enim non religionis odio (si verum quærimus) sed proditiois, vt ante diximus, suspicione Barbarorum mens incitata, veri Dei cultores suis confossos telis exanimauit: tamen si mens eius, qui barbaros incitauit, improbissima reputatur, reperietur, nihil ad perfectam martyrij causam, atque rationem his necibus abfuisse, nec quicquam desideratum esse, quo minus illi reponantur in Martyres. Veterator ille, quem diximus, Castellanos interpretis, odio veritatis, atque iustitiæ, & auulsæ sibi concubinae dolore percitus, ipse Corream, & Sosam Ethnicorum telis obiecit, ipse vita expulit, &, quod suis horruit, alienis manibus interemit; quasi ad homicidij crimen interfuit, vtrum ipse tuis manibus, aut alienis maectes in fontem, vita spolijs virum bonum, & in alterum sis iniuriosus. His igitur sanctis testibus in Brasilia Societatis sunt decorata primordia, his Martyrum exornata primitijs: quos quam ingens multitudo deinceps ex hac ipsa Societate consequentibus imitata sit annis, suis locis, temporibusque reddetur. Horum pretiosa nex vbi nunciata est Piratiningam, aduectos ex Europa socios inter festas gratulationes sanctus quidam pudor incescit, quod nemo ipsorum, sed vterque ex coopertis in Brasilia ea laurea digni fuissent. Nouella vero Christiana soboles, catechumenique, & oppidani ceteri ex Corree desiderio, tanquam ad amantissimi parentis obitum vberes in lacrymas, & gemitus mæstissimos erumpere: postque priuaras querelas communem lamentationem media nocte exorsi Duce ipso concionabundo, sæpeque interclamante, iam veri eloquij princeps mortuus est, iam vnicus nobis veritatis interpretis eripus est, qui sincero nos cordis amore complectebatur, iam Pater, & Frater, & amicus noster est mortuus, triste officium ad lucem vsque cum miserabili eiulatu produxerunt. Hac ætate primum missus in Europam est Leonardus Nunnus, qui B. Patri statum rerum Brasiliarum exponeret, & certa ex eo responsa difficultatibus, quas dies offerebat, referret.

Cum hæc in Brasilia gererentur, in orientis Solis India mortuo Prouinciæ Præposito Gaspare, Melchior Nunnus, Ioannis Nunnij, quem Patriarcham designatum modo narrauimus, fra-

127

Es mact.

127.

128

Gemitus
Brasiliæ
ex Corree
desiderio.

129

Primus ex
Brasilia
Romam
procurator
missus.

130

Res Indica.

ter,

ter, e Xauerij morientis chirographo, vt supra demonstratum est, in administratione successerat: qui locis aliquot Indicæ Societatis inspectis Goam concionandi causa, & vt inde reliquam prouinciam facilius regeret, se receperat. Nec ei socij sue defuit recens de animis benemerendi facultas, misso ad Vrbe Pontificis Maximi Sobelzo, cuius promulgatores, ac præcones in ijs locis Societatis potissimum Patres, ipse Pontifex nominarat, quod vt amplum Patribus ad existimationem & nomen, ita ciuibus opportunum ad animarum commodum fuit. Eam opportunitatem nacti complures longo annorum interuallo suæ vitæ peccata posuerunt. Pecuniâ malè partam vel suis dominis, si scirentur, & superessent, vel Christo Domino si nescirentur, nec apparerent, suis in minimis reddiderunt. Publica præterea sunt, ac priuata, occulta, & aperta facinora, publicis, ac priuatis vocibus castigata, pietas excitata, sacra cœnobia amplificata, & nouis aucta tyronibus, multorum denique honorum facta sementis. Quibus in studijs, atque laboribus dum Melchior, socijque se continent, aduehitur ex Iaponia Petrus Alcaceua, cuius sæpius est facta mentio, eorum missu Patrum, qui in ijs Insulis versabantur, tam lætos afferens nuncios, tam multa de pingui illo, feracique solo commemorans, vt inusitatum quendam ardorem eo traijciendi, & apud illos Ethnicos suam operam collocandi pene cunctis iniecerit. Auxere flammam trium Iaponicorum Regum literæ Bungensis, Amanguciani, & Firandensis ad Indiæ Proregem Alfonso Noroniam, in quibus illi veram Dei legem, quam ex vltimis Orbis terræ finibus in sua regna Societatis homines deportauerant, agnoscebant. Ac Bungensis quidem suum ad eum Proregem legatum cum literis, & muneribus destinarat, quibus se induxisse in animam affirmabat Christi legem amplecti, & cum Lusitano Rege conficiari, magnique se beneficij loco, numeroque dicturum, si cum eo Rege, qui regno tam amplo, tamque opulento præesset, Societatem, atque amicitiam religionis fœdere confirmaret. Nec inania quædam verborum officia, sed vera, & ex ipsis profecta præcordijs ea promissa fuerunt. Nam quo minus Christi legem acciperet, & Christianis se sacris addiceret, aliud nil efficiebat, nisi nobilitatis metus; ne, si nouam legem prior ipse reciperet, id illa ferret iniquius. Qui metus extrudi facile poterat, si suscipiendæ nouæ legis initium à quibusdam nobilibus esset factum. Sed Christianorum Iaponum ardor, quorum ad quatuor millia omnis iam summa conscenderat, & in suscepta fide constantia, quæ nullo terrore mortis iniecto, nullis propinquorum, carorumque labefactari videbatur illecebris, ea ingens Patribus calcar erat ad iter illud tam arduum, tamque laboriosum ineundum, præsertim quod Amangucianus, Bungensisq; Reges totis vlnis Societatem exceperant, & ad extruendum Templum, ac domicilium arcam ei, solumque decreuerant: eo insuper ad beneficium addito, ne Patrû in locis veluti sacrosanctis comprehendi, vulnerarique ferro quis posset: & suo cuique a bitratu liceret citra cuiusquam iniuriam legem Creatoris accipere. Quibus rebus Melchior impulsus, quanquam eo propendebat interdum, vt in India, vbi nauos de Societate viros mors nuper ademerat, remaneret, quoad saltem ea Patrum iactura misso è Lusitania supplemento sarciretur; tamen ex altera parte veritus ne Xauerij de vita discessu, cuius iam nuntius erat allatus, conuertendorum ad Christum Iaponum studia relanguescerent, & memor insuper sancti Patris, qui vel eidem Prouinciæ præpositus ad Iapones se contulerat, à quo præsertim fuerat ipse quondam in eas insulas designatus, censuit denique præstare, & è diuina re magis esse, si ad ipsos Iapones se conuerteret, quam si apud Indos hæreret. Qua in sententia confirmabatur eo magis, quod Goz de Societate recentes expectabantur, & Balthasarem Diazium, qui in ea Prouincia debebat, ijs agnoscebat præditum ornamentis, vt vel ab eo Indica tractari Societas pro dignitate posset. Verum ne quid non considerate, consilioque faceret, placuit Goenses ad Patres, Cœnobiiorumque Præsides Dominicanæ, Franciscanæque familiæ, & ad Canonicorum summi Templi Præpositum rem referre. Quorum cum vna omnium mensisset, atque sententia, vt iter illud ingrederetur, reliquum erat voluntatem Proregis vt exploraret. Ad quem vt venit Iaponicas forte literas per legentem, vltro ille; Quia tu Pater in Iaponiam properas, vbi tam multa messis offertur? Tû demû eo tibi transmittendû, & diuinæ voluntati tot significationibus indicatæ prædum existimauit. Cuius profectiois fama vulgata, vel ex ipsis non defuerunt externis nō modo

131
Melchior
Nunnius
Basnii Iap
oniæ pe
sore.

132

vini,

viri, sed & matronæ pernobiles, qui se cum Melchior ad illud iter offerrent, vt in eas insulas par-
 tefacto iam aditu, ad animorum salutem quamcunque possent opem viri viris, fœminæ fœmi-
 nis impertirent, primas in ea re tulit negotiator opulētus, ac diues, & apud ipsos etiam Iapones,
 Sinas, Pegusianos assidue commercio nobilis, Xærio quondam peramicus, Ferdināus Men-
 dius Lusitanus. Is vt Melchiori se comitem itineris, socium laboris adiungeret, cum maxima fa-
 cultatum suarum parte totum Societati sine retractatione se obtulit. Continuoque seruos, quos
 habebat multos, libertate donauit: multa contulit in egentes, quædam ad extruendam ædem
 Deiparæ in Ciorano insula, piosque alios in vsus: multa quoque in magnificum munerum ap-
 paratum, quibus Iaponum Principum gratiam, studiumque Christianæ religioni conciliaret.
 Atque his initijs aditum sibi munuit ad reliqua. Quo Ferdinandi consilio Prorex cognito, com-
 modissimum esse censuit, suo eum nomine ad Regem legare Bungensem cum literis, & mune-
 ribus. Nec abnuis Ferdinandus legationis id genus: nec spe Christianæ propagandæ rei recusauit
 hoc munus. Sed quamquam voto, & animo de Societate iam erat, ramen quo liberius, & hono-
 rificentius acceptam legationem obiret, mutandum cultum extrinsecus nō putauit, tum etiam
 vt in Iaponia, vbi annorum quatuordecim mercatura notus erat, longe acrius gentem ad amo-
 rem Christianæ religionis suo inflammaret exemplo, cum viderent hominem antea splendidum
 honorifica legatione iam functum subito ad humilitatem religiosæ paupertatis, & sui ip-
 sius despicientiam sua voluntate descendere. Nec aberrabat à coniectura consilium. Erat enim
 de Ferdinando apud Iapones tam excellens opinio, vt eum propter diuitias, quæ comparatione
 eorum paupertatis ampliores etiam videbantur, quam essent; beatum, ac Dei propinquum vul-
 gari nomine nuncuparent. Præter hunc ducebat Melchior de Societate comites quinque, toti-
 demque orphanos ad vsus, & ministerium sacrorum, quibus adiunxere se vltro Ferdinandi fa-
 mulitres, quæ quamquam manu missi, libertateque donati, sequi suum Patrōnum, à quo diuelli
 non poterant, voluerunt. Eorum vero nomina, quos sibi à Societate delegerat Melchior, hæc
 sunt, Gaspar Villela sacerdos, Melchior, Antoniusque Diazij, Ludouicus Froes, ac Stephanus
 Goës. Hos Prorex cum alijs ad nauigandum opportunitatibus, & comœatu, tum multa sacræ
 vestis supellectili discedentes instruxit: curarique orphanis sacrorum ministris ex auro tex-
 tas tunicas, ac dalmaticas iussit: vt quo augustiore cum pompa, splendoreque diuina tractarent,
 eo maiorem in admirationem, venerationemque Christianos illos Iapones, & ipsos etiam Eth-
 nicos raperent. Hoc instructu, ornatuque rerum Melchior Numnius tradita Balthasari Diazio
 Societatis Indicæ cura, cum legato, socijsque processit ad litus ingenti hominum prosequente
 caterua. Magna in digressu vis lacrymarum effusa, & ex vtraque parte osculo pacis dato, vene-
 runt Patres propinquam in Insulam nomine Cioranum, mille haud amplius Goa passus, ad æ-
 dem Virginis Deiparæ, quæ tum recens extruebatur. Hic vt faultam à Deo sibi nauigationem
 exposcerent supplice tanta Matre, sua quisque vota ingenti animorum motu, pijsque lacrymis
 renouarunt. Ea re Ferdinandus animaduersa, ingenti quodam animi incitatus ardore, non ex
 certa formula ille quidem cōceptis rite verbis, sed verbis suis, & quæ tum diuini vis spiritus sug-
 gerebat, tria primum vota cum reliquo sociorum cœtu concepit. Re diuina peracta Mel-
 chior Ferdinandum quando repeatina illa vota emiserat, seducit, & de Societatis vtcumque
 rebus, & institutis edoctum talari tunica ad exiguum spatium temporis induit; qui mox cum ad
 reficiendas cibo vires conquiretetur, in sacello tandem inuentus est venerabundus ante signum
 Dei Matris puerum I E S V M gestantis in vlnis, detractos sibi è digitis annulos in Pueri digitulos
 inferens. Verum paulo post ponere talarem iussus, & ad suum redire vestitum, breuiore quam
 vellet potitus est gaudio. Patres, vbi suæ pietati satis in ea insula, cumulateque fecerunt, in al-
 tum prouecti, post multa pelagi incommoda, tempestatēque peruenere Malacam. Hic sua
 diutius opinione persistunt, nullam in Iaponiam opportunitatem nauigationis nacti: & quod
 reliquum erat anni, suis ex instituto muneribus, & functionibus exigunt. Melchior quotidie se-
 mel, & iterum veteri ex instrumento, nouoque sacras literas explanabat. Diebus sacris, & ante
 meridianas, & pomeridianas conciones habebat. Quarta quaque feria ad ædem misericordiæ
 de misericordiæ muneribus diserebat, enucleabatque symbolum Apostolicum pulchris addu-
 cendis

133

Ferdinan-
 dus Men-
 dius addit
 se Melchio-
 ri socium.

134

Absent in
 Iaponiam
 Gaspar Vil-
 lela, Mel-
 chior
 Diaz, An-
 toni' Diaz,
 Ludouicus
 Froes, Ste-
 phan' Goës

135

Cioranum
 insula pro-
 pe Goam.

136

Adel. hioris
 Nuanij &
 sociorum
 res gesta
 Malaca.

cendis similibus, & rationibus ad persuadendam Ethnicis Christi legem, quibuscum tam frequens consuetudo eis intercedebat. Sexta vero septem Dauidicos psalmos pœnitentiæ vsu, vocabuloque nobiles explanabat; tradebatque tum peccata dispiciendi, ac distinguendi præcepta, tum ea deplorandi, ac pœnitentiæ lacrymis expiandi: quibus ex concionibus, sacrisque lectionibus ingens ad animos permanabat utilitas. Ac, ne tenera desereretur ætas, vnus è Fratribus per urbem egressus puerorum gregem tintinnabulo conuocabat: & Christianis præceptionibus, bonisque moribus informabat: cuius disciplinæ vis ad eorum quoque propinquos, & domesticos pertinebat; cum & famulis, & ancillis pueri illi, quæ didicerant, impertirent. Et, si quem domi, vel arcta sibi necessitudine iunctum temere vsurpantem augustissimum Dei nomen exaudissent, in eum acriter inuecti, suum illi facinus exprobrarent. Erat & suus quoque emendandæ stipi cum ad domesticas, tum alienas egestates leuandas dicatus dies: erat & suum gemino valetudinario interuisendo tempus ex interuallo dicatum. Quibus in officijs nihil Ferdinandi luculentius exemplo, nihil ad permouenda pectora magis efficax. Is quamquam ad pristinum cultum Melchiore iubente redierat, eo tamen iterum tantisper posito, & obsoleto suscepto, quæritabat tanta animi demissione, ac sui despicietia per urbem stipem, & in ea vrbe, vbi diuitiarum splendore nobilis celebrisque iam erat, vt vere sibi gens illa persuaderet, & in animum suum induceret, alteram quandam post hanc breuem, & fluxam sempiternam esse vitam, cuius ille gratia tam constanter humana contemneret. Ex hac studiorum, munerumque varietate, & ex hac tanta exemplorum luce, atque fulgore, mira quædam in ea ciuitate morum commutatio facta est, plane vt aliam faciem, & vultus alios ab eo Societatis accessu, mora que referret. Quas inter moras percunctanti ex Ignatio per literas Melchiori, num ab alijs prouincijs esset Indica secernenda, an potius cum Lusitana iungenda, Respondit B. Pater, vtique secernendam, vt suum apud se præpositum, ad quæ suis de rebus opportune referret, & à quo rectius administrari posset, haberet. Hactenus de Melchioris ex India discessu. Goæ Balthasar Diazius muneris pariter, laborisque successor Melchioris vestigia sequutus, institutum concionandi tenebat, plurimum cum fructu, saluteque multorum. Ad eius vocem mulieres ferme omnes, quæ corpus publicauerant vulgo suum, vt ad verecundiam sublatis periculis se formarent, & voluptati frenos imponerent, urbem egressæ se ipse quodammodo relegarunt, in tutoque collocarunt. Sed cum sociorum magnopere Balthasar plura auxilia requireret, commodum nouus Prorex Petrus Mascarenia è Lusitania par sacerdotum adduxit Franciscum Vieram, & Iacobum Soueralium eum, qui operam Regno Congi nauarat. Nec enim iam plures supererat Goæ, quam tres numero sacerdotes, cum sociorum tamen esset numerus ad triginta. Cum his igitur tribus illi duo coniuncti partim sacramentorum administratione, partim diuini verbi prædicatione, totos reparandis sese animis addixerunt. Reliqui vero partim elementarijs pusionibus instituendis ducentis & quinquaginta, partim tota conquisitis vrbe ferme trecentis Christianæ pietatis institutis inuitijs longa tædia superabant. Adeoque sibi omnes cum his, tum alijs obeundis caritatis muneribus non parcebant, vt eorum complures aut bonam valetudinem penitus amiserint, aut vitam ipsam nimio labore finierint. Cuius laboris incommodum penuria virtus reddebat acerbis, & earum rerum indigentia, quæ ad tutelam vitæ non modo Patrum, sed etiam puerorum, quos alendos susceperant, pertinebant. Quod alio rursus cumulabatur incommodo, quod non mediocriter Ethnicorum ad Christum remorabatur accessum, deerant idoneæ Societatis operæ, & qui pereuntibus porrigerent dexteram, ad salutemque vocarent. Deerat eorum non modo copia, qui rem gererent animorum; sed eorum etiam, qui domesticam iuuentutem literis expolirent, doctrinæque præsidijs instruerent, vt tradendæ dialecticæ causâ, nondum enim ad altiora doctrinæ fastigia iuuentus illa conscenderat, aduocandus fuerit ex Augustiniana disciplina magister. Atque hoc nimirum impulit Indiæ Patres, vt ab Lusitania plus operarum tanta contentione tantam in messem efflagitarent. Illas vero exiguas copias, studia, contentiones, & proferendæ religionis inceptum sustentabant vtique Xauerij de Cælo preces, cuius apud se corpus, carissimumq; pignus pie conditum huius anni vere Malaca aduectum asseruabant. Crescebat eius apud homines veneratio, & frequentibus concurrebatur agminibus ad sepulchrum; affere-

137
Virelli
exempli.

138
Balthasar
Diazius
Melchiori
succedit:
Goæ pra-
clare rom
diuinam
procurat.

139
Peruenit
in Indiam
prorex Pe-
trus Masca-
renia & cu-
o de Socie-
tate Fran-
ciscus Vie-
ra. & Iaco-
bus Soue-
ralius.

140
Res Socie-
tatis Goæ
in maxi-
mâ diffi-
cultatibus.

141
De corpore
B. Xauerij
incorrupto

afferebantur coronæ, quæ tumulum tangerent, florum spargebantur odores, & perpetuos in v-
 sus luminis creber cereus incendebatur, Quo in genere illud admirabile, & dignum literis me-
 moratur, cereum ad eius corpus accensum haud amplius magnitudine cubiti totos dies duode-
 uiginti, totasque noctes continenter arsisse nullius adminiculo, nisi Dei subministrantis pabu-
 lum ad fulgorem. Miraculo erat singularis illa corporis sesquiannum iam animo vacui, toties se-
 pulti, ac per tot spatia æquorum delati perseverans integritas, quæ cum fidē superaret omnem,
 & suspicionem occulti balsami nonnullis afferret, Alfonso Proregi placuit aperiri corpus, & à
 Medico suo peritissimo Cosmo Saraiua curiosius inspici. Is toto corpore pertentato, ventre præ-
 fertim, qui facillime contabescit, nihil non solidum, integrumque reperit, nullo balsami oleiue
 latentis indicio. Cumque è Societate quidam suos in plagam digitos, quæ secundum præcor-
 dia læuo patebat in latere, Cosmo autore merisset, cruor illico aqua permixtus erupit, nil graue
 redolens, ne ad motis quidem propius consulto naribus. Iam crura, ceteraque membra carne
 adeo solida, natiuaque reperit; nullis vt medicaminibus conseruari tanto post obitum interual-
 lo eo modo possent. Hæc ille iuratus pro imposito sibi à Prorege negotio multis audientibus te-
 stificatus est. Antonius quoque Ribera, qui Episcopo superiore anno demortuo, sacrorum ad-
 ministrationsi præerat, cum ea de re testimonium sua manu subscriberet, affirmavit se, cum rem
 sibi pro suo munere cognoscendam, rumore, qui de sancti corporis integritate manarat, impul-
 sus existimasset, Templum ubi iacebat ingressum, arcam aperiri iussisse, facibus accensis vna cir-
 citer ante meridiem hora suis corpus oculis inspexisse, brachia, crura, coxendices, & reliquas
 partes corporis diu, multumque tractasse, totumque corpus integrum inuenisse tam expers om-
 nis tabis, imò etiam tam recens, vt solida in eo caro, natiuusque succus, & color etiam viuus
 apparet: vidisse que paruulum supra genu in sinistra coxendicæ quasi vulnus, vnde carnis fru-
 stulum sectum erat: itemque vulnus aliud in ventre, quo cum digitos iniecisset, nil tabidum de-
 prehendisse, nil olfactu graue. Quæ omnia vti à se comperta essent, tabellionem iussisse suum
 publicis tabulis consignare, & eis suo se subscripsisse chirographo. Porro studia populi, & ho-
 minum testificationes de diuturna corporis integritate prodigijs ipsa quoque diuina vis pluri-
 mis affirmavit, præsertim in ægrotorum redonanda salute, quam Goæ constat ad eius corpo-
 ris tactum recuperasse complures. Narrabat Antonius Sà indigenam domi suæ foemina par-
 tus iam dolore deploratam Xauerij capillis, qui inter sacra lipsana seruabantur, admotis statim
 foetum edidisse feliciter. Ancillam quoque suam inter parturiendum exanimatam, cum extin-
 ctus in aluo foetus, & in transuersum iacens extrahi sine parentis interitu, periculoque summo
 non posset, eodem admoto capillo mortuum foetum citra periculum effudisse. Nec minus ad-
 mirabile, quod Antonio alteri contigit è nobili Rodericiorum familia, cui diuturna pituita sic
 hebetarat aspectum, vt ne eos quidem, qui se propius affarentur, aspiceret. Is medicamenta
 complura nequicquam expertus, cum ad Xauerij sepulchrum se duci iussisset, orassetque Pa-
 tres, vt sibi loculum aperirent, Xauerij manus oculis suis admouit, & absterfa repente caligine
 cernere paulatim cœpit, & suum breui recepit aspectum. Balthasar, cuius paulo ante memini-
 mus, Diazus, cum ex angina, quæ fauces arctius interstrinxerat, laboraret, nec in stomachum
 trajicere aliquid, ac diglutire iam posset, postulata clauē loculi, vbi Xauerius est conditus, ea ip-
 sa faucibus tactis, continuo concretos illos humores soluit, & iter escis interclusum aperuit.
 Illud admirabilius, longeque celeberrimum. Ioanna primaria foemina, quo die Xauerij cor-
 pus delatum est Goam, cum ex diuturno morbo mortij iam esset proxima, excubarentque ad e-
 ius cubile domestici campanarum sonitu exaudito, tanto funeri consentaneo, & fama sanctita-
 tis admonita, miraculorumque Xauerij, virum suum Christophorum Pererian, & quotquot
 aderant præsentēs obsecrāt, vt ad Xauerij feretrum deportari se sinant. Cum illi negarent, ne
 perspicuo periculo prope iam moribundam committerent, in eoque obstinatè persistarent, illa
 præ sancti viri videnti studio fiduciam concipit, & voto ipso subitam morbi leuationem sentit,
 dum ad extremum quotidianis aucta viribus, & bene confirmata conualuit. Quid? quod fla-
 gella ipsa, quibus se pro sua pietate Xauerius diuerberare consueuerat, hanc eandē vim morbos
 ab humanis remouendi corporibus habuisse reperta sunt: eaq; à Neophitis asseruata, fuisse me-
 dicinæ

142

143

Reliquiis
B Xauerij
miracula.

dicina nonnullis. Nec ipsa modo res defuncti iam viri, sed eius quoque nomen religiose appellatum, & deuocata eius de Cælo preces, vel in Europa, locisque procul distitis ad eius mortis nuncium, & admirandi funeris famam salutem ægrotantibus attulerunt. Testis est Lusitania, 144 testes Societatis in ea Patres beneficium salutis experti. Decumbebat ex febribus Conimbriensis Collegij Rector Leo Henricius, cum de felici Xauerij obitu literis, funereque perlatis, spe salutis recuperanda concepta, iubet eas ad se se afferri; sibi que recitatis quadam auctus repente fiducia, cubito de lecto se alleuat, & passis manibus, vertisque ad astra luminibus Xauerio supplicat, ne minus sit in propulsandis morbis benignus in suos, quam esset in alienos: continuoque depulsam diuinitus ab se febrem, & vires insuper sibi redditas animaduertit. Qui dum inter admirationem, & gaudium rem tacitus animo voluit, & Deo cum lacrymis gratias agit, non se tenere lectulo, seu cohibere clamans potuit, attonitis stupore domesticis: nec prædicandi, & celebrandi Xauerij finem facere; sed valens viribus, & acceptæ salutis munus ostentans ad Andream Capredam eximium in audiendis consententibus sacerdotem morbi socium lætabundus accurrit, beneficium commemorat, & suo mouet exemplo, vt ab Xauerio poscat opem, par experturus protinus auxilium, si fidenter imploret. Is haud ignarus, quam modo grauiter affligeretur Henricius, fiduciam excitat, inuocatoque Xauerio omnium opinione celerius febrem & ipse depulit. Hæc & alia complura cum de Xauerij sanctitate Lusitanix Rex non modo fama, sed multorum etiam ex literis, ac sermonibus cognouisset, quanquam tanti viri iacturam, totitis cladem Orientis pro eo ac debuit acerbe tulit: tamen vt dolorem suum aliqua ex parte leuaret, ac debitam virtuti gratiam solueret, ei qui summæ rerum præfesset in India per literas accurate mandauit, vt illustria Xauerij facinora, miraculaque sedulo conquisita in publicas quam primum tabulas ad actus iureiurando testibus referenda quam diligentissime curaret: easque tabulas vna cum testimonijs, & autoritatibus vniuersis, suo & chirographo subsignatas, & obsignatas annulo triplici itinere ad se transmitteret: sibi enim in animo esse testificationem illam ad Pontificem Maximum in Urbem mittere, vt, si ei videretur, tantam sanctitatem meritis decoraret honoribus, & tot miraculis in clytam, venerandam, & colendam ab omnibus rite decerneret. Eas igitur tabulas Fracisci Barretti studio, qui Mascarenix Proregi successit, sane quam accurate, exquisiteque confectas cum Rex accepisset, ad suum Romam legatum misit, vt referendi in sanctorum numerum tanti viri procurationem, causamque sustineret, & eam strenue apud Pontificem ageret. Sed pij consilia Regis intempestiua mors fregit, relictis regijs apud nos tabulis obsignatis, Regisque manu rite subscriptis, vnde ea fere omnia, quæ & a nobis, & ab alijs de Xauerio mandata sunt literis sumpta sunt. Iam de ceteris Societatis in India locis nihil nominatum hoc anno, illud vniuersæ mandatum est literis. Vberes vbi que fructus, & in Christianis, & in Ethnicis editos, futuros etiam longe maiores nisi ipsa Europæorum exempla, & regionum ministrorum aliena studia essent in mora: & ipsa quoque paucitas operarum: ex quibus Antonium Fernandium inter insulas Amboini naufragium extinxit. Is vnus nec sacerdos cum Vincentio Pereria Amboinios docebat, & solabatur, quos Mahometani crudelissime diuexabant, & ipse male sustibus acceptus nihil aiebat se laborare de plagis, modo vita superesset, ne penitus destruerentur eo solatio Christiani. Verum dum accitus magno studio ad insulam fidei percupidam nauigat, cum vectoribus pene omnibus merso nauigio perijt. Vincencius natatu cum fluctibus strenue colluctans, quanquam crebro ad præcutas cautes allisu totus cruentatus, tandem saxum tenuit. Inde cum insistere vestigijs nequireret, per ignota loca, & sola agens sese, totum triduum perreptaui haud dubie conficiendus inedia, nisi forte vnus è montium incolis inuentam, sublatumque in humeros ad pagum Christianorum deportasset. Is nondum in Societatem erat adscriptus. Sed talibus experimentis cogebat caritas in illis operarum angustijs etiam candidatorum exercere constantiam. Apud Iapones duabus in vrbibus Amangucij, ac Funaij siue Bungij, vt ante significauimus, bono loco Christiana res erat; ibi Cosimo Turziano, hic Balthasare Gago perpussilla cum sociorum manu operi instantibus. Nec intermittebantur Amangucij villo puncto temporis conciones. Et erant Xauerij elucubrationes Hispanicæ in vnum redactæ volumine, & à Paulo Sanctæ fidei in Japonicum translatae sermone.

145
Rex Lusitania in Sanctorum numerum cui vt referendum B. Xauerium.

146
Antonius Fernandus dñ ad angelum an- dum nauigat, naufragio tollitur.

147
Res Iaponica.

sermonem. Quæ cum haberentur ex scripto, dum peregrina lingua proceditur, complebatur auditoribus Patrum ædes, quotidieque aliquot maxime de præcipuis à patria vanitate ad veræ pietatis cultum, religionemque deducebantur. In ijs Bonziorum Meacensium fuit par, qui Christi lege, baptismoque susceptis, hic Pauli, ille Barnabæ nomine, nihil dies, ac noctes aliud nisi de animi salute, deque Deo viuo, ac vero pure, castæque colendo cogitabant: quorum in exemplis, & opera multum videlicet Patres ad flecendos popularium animos reprobant: & eorum alter elucubrationes illas Xauerianas, vnde Patres è suggestu Iapones affabantur, Iaponice rursus vertit paulo luculentius, & ad vscari sermonis cõsuetudinem magis accommodatæ, ne quid illi abhorrens ab vsu eorum etiam tum balbutientes efferrent, quod rixit, & sibilis petulans vulgus exciperet. Nihil enim insolens Iapones in sermone, nihil ferunt obsoletum, & ad omnem linguæ lapsum, atque imprudentiam miros in cachinnos erumpunt. Haud in vrbe modo, verum etiam foris circumferebatur & à Patribus, & à Neophytis Christi nomen: in eamque rem summo studio Christianis Iaponibus incumbentibus, populus, qui ambulabat in tenebris lucem vidit, & magnus Ethnicorum numerus Christi iugo sæua Satanae depulsa tyrannide, colla subdidit. Bungi vero multum erat Patribus cum Bonzijs litium, magna sæpe cum inimicis capitalibus de religione contentio: cumque ex omni certamine, quod erat pugnanti pro veritate procliue, Balthasar victor excederet, nec id diffiteri Bonziorum auderet improbitas, veritate falsitatis apud multitudinem redarguta, male rem suam gereret, eo denique se conuertit, vt persuaderi pro concione multitudini vellet, Iaponum sectam nihil à Christianorum disciplina distare. Sed ne fucum populo faceret: & qui erant in eandem induciti fraudem, ab ea Balthasar opinione deduceret, librum edidit, in quo quantum inter vtramque disciplinam interiectum esset interuallum, perspicuis rationibus demonstrabat. Qui liber ad Regem Bungi perlatus, ad eo probatus est, vt cum sibi Rex Consiliarijs præsentibus recitari, describique iusserit: codicemque ipsum suo chirographo communitum, quo plus ei fidei suos apud ministros, & commendationis accederet, ad autorem suum remisit. Magna igitur exinde rerum tranquillitas apud Patres, nec modica ad Christum Ethnicorum accessio Domino cooperante; & Euangelizantium sermonem perspicuis signis, atque miraculis confirmante. Septuagesimum iam diem exercebatur à Satana Iapone: & erat infelici faucibus arte pressis esculentis omnibus, ac poculentis iter obstructum: longam in eadem, & ademptam vescendi facultatem certus sequebatur interitus, cum porrectam à Christianis aquam crucis signo lustratam, vna cum pronunciatione Dominicæ preces Ethnicus hausit, & malum continuo Dæmonem, qui eius se faucibus insinuarat, abegit. Tum demum patefactum est iter escis, & sumpto pabulo recreatus ægrotus. Paralyticus qui valetudinis causa multa prodegerat, varijsque ad eam recuperandam superstitionibus erat vñs, sacra epota aqua momento conualuit. Eodem morbo conflictatus alius, eadem adhibita curatione leuari protinus ceptus est. Quidam autem diuturna lippitudine pene cæcus de sacro fonte susceptus, vna cum peccatorum tenebris oculorum caliginem dispulit, & pituita cohibito cursu pristinam aciem recuperavit. Alium vero quem nefarius spiritus afflictabat, & iam elinguenti, mutumque reddiderat, cum res suas omnes, atque fortunas in placandam Idolorum iram temere profudisset, signo Crucis Balthasar admoto, protinus ab infesto Dæmone liberavit, loquentem reddidit, & sibi vndique restitutum sacris vñdis intinxit. Illud etiam admirabilius, quod cum magnis ex febribus laboraret, iussus à Balthasare Crucis se aliquoties signo expiare, sanus illico discessit. Postea cum preces Idolo prava consuetudine ductus, ne februm rediret ardor, adhibuisset, denuo iactari febribus coëptus est. Qui cum rem secum tacitus reputaret, piaculum sensit, & iusto dolore suscepto, recurrit ad Patres. Ab his eodem signo Crucis se iterum expiare iussus, iterum conualefcit. Quid illustrius ad commendandam Christi fidem, veramque religionem? Sed longum sit omnia persequi, & varia morborum genera diuinitus perlanata, seu februm restinctos ardores, seu parturientium propulsata pericula sacra duntaxat aqua, vel venerandæ Crucis obiectu. Constat vno tantum beneficio salu-

sis adductos Ethnicos ad trecentos suscepisse baptismum.

HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Decimus quintus.

1555

1
Primi honores in Societate Patriarchæ, & duorum Episcoporum ad Aethiopicam expeditionē.



2
Mors Iulij Pontificis magno Societatis incommodo.

3
Marcelli Pontificis virtus, & pietas in Societate.

RAT in occasu iam annus, ac novus oriebatur, cum quæ de legatione Aethiopica supra memorauimus, perfecta in Vrbe sunt. Pontifex Iulius non sine Societatis laude præfatus eam, quanquā honores ab Apostolica Sede recusaret, eas tamen cathedras, quæ recens offerebantur, plenas laborum, atque discriminum non subterfugere, summo Patrum Purpuratorum cōsensu Nunnium Patriarcham, Quiedum, & Carnerium olim Patriarchæ successuros, hunc Nicenum, illum Hierapolitanum Episcopos renūciauit, coactos pro imperio delatas infulas admittere. Patriarchæ nō in Aethiopicam modo, verum etiam finitimas in Prouincias summū ius, & potestatem dedit, & sacrum pallium misit. His in Societate principibus apertus est aditus ad honores: sed eos honores, in quibus plus inesset curarum, atque laborum, quam splendoris, ac pompæ; si tamen est dicendus apertus, qui postea quadraginta prope annis præter eos nemini patuit. Adeo constanter honoribus se Societas semper opposuit: & eos ipsos, quos refertos crucibus, periculisq; dicimus, tamen quia honores erant, nisi admodum repugnanter, ac inuitissima non admisit. Idem sub tempore Lainius, & Natalis in Germaniam cum legato Sedis Apostolicæ Ioanne Morono Cardinali ad comitia Augustana mittuntur; sed ob mortem Pontificis successu nō magno: Lainius statim in Italiam redijt: de Natali infra narrabo. Decimo Kal. Aprilis moritur Iulius anno Pontificatus sui quinto: quanto cum Societatis incommodo, quam alieno tempore, sensit sociorum in Vrbe Collegium, cui annum vte ægial assignarat, sed testimonium publici diplomatis nondum dederat: sensit & Collegium Germanorum, cui certa pecuniarum subministrabat ex interuallo subsidia: quæ cum eius obitu defecissent, tota scilicet eius curationis moles Societatis super humeros ruit: cuius erat expresso ære precario cum Alumnorum tueri vitas, tum locatarum ædium pensitare mercedem. Quo tempore tanta erat in vrbe caritas, tantus numerus sociorum (centum enim amplius, & sexaginta censebantur) vt ne quartæ quidem alendæ parti sedulo corrogata, collataue subsidia satis essent. Itaq; ne tantæ pietatis opus vna penuria victus intercideret, faciendum Ignatio fuit, magnum vt Alumnorum numerum per varias Societatis in Italia sedes, ac domicilia dispertiret: reliquos apud se Romæ conquisitis elemosynis sustentaret. Sensit deniq; immaturam Pontificis mortem Societas omnis, quæ Iuliū agnoscebat vt Patrem, à quo amplissimo diplomate confirmata, immunitatibus aucta, munita priuilegijs, ornata iudicijs, & beneficijs erat. Non his modo potuisset incommodis Marcellus Ceruinus Politianus Iulij successor occurrere: sed longe maiora pollicebatur, si vita suppeditasset. Verum spem totius Christianæ gentis, quæ quidem vix Pontificem priuseum creatum, quæ mortuum potuit audire, breui sustulit communis moriendi necessitas. Erat hic cum bonis omnibus, tum Societati, Ignatioq; peramicus, vir integerrimus, & omni laude cumulatus, munetique tanto omnium opinione par. Cuius ob electionem cum è comitijs redeuntes amplissimi Patres sibi ipsi plauderent, exaudiebantur huiusmodi voces per ædes Pontificias passim mittere, ecquis audeat hanc Pontificis improbare electionem? Inijt Pontificatum Marcellus (noluit enim mutare nomen) quinto Idus Aprilis ingenti bonorum omnium gratulatione, gaudioque. Quem cum adorandi gratulandiq; causa noster quoq; adijisset Ignatius, Pontifex hominem arcte complexus, & suaviter osculatus, cum eo inambulans de re componēda Christiana, de propaganda

paganda Christi fide, de veteri disciplina restituenda, de sanandis deniq; affectis Christianæ reipublicæ partibus multa contulit. Deinde comiter ab se dimisso, mandavit suo vt nomine benedictionem cunctis Patribus impertiret, quos singulos aueret inspicere, & quasi suas copias, ac milites recensere: proinde curaret eos, vbi primus ille salutationum æstus deferbuisset, ad se adduci: cohortatusq; ad augēdam religiosæ militiæ Societatem, Tu milites, inquit, collige, & belatores instrue, nos vtemur. Duos etiā, quos apud se haberet theologos postulauit ea modestia, vt adderet, nisi forte vtilius putes operam alibi nauaturos. Quid multa? lætissimus ab eo cōgressu B. Pater, & optima spe plenus abcessit: parq; theologorum, quod Pontifex postularat, Laniū, & Olaniū assignauit. Sed, quæ rerū humanarum est inconstantia, diuturna illa lætitia nō fuit. Marcellus (vt erat tenuissimæ valetudinis) paucos intra dies in febriū incidit, & altero, ac vigesimo Pontificatus sui die cōmuni omniū luctu mœrore q; decessit. Ei suffectus est decimo Kal. Iunij, qui Paulus eo nomine Quartus vocatus est, Ioan. Petrus Carafa Cardinalis Theatinus prope octogenarius, vnus è primis, qui sacrum Clericorum Regulariū fundarunt Ordinē: ex quo etiā Theatinos vulgus appellat. Curam à principio nonnullā Societati iniecit hic nūcius. Erat enim opinio Carafam & olim offensum, quod cum is peroptaret vnum, eundemq; ex hoc nostro, ac Theatinorū constari Ordinē, noluisset Ignatius; ac nuper, quod Ignatio eodē monente, in causā Neapolitani adolescentis, de quo supra narrauimus, acta eius Pontifex Iulius rescidisset. Verum B. Pater, cū in sacellum se tacitus recepisset, totamq; rē commendasset sapientiæ, bonitatiq; Numinis sempiternæ, mox placido vultu, & animo perquam sedato egressus sperare se dixit fore, vt qui metuebatur infensus, eum Societas experiretur propitiū, nec diuina desideraret præsidia, si destitueretur humanis. Spē confirmauit euentus. Nam cum ad pedis osculū renuntiati Pontificis cū suis aliquot accessisset Ignatius, mirum quam amanter ab eo, quamq; honorifice sit exceptus. Eademq; benignitate, honorisq; significatione paucis post diebus Ignatiū Pontifex accersitum, multa de suis, multa de Regis Ferdinandi rebus colloquentē non in genua prouolutum, vti mos est (neque. n. passus est vnquam ab Ignatio se de genibus, ac ne aperto quidem capite, compellari) sed secum per cubiculum in ambulante, multis inspectantibus, & admirantibus audiuit: suppliciter concessit omnia, & quicquid pro Ferdinando postulauerat largēdit. Quin etiā Cardinalis Io. Michael Saracenus, qui gratia plurimum apud Paulum, & auctoritate valebat, quiq; eius Pontificatus initio vnus omnia gerere dicebatur, cum quædā & ipse à Pōtifice postulasset, eius postulata Paulus ad Ignatiū remisit. Narrabatq; Cardinalis Augustanus Ortho Truchses se ex ore Pontificis Ignatiū admirarū, cū ea in sermone de eo diceret, Societateq; vt, si sibi quippiā esset cū Pontifice transigēdum, negaret se alium ad id conficiendum præter Ignatiū, cuius tanta esset apud illū auctoritas, adhibiturū. Haud illa minor in Societate benignitas, existimationisq; significatio, quod cū rescidisset Paulus prioris Pontificis voluntatē de fundando, & suis ornādo fortunis Romano Collegio, negauit decretū à Iulio veltigal aureorū bis mille quorannis satis esse ad eius alimēta Collegij, & de maiore serio cogitandū. Erat .n. refertissimū illud, & magna in egestate Collegiū. Ex quo quanquā paulo ante centū, alij alio per orbē terrarū sparsi erant, vt suos de more fructus ferrent; in Vrbe tamen alijs ibidē receptis, vel aliunde accitis ad studia literarū, centū adhuc & quinquaginta, eoq; amplius versabantur: & aliquot anni mensib. prope ducentos Collegiū numerauit. Quib. alendis assignatio illa pecuniæ, quā decreuerat Iulius, longo interuallo satis esse non poterat. Itaq; Paulus ad maiore adiecit animū. Sed quominus cogitata perficeret, exortū repente bellum inter eū, Regemq; Catholicum impedimento fuit. Quod quanquā breui deinde compositū est; ipse tamen bellicus apparatus, qui plerumq; exhaurit omnia, & tumultus ipse domesticus à destinata benignitate Pontificis animū auocauit. Nec tamē in tanta tēporum iniquitate, tanta annonæ caritate, tāta inopia Collegij, cui nullum erat veltigal annuum, indigentibus quicquā defuit. Nimirum grande veltigal spes flagrans in Deum, & accensa fiducia: qua nixus, & sustentatus Ignatius nullam expauescebat inopiam: sed perinde suæ familiæ consulebat, ac si plenas arcas, & refertas cellas haberet. Satis diues, qui Deum possidet, Cuius è thesauris B. Pater tanquā suis, suæque domi conditis, aufus est in Vrbe villam à fundamētis extruere: & ob eam rem ad Thermas Antonianas, haud ab æde

4
Succedit
Marcello;
Paulus
17.

5
Benigni-
tatis eius
in Ignatiū,
& in So-
cietatem
documen-
ta.

6
Fiducia in
Deo B. Ig-
natij.

S. Bal-

S. Balbinæ procul ædificium non inelegans inchoare, vt esset etiam aliquis recessus agris, & valetudinarijs aprius, ac liber: vbi & Collegij iuuentus studijs intenta perennibus interdum animos relaxaret. Et absolutum vix erat opus suis omnibus expletum numeris, cum die ipso, quo pretium operis operæ reposcebant, large mittitur à beneficiis, vnde sua merces fabris, ac structoribus reddi posset. Tam tempestiue suorum indigentia paterna Dei benignitas prouidet: tam ex suo pacto fideliter in rebus cunctis occurrit. Nihil igitur rei familiaris egestas, nihil aspera domi res animum sollicitabat Ignatij, cum ei Domino deseruiret, qui quærentibus regnum eius, atque iustitiam, quærendi victus sollicitudinem eximit: & ea, quæ natura desiderat, adijcit vniuersa. Quin etiam inter clarissimas eius prædictiones præcipui Patres illam notarunt, cum iussit Polacum ad quinque menses sustentare quoquo modo posset Collegij inopiam, postea res laxiores futuras, vt omnino, & quidem in summa totius vrbs penuria euenit. Illud igitur magis sollicitum, ac suspensum habebat Ignatium, quod Lainium decreuerat Pontifex, cuius iam ante virtutem, exquisitamq; doctrinam cum admiratione perspexerat, ornare galero, & sacra purpura decorare. Auditusq; B. est Pater à suis cum diceret, nisi se Dei dextera interponeret, cito se Lainium in purpura conspecturos. Sed hanc curam, atq; metum ea vicissim spes, ac cõsolatio leuabat, quod si Lainius ad eum vocaretur honorem, futurum esset plane, vt intelligerent vniuersa, quam non galeros, atq; thyas Societas consecratur, & ambiat, imo vero quam ferat agre, quamq; refugiat, cum acerrime sese ille vir ijs vltro delatis, & imperatis opponeret. Qui, vbi suam rē agi sensit, & in tanto discrimine se versari, non dies, non noctes à placando Deo, obsecrandoq; desisteret, suis vt ab humeris crucem illam honoris auerteret, ne sese à suscepta pateretur humilitate, vitæq; illa quieta, & ab ambitione remota distrahi ad strepitum tumentis, curiæ, & insanos stictus, curiposq; rerum humanarum. His precibus præcipuum quoddam studium, curamq; iungebat, ne res ad exitum perueniret, & quod timebat, euadere. Ea; de causa nouo ambitus genere cõueniebat ex amicis Cardinalibus vnumquemq;, & cuiusq; confugiebat ad opem; vt si quid discernere in se suæ quieti aduersarium, humilitatiq;, id ipsi autoritate sua, consilioq; discuterent. Is deinde iussus in Vaticanum diuersandi causa se transferre (significauit .n. Pontifex velle hominẽ apud se consilij causa meditans quemadmodum res Dataria recte componeret, melioremq; ad formam munus illud redigeret) ne Pontificis mandata negligere, nutusq; videretur eo se transulit. Vbi cum diè dantaxat mansisset vnum, postridie reuertit ad suos, quod diceret sibi esse necesse super negotia Pontificis, & libros varios, & viros doctos consulere, vt per eam occasione Curie oculos declinaret, & paratis honorib; se subduceret. Idemq; vt hac in re animi sui sensum toti Societati testatum faceret, in schedula conscripsit hæc verba, suoq; chirographo obsignauit. Quonia idoneis autoribus, virisq; grauib; comperi Pontificẽ Maximum nescio quid agitare de me, Testor ego Deum, & in eius conspectu cãdido pectore sinceroq; profiteor, minime me esse ad id idoneũ, quod in mentẽ Pontifici venit; ab ea; re toto animo abhorrere. Nam cũ me ipse stauit, & quæ mihi ad id desiderãtur, inspexi, ridiculũ duco tale aliquid de me statui, & alienũ prorsus ab ea, cui me dicaui, familia: in qua plus arbitror Ecclesiæ Dei me meis laboribus profuturã, id quod ei Societatis ex instituto sponendi, votoq; firmaui, quã si cõmutato vitæ genere celsiore in gradu collocer: quod ipsum vt Pontifici persuadam multis adductis rationibus contendam. In summa, si vrgere rē Pontificem cerneret, plane statuerat se fuga, & latebris sanctorum virorum exẽplo præsentis necessitati subducere. Sed non inanis, quã adhuc adhibuerat sedulitas fuit, nec frustra cũ ab eo, tum à ceteris Patribus suæ preces, quarum ardor, ac vis, vt etiam repẽtinus ille Patris è Curia discessus, pronos Pauli ad conferendũ honore impetus, ardoresq; restinxit, & mentẽ mutare coegit. Quo depulso periculo Lainius incredibili perfusus est gaudio, nullum vt gratulandi Deo finẽ faceret. Cuius inter insignia munera, ac beneficia superioris omnis ætatis hoc videlicet numerabat. Non id vnum hoc anno Societas discrimen euasit. Ferdinandus Rex Romanorum nullum faciebat tentandi finem, si posset suis ciuitatibus adeo laborantibus nostrorum Patrum aliquos impetrare Pastores. Ergo cum frustra rem ex Pontificibus Paulo Tertio, Julioque contendisset, meliora sperans ex recenti Pontifice per suum Legatum Marcum Comitẽ ab Arcu machinas nouas adinuit, institisque vt duobus, tribusue de

Societa-

7
Agiur de
creando
Lainio
Cardinali.

8
Lainius
quansope-
re honore
refugari.

9
Episcopa-
tus à So-
cietate re-
suscitatur.

Societate viris mandaret Episcopatus, & regionum illarum greges committeret. Sed Deo suam gubernante familiam nihil est à legato profectum, nihil à Paulo exoratum. Extremum sub annum inchoatis iam in Vrbe tumultibus Neapolitanum bellum Pontifice apparante, maleuoli dissiparunt nostris in ædibus quippe magnam partem Hispanorum, magnam vim telorum, tormentorumque clam reconditam. Pontifex autem, quanquam nullam his fidem sermonibus adlungebat Patrum integritate perspecta; tamen quo tutiora essent omnia, & in tanto armorum strepitu suspicionibus obuiam iret, Urbis Præfecto dedit negotium, vt suis cum ministris, ac satellitibus Professorum ingressi domum specularentur omnia diligenter, & scrutarentur. Qui cum venissent, & sui aduentus causam exposuissent Ignatio, nullo perturbationis signo prodito, sed animo perquam sedato Pater iussit eos per domum duci; & quicquid erat clausum referari, vt si quid telorum, armorumque deprehensum esset, sane arriperent, & auferrent. Illi vero cum omnes angulos scrutati essent, omnes latebras explorassent, ne gladium quidem totis in ædibus deprehenderunt: admirati que modestiam Patrum, ac domesticam paupertatem, inde digressi, non sine Societatis commendatione Pontifici quicquid viderant renunciarunt.

Hic erat Societatis in Vrbe cursus: foris autem ad ædem Lauretanam aucto nostrorum numero sacerdotum, cum fortunis, ac copijs sacræ Cellæ augebantur etiam animarum quotidiani prouentus, ingenti vndique Peregrinorum vi confluente, nouorum, vt supra demonstratum est, fama sacerdotum excita, qui varijs permisti nationibus, & linguis instructi, omni hominum generi suam in audienda omologesi operam impertirent. Ea res toto ex orbe Christiano innumerablem peregrinorum multitudinem aduocabat; vt augenda prorsus operarum copia fuerit de sententia Cardinalis Carpenfis, & Collegij numerus ad quadraginta capita producendus. Et quoniam Lauretanum Cælum corporum saluti noxium putatur ætate, domicilium Recineti, vbi saluberrimum Cælum est, eiusdem Cardinalis liberalitas Patribus assignauit, vt illuc per æstiuos calores, cum iam rarior ad sacra Deiparæ testæ Peregrinorum accessus est, modo hi, modo illi alterna vicissitudine se transferrent. Sed dum acriter diuinum vrgetur opus, & peregrinorum animis reparandis insistitur, malus Dæmon iactura dolens, furensq; , varijs orsus est modis Collegij perturbare tranquillitatem, Deo id permittente, vt inde, sicut olim Antonio, alijsque viris sanctis, maioris adesset coronæ facultas. Offerebat se quorundam aspectibus, vt eos ab institutis abduceret. Commutabat personas, & alios palam, & aperte; alios ex insidijs, & cuniculis oppugnabat. Cuius generis hoc ego loco pauca quædã ex Oliuerij Manaræ literis, ac fide subiiciam, quæ se Rectore in eo Collegio accidisse commemorat. Flander erat in Societatem nuper adscitus, seorsimq; ab alijs, vt mos est, in orationis exercitatione se continens. Huic Dæmon per licentiam solitudinis spectandum Aethiopsis specie viridi in veste se præbuit, hortans verbis, vt iucunditati se dederet, remitteret animos, & ab ea vitæ seueritate discederet. Reuocabat in mentem antea vitæ commoda: ponebat ante oculos præsentis incommoda, truculentos hominum vultus, & ora tristia, quibus cum viuendum, & continenter agendum esset. At ille cum hortatorem suum intellecta fraude, constanter repulit, Aethiops repulsam indigne ferens, & ore foetido teterrimum ei odoræ inhalans, quoniam meum, inquit, consilium abijcis, hæc sint tuæ delicæ, voluptatesq; . Cuius odoris intolerabilis foeditas toto eius dispersa cubiculo, aulaq; proxima in diem posterum etiam tenuit. Non eadẽ constantia Satanam repulit alius quidam natione Sardus, qui cum humanitatis se literis perpoliret, & præsidia sibi compararet benemerendi de proximis, nouum ei genus insidiarum callido ab hoste præparatum est. Pauli Apostoli specie visus est ei Dæmon, hortans, vt ab Ethnicorum lectione desistat, & suas potius euoluat epistolas, Dei numine, & cælesti doctrina refertas. Quis consilium non probaret tam ad speciem salutare? Sed inexercitus athleta, quo specie recti veterator ille duceret non attendit, cõsilio paruit, & studium Tullianæ lectionis ad diuinas Pauli Epistolas transtulit. Ita præpostero ordine, contra præscriptum, nutumq; Rectorum, quæ præstigiaria est nota certissima, tractare eas literas cum voluptate cœpit, vnde plus sibi procreabat exitij, quam commoditatis. Celabat hæc Patres suos, atq; Magistros, à quib. doceri, & dedoceri poterat, nouo inuento magistro: cuius alijs etiam

10
Ingruenti
belle do-
mu Socio-
tatis ex-
ploratur.
num in oo.
latebras
arma.

11
Lauretanæ
Collegij
salua.

12
Molestia
ab Dæmo-
nibus.

13

14

15
Ipsi quoque
Rectori
molesti
Dæmones.

præstigijs, atque ludibrijs demum eo adductus est, vt prima sua vocatione deserta solitudinis (vt ante significarat) studio, clanculum sese proriperet. Hoc iam insolentius actij Dæmones erant infesti, perque licentiam tenebrarum, quarum perhibentur esse rectores, in omnem effusi petulantiam insidiabantur somno sanctorum: nocturnisque turbis, atque fragoribus interpe- labant nonnullorum præcipue quietem, quorum erat virtus maxime nota: vt sursum deorsum miscere omnia, & cunctam domus supellectilem viderentur euerrere. Audiebantur interdum super cubacula turbulentis errare vestigijs, & felium murmure imitando perstreperere. Nonnunquam insilire tanquam catuli super lectulos, & gressu horribico cubantibus insidere, aut stragula de cubili detrudere. Interdum etiam orantibus genicularium scabellum derepente subducere, atque alijs obturbare ludibrijs. Quibus Lemurum, Dæmonumve terri culamentis, ne vani quoque rumores, vt fit accederent, dabat operam Rector, ne res passim per Collegium vulgaretur. Sed ne ipsi quidem Rectori ægrotanti nequam spiritus pepercere. Nam cum ille fratribus, qui laceßabantur edixisset, vt, si quis eis noctu molestiam incureret, adiuratum Dei nomine ad se se mitteret, idque ab aliquibus factum esset, Dæmon ad cubiculum decumbentis Rectoris accessit tum, cum superiorum noctium vigilijs fessus sopori se dederat: pulsatoque semel, atque iterum ostio iussus ingredi, cunctabatur. Quod admiratus Rector suspicatusque quod erat, Aperi, inquit, in nomine Domini. Et quod à B. Antonio iisdem hostibus dictum legimus, audacter & ipse iussit omnem in se potestatem, quam Deus permitteret, exercere. Tum ille tanto impetu irruit, tanto & ostium, & fenestras fragore reclusit, vt putaretur eas funditus confregisse. Nec semel duntaxat in Patrem procax spiritus nequam fuit: sed rediit iterum, cum is iaceret in lectulo, præcipiti que lapsu per vaporarium ruit, vt obstreperet quiescenti. Nec molestiarum hic finis. Vigilabat Rector ad multam noctem in bibliotheca, quæ ab ambulacri latere sita erat, cum in extrema Collegij parte, quendam quasi terræ motum exaudivit: egressus in ambulacrum, & spatijs aliquot factis animaduertit motum illum, strepitumque nocturnum ad se propius accedere: qui cum ex cœnaculo videretur existere, signo sibi Crucis indito, eo vertit intrepidus. Hic cum se fragor semper intenderet, & magis, ac magis appropinquaret, & iam proximus fieret, tandem canis ater apparuit, tremefaciens pedum nisu & vasta mole corporis terræ solum, qui minacibus oculis Rectori occurrens, vt in eum irrueret, subito crucis obiectu repulsus, eo intacto præterijt, timenda voce semel, iterum, ac sæpius allatrans, adeo tamen profunda, atque recondita, vt intra vastum vas quoddam obscure resonans, latratus illi fundi viderentur. Hanc ab Collegio pestem Oliuerius vt auerteret, de Ignatij sententia, ad quem rem totam scripserat, vsitatis exorcismorum rationibus, instrumentisque vsus, cum nihilo mitiores, modestioresque proterui spiritus redderentur, iterum per literas ad Ignatium communi consensu Patrum, cum quibus rem communicarat, confugit: & sacras reliquias ex vndecim Virginum millibus, fratribus, quos spiritus infestabantur, tradit. Ignatius re cognita Deum attente precatus, secundis eos literis ad spem celeris liberationis erexit, pollicitus se pro eis diuinæ Maiestati supplicem fore. Quibus in conuentu consiorum rei Parrum literis recitatis, iussit ceteros Rector bono animo esse, & spem in B. Parris precibus, meritisque reponere: Et earum vis precum iuuantis sacrarum Virginum patrocinio, consecuta protinus epistolam est. Namque ex eo tempore silentium Dæmonibus est impositum, & fugata spectra, sua Collegio quies reddita. Tanti apud Deum Beati viri supplicatio roboris ac virium habuit. Iam reliquam per Italiam alia alibi pro animorum tutela sunt gesta: ac Florentiæ domus excitata cõsimilis ei, quam in Vrbe quondam S. Marthæ nomine excitandam curarat Ignatius: in eamque sœminæ circiter octoginta receptæ iam erant. At in Sicilia nouum est genus pij operis autoritate Proregis institutum: quod cõsiliium, vel Officium caritatis placuit appellare, cuius essent partes cognoscere, & curare quicquid in eo regno ad misericordiæ, pietatisque spectaret officium: quale esset vt pauperibus redderentur ablata: vt in iudicijs, ac civilibus controuersijs consuleretur solitudini viduarum; ac pupillorum: vt templa, atque cœnobiaz, & aedes hospitales, quæ vetustate iam corruerent, sarcinentur: vt pia testamentorum legata, quæ priuati causa emolumentum hæredes supprimerent, ab avaritijs, & abellionibus ederentur. Cuius generis legatorum, pecuniaque vis ingens regnum per-

16
Quo nam
modo ab-
acta mole-
stia Dæmo-
num Lan-
roti.

17
Consilium
quoddam
nominis in
Sicilia cõ-
ditum quod
vocatuum
officium
caritatis.

edictum.

edictum ab his sodalibus impetrarum, paucis diebus indicata est. Id consilium Messanæ primo cœptū est à duobus Mamertinis ciuibus, totidemq; theologis, altero è S. Dominici familia, altero de Societate, qui fuit Prouincialis ipse Domenecus, ac duobus Proregis administris. Hi sex numero quaque hebdomada vnum in locum conuenientes, consultationem de ijs, quæ decerpenda viderēt in rem communem, habebant; & ad Proregem deinde quicquid statutum, ac decretum esset, decimo quinto quoque die referebant. Cuius etiam autoritate, ac sapientia comparatum erat, vt in singulis Siciliæ vrbibus probi homines duo, alter ex cleri corpore, alter ex populo designarentur, qui menstrua per interualla consilio suggererent, si quid sanandū vspiam, & corrigendum esset. Cœtus in Mamertino Collegio habebantur: eodemque modo è Panormitanis ciuibus, dum in ea Prorex vrbe versaretur, consilij numerus supplebatur: quoad aliquot post annis, cum ad hos nimis multæ causæ viderentur deferri, totum opus regio iussu sublaturum est. Panormi Prouinciæ Præpositus Domenecus communicato cum Prorege, Nobilibusque consilio, magnopere autor fuit, vt puellarum orbitas proprijs excepta sedibus, & priuatorum benignitate suis instructa reditibus pie, sancteque custodiretur ad nuptias, aut, si ita mallerent, ad Monasterium. Perueneratque vestigal illud ad aureos iam septingentos, & sperabatur opimius. Quoniam vero nō continebat in sulæ finib. sua Christianæ rei studia Prorex, sed expeditionem Africanam moliebatur, cum spe successus optima, suos interim etiam Domenecus milites adornans, in Monte Regali sociorum certum constituit numerum, qui Arabum ediscerent linguam ad Euangelium, vt primum daretur aditus, in Africa promulgandum. Syracusis cum Io. Philippi concionibus excitata ciuitas pati moras non posset, missis eo tribus magistris mense Septembri, quo paulo ante præcurrerat etiam Michael à Lætualle Allobrox notæ sanctitatis, & ciuibus admodum gratus sacerdos, inchoatum est Collegium. Ac ne sine pompa aliqua, splendore ve vstrato scholarum, Collegijve primordia ducerentur, dum decimotertio Kalendar. Nouembris in templo principe vnus è Magistris Georgius Mercatus ad nobilem coronam præfatur, festo Ciuitas campanarum plausu, & perhonorifica bombardarum dispiosione primum illum introitum excipiendum, & celebrandum duxit.

Extra Italiam porro Viennæ Petrus Canisius impositum sibi curationis Episcopalis onus, quod inuitus, coactusque subierat, vt supra demonsttrauimus, molestissime sustinebat: proponebat sibi ante oculos pericula in eo ferendo non leuia, fructum nullum. Et quidem in ea vrbe, vbi nec Concionatores suspecti dogmatis, atque doctrinæ, quos ob Dynastæ fauorem, qui secundum Regem Romanorum primas tenebat, suggestu prohibere non poterat: nec sacerdotes imperitissimi deerant, qui sacris erant confessionibus, & rerum diuinarum procuratori præpositi: vix vt vnus aliquis in tanto numero ferri posset: & reperiebantur admodum pauci, qui sedis Apostolicæ autoritatem vere, & ex animo sequi vellent. Quibus causis Canisius impulsus existimabat, vberiore se alibi capturum è suis laboribus fructum. Illud tamen, si non aliud, in ea administratione curauit, vt Societatem in suo robore conseruaret, propagaretque, & quod ipse temporum iniquitate non posset, id illa die progrediente perficeret, componeretque tarditatem frugum vbertate lætissimæ messis. Ergo Pragam ab Romanorum Rege, qui Societatis in ea vrbe Collegium meditabatur accitus, opera eius, ac studio Ferdinandi eiusdem filij Societatis amantissimi Archiducis Austriæ, Boëmizque Proregis bona Dominicanorum venia Cœnobium S. Clementis, quod erat scholis peropportunum, accepit. Aliud enim Rex eius Cœnobium, cui ab S. Agnete nomen erat, & à Monialibus derelictum, annuente Pontifice, dedit, amœno loco situm, & cum amplificatione redituum, curante Canisio vt etiam ad vsum & ad elegantiam aptius, quam vnde migrabant, concinnaretur: vt quantum fieri posset, ex eorum caritate Patrum, nulla (vt æquum erat) ipsorum iactura, & Societati commoditas crearetur, & Ciuitati. Ponebat suam Canisius operam Pragæ iucundius, multoque lætius, quam Viennæ maioris spe fructus allectus. Quanquam enim Pragensis populus sub vtraque specie libabat diuina, ac sacrosancta mytheria, ceteros tamen catholicos ritus, ac ceremonias etiam tum retinebat: eratque ad honestum, ac rectum suo propensus ingenio. Cleri porro duces, atque primarij nihil tam optabant, quam vt ad suum aliquando candorem, inte-

guitatemque religionis cultus reuocaretur. Et qui in ea vrbe versabantur hæretici, ij nec in suo numero viros doctos habebant, nec satis inter se de religione consentiebant: & quod caput est, ipsum suum ducem, caputque Ioannem Hus, à quo pestem hauserant, & nomen, nullo iam loco, numeroque ducebant. Eorum est hæresis sacrosanctam Eucharistiam sub vtraque specie cum populo communicandam; eamque vel infantibus porrigendam: nec Apostolicæ sedis auctoritatem, Ecclesiæque Romanæ sequendam. Sed si eo concionatores mitterentur idonei, qui Boëmice nossent, spes erat aliquando fore, vt pestis illa depelleretur ab vrbe, & res catholica reuire sceret. Quibus & Regis, & Canisij votis obsecundare quodammodo visus est Deus, duodecim fere hoc anno missis ad Societatem præstantis indolis Boëmis adolescentibus. Miserat hos in Vrhem Ferdinandus Rex in Collegio Germanico instituendos, sed cum per inopiam eo recipi non possent, Societati se vniuersi penitus tradidere. Quod Ferdinandus ita probauit, vt ex eo tempore, quandiu vixit, Romano Collegio quadringenos singulis annis aureos nummos perbenigne donarit. Nec pia Regis in commendanda suis & Ignatio, & Pontifici literis re Boëmica desiderata sedulitas est: ne prouinciam tam indigam opis, ac prope depositam desertam prorsus paterentur: sed paterna caritate complexi per Societatis homines subleuant. Canisius vero, dum accuratas in æde maxima conciones frequenti conuentu per dies festos habet, Hussitas timor inuasit, ne aduocaretur idcirco Collegium, vt ipsos disputando reuinceret: eoq; cunctis opibus remorari cœpta conabantur.

24

Quo metu animaduerso Canisius significandum eis censuit non eo consilio Societatem Pragam inferre vestigia, vt quenquam disputationis pugna lacefferet, sed vt iuuenturem non modo catholicam, sed reliquam etiam, & omne genus Ciuium ingenuas artes, optimasque literas mercede nulla doceret. Sperabat his Hussitas allectos inuitatoique promissis, cum se ad novos, catholicosque doctores applicuissent, futurum etiam vt ad auitam religionem paulatim animos applicarent: & reiectis dogmatibus noxijs ad Catholicorum sensum, sanamque doctrinam nullo negotio laberentur. Inchoatis his Pragæ rebus Canisius, Duce rogante Bauariæ, profectus est Monachium. Hic Dux Albertus additis ei tribus numero consiliarijs è suis, qui dignitate, consilioque præstarent, iussit vna omnes Ingolstadij coactos de Societatis fundando Collegio, de instituendo pauperum contubernio, qui theologiæ literis operam darent, de loco, vbi ea collocanda, de vectigalibus quibus instruenda, denique quemadmodum administranda, & regenda viderentur consilium inter se capere. Ita Optimi Principes Ferdinandus, & Albertus toti erant in arcendis erroribus; ob eamque rem in iuuentute formanda educandisque idoneis Ecclesiæ administris, quorum maxima laborabatur inopia.

25

25
Canisius in Bauariam euocatus agit de Collegio Ingolstadij excitando.

Ceterum cum Societatis, tum publicas res non mediocriter iuuit sagax Natalis caritas, efficacique sapientia. Is Lainio (vti supra ostendi) in Italiam reuerso, Moroni Cardinalis, & Ignatij mādatis in Germania confedit. Et Augustæ dierum aliquot mora ducta Cardinalis Augustani rogatu Dilingam transijt. Hic cum Academiam illam, vt Augustanus ipse mandauerat, inspexisset, Viennam deniq; se recepit, vbi & scholas ex præscripto constitutionum, & rem domesticam ordinauit, ad quinq; discipulorum classes addita sexta: in qua vel prima literarum rudimenta traderentur, vt simplices puerorum ætates ab Hæreticorum venenis salubri institutione defenderet. Cumque alia multa è re diuina sapienter excogitauit, tum Regis nomine aduocandum curauit typographum, qui pijs edendis libris insisteret.

27

Quippe cum Hæretici nullum facerent finem pestilentes spargendi codices, autoresque etiam integros inquinarent, vix restabat locus catholicis, quo manus tuto porrigerent. Eam ob rem vehementer optabat Natalis vt Lainius stylum contra hæreses stringeret: & Canisio, Gaudanoque opera multa proposuit, quæ in vsum rei catholicæ vel de nouo cuderent, vel expurgata ab hæreticorum maculis ederent; interque alia (quod postea Canisius alijque fecere) vt Euangelia publicarent, & quotquot per annum in sacra liturgia recitantur, epistolas ex editione vulgata, notis adiectis illustribus, & obseruationibus tempestiuus ad reuincendos hæreticos. Hanc Natalis fabricam ad eas sanandas regiones perditas, ac pene depositas apparauit. Qui quo die Viennam attigit, eo die nobilis quidam concionator abcessit, qui & suis, & alienis fultus opibus praua dogmata libere, impuneque disseminabat. Superiore libro narraui Neomagenis populus quanto studio Collegij Societatis ex-

28

28
Consilia de Neomagensi Collegio distatibus.

peteret,

peteret, & à pia Virgine, quæ suos Canisios Petrum, & Theodoricum sororis filios in Societate habebat, ædes in eum vsum, & aream quandam fuisse delatam. Hæc sub initium anni, cum sibi ex graui morbo supremum vitæ diem adesse sentiret, fratrem, qui grauissime repugnabat, aduocat, & aureis octingentis eius mercata sensum, suoque vti iure permessa, tandem coram Scabinis (id magistratus genus est) & arbitros, vt ea donatio rata esset, possessiones illas inusitata quadam animi iucunditate Societati legat. Ea re celebrata, ac peruulgata, quidam è primarijs, qui conscientia prauis dogmatis aduersariam sibi Societatem fore intelligebant; ac religiosorum non nemo, qui rationibus suis suspicabantur incommodam, Senatum adëunt, & fictis criminationibus, varijsque modis in eam commouent. Inde Senatus turbas aliquas maiores veritus, continuo renunciari Leonardo Kesselio iussit, vrbe faceretur. Aderat tum ipsi illi virgini moribundæ Leonardus, vt migrantem animam consuetis Deo precibus commendaret: quo versantem in munere familiares interpellari non sunt passi. Dein accepto nuncio Pater ipse nobilium in comitatu consulatus ad ædes adit, quo cunctus senatus conuenerat. Expostulat iniuriam, causam sciscitatur edicti, literas Apostolicas exhibet confirmatæ Societatis testes. At Senatus Pontificijs literis non inspectis Leonardo causas de scripto profert, cur ab vrbe iuberetur abesse: quarum præcipue erant, quod sub noctem urbem inisset: quod priuatos quosdam, occultosque conuentus egisset: quod excitasset tumultum. Quæ cum essent inanissime, non difficile fuit eas Leonardo refellere: sed cum in recenti tumore non audiretur, nec commotos apud animos discèptando proficeret, satius esse duxit inde migrare, quam noua repulsæ contumelia cursus abigi. Nectamen exacto Patre languidiora ceterorum ciuium in Societatem facta sunt studia, quorum multi tanquam sibi certum, & exploratum esse de eius aduentu, sacra iam tum vasa, cunctamque templi supellectilem ad conuestiendas aras, cultumque sacrificantium compararunt. Qui vero refragari, aduersarique sunt ausi, ij Deo vindici dignas, celeresque dedere pœnas. Nam & Consul, qui Senatui fuerat autor exigendi præstantissimi Sacerdotis, gemina proles in rixa, atque altercatione mutua se cæde necauit, liberorum necem citra parentis subsecuta mors est: & qui sententiam audax pronuntiarat edicti, lenta febre correptus in diurnæ tabis ærumnas atque languorem sensim decidit summa cum desperatione salutaris: sed quod Principum indignitate prohibitus Dei sacerdos Neomagi non potuit, vt pro ardore animi sui, voluntateque proximorum salutem seruiret, id Coloniæ reuersus, audiendis rite consentientibus assequutus est. Quo ex numero subinde non pauci, cum morbo tenerentur impliciti, recisis sacramento causis, atque radicibus sani vndique facti sunt. Nec deerat pijs sociorum laboribus vsitata Carthusianorum benignitas, qui nõ de bonis externis modo commo-
29
Vltio dimi-
na in ad-
uersarios.

disque Societatis, sed de fama quoque, atque existimatione solliciti, tam Euangelij præconibus necessaria, cum celebris ex sua familia Doctoris Henrici Harphij mysticam theologiam vulgo
30
Carthusia-
noru in So-
cietatem
caritas.

edendam, typisque vulgandam curarent, in Ignatij Societatisque apparere nomine voluerunt, adeoque inultas in operis præfatione inferuere huius ordinis laudes, vt hjs Societas potius eorum caritatem Patrum, quam sua merita æstimeret. Satis feliciter Tornaci gesta res est: vbi Bernardus Oliuerius suis concionibus commouebat omnia, non in vrbe modo; verum etiam foris quacumque docendi causa vagabatur. Cui tam densus vbiq; dabat operam auditor, vt inter mortui sæpe complures è concione propter confertissimam hominum multitudinem, ac semianimes efferrerentur. Ad eius vocem multa facinora ponebantur, abijciebantur hæreses, iniiciebatur sacramentorum ardor, studium benefactorum; tantaque auuiditate curebatur ad indicanda peccata, vt per dies sæpe aliquot obsiderentur aures Patris; nec discederetur è templis, dum copia fieret rite pectoris expiandi. Fructus fuit illustris, & ad conciliandam ciuium beneuolentiam efficax. Cunque varijs in Belgio locis offerretur ædes ad inchoanda Collegia, & ei pietati ciuitatum se Magistratus opponerent, faciendum Ignatio fuit, vt eo Ribadenciram
31
Bernardus
Oliuerij
perustilis
facundia.

destinaret, qui & Constitutiones interim suis quas ferebat, explanaret, & Philippo Regi ibidem agenti, in quem Carolus regnorum suorum dominatum per id tempus transtulit, supplex esset, vt per eum Societati liceret, certas sibi quærere in Belgio sedes, & suas libere funciones obire, necessarijsq; firmati bonis, quæ stabiliū, vel immobiliū nomine continentur: id quod non lice-
32
Petrus Ri-
badencira
in Belgium
mittitur.

bat nisi Regis, Prouinciarumque consensu, quarum edicto Cæsaris subsignato chirographo iam inde ab anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto cautum erat, ne cuiquam liceret ex Clero possessionibus augeri; & ea, quæ dixi, bona sibi tanquam Domino vindicare. Sed quid, quoque modo impetratum sit, volumen proximum in loco narrabit.

33 *Res Gallia.* Plurimum in Gallia Regno negotij, ac molestia fuit. Expectabatur Lutetia Sorbonico-
rum Theologorum sententia, quibus cognitionem causæ demandatam supra docuimus, ut esse in eo regno Societati, & beneficijs potiri indigenarum, versarique ex instituto in animarum causis, quæ Rex Henricus benigne concesserat, per Senatum quoque liceret. Ineunte tandem
34 *Societas cur sapientior* anno Decretum Palchasio traditur sane vehemens, & acre. Quod quia mirum plerisque videbitur, ex viris tantæ sapientiæ existere potuisse, opportunum reor, causas eius sigillatim exponere: eademque opera ceterarum, quas prope vbique locorum excitatas in hunc Ordinem procellas ante narrauimus, narraturique deinceps sumus, causæ & origines illustrabuntur. Necessè non est turbarum huiusmodi caput ab Satana autore repetere: qui suum dominatum exercens in regno vitiorum, quicquid honesti, sanctique inter mortales apparet, in ipso statim exortu conatur opprimere. Nota sunt in sanctam Christi Ecclesiam nascentem, ac teneram; nota in peculiare cætus commota bella, siue olim Monachorum, siue postea Mendicantium, contra quos non alieni modo à fide Catholica; sed qui huius defensionem, sinceramque custodiam maxime profitebantur, acerrime exarserunt. Itaque in eadem Parisiorum vrbe ab Collegio Theologorum eodem decretum iam diu extitit de venerando Prædicatorum Ordine simillimum ei, quod hoc tempore de Societate fecere. Igitur Satan, cum tantum oderit bonos, & ad elidenda honesti semina tam vigil excubet, tam violentus assurgat, mirum non est, si in Societatem immani quadam, & inexplebili rabie sese infert, nempe in eum Ordinem, qui bellum aduersus eum adeo fufum, & graue suscepit, inter Ethnicos, inter hæreticos, inter Catholicos tanto conatu, tot machinis, tamque aptis ad euertendam diri monstri tyrannidem. Hominum porro (ut missos faciam prorsus ab Christiano nomine alienos) genera duo potissimum sese aduersaria præbuere Hæretici, vitiosique Catholici. Quorum item in aperto est causa. Quippe virtuti cum vitio numquam magis conueniet, quam calori cum frigore: Et quemadmodum hæc, si prope admoueas, pugna cooritur; ita nisi remoueas te, ac seiungas, sed prodeas in aciem, & vitium aggrederis, existet pugna, stabitque donec altera pars alteram ad sui similitudinem commutet, ac victoriam ferat. Quod cum ita sit, si quando tempus incideret; quo tempore Societati pax esset, pro deterrimo equidem interpretarer iudicio. Nam quamdiu quidem instituta sua retinet, argumentare, si pugnam non vides, vel iam debellatam cum mundo, eique similem factam, quod optandum potius, quam sperandum est; vel eam suo loco motam, & factam
35 similem mundo, quod Deus auertat. Præter hæc duo genera, certos quoque homines interdum aduersarios habuit hic Ordo ex alijs Religiosorum Ordinibus. Ac ne id quidem prudentibus potest mirum, ac præter opinionem videri. Non enim protinus cum profano vestitu perturbationes animi exuuntur, numerosisque in cœtibus hac procliuitate, & infirmitate naturæ, illa impugnatione Satana, quis bonos, & æquos præstet omnes, & concordia studiosos? Ad hæc hominum ingenia pro institutione, vsuque atque adeo habitu corporum adeo diuersa sunt, ut non minor sit in animi vultu, quam in faciei figura varietas. Hæcillos studia, alios delectant alia: nec pronius quicquam est factu, quam ut quisque quæ iudicio ac sententia improbat, etiam voce ac sermone condemnet. Igitur assueti suis institutis viri, cum quædam noua caput extulere, consequens videbatur, ut, cum sua amarent, probarentque maxime, ab ijs discrepantia refutarent. Nam quotusquisque est tanta vel caritatis amplitudine, qui alienos complectatur ut suos; vel æquitate sapientiæ, qui res, vti sunt, in suo quamque genere, neutram in partem præiudicij inclinatus ponderibus iusto libret examine? Accedit, quod Societas non solum à veteri Religiosorum forma habebat multa diuersa, sed ut instituti poscebat ratio, exteriora quædam insignia, & statura seueritatis experimenta non assumpserat: commouetque nescio quem sensum, si quem videas eadem tecum profitentem, conditionibus non iisdem implicitum; & quasi stadium idem decurrentem non pondere pari grauatum. Docet quidem prudentia, non idem à quouis petendum.

dum. Sed tamen ipsi Baptiste magni discipuli perægre ferebant, quæ ipsi assumebant ieiunia, non item ab Apostolis suscipi. Hæc autem in exoriente Societate conspecta multo poterant vehementius commouere, quod vitæ genus ab ipsa susceptum etiam probabatur in vulgus. Super hæc recentis huius asectæ disciplinæ, cum totos se in proximorum dedidissent vtilitates, nullumque prætermitterent pietatis ministerium, quorum multa religiosorum veterum multi tractabant, nisi egregia quædam pietas pene obstupescisset sensum, necesse erat eos compungi. Paucorum est enim illa Apostolici pectoris generositas, dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Quin potius ex intima erat schola Christi qui dicebat, Vidimus quendam in nomine tuo eijcientem Dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Amat plus nimio naturæ contumacia, quod singulare existimetur, ac proprium. Ex hoc autem capite oriebatur duplex præterea metus, ne & studijs religiosos ad ordines aspirantium, & liberalitate benigne facientium aliò auerfa, ipsi aliquando cum disciplinæ, tum vitæ subsidia desideraturi essent. Quibus rebus, qui miratur quempiam fuisse commotum, is naturam hominum ignorat, nec statum animaduertit, in quo Christus Dominus suam reliquit Ecclesiam: cui ad vincendum maluit suppeditare vires, quam pugnæ causas, & victoriæ decus adimere. Par causa Ludimagistrorum non neminem incitauit, cum scholis, quas Societas publicabat, & lucra ipsis interuerti, & aditus ad crescendum intercludi putarent. Fuere etiam è Præsulibus quidam aduersi, nomine quidem ac specie, quod iura Societati ab Apostolica Sede concessa potestatem eorum conuellerent: sed, vt re vera his omnium leuissima fuit causa dolendi, ita non multos priuata quæpiam perturbatio transuersos egit. Pars maxima intellexere ad leuandas eorum conscientias missum id à Deo subsidium. Harum, quas dixi, causarum pleræque ad condendum decretum, de quo narrare institui, confluxere. Parisinus Antistes ante omnes aduersabatur, nec possis causam dicere, nisi quod ditiori suæ subijci nostros perinde, ac clerum communem volebat. Nutum Antistitis Doctores vel obnoxij, vel assentantes non pauci intuebantur. Quidam etiam inter Doctores è religiosis erant familiaris, quos quæ dixi, tangebant. Quin adeo is, qui materiam, sylvamque Decreti, & singulorum capitum rationes congessit, priuatum erat offensus, quod sororis filius ipso inuito, ac reluctante, ad Societatem se aggregarat. Non deerant, quibus iam Pontificia Maiestas obsolesceret: quique satis credulas præberent aures hominibus in orthodoxa fide nutantibus. Ad hæc difficultates summa accessit Societatis solitudo, quæ & causam præcipitauit. Nulla ibi sapientia excellens, nulla facundia, nulla acrior, robustiorque prudentia. Pauculi erant socij, innocentes illi quidem, & sancti, sed adolentes, ac ferme tyrones. Summa in Paschasio erat, cuius bona simplicitas de sese meriti ceteros assueta, quid ageret contra callidas artes, contraque potentiam? Itaque dum nuda est defensoribus Societas, atque è contrario aduersarij acriter depugnant: omnibus locis præsto sunt; hos inducunt, illos demerentur, factum decretum est, quod Sorbonæ equidem adscribendum nunquam censuerim, cum præsertim vel ita gesta re, non defuerint, qui nomen subsignare suum abnuerint, alij anceps suffragium dederint, cum id solum explicarent, se ad plures accedere. Capita vero tum omnia, tum quædam præcipue ita sunt palam falsa, vt non magis dolere Societas possit, quod incognita causa damnata sit, quam ipsi Doctores irasci, quod falsa rerum narratione tam grauitè eis causæ cognitores illuserint. Quod sane paulo post multis, cum rem clarius cognouissent, vsu venit; & mox apparebit, cum Decretum, & ad singulas eius partes responsiones interferam. Quod tamen, quamuis ex tam falsa recognitione, & opinione editum, sparsumque Parisijs, quantum maleuolis contulerit animorum, quantum dubijs tenebrarum offuderit, quantum amicis fiducia detraxerit, quantum demum conuersionem rerum omnium fecerit, credi vix potest. Vapulabat adolens Societas sermonibus omnium: petebatur vbique: inuehebantur in eam Concionatores de suggestis, in cathedris Ludimagistri, populus in circulis, Senatus in conuentibus, seruitia scyphos inter, & lances. Quibus iniuper tanquam cumulus à Pastore vulnus accessit. Nam cum decreti auctores existimaret Paschasius & socios ipsorum sententiã reueritos, deserta priore disciplina ad Carthusianos, quod suadebant, trãsituros: vbi tranquillissima eos vident in suis institutis perseverare constantia;

Matth. 9.
66.

Philip. 1.
Luc. 9.

37

38

Causa decreti aduersus Societatem Parisijs editi.

39.

40

Vexatio sociorum Parisiensium.

stantia, apud Episcopum contemni iudicium suum expostulant. Tum vero is, cui maxime confirmata ab Apostolica Sede religionis patrocinium Apostolicæ iniugebant literæ, decreto Theologorum armatus, præsentientato anathemate, ne conciones habeant, ne cœtus cogant, ne sacramenta curent, ne diuinam rem faciant, interdicit. Huius ad exemplum vt Episcoporum, qui adierant Parilijs, plerique se fingerent, desertissimam Societatis causam, sed tamen æquissimam deserere & ipsi; seseque eius institutis opponere non dubitarunt. Itaque nihil restabat aliud, nisi, vt pusillus ille grex, flagris, vt rumor ferebat, cæsus, pulsusque toto regno faceretur. Et confecta res esset, si Henrici Secundi Regis in aures, animumque maleuolorum penetrare sermones, & ficta crimina potuissent. Sed quemadmodum olim cum Prædicatorum, ac Minorum exagitantur Ordines, præsidio fuit Ludouici Regis sanctissimi studium, ita hoc tempore minime credulum nactæ Henticum calumniæ suæ sponte denique considerunt. Imo Rex ipse profitebatur sibi, & Cardinali Lotharingio pene solis Societatis patrocinium relictum; idque nūquam deserturos. Inquisitorem quoque violatæ religionis Doctorem Sorbonicum, & pium ex Augustiniana familia virum, vt in Societatem inquireret aduersarij impulerunt. Sed vnde se putarunt illi obesse, inde mirifice profuerunt. Simul ille Societatem inspexit, & in eam quam diligentissime semel, atque iterum inquisiuit, tantum de eius integritate opinionis hausit; vt mirari non satis posset hominum os, qui tam multa de ea, & tam perspicue falsa nullo metu Dei, nulla religione confingerent. Hæc cum feruerent maxime, furerentque obrectatores, gliscerentque fabulæ per vulgus, quod suo more gaudebat auditis addere, & impulsis instare, non licebat Dei famulis apparere in publico, nisi vt conuicijs, & probis obruerentur. Nec amicorum nisi perpauci restabant, quos ab eorum consuetudine pudor, metusve non retraxisset. Hic Paschasius, cum permoueste ad Pontificem promouisset, ne quæ tempestiuus essent sananda cōsilijs, intempestiuus exulceraret: quanquam in Episcopi potestate per Apostolica iura, & priuilegia non erat, nec id circo anathematum illaqueari vinculis poterat; tamen suo iure tantisper cedens, vacandum sibi publicis à muneribus censuit, intermittendam vulgo sacramentorum administrationem, priuatamque solum in æde S. Germani, quæ nec Antistiti communi subijcitur, retinendam: vnde etiam sæpe sollicitatus Prior, vt nostros eijceret, semper respondit nequaquam id sibi fas esse: cum semper in ijs multa Christianæ vitæ egregia obseruasset exempla. Ceterum tam ampla sunt spatia caritatis, vt quibuscunque cancellis includas, amplum ei campum relinquere, per quem excurrat, seseque fundat cogaris. Tum igitur Paschasius, socijque vel nonnullis priuatim, & clandestinum per exercitia spiritus excolendis occupabantur, vti publicis inuisendis, cohortandisque custodijs, vel (quod & late patuit, & maximam habuit commendationem) migrantibus è suis corporibus animis confirmandis, nonnullis etiam interdum erudiendis sacrarum virginum cōtubernijs; denique priuatis congressibus, atque colloquijs tum his, tum illis vocandis ad officium, & reducendis ad frugem. Verum vbi se primus ille tempestatis impetus fregit, & mitescētibz animis paululum resedit tumor, & prouocationis literas ab Episcopo Paschasius expressit; tum demum ad consueta munia tora libertate se retulit. Nec Episcopus, quippe nonnihil ad sui curam forte conuersus, postea quicquam negotij facessit: paulatimque ex terra tempestate aperiente se quasi sereno, etiam amici, ac ceterorum frequentia redijt. Sed præmittenda non est Doctoris Francisci Piccardi, & Domini de Monte, viri nobilitate, & virtute præstantis, vera, constansque beneuolentia. Hi vni sinceri, & fideles amici in fœdis illis turbinibus, ac cœca nocte Societatis causam palam, & vbique sustinere, aduersariorumque damnare facta, oblectari omni ope conatibus nūquam dubitarunt. Nam de Claramonrano Præfule mox erit commemorandi locus. At vbi Romam de illo decreto allatum est, Societatis Patres, qui grauitate ceteris, & antiquitate præstabant, autores erant Ignatio, vt ei responderetur ab suis, vt qui Societatem longissime ignorarent, doctorum Patrum autoritate permoti, malam, quam de ipsa imbibissent animis, opinionem abijcerent. Sperabant enim decreti conditores, si de rebus essent diligenter edocti, studio veritatis adductos, rescissuros vltro, quod pronunciarunt, vtique non ex animi prauitate (sic enim interpretabantur) sed ex nouæ ignoratione familiaræ, & eius institutorum, falsaque edocentium expositione profectum. Sic igitur Patres illi censēbant. At Ignatius,

41
Paschasij
modestia
piamque in-
dustria.

42

fius, qui meliore quodam spiritu ducebatur, sedato eos animo solitaque hilaritate oris excipiens, Velim, inquit, Patres memoria, & animo repetatis, quæ Christus olim cum remigraret ad Patrem, suis fertur dixisse discipulis, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: & hæc ipsa vobis quoque dicta in præsentia putetis. Nihil est mandandum literis, vel tale aliquid agendum, vnde aliqua oriatur acerbitas. Certis in causis præstat silere, quam loqui: nec vindice opus est stylo, vbi sui ipsius vindex, & propugnatrix est veritas. Magna sanè Parisiensium Theologorum autoritas est, eoque magis reuereri nos eam decet. Neque tamen nos ea conturbet. Nihil diu præponderat veritati, quæ oppugnari illa quidem potest, expugnari non potest. Si vsus fuerit, lenius quoddam adhibebitur huic vulneri medicamen. Non acuentur iræ stylo, sed tolerantia minuentur. Tutela nostra Deus est, huic causa nostra committatur, hæc & vincet. Ac ne cohortando ad patientiam commendare videretur inertiam, datis ad vniuersam Societatem literis, quæ variis orbis terræ partibus sparsas domos, & studiorum sedes habebat, iussit eam cunctis à Principibus, atque Dynastis, Pastoribus, & Episcopis, Magistratibus, ac Præfectis, Ciuitatibus, & locis omnibus, vbi degebat, publicas de suis moribus, atque doctrina, totoque vitæ genere testificationes, & literas postulare: easque publica fide, autoritateque obsignatas ad se transmittere, vt paucorum iudiciis, qui non dum satis rem ipsam norant, vniuersi penè orbis testimonium, atque iudicium, si quando opus esset, opponeretur. factum vt imperauerat Pater, & ex omnibus fermè locis, ac Ciuitatibus, regnis, atque Prouinciis, per quas erat dispersa Societas, pro ea missæ sunt literæ laudum plenæ maximarum. Quas tamen B. Pater non necesse habuit in apertum proferre, veritate paulatim se ipsam asserente. Illud opportunissime cecidit. Cum hoc ipso anno per autumnum Cardinalis Lotharingius Romam venisset, Doctoresque cum eo Sorbonici aliquot, visum est B. Patri hos coram planius edocendos. Itaque apud Cardinalem certo die conuentus instituitur. Interfuere Doctores quatuor Pansa, Saufciera, Brixanteus, & ipse Benedictus, is, qui singularum decreti partium inuentor, ac suator fuerat. Accessere de Societate totidem, Lainius, Olauus, Polancus, Frusius. Cumque doctor Benedictus singula decreti capita conaretur tueri, ita Patres refutarunt obiecta, illustrarunt obscura, probarunt Societatis causam, atque Pontificis, vt Lotharingius graui oratione pronuntiarit malè cognitam habuisse Theologos causam: fecisseque permodestè Ignatium ac peramanter, quod eorum placitum neque ad Cardinales, neque ad Pontificem detulisset: quod ipsum nec grauatè agnouere tres Doctores, nec Benedictus potuit infitiri. Et quoniam eam disputationem scripto dein explicauit, & ad ceteros Magistros Lutetiam misit Olauus, gratum fore posteris reor, si tota hunc inseratur in locum, eo etiam nomine, vt Olauus, cuius & pietas, & sapientia tantopere celebratur, id quantumcumque specimen extet. Ea gratia ne stylum quidem sum ausus attingere, quo clarius ex modestia, & quasi natiuo colore eius orationis, pietas sapientissimæ mentis, & religiosissimi pectoris candor eluceat. Ac decretum quidem hoc est.

Hæc noua Societas insolitam nominis IESV appellationem peculiariter sibi vendicans, tam licenter, & sine delectu quaslibet personas quantumlibet facinorosas, illegitimas, & infames admittens, nullam à Sacerdotibus secularibus habens differentiam in habitu exteriori, in tonsura, in horis canonicis priuatim dicendis aut publice in templo decantandis, in claustris, & silentio, in delectu ciborum, & dierum, in ieiuniis & aliis variis legibus, & cæremoniis, quibus status religionum distinguuntur, & conseruantur, tam multis, tamque variis priuilegiis, indultis, & libertatibus donata præsertim in administratione sacramenti pœnitentiæ, & Eucharistiæ: idque sine discrimine locorum, aut personarum; in officio etiam prædicandi, & legendi, & docendi in præiudicium Ordinatorum, & Hierarchici ordinis, in præiudicium quoque aliarum religionum, imo etiam Principum, & Dominorum temporalium, contra priuilegia Vniuersitatum, denique in magnum grauenam populi, religionis monasti-

43
Ignatij ad-
uersus de-
cretum Pa-
risiensium ob-
silia.

44
Gesta Ro-
mae cum
quatuor
Sorbonicis.

45
Decretum
contra So-
cietatem
Parisensium
Magistro-

honestatem violare videtur : studiosum , pium , & pernecessarium virtutum , abstinentiarum , caeremoniarum & austeritatis eneruat exercitium : imo occasionem dat libere apostatandi à reliquis religionibus. Debitam Ordinariis obedientiam , & subiectionem subtrahit , Dominos tam temporales , quam Ecclesiasticos suis iuribus iniuste priuat : lites , dissidia , contentiones , & æmulationes , variaque schismata inducit. Itaque his omnibus , atque aliis diligenter examinatis , & expensis hæc Societas videtur in negotio fidei periculosa , pacis Ecclesiæ perturbatiua , Monasticæ religionis euersiua , & magis in destructionem quam in ædificationem.

Olauii autem ad singula hæc responsio est talis:

Gratia & pax Domini Nostri IESV CHRISTI multiplicetur in cordibus nostris, Amen.

46
*Responsio
Martini
Olauij ad
decretum
Sorbonicū.*

Cum cogitarem Magistri , & Præceptores mei sapientissimi , de mittendis ad vos Bullis Societatis nostræ vna cum decreto venerandæ nostræ facultatis (nostræ ait , quia ipse quoque erat Doctor Sorbonicus) existimaui facturum me rem vtilem , & Christianam , si adhiberem purgationes aliquas , ex quibus cognoscere facile possentis , quam vehementer fuerit illis impositum , qui autores extiterunt , vt hoc decretum conficeretur. Quod ego sane semper sum arbitratus non ex iniquo , aut maleuolo animo , sed ex obscura , & falsa causæ cognitione manasse.

47
De Nominibus Societatis.

Quod initio appellatio insolita reprehenditur , res in hunc modum se habet. Cum nomen quæreretur , quod huic Societati imponi deberet , significauit institutor eius , post commendatam rem diu in oratione Domino cupere se , vt ea à sanctissimo nomine IESV appellationem acciperet , tum vt , qui in ea essent , intelligerent Iesum fontem , & autorem esse bonorum omnium , quæ in ipsa gererentur , quemadmodum est etiam eorum , quæ in vniuersa Ecclesia Christiana fiunt. Itaque gloriam in bonis soli ipsi attribuendam esse cognoscerent , confusio- nem vero in malis iniquis ministris , qui ab ipsius sanctissima voluntate discedunt : tum vt calumniantium ora obstruerentur , qui detrahere religionis illis consueuerunt , qui ab institutoribus habent appellationem , quasi non Christi legibus , sed vel Benedicti , vel Francisci , vel alterius hominis regulis , & institutis regi , gubernarique voluerint. Non fuit autem consilium , vt qui in hac congregatione essent , Iesuitæ simplici dictione vocarentur (quamuis hæc postea appellatio in vtraque Germania inualuerit) quod alii Religiosi iam pridem instituti inuenirentur , qui hoc prope haberent nomen , quales sunt , qui Romæ Monasterium sanctorum Ioannis , & Pauli inhabitant. Non est enim noua , & insolita in religionibus appellatio , sed vetus , & vsitata etiam in ordine quodam militum religiosorum. Nec debet illa sane potius offendere , quam appellatio , quæ vel à sanctissima Trinitate , vel à Spiritu sancto accepta est : præsertim cum fuerit tam pia intentione instituta , & à summo Pontifice approbata.

48
*De delectu
acceptando-
rum in So-
cietatem*

De personarum delectu , vt sincere coram Deo dicam , quid sentiam , non equidem existimo vllum vnquam institutum fuisse ordinem , in quo exquisitius , & acrius vita antea eorum , qui admitti in eam vellent , examinaretur , quam examinatur in hac Societate , nec vbi infamibus , & facinorosis magis fuerit præclusus aditus. Nam præterquam quod in Bulla Pauli Tertii ob signata anno millesimo , quingentesimo , quadragesimo quinto , Kalendas Octobris , hæc verba habentur : Opportunum iudicauimus etiam statuere , ne quis in hac Societate recipiatur nisi diu , & diligentissime fuerit probatus , cumque prudens in Christo , & vel doctrina , seu vitæ Christianæ puritate apparuerit conspicuus : etiam nominatim cauetur in vna ex his constitutionibus , quæ in hac Societate summa diligentia , & seueritate seruantur : ne criminofus vllus , aut infamis recipiatur. Nec mouere quempiam debeant alterius diplomatis anno millesimo quingentesimo , quadra-

quadagesimo nono Kalendis Iulii concessi verba, quibus ampla Ignatio, & eius successoribus potestas permittitur absoluendi homines, qui sub obedientia eorū sint, à grauibz criminibus, & censuris: primum, quia illa verba priuilegium continent magna pietate à Summis Pontificibus sæpe concessum, ad submouenda obstacula multa, quæ remorari, ac retardare in seculo nonnullos ex iis possent, qui ex animo expetunt mundo penitus mori, & soli Deo cum perfecta voluntatis propriæ mortificatione seruire, atque ad confirmandam etiam, & augendam Prælatorum autoritatem, quibus se, qui religionem ingrediuntur, perpetuo parituros, tanquam Christi Vicariis pollicentur, & vouent. Nam eorum in subditos potestatem plurimum interest esse maximam, vt occurratur grauissimis incommodis, quæ nascerentur, si Religiosi propter casuum reservationem ad alia tribunalia essent ablegandi. Deinde est alia ratio efficacissima, cur nemo aduersus hanc Societatem moueri propter verba relata debeat; quoniam illa omnia ex illo diplomate accepta sunt, quod, mare magnum vocant. Quod quidem mare magnum omnium Mendicantium Ordinibus, atque aliis adeo quamplurimis Religionibus à variis Pontificibus propter causam memoratam tributum est. Quæ inuidia est igitur, priuilegium, quod in tot sanctissimis Religionibus non solum toleratur, sed necessarium esse à maioribus etiam iudicatum est, huic soli Societati exprobrare? in qua tanta per Dei gratiam disciplinæ seueritas obseruatur, vt nullus in ea feratur, cuius peccatum aliquod mortale superioribus extra confessionem innotescat, quod scandalum vlli homini attulerit. Nam hoc ego nunc non ad vllius hominis commendationem, sed ad diuini nominis gloriam (vt in animo meo sentio) coram Iesu Christo Redemptore nostro, qui me iudicaturus est, vere testari possum, me nec audiisse, nec quacumq; alia ratione intellexisse quemquam esse in vniuersa Societate nostra, quæ per maximam orbis partem diffusa est, cuius peccatum aliquod graue admissum in ipsa Societate notum sit. Interiora omnium qualia sint, Deus, qui scrutator est cordium, & confessorii, quibus ea reteguntur, nouerunt. Sed ea ego exterioribus respondere persuasissimum habeo. De me autem non siclo-
 quor. Noui equidem (atque vtinam doleret mihi hoc tam vehementer, quam oporteret) maiorem me habere occasionem accusandi, & vituperandi me, quam vlla ratione commendandi. Illud profecto affirmare vere possum, & scit Dominus me non mentiri, sed ex animi sententia loqui, me meo iudicio indignissimum esse, qui inter hos Angelos verser, ac viuam; ac varie affici me solere, cum in eorum mores intueor: & quanta in illis abnegatio, quanta humilitas, quam perfecta obedientia, quam angelica vitæ puritas eluceat, perpendo. Nam affert mihi hæc commentatio nonnunquam incredibilem latitiam, & consolationem, cum tactus desiderio sanctificationis diuini nominis video hos illi tam sedulo studere, & tam serio de gratia Christi saluatoris nostri, & immortalibus eius donis cogitare. Nonnunquam autem confundor plane, & contremisco, cum me in eorum Societate, & contubernio esse video, à quorum mortificatione, humilitate, puritate, & in Deum, ac proximos caritate tam longe absum. Vnde intelligi potest, cum hanc ego de Societate hac non dubiam, & obscuram, sed certam, & efficacissimis lignis confirmatam, & fixam habeam persuasionem, quo animo me esse oporteat cum hoc lego decretum, profectum ab illis, quos semper vt Patres, & præceptores reuereri, & obseruare sum solitus.

Quod vero addunt de nulla differentia à sacerdotibus secularibus, mirum plane mihi accidit, tot Doctores eruditissimos id vitio nostro huic instituto dedisse, quod certo scio à Pontificibus maximis, & à sapientissimis, & religiosissimis viris in primis fuisse in eo commendatum. Omnes enim prudentissime factum esse iudicarunt, vt nos, qui nec otiosam, nec monasticam, & solitariam vitam elegimus, sed valde laboriosam, & in procurandis proximorum commodis perpetuo occupatam, leges tantum vitæ Christianæ communes sequeremur: vtque nihil vel in vestitu, vel multis aliis externis rebus à more, & consuetudine honestorum sacerdotum secularium, quorum adiutores esse volebamus, discreparemus. Noua quidem asperitas ideo adhibenda non fuit, saltem vniuersim, ne impedimentum afferret obeundis grauissimis laboribus, quos ferre oportet quotquot in hac Societate versantur. Similitudo & consuetudo, quam in vestitu, & in aliis externis rebus cum Clericis secularibus seruamus, propemodum t

49
 Manij de
 se, deq; So-
 cietate iu-
 diciali.

50
 Cur Socie-
 tas in ha-
 bitu exter-
 no à secu-
 laribus sa-
 cerdotibus
 non disse-
 rat.

fuit in hac Societate necessaria, cuius Institutor talem rationem vitæ sequi se ex professo velle Summo Pontifici ab initio declaravit, qualem iudicabat in Domino à clericis esse tenendam. Unde factum est, ut Paulus Tertius, Iulius Tertius, & Marcellus Secundus semper soliti fuerint Presbyteros reformatos nos vocare, qua etiam ratione vocandi vtitur hodie Paulus Quartus, qui iam inde à principio maximus extitit non solum approbator, & fautor, sed etiam laudator huius instituti. Quis autem non videat minime decessisse, ut vlla reformationis pars diuersitate habitus, & earum rerum, quæ retineri citra vllam pietatis iacturam possent, distinctione poneretur? Nostri has partes suscepunt, ut præsidio diuino muniti clericos seculares incitent non ad vestitum quidem mutandum, aut ad alias res huiusmodi: sed ad exequenda Ecclesiastica ministeria, animo ab omni quæstu temporali alieno, & Dei, & proximorum caritate accenso, adhibita magna deuotione, coniuncta cum vera humilitate, & affectuum omnium mortificatione, ac insigni vitæ puritate. Ad quæ assequenda adhibemus iuxta rationem instituti nostri, frequentem conscientia examinationem, & assiduam mentis orationem, precantes à Domino, ut nihil vnquam cogitemus, loquamur, meditemur, agamus nisi in ipsius gloriam. Ac optaremus quidem (Deus nouit) ut omnes seculares clerici tanto studio ad hæc incumbere, ut nos longo interuallo in his superarent, quo nomen Dei illustrius, & sanctius inter homines redderetur. Intelligimus enim ideo nos peculiaribus votis à mundo discessisse, ut nosmetipsos, ac nostra obliuiscerentur soli illi mori, ac viuere velimus, cui nos totos, penitusque consecrauimus.

52
Claustra,
& Silentii
Societatis.
 Sed quid de claustris, & silentio dicam? Parcat Dominus iis, qui nescio quo animo contra perspicuam veritatem hæc de nostra Societate grauissimis Doctoribus obtruserunt. In nostra Societate non solum habemus claustris, & silentii leges, quæ sunt in primis in quocumque instituto religioso necessariae; sed curamus etiam, ut illæ accuratissime seruentur. Nam ut in vnoquoque religiosorum Ordine aliquid, ut plurimum inueniri solet relatum quidem in optimum finem, in quo excellere conantur, qui illi Ordini se addicunt, ita animaduerti ego eos, qui in nostra Societate sunt, peculiari studio dare operam, ut in virtute obedientia eniteant. Quanquam enim hæc fuerit, & sit Institutoris nostri mens, ut neminem suis constitutionibus ad peccatum vllum vel mortale, vel veniale obliget, sed ad pœnam duntaxat, tamen obedientia studium tantum est in omnibus, ut stuporem sapientissimè mihi afferat tam religiose minimas quasque regulas obseruari. Quod igitur ad claustrum attinet, nos hanc legem habemus, ut ex domo egredi nemo possit, quin ianitori significet se id cum facultate facere, quam magna seueritate seruamus. De silentio autem hæc sunt instituta leges. Non solum habemus præfinita tempora, sed etiam res & personas. Nam primum nemini licet vnquam de rebus mere secularibus, nominatim autem de bellis, quæ Principes Christiani inter se gerunt; de laude item aut vituperatione Nationum, aut Prouinciarum, aut Principum loqui, sed de iis tantum, quæ ad pietatem, & ad ædificationem, & ad caritatem mutuam seruandam conducunt. Deinde neminem potest cum aliis, quam domesticis absque facultate superioris loqui: nec iuuenibus cum domesticis omnibus loqui licet, sed singulis præscribuntur ii, ex quorum colloquiis maiorem fructum possint percipere. Nec vero cum illis, quos quisque in suo indice præscriptos habet, loqui quouis tempore potest, sed vna tantum hora post prandium, & altera post cœnam; quæ sunt illis ad remittendos animos fatigatos ex studiis, & ad tuendam corporis valerudinem concessa. Semel autem in hebdomada, & diebus festis paulo amplius hæc licentia relaxatur. Qui has leges transgressus esse deprehenditur, grauiter multatur.

53
Cum Priuilegiis Societatis concessa.
 Iam de priuilegiis breuiter dico, quod res est. Summi Pontifices Paulus Tertius & Iulius Tertius cum exploratum haberent Patres nostros priuilegia non expetere, nisi ad submouenda obstacula, quæ possent copiosorem animarum fructum impedire, libentissime fuissent illis multo etiam plura, quam petierunt impertiti: ac obtinissent quidem nostri omnia illa, quæ in Mari magno, quod vocant, Mendicantium Ordinibus, & aliis religionibus concessa

cessa sunt, nisi Pater Ignatius id recusasset, quod nonnulla inter ea esse videret, quibus veritus est, ne posteri abuterentur. Ea igitur illa duntaxat tribui nostræ Societati, concedique rogauit, quæ maximè necessaria putauit, vt nostris sublatis impedimentis, quæ remorari ministros sæpe solent, iuuare proximos plurimum possent, in prædicatione præsertim diuini verbi, & institutione in literis, ac moribus Christianis, atque adeo in Sacramentorum Pœnitentiæ, atque Eucharistiæ administratione. Hæc enim sola sacramenta sunt, in quibus ministrandis exercemur. Administramus etiam extremam vnctionem nostris, & iis, qui in obsequiis nostrorum morantur. Atque hoc est, quod verba Bullæ obsignatæ anno millesimo, quingentesimo quadragesimo nono, decimo quinto Kalend. Nouembris significant, quibus audio nonnullos ex Doctoribus fuisse commotos. Ego vero cum sciam multos ex Ordinibus Mendicantium in congregationibus facultatis adesse solere, satis mirari sane non possum, vel omnes tam oblitos extitisse priuilegiorum, quæ in ipso Mari magno continentur, vel sic eorum recordabantur, tam oblitos tamen fuisse Christianæ caritatis (quod minime suspicari velim) vt non commonefacerent reliquos, ne reprehenderent in nostra Societate ea priuilegia, quæ essent illi cum tot sanctissimis Ordinibus communia.

Quod autem dicitur ea priuilegia ad præiudicium pertinere Ordinariorum, certo scio non hoc audisse Magistros ab vilo Episcopo, cui nostra Societas satis esset nota. Nos enim Summi Pontificis primum, deinde aliorum Episcoporum serui, & ministri sumus: nec vllum hominum genus est, cui gratiores simus. Hoc ego, & ex plurimorum ore audiui, præsertim vero ex sanctissimæ memoriæ Pontifice Maximo Marcello Secundo, qui quanquam esset in suo sermone moderatissimus, in commendando tamen instituto nostro, modum præ nimio amore seruare non poterat. Censebat enim ille (saxit Deus, vt deceptus non fuerit) per hanc Societatem Deum inopiæ ministrorum fidelium, qua Episcopi maximè laborant, subuenire voluisse: tum copiosius quotidie percipio; & cum audio noua in dies Collegia pro nostra Societate in variis Prouinciis ab Episcopis magnis impensis erigi, ac sufficientibus prouentibus dotari, & cum tam frequentes literas ab Episcopis ad Patrem nostrum Ignatium scribi video, quibus in subsidium sibi aliquos ex nostris sacerdotibus mitti vehementissime flagitant.

Non permittat Dominus, vt qui nouerunt institutum nostrum, in hoc decretum vquam incidant, alioquin nescio quid cogitaturi sint, cum ea verba legerint, quibus dicitur esse in magnum grauamen populi. Certum est enim nullam rem esse quæ magis nobis populorum voluntatem conciliet, quam quod minime simus illis graues. Nam cum perpetuo occupemur aut docendo, aut prædicando, aut audiendo confessiones, aut vigilando cum iis, quibus vitæ exitus impendere videtur, aut in carceribus, & hospitalibus exhortando, aut spiritalia exercitia ministrando iis, qui ingredi cupiunt in penitentiorem cognitionem sui, & eius obligationis, qua apud Deum sunt obstricti; aut exequendo alia ministeria, quæ vtilia sint proximis, non possumus, ne obolum quidem vlla ratione directe, vel indirecte (vti dici solet) à quouam accipere pro vilo ministerio. Sed gratis omnia, prompto, & alacri animo per Dei gratiam facimus. Victum, & vestitum in Collegiis suppeditant ipsorum Collegiorum erectores iis prouentibus, quibus ea dotauerunt, vt sustentari queant, qui in eis viuunt: vel in vrbibus, vbi Collegia desunt, suppeditant hospitalia; aut Episcopi, alijve viri pii, quos Dominus excitat. Cum hæc omnia desunt; mendicant nostri ostiatim victum, cum sunt suis defuncti ministerijs. Illud tamen exactissime omnes obseruant, vt ne potum quidem aquæ frigide accipiant nomine exhibitæ ministerij: nec hac potestate vtantur, qua tamen possent, vt alienissimâ suspitione auaritiæ liberius, ac maiore cum fructu seruire proximorum commodis valeant.

Sequitur decretum. Ocasione dat libere apostatandi à reliquis religionibus. Quo de loco idem, atq; de præcedenti dicere possum, nisi quod hoc in loco multo apertius demonstrari potest, quanta fuerit ignorantio instituti nostri: in quo hanc habemus constitutionem, vt qui habitum alterius religionis vel vno tantum die gestauerit, in nostram Societatem admitti nunquam

54
Priuilegia
Societatis
nulli no-
xia.

55
Societas
est in gra-
uamen po-
puli.

56
Nullam oc-
casione
dat Socie-
tas ap-
stata-
andi ali-
religiosis.

quam possit. Quæ constitutio, etsi precibus multorum Principum tentata, & oppugnata fuerit, sanctissime tamen ad hunc vsque diem seruatur, & posthac cum Dei gratia seruabitur. Præterea testari possunt religiosi aliorum Ordinum, Dominicani præsertim, Franciscani, & Carthusiani, qui in illis urbibus vivunt, ubi Societatis Collegia extant, in primis autem, qui degunt in urbibus, ubi publica, & celebria Gymnasia literarum extant, multos in dies iuvenes ad ipsos relicto mundo conuolare ex iis, qui ab Spiritu sancto, vel per exemplum nostrorum, quorum consuetudine utebantur, vel per eorum conciones, & adhortationes ad eligendam sanctiorem vitæ rationem impelluntur. Nec minus aperte sunt falsa, quæ subiunguntur, Dominos tam temporales, quam Ecclesiasticos suis iuribus iniuste priuari. Atque equidem vere excogitare non possum, quid in mentem venire potuerit, vel Magistris, vel iis potius, à quibus causæ cognitionem illi acceperunt, vt hæc dicerent, quæ ipsa rerum experientia ita refellit, & confutat, vt alienissima esse ab omni specie veritatis quiuis, qui inter nostros versatus sit, intelligat. Extensa est, ac propagata Societas hæc per maximam orbis partem. Multa Collegia inter infideles in remotissimis regionibus erecta sunt, multa in Lusitania, plura in reliqua Hispania, non pauca in Germania, Italia, Sicilia, quæ cum summa approbatione secularium, ac ecclesiasticorum Dominorum, & cum magno populorum consensu fundata primum, ac postea conseruata sunt. Nec memini sane audiisse me inuentos vsquam esse in Prouincijs Christianorum, qui moliri aliquid conati sint contra nostram Societatem, aut qui infestiores nostris extiterint, præter quatuor genera hominum, excepta vbi Parisiensi, in qua quintum genus sapientissimorum virorum falsis (vt quidem existimo) delationibus seductum, non absque Dei singulari permissione excitatum est, vt ibi ferius Societas hæc sedem stabilem inueniat, vnde prima eius semina prodierunt. Ad primum porro illorum quatuor generum, hæretici, & homines de fide suspecti pertinent, cum quibus perpetuum nobis est bellum, præsertim in Germania. Ad secundum, homines nimium carnales, & vitæ prociatissima, qui ferre nullo modo sectatores purioris vitæ, & suorum vitiorum reprehenses. Ad tertium & quartum auari aliquot Ludimagistri, auari item Clerici, & Religiosi, qui indignissime ferentes decedere multum de quæstu suo, nostris gratis docentibus, & ministeria omnia Ecclesiastica obeuntibus, nullum non lapidem mouere contra illos in aliquibus urbibus conati sunt, cum quibus ambitiosos aliquos viros, qui sibi religiosi, ac spirituales esse videntur, non iniuria fortasse numerare possum. Nam hi gloriæ stimulis agitati, quos constat multo esse acriores, quam quæstus, pati non possunt deturbari se sensim à nescio quo regno, quod occupauerunt. Ceterum persecutiones à duobus prioribus generibus ortas, in lucro nostri ponunt: eas vero, quas à duobus posterioribus patiuntur, constanti patientia, & tolerantia, ac bonum pro malo reddendo vincere conantur. Datque Dominus pro sua bonitate, & misericordia felicem, vt experimur in multis locis, huic conatui successum. Sed iam clausulam decreti consideremus. Itaque his omnibus, atque aliis diligenter examinatis, & expensis hæc Societas videtur in negotio fidei periculosa.

57
Neminem Societas suis iuribus priuat

58
Qui Societati aduersari aliquando sint.

59
Societas quam falso dicitur periculosa in fidei negotio.

60
Marcelli Secundi de Societate iudicium.

Non ego hoc dolenter feram, Domini mei, excidisse hoc verbum tot grauissimis Magistris nostris? atque eam illos Societatem periculosa in negotio fidei suis suffragiis decreuisse, ex qua sola postquam instituta est, Theologos Summi Pontifices acceperunt, quos cum suis legatis, & Nunciis mitterent ad Concilium, & ad omnia religionis negotia, quæ cum hæreticis in Germania, & aliis Prouincijs vel fuerunt antehac, vel sunt modo transigenda? Sed, vt faciamus hanc nostræ Societati illatam iniuriam excusari, & regi quoquo modo ignoratione, & sinistra nostri instituti informatione posse: Quis tamen quæso prætextus obtendi poterit insigni contumeliæ, quæ summis Pontificibus, hac conclusione apertissime est irrogata? Paulus Tertius post examinatum vno integro anno, atque eo amplius in iudicio contradictorio institutum Societatis huius, decreuit cum consilio Cardinalium Societatem hanc valde vtilem esse, ac salutarem Reipublicæ Christianæ. Eandem sententiam Iulius Tertius magnificis verbis sæpe confirmauit. Marcellus Secundus tanto flagrabat amore huius Societatis, vt nonnunquam cum de ea sermonem haberet, discedere ab ea verborum parsimonia, quæ illi erat natua, videretur. Aliquando in conuentu plurimorum hominum de hac Societate loquens dixit, se non legisse (etsi in hi-

in historiis esset verfatissimus) vlli homini post Apostolorum tempora, concessum fuisse à Domino, quod Patri Ignatio, vt dum viueret, tantum operis, cuius fuisset ipse instrumentum, incrementum videret. Significabat autem apertissima hac testificatione declarasse Deum hominibus, quantum hoc institutum approbaret. Is paulo ante quam conclaue illud ingrederetur, in quo Pontifex renunciatus est, dicebat quodam die mihi, deplorans nostrorum temporum corruptelam, cum ex plurimis rebus, quas in mundo geri videbat, grauissimum caperet animo dolorem, in illis tamen rebus, quas Dominus dignabatur per Societatem nostram operari, acquiescere, & recreari solere. Postquam electus fuit in Pontificem, P. Ignatio me præsente dixit, deliberasse se omnino duos sacerdotes nostræ Societatis apud se habere, cum quibus de grauioribus rebus communicaret: propterea videret, quos illi dare vellet. Addere multa alia possem, quæ illius sanctissimi viri (cuius consuetudine diu sum vsus) benevolentissimum erga nostram Societatem animum non obscure testabantur. Sed nimio plusquam satis dicta sufficiunt. Quid de nostro Paulo quarto dicam? Hic iam inde ab initio tam aperte huic nostro instituto fauit, quod similis etiam instituti autor ipse extitisset, vt nomen ab eo acceptum, in Italia, & Hispania retineamus (vocant enim nos Theatinos,) atq; hunc Pontificem primum fuisse nostræ Societatis institutorem plurimi existimant. Hunc igitur, quem omnes sciunt autoritate Sedis Apostolicæ insignem, & maximum esse zelatorem, quo animo obsecro laturum putatis tam grauem iniuriam ipsi Sedi Apostolicæ factam? Intelligere ex his potestis Domini, & Magistri, haud paruam extitisse patientiam, quam P. Ignatius Præpositus, & institutor huius Societatis erga almam Facultatem, quam semper est maximopere reueritus, tot menses obseruauit. Noluit enim mentionem de hoc decreto facere nec apud Iulium Tertium, nec apud Marcellum, nec adhuc apud Paulum Quartum, sed cum primum de hoc decreto certior factus est, curari iussit, vt ex omnibus locis, in quibus Collegia Societatis nostræ inueniuntur, testimonia huc mitterentur Principum ipsorum locorum, vel Episcoporum, vel Magistratum, vel Academiarum, si Academiae in illis vrbibus essent: ex quibus cognosci posset, an cum fructu animarum, & citra cuiusquam iniuriam nostri conuerfentur. Suntque iam quam plurima testimonia allata, quæ in animo habet ad almam Facultatem mittere. Sperat, aut confidit potius colendissimos magistros nostros, vbi de ratione instituti nostri, & moribus eorum, qui in Societate viuunt, perfecte instructi fuerint, & se falsis delationibus circumuentos fuisse intellexerint, decretum reuocaturos, & nos vt humiles suos discipulos, ac seruos in Christo agnituros: nec expectaturos, vt hæc res in tribunali summi Pontificis transigatur. Dominus noster Iesus Christus concedat nobis illuminatos habere cordis oculos, vt quæ sunt illi gratia & placita perpetuo sequamur, Amen.

Vester in Christo seruus

Martinus Olaue.

Hanc disputationem vbi legissent quidam Sorbonicorum, quanquam piam magis, quam fortem dicebant: neque tam probari decretum ipsorum falsum, quam Societatis homines innocentes, quasi vero possit esse noxia schola, quæ discipulos creat innoxios, plurimi tamen fatebantur, nunquam ita fuisse decreturos, si talia cognouissent. Nec quicquam postea mouerunt, imo quadragesimo post anno, in grauissimis temporibus, procellisque, quibus iactabatur in eo regno Societas, pronunciauit Facultas Theologica retinendam eam esse in Gallia. Tantum aberat, vt iam prioris sententiæ, qua perniciosam pronunciauerat, meminisset. Itaq;, q̄ extremum solet esse mendacii, fictarumq; rerum, vt ipsæ per se occidant, & in nihilum redeant, decretum illud cum strepitum initio late ingentem fecisset, sensim elanguit, ac fere prorsus enanuit: Verum licet hic bonitatē, prouidentiamq; cœlestis Patris venerari, atq; suspicere. Guilielmi à Prato Claramontani Antistitis ea pietas in Societatem, sensusq; tum fuit, cum petebatur ab omnibus, vt quo magis iactari eam, oppugnarique cerneret, hoc auctius ipse liben-

62

*Dectorum
Parisiensium
longo post
tempore
sententia
pro Socie-
tate.*

63

*Claramon-
tani Episco-
pi in Socie-
tatem pro-
liben-*

64
Billomen
sus Collegij
origo.

libentiusque complecteretur. Qui cum Lutetiae non posset omnia, quae moliebatur, efficere, superiorum unum secum abstulit in Aruerniam Robertum Clayssonium, quem commendabat in flore iuuentutis dicendi pariter, ac docendi facultas. Huius usus industria nauus Antistes in Aruerniae ciuitatibus, quas ille docendo, & diuini verbi semine conferendo lustrabat, maximos fructus tulit, Billomi praesertim: vbi Canonorum, ac Ciuium eam sibi Robertus, Ordinique benevolentiam adiunxit, ut publicam illi Academiam Societatis disciplinae committere, curaque decreuerint: iidemque aream, ac partem vinctigalis obtulerint ad Collegij primordia, cuius instituendi prouinciam sibi vltro pius Episcopus deposcivit, nec ita multo post, magno ciuium commodo quod inchoarat, expleuit: & huius anni sub exitum Hieronymus Bassius, qui praefectus est ceteris, ac Petrus Canalis à B. Patre ex Italia missi, additi Clayssonio sunt, ut Societas tum firmiores in Gallia radices figeret, cum de ea stirpitis euellenda Satan maximè laboraret. Quod Billomi, ac Parisii Claramontanus moliebatur Episcopus, id Alexander Cardinalis Farnesius (qui eam legationem obtinebat,) Auenione meditabatur; duosque secum de Societate deduxerat, Pontium Gogordanum, & Iulium Onofrium. Sed cum eo peruenissent, & incenso ad morum publicorum restitutionem legato, nauarent operam salubrem, & apta quaeretur Collegio sedes, allato repente nuncio de Romani Pontificis obitu Iulii Tertii, Legatus Pontio Auenione relicto, Romam coactus est regredi. Quo regresso frigescente Legati Vicario, res quoque ipsa Collegij refrixit. Pontius tamen, cum ab Vrbe discedens haberet in mandatis à Cardinali S. Crucis Marcello Ceruino, qui successus est Iulio, ut sacrarum Virginum prope Bruniolam in Cella pago Cœnobium suis solutum legibus ritè cognosceret, & ad veteris disciplinae normam, regulamque redigeret, eò progreditur. Sed ne id quidem cessit è sententia. Nam per ardua nactus initia, dum sensim captare aditus, & mollire conatur, letifero corripitur morbo: moxque Marcello Pontifice, à quo rerum gerendarum potestatem acceperat, ex humanis erecto, cogitur & ipse cum per valetudinem primum licuit, infectis rebus ad Urbem regredi.

65
Casaraugusta Societas
grauissime ex
agitatur.

In Hispania non tam inchoabantur noua Collegia, quam vrgebantur incœpta, fremente scilicet Satana, & nihil non moliente, ut prospera eorum incrementa subuerteret. Ecce enim post Parisiensem vexationem Casaraugustana iactatio: Res Casaraugustae turbulentiores superiore anno Franciscus Strada cum pia, sapientique facundia tranquillasset, incensaque vehementer ciuitate Collegij habendi cupidine aedes in eum usum ex collatione, de qua supra narraui, certas emisset, in quibus hodieque Collegium degit, optimo cuncta loco relinquens, Barcinonem ineunte anno recessit. Nec multo post tuendis cœptis, ac promouendis adfuit Barma. Instaurantur cœmptae aedes: in easque commigrant Patres, demirantes pacem, ac silentium omnium, cum ante quicumque situs legeretur, ita quasi coniuratione facta, seu religiosi, seu clerici contra coirentur, ut nullus, in quo possent consistere, tota vrbe locus relinqueretur. Adornant Sacellum, & sacro primum faciendo, cum Ferdinandi Aragonii Archiepiscopi voluntas accederet, quartam post Pascha seriam destinant. Nocte, quae eum diem praecessit iam multa, Lopus Marcus Abbas Viruelæ, Archiepiscopi Vicarius generalis mittitrogatum, tantisper celebritatem ut differant: perlatas ad se Religiosorum, & Clericorum in propinquo degentium querimonias. Barma, cum iam nobilissimus quisque inuitatus, & Sancti Dominici Patres, sacrum cum cantu peracturi, & vrbe tota expectatio rei excitata esset, permodeste responderet, eo processum, ut dilatio integra non sit: postridie se coram illi satisfacturum. Postridie paulo antequam missarum inchoarentur solennia, adest homo ignotus: narrat se ab custode Franciscanorum claustrarium, quem sibi conseruatorem Augustiniani delegerant, missum: eiusque nomine Ecclesiae censuris interpositis, vetat eo loco peragi facta, quod is locus Augustinianorum Patrum fines ingrederetur. Barma, quanquam sciebat Patrum eorum prauilegiis, si quae haberent, priuilegia abrogare Societatis, vetitumque illud nequaquam iusto more, ac ritu denunciatum, cum nullas ministerii sui literas testes, nulla potestatis indicia Nuncius attulisset, tamen ut ad quemcumque se praemuniret euentum, rite iudicium Summi Pontificis appellat. Tum rapiam pius, doctusque consultis viris, cum omnes consideratis Apostolicis vtrin-

cis vtrinque diplomatis, ac beneficijs, sine dubitatione peragendum censerent, Deum precatus, vt ex eius gloria, & Ecclesiæ commodo ea res eueniret, cõpta profequitur. Apparatu non sumptuoso, sed mundo, ac nitido ceremonia magna factum peragunt Dominicani, sacrificante ipso Priore Ioanne Esquiuelio. Concionem habet in eo genere præstans Hieronymiano ex Ordine Ioannes de Azorola, qui per occasionem Euangelicæ historiæ, quæ Petro piscatum abeunti alios Apostolos narrat adiunxisse se comites, in ea vrbe venimus, & nos tecum, multa grauius de caritate disseruit, quæ facti Piscatores suscipiant æquum est, si quos Deus recens submittat diuini operis adiutores, ac socios. Prorex (Is erat Ignigus Mendoza Dux Francæ Villæ, quem titulum per id tempus assumpsit Comitatu Mellitensi in generum suum Rodericum Gomium à Sylua translato) cum præcipuo flore nobilitatis intererat. Sed interim, dum in Sacello hac celebritate, magnoque spectantium gaudio geruntur, ad Collegij fores Vicarij edictum affigitur, quo seuerè iubebat Curationes suis quemque curialibus interposita anathematis pœna interdiceret aditum huius sacelli, siue sacrificij causa, seu verbi diuini, seu deniq; sacramenta suscipiendi. Neque aliam adscriperat causam, quam quod locus profanus esset. Duæ erant prope id sacellum Parœciæ, altera Magdalensæ, altera S. Michaëlis nomine, quarum Præfeti propinquitatem Collegij ferre non poterat. Vicarius verò cum sua sponte ferebatur parû Societati beneuolus, tum maximè Curioni Magdalensæ studebat, quo cû sanguinis etiã necessitudine iugebatur.

Hi omnes cum religiosis, qui de vicinitate litem intenderant, alijq; nonnullis conspiratione inita, dissimulante Antistite, ad Societatem Cæsaraugusta exturbadam, vires, & opes omnes intendunt. Barma cum Collegiolo Alfonso Romanum præfecisset, accessit ad conciones Ludouico Santandero, lecto que Patrono ad conseruanda Societatis iura Episcopo Oscano Petro Augustino, Murciam, quo propere ab Carthaginensi Antistite euocabatur, discessit. Sed aduersarij, vbi parum successisse prima vident, alia, atque alia intentant fulmina: ac demum res (vt in pauca conferam) cum nec vt pacatè causa cognosceretur, nec vt æqua vlla conueniendi via iniretur, impetrari potuisset, eo progressa est, vt publica ceremonia Societas probro nota sit anathemate, diris, maledictisq; confixa, horrendis carminibus, & execrationibus proclamata, faces in eam accensæ restinctæ, dirarumque plenus psalmus Dauidicus centesimus octauus funestissima modulatione cãtatus. Denique nihil prætermisum, quod in impios, & facinorosos ac detestabiles Ecclesiæ filios, inimicosque Dei fieri consuevit. Cumque in eos etiam esset anathematis fulmen intortum, qui contra Vicarij edictum apud Societatem vel sacris interfuisent, vel vsurpassent diuina, scrupulis omnia, & laqueis conscientiarum repleta sunt, & aucta aduersus nostros inuidia. Vulgo omnes auersabantur eos, detestabantur, & ab eorum consuetudine quam longissimè refugiebant. Nemo salute, nemo suo dignos putabat alloquio. Quorum partes cum illustres viri pro sua pietate susciperent, ipsi quoque, vt anathemate illaqueati, & à communi Christianorum cœtu seclusi, sacris ædibus pulsi sunt. Super hæc tota vrbe, quod Societas in ea permaneret, sacrorum interdicta tractatio. Qua populus inusitata animaduersione perterritus abhorrebat à nostris, vt à funesta quadam, teterrimaque peste. Nec quicquam malebat aliud, quam vt illi protinus egredierentur, purgarentque urbem, ne se tota Ciuitate eorum contagione pollueret. Accedebat obrectatorum lingua flabellum odij, qui camino addebant oleum, & vbi que flammam inuidiæ tanquam flabris excitabant. Denunciabant simplicibus, & indoctis cælestes iras, & terrorem incutiebant anathematis, si se Societati sermone vlllo, congressuque coniungerent. Cumque nihil non molirentur, vnde summum eos in odium, horroremque hominum adducerent, hoc insuper excogitarunt, vt eos in chartis publicisque tabulis cum anathematis nota descriptos, passim tota vrbe proponerent, & de valuis templorum omnium, cunctisque viarum angulis, eorum suspenderent effigies, tam expressas ad viuum cum eorum togis omnibus, vsitatoque cultu, vt eos è ciuibus nemo non agnosceret. Ac ne quid omninò crearetur erroris, suum cuique nomen grandibus literis est affixum, Barmæ quoque absentis, & ponè Dæmones truculenti, aspectuque terribiles, qui perstrictos anathemate reos in vastissimam voraginem, & ardentes flammarum globos abriperent. Nihil non factum, nihil non probrosum in eos, & plenum dedecoris pictum est.

66

Socij Cæsaraugustani excommunicantur.

67

Vrbs interdicta Ecclesiastico subijcitur dum in ea Societas manet.

68

Effigies Patrum ad inuidiam picta proposita per urbem.

69
*Impetres
 puerorū in
 Collegiū.*

70
*Furorū
 supplicatio
 circa Col-
 legiū.*

Oscanus Societatis conseruator, suum duntaxat nomen in ijs appositum folijs, tanquam pictura, contumelia haberetur indignus. Sed triduo post in eandem ludibrii Societatem ipsum quoque coniecere cum mitra, & pallio inter Dæmones pictum. Nostri quanquam sciebant tum a his ob causas, tum ob interpositam in tempore, ac secundum leges Apostolicę sedis appellationem, nihil eorum animaduersionum ad se pertinere, tamē vitandę offensionis gratia ab obeundis publicē sacris protinus abstinerant: tum etiam suo se tecto, plurimum cum Deo agentes, dum is nimbus abscedere, et, continebant, non tamen in tuto. Quippe procacium puerorum ceterua non sine grandiorum turba vna ex ijs scedis imaginibus pro vexillo in hattam sublata, conglobatur circa ædem, tecta lapidibus quatunt, ianuas verberant, conuulnerant fenestras, infans vocibus complent omnia, tanto strepitu, vt accurrendum Proregis ministris, ipsique Proregi fuerit, cum populi totius timeretur tumultus. Colludentes quoque pila Equites multi, quique cum spectabant lufum alij, cum insufurratum esset, agmen improbum armatorum ad Patrum ædes coactum, vt quotquot in ijs erant, ferro conficerent; seminudi subitò, ita vt erant ab ludo digressi, strictis eo mucronibus conuolarunt, vt illos Dei famulos contra multitudinis impetum, furoremque defenderent. Neque hæc omnia aduersarijs visa sunt satis ad populi animos religionis specie, quod acerrimum telum est, concitandos. Tribus deinceps diebus, funestam supplicationem circa ædes Societatis cum lugubri carmine instaurant: atro tectam velo, & auersam Christi è cruce pendentis gestantes effugiem, & inter maledicta, & execrationes iactantes in tecta lapides, & identidem misericordiam, magnis vocibus inclamantes. Hæc omnia fecere adeo Patres illos vulgo inuisos, ac detestabiles, vt, si cui exeundam domo esset, hunc sibilis, & conuicijs, hunc infestis à tergo clamoribus, vt formidabile monstrum insequerentur. Quæ quanquam partim ab imperita multitudine, partim cæco aduersariorum fusore gerebantur, prudentes tamen viri, qui suis res ponderibus æstimabant, nimium atrociam, & Christianis rebantur indigna. Qui tamen si grauitate & probitate præstabant, tamen nec Antistitis auctoritati, potestati que se opponere, nec multitudinis inconstantia, furoriqu; resistere, nec aduersarios, qui tam longè processerant, reprehendere, & accusare seditionis, atque discordia, quam in populo concitauerant, audebant.

71
*Patres Cæsaris Augusti
 occore sua-
 sumus.*

72
*Suprema
 Patriū ver-
 ba ad Se-
 natum.*

Stabant etiam à veritate, Societate que nobilium plerique Equitum, ac ciuium honestorum, qui suis hæc oculis spectabant, & deplorabant: sed hi quoque multitudine victi defendere innocentiam pro sua pietate ac voluntate non poterant. Nostri verò, cum in se conuersa multitudinis spectarent arma, populi que tumultuantis ferociam in dies maiorem: nec tamen Antistitem, qui motus hosce comprimere nullo negotio poterat, laborantem; grauius aliquod periculum veriti, eripere se confestim è flamma, & procellam temporis euitare constituunt: præsertim cum ad sedandam vim tempestatis, nec Apostolici Nuncijs nutus, nec gnata Cæsaris Ioannæ Principis, quæ tum gubernacula tractabat Hispania, pij conatus, atque auctoritas valuissent. Itaque quod Gregorium Nazianzenum Episcopum, aliosque sanctissimos viros olim fecisse meminerat, sibi quoque pro ampliori pietatis bono faciendum existimarunt, vt ea vrbe sponte cederent, & ciuitate illa carerent, quam nulla sua culpa, vel scelere, sua tamen causa tumultuantem, ac perturbatam viderent. Hoc igitur ad Senatum animo, consilio que venerunt, vt traditis suarum ædium clauibus, abeundi com meatum peterent, & ex ijs Petrus Tablares (Namque Romanus dudum Vallioletum ad Borgiam edocendum abierat) pro omnibus orsus loqui; Venimus, inquit, in hanc vibem rogatu Principū Senatus huius, iussu Præpositorum nostrorum; vbi quandiu fuimus, summe Deo adiuuante studuimus institutum tenere nostrum, vt qui nostris ex laboribus, vigilijs que capere aliquid ad animi sui fructum, ac salutem vellent, eis dies ac noctes præsto essemus, nulla vnquam occasione data, vnde quisquam posset offendi, vel iure cõqueri. Piger quidem non ea nos diligetia ac contentione, qua decuit, vestris commodis inferuissè: cæterum in ijs querendis fides, voluntas, studium que non defuit. Sed cum eundem gustum non omnes habeant, nec vna omnium sit mens atque sententia: nimirum nostrum hoc studium non æque omnibus est probatum: atque hinc ille tanquam turbine excussus puluis, qui multorum cæcauit acies. Sed quando huc deductæ nostræ res sunt, auertat benignitas Dei, ne in ea vrbe, in quam

quam vtilitatis gratia nos pedemintulimus, discordia aliqua, vel perturbatio propter nos oritur. Non enim Deus noster discordiæ ac dissensionis est Deus, sed tranquillitatis ac pacis. Si propter nos tempestas hæc orta est, mittite nos in mare, pellite è conspectu, gremioq; vestro. Nam quod ad nos attinet, vbique pacem querimus, pacem expetimus, persequimur: & hac nos Deus spe sustentat, & alit, fore vt ea, quocunq; gentium peruenierimus, potiamur: neque nobis occasio, regiove desit, vbi hoc exiguum, quod à Deo accepimus, facultatis in animorù causa collocemus. En vobis nostrarum ædium claves: cedere iure nostro in manu nostra non est: atque adeò testatum volumus profædionem hanc reipublicæ causa susceptam fraudi Societati nunquam esse debere. Nos hinc discedimus, ne quod suscitatum est amaroris, & odij, die progrediente succrescat, & caritatis bonum funditus obruat, cum eoq; simul ruant animæ ad interitum, quas suo Christus sanguine redemit. Vnius vrbe non magna admodum iactura est, magna tamen caritatis. Ac ne res tanta dubia versetur alea, neque periculo committatur, perinuiti cogimur hinc abire. Sed si relegamur ab vrbe, non tamen ab animis vestris (Ciues optimi) nisi nostra nos fallit opinio, aut ab amore illo tam effuso, tam munifico, tam Christiano, quem erga nos perpetuo demonstrastis. Hunc nos agnoscimus (vt par est) nec è memoria dimittimus. Ac nobis quidem nihil suppetit, quod pro amore isto soluamus, nec quemadmodum beneficijs, quæ tam liberaliter in nos ab eo profæcta sunt, respondeamus. Sed si mercedis loco pauperum preces, & sacrificia non aspernamini, recipimus vobis nos non immemores, aut ingratos, ac ne iniquos quidem debitores futuros. Supplicabimus Patri pauperum, vbicunq; degemus ætatem, vt quæ propter, cum in nos contulistis, ea ipse pro nobis æterno apud superos æuo, & mercede sempiterna compenset. Illud vnum vos rogatos volumus, vt quoniam personas istas geritis, & nobilissimam hanc vrbe, regnumq; vniuersum, cuius illa caput est, gradu isto, ac dignitate refertis, multa nobis, quæ in animorum, & vestra causa tuenda, tractandaq; peccauimus, condonetis, boniq; consulatis hunc discessum, certi de optimo animo, voluntateq; nostra, quæ nulla vnquam commutatione loci mutabitur, parata semper, & expedita placatis, vt speramus, his fluctibus, ac procellis ad iteranda sua in vos officia, denuoque suscipiendos in hac vrbe pro salute vestra labores: quod vtinam breui pro sua clementia det Deus, qui post horridam tempestatem lætam plerunq; solet serenitatem, post atram noctem nitidum referre, & aperire diem. Ad hæc paucis respondit Senatus, tumultum popularem tantum sibi attulisse molestiæ, quantum Societatis egregia voluntas attulerat voluptatis, nec se nescire turbarum vnde oriretur initium, aut quis tandem lapides imperitiæ plebi suggereret, oculeretq; manum; Societatem facere suæ consuetudini, suoq; nomini consentanea, quæ tam singulare modestiæ specimen, concordiæq; daret, nec minus esset admiranda ciuib; in digressu, quam salutaris in mora. Se huius quoq; beneficij memoriam seruaturum, & paucos intra dies, quanti Societatem faceret ostensurum. Hæc Senatus, à quo digressi Patres, honorificè deducti sunt domum à Senatoribus aliquot, qui simul ædes ingressi suis oculis perspexerunt, quanta Societas in egestate, inopiaq; degeret, quamque vanum & commentitium esset, quod rumor improbus dissiparat, profusis eam sumptibus, delicateque viuere. Nec defuerunt, qui talem in errorem, ac fraudem inducti suam in credendo leuitatem accusarent, peterentq; veniam. Dein exiguæ illius, quam repererunt, supelletilis indice factò prosecuti sunt discedentes, & subsidium itineris egentibus obtulerunt, quod ab ijs totum, gratijs tamen actis, repudiatum est. Duo duntaxat ex vrbe sacerdotes Ludouicus Santanderus, & Balthasar Pinna cum aliquot fratribus egressi. Namque Romanus nondum Vallisoletò redierat: Tablares, in quem vt hospitem magis, quam incolam nullum coniequum erat anathema, mansit apud Proægem: nec post multo Vallisoletum accitù Borgiæ demigravit. Qui exierant, cum in suâ oppida à multis nobilium inuitarentur, Petriolam delegerunt, septem distitam leucis, quo ab Ludouica Borgia Patris Francisci, & sanguine, & virtute germana tum Ripagorsæ Comite, postea Villæ formosæ Duce mittebantur. Quam item sanctissimam clarissimamque matronam, quod Societatis causæ faueret, paulò ante aduersarij tanquam anathemate irretitam, sacris ab ædibus exturbârant: id quod in alios multos è nobilitate patrum ante narraui. Petriolæ Patrib; nõ segne fuit auxilium. Sed cum metuentes Archiepiscopi

73

74

*Discedunt
Socij Ca-
sarAugustæ*

75
Honorifice
reuoctantur.

offensionem Clerici eos Templis excluderent, in area ante Comitum aedes catechesim habebant, praecipue ad Neophytos Mauricos, quibus ea regio abundabat. Paulatim & ceteri oppidani ita conciliati, & incensi studio pietatis, ut perpetuas apud se eos ponere sedes peroptarent. Caesar-Augusta continuo ut illi exierit, tanquam eiecto in pelagus Iona, procella quieuit. Restitutis ab Archiepiscopo sacris visa est populo serena lux redire, & amica tranquillitas. Consedit itaque multitudinis furor, mitigata est acerbitas, accessit animus Societatis amicis. Ipsos vero turbatum auctores, atque satellites sui quoque pigere facti, ac poenitere coepit, partim sollicitudine, & timore suspensos, ne celeres poenas darent, cum Princeps Ioanna dolens regiam, quam interposuerat, auctoritatem neglectam, grauissimeque succensens ipsa ad se capita de Nuncio Apostolici autoritate, seuerissimo imperio perducere iuberet, partim conscientiae cruciatus angore, quae velut immanis carnifex eos accusando sorquebat, quod se longius prolapsos animaduertent, quam & veritatis, & aequitatis Christianae termini postulabant. Denique quoniam posteriores cogitationes, ut in proverbio est, sapientiores sunt prioribus, Caesar-Augustanus Antistes melioribus & ipse usus consilij, cognitione causae doctissimis viris permissa, de eorum sententia sua mutauit edicta, noua composuit, vulgavitque per templa, quibus voluit monitos vniuersos de veris, ac legitimis Sedis Apostolicae priuilegijs Societati concessis: tumque ob ea, tum ob interpositam eiusdem primae Sedis iustam appellationem irritas, & inanes fuisse, siue in Societatem, siue in alios quosuis eius causa latas, promulgatasque censuras. Ergo confestim Caesar-Augusta mittitur, qui Patres reuocet: interimque datur opera a splendidissimis honestissimisque viris, ut solenni apparatu quam honorificentissime reducantur. Quo illi cognito gratijs Deo summa humilitate actis, quod famulorum suorum meminisse vellet, precari inlistere ut reuersionem hanc in magnam sui nominis laudem vellet cedere: non tamen se loco mouerunt, priusquam per inter-nuncios e primarijs ciuibus prece contenderent, ut priuatim sibi liceret, vnde abierant, nulla pompa, nulla honoris significatione redire: ne plus caperent ex honore illo tristitiae, molestiaeque redeundo, quam acceperant ex contumelia voluptatis, & gaudij, quam Christi causa pertulerant, abeundo. Semel, iterum, ac tertio vltro citroque missi sunt nuncij, nec tamen vllis aut precibus flecti, aut rationibus expugnari ciues optimi potuerunt, quod dicerent aequum esse, ut publicum dedecus, ac turpitude publico item honore compenferetur, & gloria. Patres igitur Iacobi Augustini de Castello ciuis perhonesti, & Societatis amantissimi imperio, cui Borgia iusserat hanc causa eos parere, coacti, Caesar-Augustam iter intendunt. Venientibus prodire obuiam magistratus omnes ad portam, regijque ministri, clarissimi, nobilissimi que viri, flosequitum, populus frequentissimus, ipse denique Viruela Abbas vicarius Antistitis. Hic Patres singulos vellent, nolent Equites bini de praecipuis medios excipiunt, ac multis impositos ad eorum aedes publica, ac celeberrima per vrbis itinera comitantur. Praestolabatur ibi Prorex, & alter Inquiitorum, peractisque missarum rite solennijs ab Episcopo Olsano, cuius supra meminimus, quique cum Iacobo Augustino de Castello singulari Societatem studio, virtuteque defenderat, Patres in possessionem aedium incredibili Prorex ipse bonorum omnium gratulatione restituit. Hic Caesar-Augustanae tempestatis exitus fuit. Ex eo tempore tantis usum est deinceps progressionibus id Collegium, tanto Ciuitatis & amore, & fauore semper exceptum, satis ut ostenderet nulla sua culpa, sed imperiti vulgi errore superiores extitisse tumultus. Fuit hic euentus Ignatij fiduciae contentaneus: qui cum has turbas, motusque rescisset, inuitata quadam visus est iucunditate perfundi, & ea laetitiae signa prodere, facile ut declararet quanto aciores gelidae pruinae fuissent, quanto seuiore turbines, vehementioresque aduersariorum oppugnationes, & impetus, tanto firmiores, altioresque radices, quas per ea Societas ageret, tanto suauiores, vberioresque fructus in ea vrbe fore, quos haec arbor adolesecula procrearet. Ipse quoque Borgia cum lapidibus appetita domum audisset, fertur dixisse, diuina plenus fiducia: Istos igitur colligite lapides, & nouam exaedificate domum: tanquam quae exinde consecuta sunt incrementa prospiceret. Tam honorifica Societatis restitutio suspicionem, quam discessus attulerat, tota sustulit ex Hispania. Id autem ex ea procella boni diuina sapientia, ut alijs item e tempestatibus, aduersisque rebus, quae Dei causa subeuntur, excerptis; maximum suae glo-

76
B. Ignatij
fiducia in
Caesar-Augustano
motu.

riæ decus, illustrationem, & victoriam certissimam veritatis. Quocirca non modo Societatis ea nomen, famamque non obruit, sed potius illustravit, & in bonorum animis impressit altius. Et quoniam diuini iudicis æquitate comparatum est, vt noxæ pars poena respondeat, & qua quisque mensura ceteros emeritur, eadem illum remetiantur alij: qui suafores, autoreique fuerunt, vt suis exturbata sedibus Cæsaraugusta Societas pelleretur, ij ipsi non ita multo post (Rege postulante Philippo) suo pulsi cœnobio; quod alijs ex eadem familia, sed melioris disciplinæ Monachis, legumque cultoribus traditum est, sedem sibi per aliena cœnobia vagi quærere, atque inquilini coacti sunt. Sed profecto æstimari non potest rerum humanarum momenta quantum ab nutibus pendeant eorum, qui præsent. Societas dum tanta cum pietatis publicæ iactura exagitur, vexaturque Parisijs, ac Cæsaraugustæ, quod Antistitum vel aliena, vel anceps voluntas aditum dabat procellis; mira approbatione omnium, vtilitateque sedem Murciae ponit. Stephanusenim Almeida Lusitanus Carthaginis nouæ Episcopus, cum ex hominum sermone, secundoque rumore Borgiæ, quem Gandiæ Ducem meminerat, & familiariter norat, sanctitatem; & saluberrimos Societatis labores admiraretur, optaretque vt ex ijs etiam ad suos deriuaretur vtilitas, Patres nonnullos ab ipso Borgia per literas, quibuscum & de animi sui rebus, & de toto munere Episcopatus ageret, postulauit. Borgia ex Aragonia Murciam Episcopi plerumque sedem tres misit, & in ijs par sacerdotum, quibus præerat is, qui primus Murciani Collegij Rector fuit Ioannes Baptista Barma. Excepti sunt omnes magna cum voluntate Ciuium, deductique ad ædes Episcopi hospitij causa: vbi separato conclaui suis obeundis muneribus magno & exemplo, & commodo proximo cuique fuerunt. Destinat Episcopus quoddam domicilium condere, vbi operarij duntaxat degerent, ex quibus pars sacerdotum diœcesim assidue percurfaret. Sed vbi vidit specimen operum Societatis, cognouitque ex Barma quantas allatura esset iuuentutis institutio commoditates Murciae, quæ multas habet ciuitates in proximo, & procul Academijs, adeo erectus est animo, vt quamprimum condere Collegium magnum decreuerit: domumque luculentam illis extruere cum æde sacra sit orsus. Rapiebat bonum senem innocens, sapiensque Barmæ modestia, nec ea minus ceteros rapiebat. Non raro vsu venit, vt præ stipatione auditorum aditu ad suggestum ei nullo patente alicunde fuerit rimandus ascensus. Per autumnum cum diœcesim lustraret Episcopus, cum comitem duxit, non tam vt alios eius opera, quam se regeret. Quem tanti faciebat, vt si cuius suorum presbyterorum interdum, vt fit, dictum, factumve damnaret, hac fere vteretur obiurgatione, neutiquam talia cum monitis Patris Baptistæ congruere. Eiusdem vtebatur oculis, & manibus ad explorandas, subleuandasque inopum angustias, ægre ferens sibi nulla elemosynæ se obtulisset occasio, cum diceret, nihil in eo loco sementis factum. Valuit autem ea diœceseos lustratio tum ad alia multa, tum etiam quod proposita ante Pastoris oculos necessitas gregis, acres ei stimulos ad properandum Collegium admouit, quod principio Aragoniæ Prouinciæ subditum est. Id vero dum prospere oritur, Valentinum sancti Antistitis ex Augustiniana familia Thomæ Villanouæ studio roboratur: qui cum viuus, vt ante significatum est, paterna socios indulgentia complexus esset, adeo vt si quem amoueri Valentia cerneret, amanter expostularet sibi auxilia detrahi, moriturus cum quandam haberet in nomine pecuniam (nam fere arcam aliam non habebat, quam pauperum manus) eius partem ampliolem Collegio legauit. Salmanticæ quoque permultum gratiæ Societas hoc tempore apud genus omne hominum nata est: vbi etiam illud insigne diuinæ prouidentiae pignus animaduertere licuit. Nam tanquam aduersus tenebras, quas alicubi Satan conabatur effundere, lumen Pater ille luminum compararet, fecit vt ex præcipuis religiosorum Ordinibus concionatores in suggestis, alijque in priuatis congressibus, viri doctrina, ac pietate illustres, nominatimque ex Dominicana, Franciscana, & Augustiniana familia Societatis, & instituta, & homines præclaris laudibus celebrarent. Par in populo studium, qui commutationes admirabiles

77
Murciani
Collegij
ortus.

78

Thoma de
Villanoua
Valentini
Antistitis
in Societate
sæ pietas.

79

Salmantica Societas
in pretio.

morum ab aduentu Societatis, præsertim in Academicis obseruabat. Par in ipsa florentissima Academia, quæ suam erga Societatem beneuolentiam, opinionemque tum maxime declarauit, cum ex ea tot virorum decora, quatuor, inquam, & viginti testimonium pro Societate datum contra decretum Parisinum; (cuius supra meminimus) suis subscriptionibus comprobauerunt. Erat rude Methymnæ Collegium, quod suis sensim partibus explebatur, & ad eas explendas dabant nomina subinde nonnulli, ex ijs Hieronymus Acoſta, qui quatuor alios in Societate fratres natu minores habebat, & Matthæus Duenias Roderici filius, eius, cui sua Methymnense Collegium debebat exordia. Instru-cta est hac ætate suis classibus, vt Collegij ratio postulat, disciplina grammatices, & scho-
 lis ea de re tribus expositis, ventitabant auditores abeunte anno facile centum, atque triginta. Vallisoleti quoque addebatur sua Collegio forma, & in eius ædes vltro Ioanna Princeps aureorum tria millia, factis etiam (vt cognitum deinde est) nominibus, tanta erat eius caritas, erogauit. In eas Societas ineunte Iunio migravit, & ad structuram templi exiguas alias adiecit ædes. Non modicus Patrum quibusdam erat confessionum labor in aula, sed pietatis fructus yberimus. Quippe Princeps è descripta viduis ab Apostolo forma, instans obsecrationibus, & orationibus nocte, & die, seque irreprehensibilem præstans, parique sanctitate, ac prudentia res Hispaniæ publicas administrans, priuatæ, publicæque personæ clarissimum, & iucundissimum edebat ijs regnis exemplum. Cumque ad Dominiæ (vt fit) ingenium domus cuncta componeretur, nobilium virginum, quæ in eius debebant obsequio, plures ad sacra cœnobia, & beatas Agni nuptias, quam ad splendidas ædes, & spinosa mundi coniugia demigrabant. Procul inde profana garrulitas: nullus ferme nisi de virtutibus sermo: frequens ad omologesim, frequens ad epulas diuinas accessus: multiplex corporis maceratio, nec flagella rara, oratio pene continens. Obedientiæ quoque studio, vnam de suo cœtu singulis legebant hebdomadis, cuius nutibus religiose parebant: cumque secretum in conclaue recederent, vel de noxis, quæ obseruatæ in quaque fuissent, aut per se ipsæ proderent, pœnas ad eius arbitrium dabant: vel aliter ad humilitatem, virtutemque perfectam exercebantur, plerisque tum triumphantibus maxime, cum fuisset famulabantur ancillis. Adeo aulam sibi virtutis gymnasium, rudimentumque cœnobij fecerant. Ipsa vero Princeps pietatem suam erga Societatem cum alijs rebus luculenter ostendebat, tum pro ea singulis diebus vniuersæ, ac pro certis hominibus nominatim preces fundens, in primisque pro Borgia, cuius profundam humilitatem, vt ipsa vocabat, & sinceram consuetudinem propter exempli vim, tanti existimabat momenti; vt nullis honoribus posse tantundem rebus Christianis prodesse eum diceret. Ac proinde, si sua esset in manu, ne summum quidem Pontificatum ei (cui tamen summa omnia cuperet) delaturam, ne tanti exempli obscuraretur splendor, & acies quodammodo hebetaretur. Et quidem aderat præcipuo quodam munere Christi gratia Borgiæ, vt cum omnibus magis in dies, ac magis venerationi esset, ac procerum, & Præsulum clarissimi quique ei totos se, suasque conscientias committerent, nihil tamen inde sibi sumens, quanto alijs pretiosior, tanto sibi vilior fieret: interque curas, atque discursus, tanquam versaretur in solitudine, tranquillitatem mentis, otia sanctæ contemplationis, austeritatem etiam vexandi corporis retineret. Auxit vehementer de sanctitate eius opinionem Regiæ Ioannæ obitus. Erat hæc Caroli Quinti Imperatoris mater, coniux Philippi Regis primi, qui quo anno venerat in Hispaniam, & regni gubernacula tractare cœperat, eo ipso vitam finijt: cuius ex acerbo funere coniux tantum hausit doloris; vt plane de potestate mentis exierit, amensque vitam reliquam Tordesillæ multos annos egerit. Ad hanc grauius laborantem iussus à Ioanna Principe Franciscus accurrere, cum haud ita procul à supremo periculo offensusset, aggressus est ocus pijs eam confirmare colloquijs, & morituræ succurrere. Obstabat votis continua dementia, quæ nulla menti dabat integri luminis interualla. Borgia tamen Deo frater, quem tacitis precibus obsecrabat, hortatur for-
 minam

80

Methymnensis Collegij progressio.

81

Vallisoletina ades incolitur.

82

Ioanna principis pietas.

83

Borgia insignis virtus.

84

Adest morientiregina Ioanna Caroli V. matri.

minam Deo se committat, & poscat nouissima sacramenta; sibi vero protestandæ ipsius nomine sanctæ fidei partes, curamque permittat, quando per morbum ipsa non possit. Ad hanc illa vocem præter spem omnium conuertit animum, & Borgiam iussit inchoare symbolum. Quod cum Pater inchoasset, & verba quædam ipsamet è Niceno symbolo sapienter addidit, & eadem sapientia respondit ad extremum ubi pronunciandi finis est factus, Amen. Deinde Crucifixi Christi signo, eiutque Marris imagini pone propositis pia oscula fixit: eaque propius sibi ad moueri, applicarique iussit. Sparso hoc per Curiam de Regina resipiscente rumore, commune fuit vniuersorum gaudium ingenti cum admiratione coniunctum: vt qui meminerant, quam ea vehementer in amentia à piarum rerum commemoratione abhorreret: idque Borgiæ meritis assignabant. Is vero, cum tot compositæ mentis indicia animaduerneret, autor familiaribus fuit, vt Salmanticam mitterent, qui Doctorum sententias exquireret, liceret nec ne Regiæ eo iam loci deductæ suprema rite myteria subministrare: consultoque inde venit Dominicus Sotus notæ Doctor sapientiæ Prædicatorum ex ordine, qui de Regiæ itatu, redituque mentis edoctus, & cum Borgia colloquutus, censuit rite fœminam inungendam. Nam Sanctum Domini corpus præberi vetuit scilicet nauseantis stomachi conturbatio, frequensque vomitus. Rite igitur ad extremum inuoluta certamen migravit è corpore sexta feria in Parasceue, magno populorum gaudio, Caroli vero Imperatoris, & Regis tum Angliæ Philippi longe maximo, quod eo Regina delibuta mysterio, & recuperata mente migrasset. Septimanæ scholis iam non sine fundatoris approbatione sublati, in quibus magna erat ab auditoribus solitudo, commutata est Collegij ratio in aedes domesticæ probationis, & disciplina literarum in Catechisini. Diuerfabatur in iisdem ædibus Moschera fundator vir æque pius, ac nobilis; sumebat cum domesticis cibum, & victu utebatur eodem, eademque frugalitate. Nec eius conuictus erat oneri, sed exemplo ministrabat mentis: cum surrexisset à mensa, famulabatur coquo, vt vnus aliquis è Socijs. Oblectabat se humilitate munerum, & ea palæstra virtutis. Domesticos amabat, & agnoscebat vt fratres, eosque demum dictitabat suos esse germanos, verosque fratres, nõ qui eodem sanguine creati essent. Querebatur quod copijs maioribus non afflueret, nec gaza potiretur Imperatoris, quo de Societate mereri ex animi sui posset sententia: quam quidem serius se cognouisse dolebat, & tempus illud deplorabat, quo de ea non satis commode sentiebat. Augebatur suis tyronibus domus, & eorum iam numerus prope ad quadraginta peruenerat Bustamantio Magistro. Quorum in eo iitum erat omne gymnasium. Quaternas horas quotidianæ precationi dicabant. Nam & sanctis commentationibus quotidie duas, & geminæ iuorum peccatorum discussione, Psalmodiæque in honorem beatæ semper Virginis vnâ, & eius percurrendo rosario, colendisque sacræ missæ mysterijs item vnâ tribuebant horam. Eisdem Bustamantius semel, atque iterum in die matutinis, inquam, vespertinisque temporibus sua voce formabat, & excolebat. Atque vt ea, quæ docebat suo fulciret exemplo, quanquam alijs districtus erat occupationibus, & ad domesticas, priuatasque paræneses publicas adiungebat, tamen quicquid alijs imperabat, primus ipse obibat.

Ita nihil operosum discipulis & arduum, cum eorum ante conspectum magistri luceret exemplum. Quanquam non diurnæ suere Bustamantio deliciæ illæ cælestis Philosophiæ inter primos Tyronum feruores quodammodo æstuantis, ad Bæticam (vt infra dicam) regendam prouinciam inde tracto. Ne vero materia caritatis, & obsequij facultas in ægros, quæ tyronum solet esse periclitatio præcipua, Septimanæ deesset, Vallisoleum, quod non longe distat, mittebantur vno quoque mensis quaterni, qui valetudinarijs bipertiti duobus, suam ægrotis operam, dies noctesque præberent. Nunquam enim oportebat eos ab eorum lectulis, & obsequiis toto illo mensis abesse curriculo; sed vna cum eis ceteros vt famulos diuersari, ac pernoctare: quanquam tanto famulis diligentius, & accuratius in eo munere versabantur, quanto accuratiora debent esse ea, quæ Dei, quam quæ autigeruntur amore: facile vt affirmarent Nosocomiorum æconomi cumulatius Nouitiorum parægis, quam multos famulos satisfacere. Non enim modo leuandis in ægrotatione corporibus, verum etiam tràquillandis in ægrotitudine animis præsto erant: exhilarabant suis officiis, & sermonibus omnes; nihil vt querelatum

85

In Sebè-
manconsi
domo pro-
bat: nis
feruens
maximo
studia per
fectionis.

relarum toto in valetudinario cuiusquam exciperetur ex ore. Fodicantibus morbis nulla vox fractior, sed alter alterum ad tolerantiam, & morbi tædia perferenda mutuis hortabatur alloquijs. Adeo nouitiorum proficiebant obsequijs. Iam solidarum virtutum studia, & ante omnia simplicis, exquisitæque certamen obedientiæ, ita Septimanicæ vigeant; ut bonus eius domicilij odor latissime spargeretur: multique & magnatum, & Religiosorum quoque accederent, ut speciem illam antiquæ sanctitatis oculis vsurparent. Quippe ipsa domesticæ disciplinæ descriptio, ipsa tyronum conspecta modestia seges erat maximæ, & sanctissimæ voluptatis. leue dictum est, quod ex disciplina sancti Francisci veteranum Patrem in admirationem adduxit. Is ad B. Patris obeundas exercitationes in hanc domum cum sese recepisset, sacrum faciebat in sacello domestico, mox sancta mysteria perfecturus, cum edito signo campanæ Nouitij, qui examen conscientia matutinum in eodem sacello peragebant, coniungunt; & quo euocabantur, abscedunt. Quam subitam parendi celeritatem peritus ille talium rerum æstimator, deprædicans, aiebat multa sibi audita de Societatis obedientia, quæ ante crederet amplificata sermonibus. Sed iam se perspicere eam plane vel fama esse superior em. Venisseque sibi in mentem eius Monachi, quem audierat cum euocatus esset campanæ sonitu, puerum IESVM, qui se illi rum forte videndum præbebat, reliquisse; cumque rediisset, eodem loco caelestem Puerum inuenisse: qui dixerit, recessissem ego, nisi tu ad campanæ indicium recessisses. Arque huius Monachi obedientiæ comparabat Nouitiorum illam alacritatem, qui ne tantillum quidem more interposuissent obsequio, dum sanctissimum Christi corpus protinus ostendendum intuerentur, & adorarent. Delectabatur hac institutione Tyronum maximopere Borgia, Gemmam Societatis appellans hanc domum, in suoque corde, si posset inspicere, domum probationis affirmans inuentum iri.

87
Prompta
obediētia.

88 Auctum est etiam Burgense Collegium numero sociorum ad decem, & in quadripartito gymnasio humanitas tradi cœpta Quinto Nonas Septembris, tanto iuuentutis accessu, ut auditores facile ducenti breui tempore sint recepti. Conchæ, cum nullum adhuc esset Collegio templum, impetratum est à Canonico Puteo, qui futurus putabatur huius Collegij fundator, ut vnam ex ædibus, quam dedisset, sacelli liceret in vsu, quoad templi opportunitas esset data, conuertere. Quo deinde sacello pro æde sacra annos aliquot est via Societas, & eius in ornatum eadem liberalitate Puteus variam suppellectilem dono dedit. Placentiæ quoque literarius apertus est ludus quinque distinctus in classes, ad tradendas primas literas, artemque bene dicendi. Quo paucis mensibus centum & sexaginta confluerunt adolescentuli. Cœptumque ab Episcopo Caruatalio, (cuius supra meminimus) opus extrui Collegij, loco optimo à ciuitate tributo mœnibus continenti: facileque passa est ciuitas mœnia ipsa ad hortorum exitum perforari. Parabantur enim extra muros in pomærio. Nec aperiendæ modo portæ potestatem in muro fecit, sed cæduæ quoque syluæ in operis domestici fabricam. Ab eodem Præsule vestigal est auctum in alimenta capitum quadraginta, & foundationis nomine aureorum millia triginta numerata. Hanc tantam Episcopi liberalitatem suis vicissim officijs egregie compensauit Societas, quæ meliorem illum ad frugem, & vitæ sanctioris reduxit exemplum. Habebatur quippe vulgo generosus antea potius Eques, quam pius, strenuusque Sacerdos. Sed cum ei plurimum se debere Borgia sentiret, propter summa eius in se, Societatemque promerita, placuit meritam referre gratiam: & eum crebris, & accuratis apud Deum precibus adiuuare. Monuit ergo, qui in eo erant Collegio Patres, ut & ipsi quam accuratissime Deo commendatum Episcopum vellent: suasque omnes preces, ac sacrificia, ieiunia, & corporis afflictationes eo referrent, ut Deum Pastori placarent. Obtemperatum à Patribus totis est animis, ac præcordijs, & votis ardentissimis mense toto Dei mitigata Maiestas præsertim à Borgia, qui nimium de Pastoris saluta sollicitus conuiescere non dies, non noctes poterat, quod tacitam spem animo, fiduciamque concepit, (quæ quidem exorata solet esse signum diuinæ clementiæ) se voti compotem factum esse: quod etiam nonnullis Patri-

89
De Con-
chens.

90
De Placē-
tino.

91 Antistes Placentini cura, & precibus Sociorum proficit ad sanctitatem.

bus

bus indicauit. Quibus ex oratione digressis obuiam factus, vultu inflammato, & ardentibus oculis, grates, inquit, agite Deo, qui nunc demum suam nostro Episcopo misericordiam imperiet. Nec vana cecinit. Nam cum ad eum postea Villanoua redisset, vt tota eum libertate mone- ret, curam vt gereret salutis animæ suæ; Tu quidem, inquit, Episcopo, nos hic adhibes, vt tuo gregi prosimus, feramusque fructus, ceterum à te Pastore prius faciendum initium est. Perculit ea vox insolens, & tam inusitata Pastorem, nec verbum addidit. Sed Villanoua cum in eius pe- ctus quotidianis se monitis, ac consilijs insinuaret, eum tandem impulit, vt retortis ad antea actā vitam oculis, quo in statu versaretur attenderet. Statuit igitur ille, neglecti ad eam diem animi plus rationis habere: secessit paulisper à populo, strepituque curarum, & precatiōni, lacrymisq; se dedit. Dein hoc quasi iacto gradu ad maiora quotidie contendit. Edicendum tota diœcesi cu- rauit, vt si quis se oppressum, ac fraudatum vel ab se, vel ab suis familiaribus quereretur, is apud delectos iudices causam ageret, & quod suum esset, reposceret. Tres autem delegerat viros, qui ius dicerent, & sua cuique redderent, Prouisorem suum, & duos de Societate Patres, alterum theologum, alterum iuris Pontificij peritum. Apud hos magnam vim auri, argentiq; deposuit, vnde ijs vniuersis, quibus fraus aliqua facta esset, commode satisfieret. Postea ad ordinandam familiam suam versus, eam omnem correxerat ad frugem. Ipse vero reconciliauit se cum clero, a- lijsque, quibuscum ei litium aliquid antea fuerat, aut vnde in re al. qua læsus esset. Denique totū se in alterum vertit: & aliud vitæ, quale scilicet personam illam decuit, inchoauit initium. Quod singulare Dei munus Societatis totum precibus, erga quam beneficis fuerat acceptum retulit. Tam vtiliter, & salutariter apud Dei famulos beneficentia collocatur. Is deinde dicere solitus est, neminem vnquam se magis reueritum, quam Villanouam, nec vlli se obsequentiorem, sum- missioremq; fuisse: facile vt appareat, quanti in integro viro libera valeat, & tempestiua moni- tio. Ita se res Placentiæ habebant, cum Collegium hoc à ceteris Boëticæ nimio interuallo disū- ctum, visum est ad Castellæ transferre Prouinciam, cui præerat Araozius. Nequaquam pares ad sua firmamenta progressus habebat Hispalense Collegium; sed fructus in commune pietatis nihilo edebat minores. Non magnus hic sociorum numerus, sed lectissimi, vita austeri, oratio- ne acres, laboribus infracti, studio diuinæ gloriæ, & salutis animarum ardentis Ioannes Sua- rius, Consaluus Consaluius, Baptista Sancius, Basilius Auila.

Hi in templis, hi in cœnobijs Virginum, hi sub dio, vrbis loco per celebri, cui nomen à Gra- dibus, hi in carcere, ipsoq; Bætis in litore Euangelica inflantes classica omne hominum genus aduersus vitia, & infernos Principes incendebant. Tantum Basilio facultatis erat elargita natu- ra: eamque, quod caput est, ita cælestis perficiebat afflatus, vt eius audiendi causâ occuparentur antelucanis horis in templo subsellia, completeretur omnis laxitas ædis, nonnullique prohibiti aditu, confertissimæ turbæ concursu summis è tectis proximarum ædium, atque fastigijs in con- cionem irrumperent. Hoc tam ardens concionis studium crebræ lacrymæ sequebantur, crebra animorum commutatio. Cum de condonandis iniurijs verba faceret, elatis in media oratione clamoribus, multi professi sunt eodem se loco cuncta remittere, hic patris necem, ille matris, quædam filiarum, inimicitias alij alias inexpiabiles. Huius igitur, & sociorum constanti labore præ- ter cetera finitus est modus sumptibus muliebris cultus, castigatus luxus, vilior redditus sericæ vestis vsus, sublatum præceps, ac temerarium iusiurandum, proposita à magistratibus graui mul- ta: ad visendos, iuuandosque ægrotos egentes inflammata studia, vt in hanc rem è suis partici- bus stragulam quidam vestem detraherent. Constituta sodalitas nomine caritatis, quæ recrean- dis ex morbo viribus eorum, qui recens mittebantur à Nosocomio, subsidio esset. Gratum quo- que ciuitati spectaculum Sancius, & Basilius præbuere. Hic vbi seruorum Æthiopum, quos à barbaris, lasciuisque tripudijs abduxerat, instructum per urbem agmen diuinis operatum lau- dibus circumduxit: ille tum agmen bene longum præ se puerorum egit. Diuisi hi velut in acies armati fustibus colludebant, adeo multi numero, audacia prompti, & incalescentes in ludi- cro, vt terrorem licitoribus facerent. Quos cum blando sermone Pater sensim pellectos, mo- destia & religione complectet, vniuersos catechismi carmen, quod præibat ipse concinentes ad Xenodochium lætissima Ciuitate deduxit. Ibi accommodata oratione rursus affatus, ita per- mouit,

92

93

*Eximij fr
Eius pietas
in Coll-gij
Hispalensib*

94

mouit, vt rude sua quisque ibidem pauperum igni donata, non fere postea minus alacriter ad catechismum, hoc est ad eandem pietatis magistrum accurrerent, quam ludicrum ante alumnū audaciæ celebrarent. Lærum & illud spectaculum Hispalensibus accidit. Pertinax Lutheri discipulus tapiendus ad necem, cum ne subiectis quidem securi ceruicibus, vllis Theologorum disputationibus posset à suo diuelli, distrahi que magistro, cuius se eruditum ad pedes gloriabatur, tandem à Ioanne Suario, cuius præcipua palæstra erat carcer, serio iussus Dei lumen exposcere, postridie leni eiusdem oratione, disputationeque eo sensim deductus est, vt perspectis impuri, impijque nebulonis fallacijs ad orthodoxam redire fidem, & eiurare publice pestilens dogma non dubitaret: quodque maxime ad impiorum conatus prohibendos interfuit, qui religiosissimæ eius ciuitatis pietati insidiabantur, eiusdem conscios criminis indicauit. Cordubæ migratum est in eas ædes, quas Societati Ioannes, de quo supra commemoratum est, instructas, ornatasque dederat. Antequam veteres linquerentur, & discederetur in nouas, cognito Patrum consilio, Discipuli sponte sese baiulos ad transportanda scholarum subsellia, & si quid erat è domestica supellectile, obtulerunt. Alij alia certatim onera sibi dorso imposita deferebant. Nec ciues honestissimi fuerunt immunes, qui de mirati iuuentutis ardorem, & nouo illo spectaculo ad exemplum exciti, suam quoque ipsi ad id operam beneuole contulerunt. Ædes erant multo veteribus laxiores non modo capiendis Collegij Patribus ad viginti, sed etiam tyronibus totidem & eo amplius idoneæ. Placuit enim vna cum Collegio, secreto tamen ab antiquiorum habitatione conclaui tyrocinium institui, Borgiæque de eo singulis in Hispaniæ Prouincijs instituendo consilium admodum probat Ignatius. Anno igitur nondum lapsa sub Ioannis Plazæ disciplina coacti sunt huc noui, recentisque duodeuiginti, septemque insuper alijs sua sedes vacabat, vt quinque circiter, & quadraginta, numerari de Societate Cordubæ breui possent.

96
 De Eboracensi Collegio.

97
 Conimbricæ Societati acriter.

98
 Conimbricæ Societati Collegium meditabatur extruere, re in compendium missa, traderet ei suum illud, cuius item ædificationem magnis sumptibus inchoarat, modo Societas cunctis in scholis prouinciam docendi susciperet. Eodem fratres Henricus, & Ludouicus Regem impellebant, & grauissime regius Concionator Antonius Pinerius, qui dein Mirandensis Ecclesiæ infulas gessit, & Societatis Brigantiam aduocandæ pars magna fuit. Exposuit suum Rex Mironi Prouinciali consilium addens nullis velle posthac illud Collegium Academia, sed Societatis duntaxat legibus subiacere: & in alimentum

His per Hispaniam Societas progressionibus utebatur, nec in Lusitania sua incrementa requirebat. Eboracæ extremo superiore anno cū proprias in ædes migrasset, quas Regis frater Cardinalis extruxerat, his ille Præsul nullum de nobis benemerendi finem inueniens, adiecit, & proximas, quas sacerdotum Collegio, qui daturi erant operam controuersijs, quæ de officio incidunt, in animo destinauerat. Adiunxit etiam hortorum amœnitatem, quam omni pomorum varietate, & arborum fecunditate referat. Conimbricæ vero aucta est Societas onere perhonorifico nobilis Collegij, quod regium dicebatur. Atque vt res paulo altius repetatur, cum magnus Lusitanorum numerus studiorum causâ Parisijs in Collegio S. Barbaræ regijs sumptibus versaretur, commodissimum visum est Ioanni Tertio Regi, ne liberales essent artes, atque doctrinæ tam è longinquo petendæ, studiorum sedem Conimbricæ collocare, & luculentam Academiam, insignemque in ea Collegium condere, vbi Parisiis more Philosophia, & humanitatis literæ traderentur: eaque de causâ, magnis propositis præmij, ac stipendijs præstantes euocauit è Gallia magistrum, atque Doctores. Hebraicam linguam & Græcam, tum Latinam in multis classibus cum Rhetorica, & humanitate præceptores duodecim, varias autem Philosophiæ partes quatuor tractabant magistri: discipulique ad id Collegium iam circiter mille numero ventitabant. Cum igitur Collegij Romani famam Rex audisset, thesesque superiore anno impressas Olisipponem ex Vrbe missas, quas docti viri summe probabant, & Collegij Olisipponensis commoditates, ac fructus in conspectu haberet, quos ipsemet concertationibus quibusdam à Discipulis coram se haberi iussis, explorarat: denique vt permolesta se ipse semel idoneos conquirendi, conducendique Professores in perpetuum cura liberaret, cum periculum esset, ne dum accersuntur externi facultate celebres, irreperent religione corrupti, quod tum euenerat in Georgio Bucanano: subiit sapiens eius pectus ea cogitatio, vt quoniam Conimbricæ Societati Collegium meditabatur extruere, re in compendium missa, traderet ei suum illud, cuius item ædificationem magnis sumptibus inchoarat, modo Societas cunctis in scholis prouinciam docendi susciperet. Eodem fratres Henricus, & Ludouicus Regem impellebant, & grauissime regius Concionator Antonius Pinerius, qui dein Mirandensis Ecclesiæ infulas gessit, & Societatis Brigantiam aduocandæ pars magna fuit. Exposuit suum Rex Mironi Prouinciali consilium addens nullis velle posthac illud Collegium Academia, sed Societatis duntaxat legibus subiacere: & in alimentum

ea centum ac quinquaginta sociorum subsidia spopondit annua: simulq; ei literas ad regij Collegij Rectorem Pelagium Rodericum, (Paium gens vocat) dedit, vt is eam administrationem, totumque Collegium Societati traderet. Miro autem commonefacto per literas iam Ignatio, postulatique nonnullis ab Vrbe Doctõribus regias literas Conimbricam pertulit. Quibus inspectis Rodericius mutationem illam non modo animo non tulit iniquo, sed ne parum æquit ferrent Academicis reliqui, collaudata Societate, regioque consilio persuasit. Exceptus est igitur humaniter ab omnibus Prouincialis, & honorifice per scholas omnes, comiterque deductus: Eandemque animi æquitatem, & approbationem in vniuersa Academia Rectore, & Episcopo, ac ceteris primarijs doctõribus expertus est. Qui cum accepisset ab Ignatio responsum, placere sibi Collegium quod offerebatur, admitti; sed Doctõrum ab Vrbe neminem posse mitti, cum inde non modo Italia, sed toti Septentrioni suppeditandum esset, conuocauit ipse suis ex copijs, numeroq; Prouinciaz, qui docedi facultate præstarent. Et quo placatiores, æquioresq; doctõres, externi suas Societati cathedras, partesq; concederent, perfecit cum Rege, vt eorum tuenda vitæ, dignitatq; bona quædam addicerentur Ecclesiaz. Deinde ad ordinandam rem literariam conuersus, totumque gymnasium, quo illustriora exordia faceret, locique tueretur dignitatem, præsertim quod magistris succedebatur præstantibus, accitis Olisippone, & Eboræ peritis, notisque doctõribus, alijsq; aliquandiu Olisippone tanquam in vmbra ad docendum exercitis, præfecit Rhetorices ordini Cyprianum Suarium, proximisque duabus classibus Petrum Perpinianum, & Emmanuelem Aluarium, alijs alios: Vniuersæ vero Philosophiæ Ignatium Martinium, Petrum Fonsecam, Georgium Serranum, & Martialem Vazium. Præter hunc Patrum numerum, atque doctõrum, placuit abundare par alterum Sebastianum Moralem, & Cardoso, qui deficientium in locum, si quis forte casus incideret, sufficere repente possent. Inspecto Collegio reuertit ad Regem, & eo assentiente, misit ad Ignatium illius instituta gymnasijs, vt si quid in administrationis mutatione, mutandum aut addendum, demendumve ei videretur, significaret. Nondum erat in publicas tabulas ea relata donatio, nec vstrata stipulatione transacta, sed regio duntaxat edito, nemine obloquente facta: receperatque se Rex insuper Collegij opus nondum absolurum, atque perfectum ex ædificaturum. Septembri igitur exeunte magistri discipulique domestici pristinis ex ædibus huc migrarunt, ijs modo ibi relictis cum suis institutoribus, ac magistris, qui nuper ad lecti sui periculum faciebant, & aliquot sacerdotibus, qui vltro animarum causis inuoluerent. Quanquam mox & qui Theologiæ dabant operam iisdem in sedibus constituti. Monitu B. Ignatij factum est, ne domicilium vetus plane defererent. Quod percommode cecidit. Nam tameri ex hoc tempore multos annos duo Societas veluti Collegia Conimbricæ haud magno sine labore habuit, vetus suum, quod ab situ superior, & id nouum, quod regium, idemque inferius appellabatur: tamen ex ædificatis tandem in superiori, ac veteri, quæ vniuersam familiam caperent, ædibus, eodem vt opportuniorem in sedem translatum gymnasium est: regium hoc domicilium redditum, & in vsum sacrorum Quæsitõrum cõuersum. Inita rite possessio Kalend. Octobribus. Eodemque die horis pomeridianis præclara oratione Petrus Perpinianus consilium Regis in tradendo, & Societatis in recipiendo Collegio explicauit, fuse disputans de literis cum pietate iungendis, cum vniuersa Academia, & Conimbricensis Antistes, & Patriarcha Nunnius, & concio præterea honestissima, ac per frequens ab aureo illo ore penderent. Deceuerat hoc anno Rex etiam sacre munus Inquisitionis Olisippõnensis Societati tradere, sed dum Ignatium per literas Miro consulit, isque non libenter recipit, tum ne nouis oneribus, tot iam occupationibus districta in eo regno Societas premeretur, tum ne alij viri præstantes præcipi sibi materiam depromendæ virtutis, crescendique, & cuncta in vnum recens natum conferri Ordinem quererentur, tum denuum, ne quid magistratus ille domesticæ disciplinæ olim officeret, aperiretq; siue ambitioni aditum, siue licentiæ, cū eum qui gereret, soluendus legibus videretur, ac de suorū potestate Præsidium exinendus, datæ sunt eæ partes è Dominicana familia tot iam annos in hoc muneris genere cū laude summa versante, sacerdoti, qui eas cum approbatione gerebat Eboræ, & in sua humilitate relictæ Societas. Per autumnum, cum triennio exacto, Miro vt sibi succederetur, instaret, ac Regina Catharina ad

99

100

Duo viderentur Collegia Societatis Conimbricæ.

101
*Michael
 Turrianus
 Præuincialis Lu-
 sitaniae, &
 Bistamianus
 Boetice.*

102
*Discodunt
 duodecim
 in Indiam.*

103
*Io. Nun-
 nium, Pa-
 triarcha,
 & Ouie-
 dus Episco-
 pus conse-
 crantur.*

104

Confessiones Michaelem Turrianum sibi legisset, is è Bœtica missus est in Lusitaniam Prouincialis, & Bœtica (vt supra indicauimus) Bustamantio demandata. Eodem anno coactis iam Patribus in expeditionem Æthiopicam destinatis, cum Apostolica diplomata Patriarchæ, & Episcopis consecrandis nondum essent Roma perlata, iamque nauigationis Indicæ dies, & idonea tempestas appeteret, visum est Ioâni Regi legationis auctori decem ex eo numero Patrum in Indiam præcurrere, ne nauigationis elaberetur occasio: ipsum vero Nunnium, & Ouiedum donec initiarentur Olisippone subsistere. Quanquam autem Ignatij mens fuerat, vt qui nondum solennia Professionis vota susceperant, ea suum ante discessum rite susciperent, quia tamen diu reliquos socios expectaturi erant in India, visum est eam quoque rem posse differri. Discesserunt è Lusitania decem Æthiopiæ, duo ipsi Goano Collegio destinati Kalen. Aprilis: quadriduoque post peruenit Olisippone cum Pontificijs diplomatis tabellarius, & cum Ignatij literis ad Æthiopiæ Regem Claudium quam accuratissimis. Ergo Nunnius, Ouiedusque à Iuliano Albano Portalegrensi Episcopo, duobusque alijs Hispionensibus, & Insulæ S. Thomæ tertio nonas Maij, alter Æthiopiæ Patriarcha, alter Hierapolitanus Antistes, vel inuitissimi consecrantur. Nam Carnarius præcucurrerat, Goæ videlicet consecrandus. Ab ea consecratione steterunt tamen in ordine, nec à pristinis institutis, ac muneribus discesserunt, seu prædicandi verbi Dei, seu confitentibus assidendi. Vix adduci poterant recentes Antistites, vt Carbalinum induerent hyperendima: quæsitumque ab ijs est, ecqua lex, ecqua religio obstringeret, vt eo velati, amictique prodirent: adhibitisque Patribus in consilium, statuerunt denique ceterorum more Præsulum eo amiculo superindui. Nec Ouiedus afflicti sui corporis consuetudinem intermisit: qui dum nimium indulget animo, parum corpori, morbum vltro sibi accersijt: sed mox ab Ignatio paterne communitus, factus est in se ipse mitior. Nimirum apparebat sanctos viros non vnis duntaxat verbis, antequam acciperent, sed ipsis quoque rebus post acceptos honores ab honoribus abhorere. Antequam initiarentur allato nuncio de Iulij Pontificis obitu, magnam venerunt in spem ad pristinam redeundi vitam, humilitatemque Societatis, & paratas cathedras euadendi: sed cū spes irrita caderet, sustentabant se conscientia duntaxat optimæ mentis ab omni ambitione remotæ. Quanquam cum Ouiedo etiam in eo pugnandum fuit, quod cum intelligeret se per Coadiutoris non posse munus credito sibi Hierapolitano gregi suis oculis imminere, iuxtaque residere, omni animi inductione statuerat, nisi se Pontifex vel eo titulo, vel Coadiutoris, & successoris sollicitudine liberaret, suam ei Cathedram resignare, de latisque sese titulis abdicare: quos vt omni ope supprimeret, & occuleret, liberum se, atque immunem fieri volebat ab ornandis anulo digitis, & carbaso vestimentis. Et quoniam non ignorabant optimi Patres quantæ essent opes interiores, atque diuitiæ, quas Societatis hominibus Sedes Apostolica largiretur, exorari per Ignatium à Pontifice Maximo voluerunt, vt sibi etiam tum sub illis ipsis personis inuite susceptis, liceret tantis potiri, & gaudere thesauris. Ab eodemque Pontifice postularunt, vt, nisi disunctus ille Abassinorum à Romano Pontifice Patriarcha, Sedis Apostolicæ auctoritati parere in animum induceret, liceret lege agere in eum, proque potestate sibi tradita coercere. Quæ dum geruntur, hic annus effluxit. Inter hæc Ignatij ad Patriarcham monita, & ad Regem Claudium literas, cum Rex Lusitanus vidisset, mirum quantum vtrunque collaudauit. Et sane earum hic ego literarum exemplum, quoniam non vulgarem prudentiam continent, atque doctrinam, non grauate subijciam.

Id est eiusmodi.

(? : ?)

Domine mi in Domino nostro IESV
CHRISTO.

Gratia tuæ Celsitudini, & salus, & affluentia donorum spiritualium à D. N. IESV CHRISTO.

Serenissimus Portugalliae Rex pro ea sollicitudine ac zelo, quem illi Creator noster, ac Dominus dedit gloriae sancti sui nominis, & salutis animarum, quæ vnigeniti eius filij pretioso sanguine, & vita redemptæ sunt, non semel ostendit mihi per literas pergratum sibi fore, si è Religiosis nostræ minimæ Societatis, quam vocant IESV, duodecim viros designarem, è quibus ille Patriarcham vnum, duos Coadiutores pariter, & successores eligeret, ijdemque à Summo Christi Domini nostri Vicario suppliciter peteret autoritatem & ius; quo iure ad suas quisque partes rite obeundas, ipsi cum sacerdotibus alijs in tuæ Celsitudinis regna transmitti possent. Ego, pro eximijs inter cæteros Christianos Principes, eiusdem Serenissimi Regis Portugalliae meritis erga Societatem nostram vniuersam, nostraque vicissim omnium in illum obseruantia & pietate feci quod iusserat: consultoq; sequutus numerum, qui Christi Domini nostri, Apostolorumque eius Collegium referret, præter ipsum Patriarcham, sacerdotes duodecim supplementi, ac velut seminarij causa è corpore nostro cunctos excerpti: qui ad subleuandas, iuandasque animas tuæ Celsitudinis imperio, ac ditioni subiectas sese, vitamque suam in omnem laborem atque discrimen offerrent. Atque hoc libentius parui, quod præcipua quadam alacritate sentio me, sociosque meos omnes ferri ad obsequium & cultum Celsitudinis tuæ, haud immerito: quippe quæ inter tot circumfusas vndiq; nationes infidelium, & hostium nominis Christiani, vestigijs maiorum suorum insistentis ad conseruandam ac promouendam Christi Domini, ac Dei nostri religionem & gloriam diligenter incumbit. Quam ipsam ob causam optandum fuerat vti adhæc tam recta tuæ Celsitudinis studia, conatusque, subsidium accederet spiritualium Patrum, quibus & legitima potestas ab hoc sanctæ Sedis Apostolicæ fastigio deriuata, & fidei Christianæ pura & sincera doctrina suppeteret, quæ nimirum duæ sunt clauces illæ regni cælorum, quas Christus Dominus noster S. Petro, & omnibus, qui deinceps in eius erant solio sessuri promisit prius, dein ipsa re tradidit. Promisit tantummodo cum ad eum dixit (vt legimus apud Diuum Mattheum Euangelistam) Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam; & tibi dabo clauces regni cælorum; & quicquid ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quicquid solueris super terram, erit solutum & in cælis. Tradidit, ac promissa patrauit, cum post resurrectionem, antequam in cælum ascenderet, sciscitatus ex eo ter (quemadmodum affirmat D. Ioannes Euangelista) Simon Bariona diligis me plus his? subiunxit in singula responsa, Pasce oues meas: committens illi non partem aliquam ouium suarum, sed totum prorsus gregem vniuersa cum plenitudine potestatis, ad alendos vitali Christianæ religionis pabulo cunctos vbique fideles, eosdemque ad celestia sempiternæ beatitudinis pasua perducendæ. Ac cæteris quidem Apostolis autoritatem Christus Dominus noster impertijt delegatam, ac veluti extra ordinem: at S. Petro eiusque successoribus ordinariam dedit, ac plenam: vti ab hoc Summo Pastore, tanquam à fonte reliqui animarum Pastores peterent, eidemque acceptum ferrent, quicquid omninò iuris ad suum quisque munus ac regimen obtinerent: quod olim adumbrasse per Isaiam videtur Dominus, cum de Eliachim loquens Pontifice maximo, & dabo, inquit, clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit, qui claudat: & claudet, & non erit, qui aperiat: quo videlicet typo figuratus est Petrus, eiusque successores, quibus datam integram potestatem declarant clauces, consuetum utiq; symbolum & insigne pleni atque absoluti dominij. Quæ cum ita sint, Celsitudo tua gratias debet ingentes Domino Deo nostro, quod ipsa regnante, potissimum dignatus fuerit istis nationibus mittere vros animarum Pastores, qui à summo pendeant Pastore ac Vicario, quem reliquit in

105

B. Ignarij
literæ ad
Pretorian-
nem.

106

Petrus ca-
put Ecclē-
siae: itamq;
successores

Terris Iesus Christus Dominus noster, & quantamcunque habent potestatem, quæ sanè peram-
 pla est, hanc ab eodem illo Vicario totam acceperint. Nec sine causa Patri, Auoq̃ue tuæ Celsi-
 tudinis displicebat sumi ab vrbe Alexandria Patriarcham: quippe sicuti diuulsùm à corpore
 membrum neque motum, neque sensum, neque omninò vitam à corpore accipit suo: ita *Egy-
 ptius* Patriarcha siue ille Alexandria, seu Memphi degat, cum schismaticus sit, ac disiunctus ab
 hac sacrosancta Sede Apostolica, & ab Ecclesiæ totius capite Pontifice summo, videlicet vitam
 gratiæ, & pastoralementem auctoritatem, nec sibi recipit ipse, nec alteri cuiquam valet legitimam imper-
 tire. Ecclesia namque Catholica vna tantum est in orbe terrarum, neque fieri potest, vt alia Ro-
 mano Pontifici, alia pareat Alexandrino. Vti sponsus eius Christus vnus est, lic sponsa illius v-
 nica, de qua Salomon ait in Canticis ex persona Christi Domini nostri, Vna est columba mea.
 Et Oseas Propheta, Congregabuntur filij Israël, & filij Iuda pariter, & ponent sibi caput vnum:
 & in eandem sententiam multo deinde post S. Ioannes, Fict, inquit, vnum ouile, & vnus Pastor.
 Vna erat, quemadmodum in Genesi legimus, Arca Noë, extra quam nulla omnium salus. Vnum
 tabernaculum quod fabricatus est Moyses. Vnum Hierosolymæ templum à Salomone condi-
 tum: quo in templo sacrificare & adorare oportebat. Vna, cuius staretur iudicio Synagoga. Hæc
 nimirum omnia Ecclesiam denotabant, quæ vna est item: extra quam nihil boni. Etenim qui
 cum eius corpore coniunctus non fuerit, nempe nullum à Christo capite recipiet in fluxum gratiæ
 viuificantis animam, ac præparantis ad felicitatem æternam. Huiusce vnitatis declarandæ
 causa, contra quosdam hæreticos in symbolo canitur, Credo vnam sanctam Catholicam, & A-
 postolicam Ecclesiam: damnatusque à sacris Concilijs error est, priuatas Ecclesias, ceu Alexan-
 drinam, Constantinopolitanam, aut similes dari, quæ communi omnium capiti subiunctæ non sint
 Pontifici Romano, ex quo perpetua serie ab sancto vsque Petro (qui Christi Domini iussu, vt à
 Diuo Marcello Martyre traditum est, Romanam elegit sedem, eamq; suo cruore sanciuir) per-
 ducti Romani Pontifices Vicarij Christi citra controuersiam à tot, ac tanta sanctitate Doctori-
 bus Latinis, Græcis, omniumque nationum habiti; ab sanctis Anachoretis, Episcopis, & alijs
 confessoribus adorati; tot signis atque miraculis, tot denique martyrum, qui in hac fide, & v-
 nione S. R. Ecclesiæ vitam profudere, testimonio comprobati sunt. Merito igitur consentienti
 Episcoporum omnium voce, qui ad Chalcedonensem conuenerant Synodum, Papæ Leoni
 pariter acclamatum, sanctissimus, Apostolicus, Vniuersalis. Et in Constantiensi damnata est hæ-
 resis negantium super omnes, & singulas omnium terrarum Ecclesias Primatum Romani Pon-
 tificis eminere. Ad quas tam discretas, firmasque Patrum sanctiones atq; decreta, Concilij quo-
 que Florentini, quod sub Eugenio Quarto præter alias nationes à Græcis etiam, Armenis, & Ia-
 cobitis tanto studio celebratum est, in hæc verba accessit auctoritas: Definimus sanctam Apo-
 stolicam Sedem, & Pontificem Romanum in vniuersum orbem tenere primatum, ac successor-
 em esse Petri, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum
 Patrem, & doctorem existere. Et ipsi in Beato Petro, pascendi, regendi, gubernandi vniuersa-
 lem Ecclesiam à Domino Iesu Christo potestatem plenam esse traditam. Iure igitur Serenissimus
 Rex Dauid tuæ Celsitudinis genitor, missò ad obsequium Romano Pontifici deferendum le-
 gato, sanctam hanc Sedem omnium matrem ac principem agnouit. Cumq; alia multa, & præ-
 clara ipsius pariter, & tuæ Celsitudinis acta numerentur, tum duo hæc eiusmodi sunt, vt eorum
 præstantiam nulla vnquam obscuratura videatur obliuio: ac proinde ab omnibus, qui sub isto
 viuunt imperio, immortales auctori bonorum omnium Deo debentur gratiæ pro tam singulari
 in eos beneficio, vestra duorum opera, industria, virtute collato: cum alter omnium primus se
 in illius potestate, qui Christi vices gerit in terris, perpetuo fore professus sit: alter item primus
 dictum ab eodem Christo Vicario Patriarcham verum, ac legitimum sacrosanctæ Sedis huiusce
 filium in sua regna perduxerit. Etenim si in magni cuiusdam beneficij loco habendum est, vt pro-
 fectò est, in istos esse corpori mystico Ecclesiæ Catholice, quod à Spiritu sancto viuificatur, ac
 regitur, quam teste Euangelista, idem spiritus docet omnem veritatem: si eximium est munus,
 lucem sanæ doctrinæ intueri, & Ecclesiæ fundamentis insistere, quam Apostolus Paulus ad Ti-
 motheum scribens, domum Dei, columnam, & firmamentum veritatis appellat, cui se promi-
 sit in

107
Ecclesia
Catholica
vna.

108
Ecclesia
Catholica
caput Ro-
manus Pö-
sifex.

109

fit in æternum affore Christus Dominus, inquit, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, vt legimus apud Matthæum Euangelistam: & est sanè cur sine fine gratulentur istæ Nationes Deo Domino & Conditori nostro, cuius prouidentia per tuam, parentisque tui Celsitudinem, tâto illos bono dignata est: præsertim cum iure sperandû sit, ex hac ipsa conciliatione, consensuque fore, Christo Domino moderante, vt cum spiritualibus tēporaria quoque incrementa non sine amplificatione Imperij tui, & hostium abiectione proueniant. Sacerdotes, qui mittuntur istuc omnes quidem, sed præcipuè Patriarcha, Coadiutoresque, & successores eius duo, spe cetera admodû virtute sunt, & nostra in Societate probati per omnia; ac propter illustrem caritatem, & exquisitam, rectamque doctrinam ad hoc tanti momenti opus adsciti. Neque verò illis animus in id ipsum, aut alacritas deest, haud leui concepta fiducia, labores suos ad Christi Domini gloriâ, tuæ Celsitudinis rem, animarum auxilium pari cum operæ pretio collocandi. Humanæ quippe salutis amor illos, & Christi Domini aliqua saltem ex parte imitandi extimulat studium; qui cruciatus, ac necem subiit volens, ac libens, vti mortales ab æterna calamitate redimeret: atque per Euangelistam, Ego sum Pastor bonus, bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis. Hoc exemplo incitatus Patriarcha, & ceteri parati veniunt, non verbo duntaxat, consilioque & spiritualibus adiumentis, sed ipsa morte, si res ferat, periclitantibus animis opitulari. Tua Celsitudo, quo interiore in illos ad consuetudinem ac familiaritatē admiserit, eo maiorem, vt spero, capiet in Domino voluptatem. Iam verò quod pertinet ad fidem, ac pondus eorum, quæ ab ipsis vel publicè, vel privatim exponentur, non ignorat Celsitudo tua, omnium, quatenus rite legati sunt, sed Patriarchæ præcipue dictis, Apostolicæ fidei pondus & autoritatē inesse: ac perinde illis, & Ecclesiæ credi oportere, cuius ab ipsis interpretanda sunt verba, & sententiæ. Et quoniam Christi fideles ceteros Ecclesiæ firmiter assentiri, eiusque decretis obtemperare; & si quid existat ambiguum aut obscurum, eandem consulere necesse est: non dubito quin tua excellens pietas, probitasque publico edicto curatura sit in suis regnis, vti omnes omnium ordinum homines tum Patriarchæ ipsius, tum eorum, quos ille sibi substituet, dicta, præcepta, responsa citra vilam dubitationem sequantur. Constat ex Deuteronomio de controuersijs omnibus, ac nodis ad synogogam Ecclesiæ prænunciam referri solitum. Hinc illa quoque Christi Domini verba, super Cathedram Moyli sederunt Scribæ & Pharisei: id ipsum in prouerbij docet sapientia Salomonis, cum ait, ne dimittas præcepta matris tuæ (ea est Ecclesia) & alibi, ne transgrediaris terminos, quos posuerunt Patres tui; ij sunt eiusdem Antistites. Denique tantum Ecclesiæ suæ tribui, ac deferri vult Christus Dominus, vt per sanctum Euangelistam Lucam aperitè denunciât: Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit, & per sanctum Matthæum, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Ex quo apparet, ne aures quidem præbendas ijs, qui alienum quippiam à sensu & interpretatione Catholicæ Ecclesiæ attulerint, sancto quoque Paulo in Epistola ad Galatas id ipsum præmonente, cum ait: sed licet nos, aut Angelus de celo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Ad summam hoc idem sancti Doctores, Conciliorum Canones, fidelium omnium consensus, & consuetudo planè demonstrant. Ac vicissim Patriarchæ, ac socijs pariter omnibus certum est, fixumque tuam Celsitudinem assiduo cultu, submissione, atque etiam quo ad fas, piûmque ferat, indulgentia prosequi. Nos verò quotquot in hisce terris, è minima nostra Societate retinemur, tua Celsitudo ad omne obsequium in Domino paratissimos habeat. Nostris quidem certè precibus & sacrificijs, vt iam instituimus, Deo supplicare pergemus, vt regiâ Celsitudinem tuam, regnumque istud amplissimum in sancto Christi famulatu conseruet: detque illi ita transire per bona temporalia, vt non amittat æterna. Idem ipse Deus ac Dominus noster omnibus nobis ad sanctissimam ipsius voluntatem, & clarè cernendam, & rite exsequendam perpetuum lumen, ac vires pro sua infinita bonitate suppeditet. Romæ vij. Kalend. Martias millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto.

Vix initiatis Præsulibus duobus illis de Societate Patribus haud mediocris reliquis iniectus est metus, ne Ioannes Rex alium ex eodem numero postularet Episcopum, cui Congensis Cathedrala traderetur. Erat enim in animo pio Regi Congi Regnû, & eam Christianorû Ecclesiam
 magna

110
*Testimonium B
 Ignatij de
 virtute
 Patrum,
 qui mitti
 bantur in
 Æthiopiâ.*

111
*Ecclesiæ
 autoritas.*

112
*Res Con-
 geses.*

magna ex parte, ut supra ostensum est, vitio sacerdotum ruentem omniratione fulcire. Cornelius, cuius in eo regno curas, cogitationesque defudare dicebamus, nec fructus pro voto ferebat, ac contentione laboris; & quotidiana inter pericula dimicabat, quæ perditis ab hominibus eius capiti creabantur. Ergo Ecclesiæ illi laboranti succurrere pro sua pietate Rex Lusitanus cum vellet, idoneum ei quærebat Antistitem; & ut viam sibi muniret ad hæc consilia, legatum ad Congi Regem iam designauerat. Sacerdotes etiam idoneos animo destinauerat, cum ex Societate nostra, qui suis doctrinis atque functionibus Congensium animos ad virtutis amorem excitarent, tum ex libero Clero, qui Parochorum partes subirent. Ad hæc quo possent facilius deprauata corrigi, & emendari corrupta, statuerat etiam pius Rex contubernium instituendis adolescentibus excitare: qui à suorum auulsi gremio, complexuque haud ægrè ab ipsis quoque vitijs, moribusque paternis auellerentur. Antequam Legatum Rex mitteret, haud ignarus Cornelium operæ pretium non facere, si longiores in ea sede moras duceret, suspicans quod euenit, abiturum; monendum eum per literas censuit, ne Congo se commoueret: sed legatum expectaret ab Lusitania, quem pro sua ipse peritiam, quippe homo diu in eo regno versatus, gnarusque consuetudinis regionis de rebus omnibus edoceret, & sui consilij luce in obeunda legatione iuaret. Iam secesserat in portum Pindam Cornelius, leucas ab vrbe regia quadraginta, cum has literas Lusitani Regis accepit. Nec mora, quamuis ad discrimina fructu casta se reuerti non ignoraret, ne optimæ Ioannis voluntati deesset, neu quicquam intentatum relinqueretur, Congum magno animo repetit. Sed cum nec legatus appareret, nec suæ disciplinæ muneribus in ea vrbe defungi perditum Regis pateretur impietas, iterum sese Pindam recepit: ibique Lusitanis aduenis, præsertim quod redeuntem ex India nauim illuc tempestas depulerat, magno fructu operam dabat: cum ab Congi Rege minax affertur edictum, omnes ut albi, (sic enim nostrates Europæos appellant) regno facessant, misso insuper armato agmine, qui per vim exigant repugnantes. Hoc compulsus edicto Cornelius cum duobus orphanis, quos ad catechismum adhibebat (nam tertius dudum occiderat) secessit in insulam Sancti Thomæ. Hic eos fecit in animis motus, & tam iucundum de se late odorem sparsit, tota ut insula ab Lusitanis Rege, nonnullos, qui Collegij fundamenta iacerent, postularit. Ab hac insula in Lusitaniam denique soluit, & de Christiana re Congensi Regem singillatim, accurateque docuit. Titiani verò post Nunnij digressum, quem ad Patriarchatum euectum esse diximus, vnus eius socius, qui remansit Ignatius, ad captiuorum solatium pariter, & exemplum, caritate laboriosa multorum obibat hominum partes, ut nihil esset prope miseris, quod desiderarent ad animarum subsidia præter sacerdotem. Ab eodem Lusitanis Rege duodeuiginti catechismi causa in Brasiliam missi sunt Orphani. Propagabatur pederentim, & sine strepitu Christi cultus, sed conatus erat propagatione maior, vel quia populi illi nimum erant vitijs additi, vel quia sacra semel amplexati Christiana, per leui momento resiliebant, nec in sententia, propositoque persistabant. Maiorem spem dabat educatio puerilis ætatis, quæ patrijs imbuta ritibus nondum erat: tamen ne hoc quidem difficultate vacabat, partim quia ad Societatis disciplinam pueri illi verabatur accedere, & eos matres, ne quis alliceret, sylvarum inter latebras occultabant: partim, quia pariterum insueti verberibus, cum ob noxam aliquam vapulabant, nuncium continuo scholæ remittebant. Non enim temerè virgis in Brasilia parentes, sed acrioribus obiurgationibus infirmam coërcent ætatem. Remorabatur etiam rei Christianæ cursum infantium frequens obitus à baptismo; quod quanquam sine magno Dei consilio non fiebat, lustratas illas animas properantes educere, ne malitia, quod nimum sæpè vsu veniebat, mutaret intellectum; tamen superstitiosi perperam interpretantes, id aquis illis salutaribus, ut mortiferis assignabant: tamen ad confirmandam rem Christianam ex altera parte Dei prodigia non deerant. Nam in S. Saluatoris Præfectura, cum vis Brasilorum magna ex Ethnicis, Christianisque permixta in bellum proficiscens, Canoas (genus est lintrium) conscendisset, demersis Canoais, Ethnicisque omnibus ad vnum extinctis, omnes superauere Christiani. Et apud sanctum Vincentium in pago Manicoba, cuius alias memini, ubi Christum disseminabat Societas, cum esset ab Ethnicis impie inde repulsa, ij postmodum, qui repulerunt, aut ingentes calamitates ad vnum omnes, aut extremam hauserunt perni-

114
Brasilia.

perniciem. Non tamen malignitate soli colonorum Christi languidior fiebat, sed potius (quod videre est in populis exiguas, nec admodum felices terras sortitis) excitabatur, & intendebatur industria. Itaque cum circumiectos Piratiningæ pagos assidua catechesi obirent, etiam Iarnibabibæ, sex inde passuum millibus, ut ipso perpetuo vltu magis prodesse, nouas fixere sedes. Verum in domicilio Bayensi opera sane insignis amissa est Ioannes Azpilcueta Nauarrus. Ex longa maximeque laboriosa peregrinatione, quam militum pretiosas metallorum venas inuestigantium pastor confecerat, quamuis labor irritus militum cecidisset, ipse tamen laboribus diues suis reuersus, & peregrinationis ærumnis, migravit è terris in cælum: vbi thesaurorum, quos nouo illo in orbe collegerat, benigna estimatio, & cumulata est merces.

115
Io. Azpil-
cueta Na-
uarrus
moritur.

Initio anni dum Æthiopica expeditio tam sedulo adornatur in Europa, in India Petro Mascarenæ Proregi placuit, ut in Æthiopiam præirent, qui Regis explorarent animum, & aduentum Patriarchæ, comitumque nunciarent: ne, si qua rerum, ac voluntatum commutatio facta esset, id quod postea euenit, eo Patriarcha contra suam, & sedis Apostolicæ dignitatem, personam suam ferret: & ad ludibrium, & contumeliam genti illi ab catholico cœtu seiunctæ præberet. Decreta est igitur à Prorege legatio Iacobo Diazio, adiunctique illi de Societate Consaluis Rodericius vir pius, & satis eruditus, sociusque alius non initiatus sacris Fulgentius Freires: qui multis, magnisque periculis seu ferarum, siue Turcarum terra, marique perfuncti, denique decimo sexto Kalend. Iunij in magnam, feracemque planitiem Æthiopiæ peruenerunt, vbi sedem, quam subinde mutat, Claudius Rex tum habebat. Biduo post ad colloquiū admittit, Lusitani Regis literæ chaldaice conuersæ in Lusitanorum corona publice recitantur. Lusitani erant è reliquijs militum, qui anno seculi huius quadagesimo primo Christophoro Gamma duce Abassinis auxilio missi aduersus Mahometanos, accepta clade, amissioque duce, sedes ibidem fixerant. Summa literarum erat, quod inhærens Claudius Aui, Parentisque vestigijs orthodoxæ fidei se, & catholicæ communionis cupidum, ostendisset, id Christianis omnibus, sibi que præsertim grauissimum accidisse, eaque de causa missurum se propediem certum è suis domesticis virum; cumque eo spectatæ sanctitatis, atque doctrinæ Patres, qui præclaris eius consilijs fidei opera, ac studio præsto essent. Recitatis his literis Rex veluti oppressus, obducto vultu, sermone confuso, perplexa quædam, & incerta respondit, ut appareret, vel improbæ suauis, vel ingenij mobilitate mutatum: triduoque post desertis ibidem Patribus Auiam salutaturus octo dierum itinere abscedit. Diuersati sunt interim Patres apud Consaluum Herreram Lusitanum, qui Regis in aula versabatur: & dum Regis reditum expectant, Rex ipse ad Lusitanæ Regem literas vltro dedit, quibus significabat nulla se ratione posse, aut Societatis Patres in suum regnū admittere, aut Romani Pontificis autoritati parere. Proceresque suos multo malle Saracenis hostibus se subijcere, quam ut à maiorum institutis, ritibusque discederent. Hæc qui regias literas exarauerat Lusitanus, vnus è Regis intimis, cum Consaluo narrasset, Consaluis autem omnes sibi ad Regem aditus, prædicandamque veritatem videret obstructos, ac Lusitanorum sententia, qui norant hominum ingenia, moresque, constituit, ea persequi stylo, quæ disputatione non poterat: & chaldaice libellum ut cunque conficere, vbi & veram, catholicamque doctrinam assereret, & Abassinæ gentis errores, ac falsa dogmata confutaret: tum ut in ijs, quæ illa prauè sentiebat, proque certis, & exploratis habebat, scrupulum dubitationis inijceret, tum ut Regis animum pertentaret, penitusque perspiceret. Id quo faceret accuratius, à peritissimis Monachis de eorum opinionibus singillatim, de que tota illius Ecclesiæ disciplina doceri voluit. Deinde multorum dierum itinere profectus ad Regem, per internuncios, & literas, ut Abassinæ genti mos est, duo postulauit, primum ut Monachos sibi aliquot assignaret, qui, quæ ad tuenda catholica dogmata collegisset, chaldaice redderent: deinde, ut quoniam Alexandrini contra Chalcedonense Concilium, quod ibi Dioscorus, quem ipsi virum sanctum numerant, condemnatur, librum conscripserant, eius libri copiam sibi fieri pateretur. Stomachatus est hic Rex, quod eius libri notitia ad aures Consalui peruenisset, datique ad interpretandas eius elucubrations monachis, quos petebat, ipsum codicem denegauit. Consaluis summam quandam catholicæ

116
Res Indiæ.

117
Consaluis
Rodericius
mittitur
in Æthio-
piæ ad sta-
tū rerū co-
gnoscendū,
reparisq;
nō bonum.

118

119
Consaluis
Roderici-
us conatur
etiam scri-
ptis libellis
erudire
Abassinos.

veritatis refutandis interim Abassinorum erroribus tota fufis Æthiopia dictauit, librumque ad Regem detulit. Quem cum Rex inspexisset, reperissetque in eo confutatos suæ gentis errores, indignabundus ait, talis Æthiopicis errores illos adscribit nec ab se datos interpretes, vt illa cõscriberent, sed vt suæ fidei dogmata, articulosque colligerent. Verum cum reuinceretur à Consaluo Monachorum locupletissimo testimonio, qui fatebatur, & admittebant errores, versus ad alia Rex negauit ea in eo libello à priuato sacerdote fuisse tractanda, sed id Episcoporum fuisse munus, atque Pontificum: ipsum autem ab Lusitaniæ Rege missum, vt Lusitanis sacramentorum administratione consuleret, non vt ijs sese rebus admisceret. Ad hæc respondit Consaluo, nec alienum à sacerdote fuisse priuato scribere, quæ scripserat, cum ea, quæ in eum librum conuulisset, illa ipsa essent, quæ Catholici Pastores, & Romanus Pontifex loquerentur: eademque ex Euangelijs essent omnia, & sanctis excerpta Concilijs: nec à Lusitaniæ Rege se missum tantum, vt popularibus operam daret, sed vt cunctis Abassinis, si qua re posset, totis viribus deseruaret: simulque ab eorum Rege sciscitaretur, placeret ne vnum omnium Christianorum caput, & Pastorem agnoscere Romanum Pontificem, sacerdotesque ab eo missos doctos, religiosæque vitæ suum in regnum admittere. Non enim tanti Regis ferre prudentiam, vt rebus inexploratis viros tales, vbi recipiendi non essent, sumptibus magnis obtruderet. Cum Rex hæc abnueret: negaretque se alium Antistitem, atque Pastorem præter Alexandrinum Patriarcham agnoscere, aut in suo regno viros æque doctos, ac pios desiderari; Consaluo ne tempus, & operam perderet, relicto libro ad suum diuersorium se recepit. Eo digressio sedatiore, & attentiore animo Rex librum illum euoluere, & lectitare cœpit: & vt in liberis, vacuasque perturbatione mentes facile descendit veritas, sic affici, tenesque ea lectio visus est, vt eum etiam legendum matri tradere, germanoq; fratri, cunctisque regni proceribus non dubitaret, tantam demeratus in iuvene sapientiam, atque doctrinam. His Abuna cognitis, dudum Alexandria missus in Æthiopiam (Abunam gens suam Patriarcham nominat) graui anathemate cauit, librum illum ne quis attingeret. Sed cum eius lectio Rex mirifice teneretur, per internuncium legendi veniam petijt. Quam cum Patriarcha non daret, imo vero incussa religione, quod impia scripta legeret, reprehenderet: ea re grauius Rex commotus, absentem maledictis inceslere, hæreticum appellare, ac Saracenum, qui cum Alcoranum ipse nulla religione tractaret, libri tamen adeo sancti lectio (licet enim Consaluo librum appellabat) ceteris interdiceret, & religionem legentibus obiectaret. Proinde prouocare hominem ad certamen cum sacerdote aduena committendum: tum demum ipsum intellecturum, quanti essent Latini faciendi Christiani. Cui Patriarcha renunciari iussit, non se in Æthiopiam altercandi cum peregrinis, sed ordinandi cleri gratia destinatum. Hinc partium orta contentio Regis inter, eiusque Matris Reginæ familiam: cum hæc vna cum Proceribus Patriarchæ, ille sacerdoti latino faueret. Sed ea lis magnum peperit Consaluo nomen, dissipato interim per Æthiopiam secundissimo de eius libri doctrina rumore: quo exciti complures vndique cunctis ex ordinibus, vt eum de facie noscerent, confluebant; mirabanturque tantam in iuuentute doctrinam. Augebat doctrinæ miraculum, famamque confirmabat, Monachorum, qui librum illum viderant, & chaldaice cõuerterant, autoritas: qui summis cum laudibus extollebant; negabantque se tale aliquid vnquam vidisse: nec dubitabant profiteri palam Æthiopas in errore versari, se seque in Indiam cum Consaluo, nisi suas Rex opiniones deponeret, vt inde Romam discederent, concessuros. Rex quanquam vna ex parte videbatur studere Consaluo: ex altera tamẽ, vt eius libri causã tantos clamores excitatos animaduertit, ne partium dissidium aleret, suppressendum eum nec Autori reddendum existimauit, quin etiam petita è varijs Cœnobiorum bibliothecis magna voluminum copia, quærere diligenter instituit, quemadmodum refutaret.

120

121

Perturbatur Religiois stabilitas inter Abassinos

122

Consaluo opitulatur Lusitanis inter Abassinos versantibus

Cumque nihil extricaret, ad extremum eo confugit, vt eandem esse diceret religionis colenda rationem Æthiopicis, ac Latinis. Incessit etiam cupiditas spectandi Romanos in re diuina faciendi ritus: & instructo, paratoque sub tabernaculis ab Lusitanis Altari (mutabar enim de more statua) Consaluo operatus est sacris, Rege ipso inspectante, virisq; principibus, qui eam factorum rituum maiestatem valde probarunt. Ac dum Regis deliberationem expectat, dabat ope-

bat operam Lusitanorum animis expiandis, qui longo interuallo ad sacerdotum, quod nullus adesset catholicus, genua non acciderant. Fructus è labore manauit vberimus. In ijs rei alienæ plurima restitutio: quod tantum commendationis in vulgus habuit, vt negarent sacerdotem vllum Consalui similem inueniri; cuius nutibus, atque consilijs, vel ea, quæ fraus verus ademerat, quæque in obliuionem longa dies adduxerat, suis quæque dominis redderentur. Ad eam famam excitati per multi veniebant ad Consaluum, vt sua recuperarent. Nec committendum putabant, vt talis vir, publicæque rei tam utilis, ac salutaris inde discederet. Iam dies reuersionis obrepserat, cum Consaluus, legatusque Iacobus veniam abeundi petierunt ab Rege, simul obsecrantes, missus vt ambagibus promeret, quid super aduentu Patriarchæ, comitumque referri placeret Goam. Ille, quod ad Patrum pertineret aduentum, excepturum eos se recepit, & vbi eos coram audisset, tum se quid facto opus esset, deliberaturum. Simul auri decem vncias abeuti Consaluo in viaticum dari iussit, quas ille Regis voluntate accepta, renūsit. Et confirmatis in officio Lusitanis, compositis iris, collocatis in matrimonio concubinis, lustratisque baptismate pueris, Goam denique remeavit. In reditu præsentis Dei Matris ope periculosissimæ vim tempestatis effugit. Ad oram Zeilanam repétino turbine ita in latus impulsæ biremis est, vt altera pars intra æquor depressa, & obruta, totum nauigium traheret in profundum, cum inuocato Beatissimæ Virginis auxilio, subito demersum latus extitit: & redijt suam in sedem carina, & exhaustis fluctibus biremis suum deinceps cursum incolumis tenuit. Cuius beneficij memoriã votiuã Goæ tabula refert, in eiusdem Dei Matris templo suspensã. Is cum esset tam incertus, & anceps Abassinarum rerum status, longe aberat ab opinione Patrum, qui ei nationi curas suas, vitasque deuouerant. Ad ardua illi quidem omnia, omnemque casum, caritatem, tolerantiamque firmarant, tamen expeditiorem aditum sibi pollicebantur, Regemque commodiorem. E duodecim, qui (vti supra narraui) Olisippone in Indiam soluerunt Kalend. Aprilis, præter Marcum Nunnium, & Iosephum Riberium, qui latinitatis scholas habituri Goæ tendebant, omnes erant in Æthiopiam destinati. Melchior Carnerius designatus Episcopus: Antonius Quadrius propter insignem, & doctrinæ, & prudentiæ indolem cum pietate singulari coniunctam, ceteris socijs præfaturus. Emmanuel Fernandus, vir omnium testimonio probatissimus, & rituum Ecclesiæ peritus, cū primis hac præcipue disciplina Æthiopicæ Ecclesiæ vsui futurus. Michael Barulus in Collegio Perusino, alibique ad docendum exercitus, vt scholis instituendis præfesset: Tum Ioannes Bocchius Belga, Hieronymus Concha, Andreas Consaluius, Paschalis, omnes sacerdotio præditi, & ad sacerdotum varia munia per idonei: nominatimque Paschalis contubernijs orborum formandis destinabatur, cum in hoc genere diu Olisippone plenam caritate prudentiam, piãque probasset industriam. Præter hos erant duo non sacerdotes Alfonso Lopius Compluto missus, doctus iuuenis speique magnæ, & Antonius Aosta Nouitius. Hunc, cum arte musica excelleret, eaque re inter domesticos Cardinali Henrico famularetur, ille ipse Æthiopicæ expeditionis apparatus impulit, eius vt in partem venire percuperet. Itaque cum simul (quod caput est) moribus commendaretur optimis, in Societatem receptus, ad sacrum præcipue cantum ordinandum, regendumque in Æthiopia, ducebatur. Omnes hi termini quatuor in naues impositi, Mozambicum incolumes appulerunt. A Mozambico, dum vastum præcidunt Oceanum, abducta à ceterarum conspectu oueraria vna (Conceptionem vocabant) qua duceta quadraginta capita vehebantur, & in ijs, de Societate tres Andreas Consaluius, Paschalis Catalanus, & Alfonso Lopius, vndecimo Kalend. Septembris per tenebras noctis in syrtes impacta hæsit quingentis circiter à Goa leucis, vti tum scriptum est: trecentos posteri numerarunt. fit gemitus, & comploratio: & nox insomnis in confusa querimonia, fletuque traducitur. Vbi primum diluxit, auide circumspèctantibus aridi quiddam non procul apparet. Aceruus arenæ potius, quam insula erat, trecentos ambitu passus haud plus colligens: nudum solum, & ab omni humano cultu desertum. Fontem aquæ non importunum habebat. Huc transuecti omnes lembo, & scapha: & quicquid ex comæatu potuit comportatum. Nauarchus re consultiata cum suis necessario comæatu, & cophinis regijs in lembum impositis, prope furtim,

123

*Nauigant
ex Lusitania
in Indiam
Melchior
Carnerius,
Antonius
Quadrius,
Emmanuel
Fernandus
& alij
nonnulli.*

124

*Andreas
Consaluius,
Paschalis
& Alfonso
Lopius
facto naufragio
fame perisse
no descripto
turbam
naufragorum.*

ad concertationes vitandas, eximijs cum viris triginta, plerisque mari affueris Goam contendit, ijs, quos deferebat, si saluus appelleret, auxilium curaturus. Eo digressa relicta turba, quo summa calamitas aliquo regeretur ordine, principem sibi constituit Aluarum Taidium Comitum Castaneræ nepotem duodeviginti annorum adolescentem, addito à consilijs viro æui maturo, casibusque grauissimis terra, marique in Europa, & India erudito. Qui aliquandiu Nauarchi reditu expectato, ne quod futurum metuebant, incerta spe, atque expectatione suspensi inedia contabescerent, è naufragij reliquijs concinnata rate, cui Misericordia Dei, nomē fecere, quod plane nisi singuli Dei misericordia tam fragili, in compositoque machinamento per tantam Oceani vastitatem salui esse non possent, cum alijs quadraginta tribus Dei se misericordiæ crediderunt, haud sane irrita fiducia. Per innumerabilia discrimina, ac potius continuam mortem, admirabilia vbique succurrentis Dei documenta experti Cocinum incolumes tenuerunt, vulgo eos tanquam bis natos homines spectatum concurrente. Restabant in deserto illo, pusilloque arenæ tumulo centum ferme, ac septuaginta, cumque ijs tres illi de Societate quos dixi, qui suam in ratem ab antecedentibus inuitati præcipuam conditionem in communi discrimine recusarunt, ne tot animas afflictas, periclitantesque suis quoque destitutas officijs (quo erant caritatis ardore) desererent. Verfabatur videlicet eorum ante oculos diuinum illud Euangelistæ Ioannis præceptum: Si Deus animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Paruerunt præcepto, posuerunt animam suam pro multis fratribus: nec eorum passi sunt animos diuini verbi pabulo fraudari, quorum iam dederant sua alimenta corporibus. Præerat tum Indiæ Franciscus Barrettus, qui Petro Mascarenæ proregi magno bonorum dolore vita functo, ex regio chirographo successerat. Iseorum periculo cognito, cum duabus celocibus eundem Nauarchum ad naufragos conquirendos, ac deportandos abire confestim iussit: tamen cum & ingenti, vt diximus, interuallo distarent, & insula quo minor, eo etiam ad inuestigandum esset obscurior, diuturna cunctatio spem opis, & com meatus ademit. Actanto Patres impensius spe vitæ futuræ, patriæque cælestis erigere exorsi, quos spes defecerat vitæ præsentis, hortari ad tolerandos inediæ cruciatus, admonere suæ quemque salutis, excipere pro viribus confessiones, diem sancte fallere, supplicationes instituere, & cælitum nominatim patrocinia poscere: nullum non genus adhibere solatij. Sed cum fames acueretur in horas, & languida membra depasceret, existimari potest, qua misericordia Patrum viscera tangerentur: qui non minus alienis, quam suis commouebantur angoribus. Quæ tum illis mens, qui sensus, cum ex ijs quosdam cernerent defatigari quærendo numquid vspiciam reperirent escarum, alios aciem in speculis perdere, num rediret cum com meatu Nauarchus, aut afferretur aliquid alicunde subsidij; nonnullos Deo, ac cælestibus vota facere, vt extremum illud tempus, ac discrimen euaderent. Nonnullos execrari diem, & horam, qua caput suum pelago commisitissent, lucri commoda detestari tanto vitæ quæsitæ dispendio. At contra Patres, si Deus, aciebant, sollicitus est nostri, nec humana negligit, quod diffiteri sine scelere nemo audet, si nullo negotio potest his cibaria parare corporibus, qui volucres cæli pascit, nec tamen extremæ fortunæ succurrit, documento esse potest nostris id animis non conducere. Quod in nobis est iam præstitimus, functi sumus officio, non defuit quærendi labor, non precandi studium, non expectandi patientia. Quid igitur reliquum est, aut quid à nobis aliud exigat Deus, nisi vt in eius sinum conijciamus has animas, quarum vnus ipse laborem, doloremque considerat? Nouit ipse quid animarum saluti conducat, & apud eum est iam inde ab æternitate decretum, quo tandem nobis ad eum sit itinere reuertendum. Si denegandis vitæ subsidijs morti nos destinat, cur recusamus mori? Semel est omnibus occumbendum, serius, ocius: non magni interest vtrum hic alibiue; hoc, vel illo leti genere quis occumbat, si sit iter ad vitam. Vndique tantundem spatij ad cælum est. Tutius fames enecat, quam tempestat. Muneris diuini fuit ex teterrimo naufragio in hanc insulam euasisse, quo tranquillius, paratiusque diem vltimum claudamus. Si moriendum est, integris sensibus præstat emori, non morbo obstupefactis: pacatis animis non turbulentis: in solo constanti, non inter fluctus, & vndas. Tutior hæc mortis ratio quamuis longior; palmæ, & coronæ maioris, quamuis fortasse molestior. Dat pœnitendi locum, non subito ad Iudicem rapit: dat componendi

125

126

Patres cōsolantur naufragos in supremis orationibus

nendi animi spatium, non occupat ex insidijs; dat conciliandi, placandique sibi Dei facultatem, non importune trahit ad tribunal. Similia his monebant optimi Dei famuli famem corporum, vt vt licebat pabulo mentium lenientes. Præsto fuit ad producendam diu vitam magna vis maritimarum auium, quæ facile vel manu capiebantur: aliquid etiam piscium fallebant. Sed cum iam mensis nonus fluxisset, plane morserat in limine, & res iam in extremū adducta discrimen. Iam color miseris, vita se ipsam absumente, deflexerat: iam introrsus se condiderant oculi, obtutusq; recesserat: iam aridæ fluebant buccæ miserabili oscitatione hiantes: genua succidebant; artus languore lababant: & cum hæere vestigio membra non possent, abijciebantur, & sternebantur in terram. Quid non tentatū credimus ad vitam in expectati subsidii diem prorogandam? Vnde nō quælitum necessitati leuamen? In summa, vt est pertinax vitæ amor, cum frustra adhuc quædam fractæ nauis restarent, quæ æstus, & fluctus ad insulam compulerant, ratem aliam meliuntur haud quidem spe Indiam attingendi, sed vt circa specularentur, si quid vsquam appareret effugij. In hanc vnus & triginta viri conscenderunt, duobus aquæ cadis, & aliquanto aridi piscis imposito. Adeo mors vrgebat vndique. Cum his pari omnium voluntate etiam Patres a-biere. Nam & qui abibant, eos optabant ad solatium comites; & qui manebāt, sperabant, si quid inueniretur opis, sua illos caritate facturos, vt & ipsi participes fierent.

Alterum iam mensē per auia Oceani turba infelix errabant: & rebus omnibus ac vitibus quoque exhaustis quatuor comitum cadauera, quos imbecillitas, & inedia consumperat, marinis monstris escam abiecerant, cum plures numero conspiciantur insulas. Quo aspectu paululum recreati, cursum ad vnā dirigunt, in qua palma pulcherrimæ cernebantur. Sed tanta fuit imbecillitas hominum, adeo inhabile nauigium, vt sæpius conati, appellere nunquam potuerint. Consilium ergo capiunt ad insulam humilem, ac prope demersam fluctibus, eandemque omnino sterilem leuandi nauigij gratia partem vectorum exponere. Quod cum fecissent, ac Patres quoque exposuissent, ad fertilem leuiore nauigio reuecti, conatique tandem appellunt. Hic vero lætissima rerum facies offertur, palmarum maxima vis matura cum fruge: vtilium graminum vbique prompta copia. Ceterum, vt fere fit, ab longa fame, & lassitudine saturatos auidius, continuo vniuersos grauissimus prostrauit languor, tandiuque tenuit, vt cum ad comites expositos in maligna insula redierunt, præter duos, qui etiam nū spiritum ægre trahebant, cum ceteros, tum illos de Societate fame consumptos inuenerint. Hac gloria patientiæ, & caritatis illustres, tres illi fideles Christi imitatores exierunt è vita. Et erant linguli probatæ, excellentisque virtutis. Consaluius, & Lopus ex omnibus Castellaniæ prouinciæ, qui Æthiopicis ambiunt ærumnas, felici sorte lecti. Paschalis natione Cathalaunus Olisippone degebat in docēdis, regendisque pueris orbis, vt supra dixi, diu cognitæ, exercitæque prudentiæ; eoque nomine in eam expeditionem adscitus, vt eius generis cõturbarnijs in Æthiopia instituendis præesset. Felices animæ, quæ tam decoris caritatis insignibus, tam illustri purpura prodierunt obuiam Domino suo: penetrarunt ad beatos: ingressæ sunt cæleste conuiuium, & iam recumbunt in cœna illa magna, quam Dei filius ærumnoso illi iciunio præparauit. Fortunata fames, quam mensa talis excepit: quam epularum iucunditas Dei Filio ministro, & æternitas satiat. Breuis fames illa fuit, saturitas sempiterna. Porro hic Patrum exitus non ante autumnum anni insequentis est cognitus, cum aliquot ex eorum comitibus aliquantum recreati in insulis illis repetito cursu tandem Cocinum vix in hominum figura delati sunt; vbi & prodigij instar spectaculo erant. Ceterum naufragorū turbam in prima illa perexigua desertam insula scilicet famies absumpsit. Reliquæ naues cursum feliciter tenuerunt, in easque distributi Patres ceteri numero nouem sospites peruenere Goam: tantisque excepti sunt plausibus, ac lætitijs, vt ad eorum Goenses aduentum diem festum egerint, ac magna vis hominum sese obuiam ad litus effuderit, vt novos inde religiosos in suum Collegium tanto interuallo reduceret. Ibi vero maioribus multo gaudijs fratrum dulcissimorum, ac sanctiore gratulatione suscepti. Deinde prolata per otium Constitutiones quas B. Pater ediderat, quæ vt erant diu ab hominibus expetitæ, ita communem cumulatæ lætitiā. Ex vero tantam legendi cupiditatem omnium animis iniecerunt, vt ad horæ spatium recitandæ diebus lingulis in conuentu, explanandæque fuerint. Sumpsit has partes

127

128

*Constitutio-
nis Socie-
tatis in
India per-
latu An-
ton. Quæ-
drus. ex-
plicat.*

vnus è præcipuis qui recens aduenerat, Antonius Quadrius, subitoque fructus tantæ auiditati, studioque respondit, reuocandis sensim ad actionem, quæ in ijs Constitutionibus præscribuntur, & ad earum normam vita, & moribus effingendis. Cumque cetera inter statuta, atque præscripta, bina sit votorum in annos singulos renouatio, cuncti se ad eam Rectoris admonitu compararunt, & Nouembris inter initia ingenti vi lacrymarum, atque inusitato quodam ardore spiritus, & animorum, tum in India primum ritu communi instaurari sunt cæpta: tametsi diuinum hoc inuentum, cælestemque cæremoniam, vt acre telum contra versutias Satanæ, subfutasque fallacias, Xauerius ipse iam antea suadere priuatim, & commendare non desistit; vt Ignatij discipulus posset agnosci intelligique quam mirifice in tractatione diuinarum rerum, & præceptione virtutis vtriusque sensus, spiritusque congruerent. Renouatis votorum instauratione animis vegeti, recenteq; tum veteres socij, tum nuper aduecti, toto impetu dederunt se in Christianæ rei procuracionem. Ante omnia instituta sunt studia literarum, cum post Nicolai Lancillotti recessum in Collegio Goano externis ferme è magistris nostri discerent, nec iam nisi elemëta prima ipsi docerent. Duæ distinctæ latinitatibus classes, quibus tertia mox accessit. His additæ scholæ insuper duæ dialecticæ, & conscientiæ. Huic interpretandæ Patriarchæ socius Melchior Carnerius, illi tradendæ Antonius Quadrius operam dabat. Celebrabant gymnasium auditores facile quadringenti quinquaginta: quâquam, vt est rudium numerus multo maximus, infima quæque classis refertissima erat. Concionum vero tum ardore, tum crebritate, non plebi modo, populoq; Christiano, sed ipsis etiam Ethnicis subsidio erant: abluerantq; salutis aqua promiscue post accuratam catechesim Brachmanas, Canarinosq; numero centum: cumq; animaduerneret sacerdotum festinatione præpropæra, qui salutaribus imbuebantur aquis, suas ad impuritates, magno Christianæ legis probro multos reuolui, huic vt incommodo obuiam irent, laxandum puerorum contubernium, & augendum curarunt, designata parte, vbi qui sacris essent expiandi laticibus probe Christum ante perdiscerent, & pararentur ad fontem. Quod opus miras utilitates Indiæ peperit. Nam Goanam Insulam, & magnam Indiæ partem ea schola imbuit disciplina salutis. Recepti sunt in id domiciliũ Iogues celeberrimi duo, qui linguas dicebantur nosse duodeuiginti. Ita hoc tempore Goanum Collegium, & Nosocomio Indorũ præcipue causa etiam Ethnicorum instituto, & catechumenorum domui, quæ etiam prope Nosocomium erudiendis fœminis inchoata, piæ matronæ commissa est, & Seminario puerorum è varijs Indiæ gentibus præerat. In hoc Seminario Proregis iussu per id tempus alebantur nobilissimi tres, Ioannes Rex Ceilaniferme octennis, & Dynasta Trichinamalenis ex Ioannis Ceilanij ditione Alfonsus, & quidam Armuzia missus Antonius. Tantaque inerat in annis teneris Christi sitis, tantus ardor in educata molliter pueritia, vt nec multa, nec magna incommoda contubernij, nec contubernialium societatem longe imparis conditionis horrerent. Omnium vero ea erat constantia, vt non magistrorum modo sub oculis, atque custodia; sed medijs etiam in periculis, & custode remoto, pristinum retinerent pietatis ardorem. Inuenti sunt ex his pueris, qui cum Turcarum in potestatem venissent, captiuos Christianos ad constantiã hortaretur, & tam essent ipsi in Christi fide constâtes, vt nullis ab ea precibus, blanditijsue diuelli, nullis minis, verberibusq; possent. Cernilicuit in nauigio, quod piratas in Turcas incidit, vbi triginta cum veherentur pueri, viriq; promiscue; nemo ex ijs præter vnum, & alterũ inter cruciatus, terroresq; defecit. In ceteris Indiæ locis, alij alio suos labores haud irritos diuidebant: nec patientiæ seges aberat, vt sæpe alias, haud exiguũ operæ, laboribusq; precium. Desudabat more suo Commorinensi in ora Henricus Henricus, cuius de virtute, laboribusque sæpe memorauimus. Sacras ædes superioribus annis Turcarũ vastatas incendijs, piorũ sumptibus, & liberalitate restituit. Nec defuere benefici, qui templis hisce benignitate collata, è morbis, quibus tentabantur, emergerent. Eodem studio Punicali in Oppido Xenodochium, quod Turcarum item furor incenderat, reficiendum curauit, vbi egentissimum quemq; susciperet, & conquisitis precario subsidijs multorũ sustentaret inopiam. Et quoniam per valetudinem non licebat regionem illam omnem, vt consueuerat, oberrare, & sparsum vbiq; gregem, sua solari, & confirmare præsentia, utebatur bono literarum, & modo

129
Prima votorum in India instauratio.

130
Literarum studia excitantur Goan.

131
Inchoatur domus catechumenorum.

132
Henrici Henricij in ora Punicæ laboribus

modo ad hos, modo ad illos de suis rebus ad se referentes per literas respondebat. Satisfaciebat omnibus cumulate, & dubitationum scrupulos eximebat. Ita seu absens, seu præsens nunquã parcebat operæ: vt mirarentur omnes hominum valetudinarium tot implicatum curis, sociorum destitutum auxilijs tam multa posse, tamque diu ægram animam retinere. Ex eisdem Malacæ laboribus dum Iaponicæ nauigationis opportunitatē expectat, pene amissus est Melchior Nunnius, adeo periculose ægrotauit: Is sibi restitutus, cum ne tum quidem nauigij sese facultas offerret, commodata à Malacæ Præfecto Antonio Noronia inermi quadam, & imparata nauis, hanc partim viatici beneficio, partim sublidio Ferdinandi Mendij, quem Societati dedisse nomen supra demonstraui, adornat, & instruit, relictoque doctrinæ causa Malacæ Ludouico Froo (nam & hic ibidem collaborabat) ipse cum Ferdinando, ac reliquis socijs Aprili ineunte conscendit. Verum cum multis obeandis tempestatis, prædonumque periculis frustra nititur in Iaponiam, par nauigiorum nactus, quæ Sinas transmittebant, his se associat, & in Sancianum insulam venit, vbi diem Xauerius obierat, indagatoque sepulchri loco, & ab herbis vepribusque purgato (alte enim iam excreuerant) pie ibidem diuinam rem fecit. Inde Lampacaum in insulam vectus, duodeuiginti à Cantonia leucis, statione hoc anno Lusitanorum, apud hos ferme quadringentos suam operam collocauit. Iam enim Sinæ post Xauerij mortem suam in regnum Lusitanis vltro aditum permisierant, quo propius antea citra summum vitæ, capitjsque discrimen accedere nemini omnino fas fuit: id quod animaduersione dignum visum, & Xauerij precibus assignatum, qui quod tantopere exoptarat in terra, id cumulatius impetrarit in cælo. Inde Melchior in urbem Cantoniam bis excurrit, vt per occasionē redimendi captiuos quosdam Lusitanos, Euangelij lumen aliquod in eas gentes inferret: afferebatque secū redemptionis pretium, magnam vim succini, quod Sinarū apud Regem in pretio esse cognouerat, & aureos, quos in eam rem mutuos sumpterat, mille quingentos. Cantoniam igitur primum ingressus offendit in Fano magnifico sacerdotem Sinarum, quem cum per interpretem à familiari colloquio sensim ad certamen disputationis alliceret, pugnam sacerdos abnuuit: quod diceret munus suum esse Deo supplicare pro mortuis, non disputationibus altercari. Iterum in eadem reuersus urbem, cum in sacerdotem alium magnæ existimationis, ac nominis incidisset, cum eo certaminis causa coram Sinis ferme trecentis congregari cœpit. Ea vero disputatione, quoniam multa Melchior afferebat in medium noua, & inaudita Sinis, de rerum omnium procreatione, cum earum, quæ sub sensum, & tactum cadunt, tum earum, quæ nullis humanis subijciuntur aspectibus; magna videlicet admiratione, voluptateque eorum aures, animosque suspenderat. Sed cū in altercando acrius premeret aduersarium, & in arctum, angustumque concluderet, ille rabie accensus, quod se irritum videbat, nec qua effugeret, reperiebat, ingesto conuitio, de pugna se repete proripuit. Eam fugam miri Sinarū consecuti sunt risus, multoque ab ijs Melchior in posterū audit auidius: tamen si promulgandæ nouæ legis potestate non dum facta, non tulit fructum. Quocirca cum effluxisset iam illi biennium, irrito Iaponicæ nauigationis consilio, deliberauit in Indiam remeare, Pauli se consolans exemplo, qui toto item biennio detentus est Romæ, Melitæque hyemauerat. Sed maiore ei solatio fuisse, si, quod susceperat iter, Præpositorum magis nutu, quam suæ pietatis impulsu, sociorumque, Proregisque consilio, quod eum sequutum supra demonstraui, suscepisset. Aiebat enim errare se cum Præpositis quodammodo malle, quam suæ ductu prudentiæ, pietatisque rectè tenere. Et sane laudatæ non est in Europa eius profectio tali rerum articulo, cum tam desertam Indiam reliquisset. Sed dum in ea deliberatione versatur, vt omisso Iaponicæ profectiois consilio in Indiam remearet, aduehitur ex Iaponia repente nauis Eduardi Gamæ viri de Societate meritissimi, qui præclara quædam de rei Christianæ apud Iapones incrementis, ac progressionem nunciabat. Eo nuncio Melchior erectus, inuitatusque præterea Firandensis Regis Epistola, qua plus constantiæ promittebat significabatque se ab amplectenda Christi lege, quam consanguinei cõpures, regniq; Procures amplectati iam essent, nõ abhorre, pristino repetito consilio, statuit omnino acceptū nauigationis cursum in Iaponiam vsque persequi. Quam propagandæ religionis occasionem apud Iapones ne dimitteret, atque negugeret, missa sunt ei ab homine Lusitano Ludouico

Almei-

133

Melchioris
Nunnij in
Iaponiam
nauigatio.

134

Melchior
Cantoniam
urbem Sinæ
adit:
quo cepit
post obitū
B Xauerij
accessum
patere.

135

136
Res Iaponicae.

Almeida, qui subinde Societati se addixit, in sumptus itineris aureorum millia duo. Tamen Melchior aliquot nauigia iam nactus, quæ transmissionis Iaponicæ tempestatem aucupabatur, eo subsidio, viaticoque non eguit. Interim in Iaponia orientis Ecclesiæ status hic erat. Vna in Vrbe Amangucio, quæ sedes erat Cosmi Turriani eo à Xauerio destinati, duo Christianorum millia censabantur, quos pernoscendi legis acceptæ mysteria sitis ingens accenderat. Ea vero non iam de scripto, aut de codice, vt antea, sed à Ioanne Fernandio Cosmi comite linguæ iam docto memoriter, ac proinde longe acrius explicabantur: ab eodemque ad populum sine hæsitatione verba fiebant. Eandem nauabant operam Eduardus à Sylua Funaij in regno Bungensi, & vtro-
bique Iapones nonnulli, qui quanquam suis iam noti, non ita multum dicendi autoritate valebant; eorum tamen opera libri duo Iaponicis descripti notis, alter de Christi vita, alter de rerum omnium fonte, principioque diulgati sunt. Non mediocriter Christiana lex vtro-
bique prouecta. Ex oppido prope Amangucium Dynasta trecentis cum popularibus suo subiectis imperio Christianorum numerum auxit, alijque complures, insignis vero inter ceteros in Bungo Bonzius. Is cognita Pauli vita persequentis Ecclesiam, deinde protegentis, ac propagantis, eodem nomine appellari se voluit, eiusdemque æmulatus est studium in adiugendis ad Christum Ethnicis, & eius Ecclesia propaganda. Durus & asper in corpus suum, & superis contemplandis addictus. Verumenimvero multo maius Iaponicæ Ecclesiæ subsidium misit mira Dei clementia, quæ blandissime nouit, mentes hominum à curis, negotijsque terrenis ad cælestia vertere. Venerat Funaiu in Lusitana Eduardi Gamæ nauis Ludouicus Almeida sollicitans & ipse pericula, quæ nostro ab orbe natura seiunxerat, perque inauditorum antiquitati ventorum arbitria, sua (vti multi) sequens tanto errore compendia. Flos erat iuuentutis, blandiebanturque successu ad id loci secundo negotia, cum Deo multo magis sequente animas hominum in vltimis rerum, quam aurum ipsi sequantur, statuit B. Ignatij meditationibus tantisper vacare, exploraturus num bene tot discrimina ponerentur: & quo demum discursus tam præceps ferret. In eo sancto otio ad lumen diuinum rerum veros colores dispiciens, Iaponiam sibi patriam delegit, ac totum se remque suam Christo, eiusque religioni propaganda dicauit. Chirurgus erat non malus. Hac ope Iaponum succurrere corporibus consilium capit, animas vt eorum pretium ferat, quas lucrifaciat Redemptori. Mos erat præ cæteris in Iaponia barbarus, vt de vulgo homines seu rei familiaris inopia, seu educationis tardio, quos genuerant ipsimet enecarent, parætes iidem, ac paricidæ. Admonitus à Balthasare Gago huius immanitatis Almeida certam pecuniam in opus destinat, quo vita innocentibus & corporis ematur, & anima. Legebantur nutrices Christianæ, quæ quasi cum lacte Christum renatis sacro latice paruulis instillarent. Præsto erat & supplementum ex lacte vaccino. Quid enim caritas Christi non excogitat? Nec periculum erat, ne ex illo pabulo indolem minus generosam traheret alumnorum infantia: cum si recte æstimeretur non magis belluarum, quam caritatis aleretur vberibus. Id adeo Bungensi Regi probatum est opus, vt cum Gagus ad hoc eum hortaretur, summa voluntate, non edicto solum cauerit, ne quis suis infantibus eriperet animam, sed etiam nutricum suppeditaturum copiam, sese vltro receperit. Rege item suppeditante sumptus, valetudinarium Funaij extructum est, vbi idem Almeida suam cuique morbo curationem sedulus admouebat. Opus acceptissimum cælesti miserorum Patri. Itaque non scientia medendi, qua nunquam tantum possit, sed plane diuino dono valetudines desperatas Almeida per sepe restituit. Idem hoc anno perfectæ studio vitæ Societati se dedit, pecuniæque suæ fructibus operariorum Christi in Iaponia multos annos difficultates sustinuit. Quæ præterea gessisset ipse feliciter, passusque sit fortiter in multis fundandis Ecclesijs, sequentium annorum prosequetur historia, vt facile æstimari non possit quantum illi Iaponia, quamque multis nominibus debeat. In eadem vrbe Funaiio Christianorum sese numerus, virtus, ardor, & vitæ probitas intendebat Ethnicis admiratione suspensis. Exhibant ad ædem sacram tantis sitientes diuini verbi, verendique missæ mysterij, duas vt ante lucem horas ad præripienda loca nonnulli, & occupanda surgerent, aut in æde ipsa requiescerent, totamque noctem exigerent. Cum sepulturæ quispiam è Christianorum numero mandabatur, conueniebant ad parentandum ceteri per frequentes, quod cum pro maiestate Christianæ legis apparatu fieret pio, atque

137
Ludouicus Almeida magno bono Iaponica Ecclesia ibidem Societatem uniu.

138
Multis infantibus vita animi, corporisque seruatur.

139
Extruitur valetudinarium Bungis

140
Christianorum Iaponum ser-

decoro,

decore, vis ad spectandum Ethnicorum plurima confluebat, & vehementer admirabatur, cum, quæ in suos illi mortuos officia conferunt, nullo essent modo cum ijs comparanda. Cernebatur Christianorum maxime candor in ad eundis cõsiliij causa Patribus è longinquo. Nam & in Bungeni & Amanguciano regno non ipsis modo in vrbibus regijs, sed in oppidis aliquot circumiectis cœpta erat diuina sementis. In insula quoq; Firando præclare successit labor ad finem ætatis Balthasari Gago, Ioannique Fernandio, & Paulo Iaponio, de quo nuper meminimus. Accersebat Eduardus Gama Patrem, Lusitanorum vt animos expiaret, qui nuper in eum portum venerant. Profecturo Rex ipse Bungenis occurrit, domum adiit, ducem itineris dedit, quo cum inter latronum pericula, iret, ac rediret incolumis: & quicquid ad vsus vitæ necessarios, & itineris commodū pertineret suppeditari iussit. Non igitur Lusitanis duntaxat opportuna ibi animorum remedia præbuere, sed multas ex Ethnicis misere errantes ad Christi septa ouiculas compulerunt. Augebat vbique opinionem diuinæ legis miraculorum fama, quæ diuinitus interdum modo per Patres, modo per neophytos patrabantur, præsertim in abigendis, excudiendisque dæmonijs: quorum vnum fœminam ab ætatis anno septimo cum vexaret, obsessamque teneret, neophytorum precibus, & aqua sacra, inuocatisque super eam augustissimis I E S V, Mariæque nominibus eiectum est. Quæ fama longe, lateque vagata plurimum vtique valuisset ad cõuincendos Ethnicos, & conuertendos ad Christum, si nobilitas, quam multitudo sequitur, manus daret, principesque viri se flecterent. Nam cum plebi Iaponicæ nihil fere ad vitam tuendam sit, præter subsidia, quæ Dynastæ impertiunt, inde fit, vt penitus illis obnoxia, quo secumque ij religione, aut alio animi studio vertant, ipsa vel compulsa fama sequatur. Sed ne sanctas Dei leges facile Dynastæ complecterentur, peccata, quibus implicabantur obstabant. Ita nec ipsi, nec qui eorum parebant imperio, suis è tenebris emergebant.

141



HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

Liber Decimus sextus.

1556.

I
Status So-
cietatis
Romæ.



ANNVS iã superest sextus, & quinquagesimus operis huius clausu-
la, quem Societati beatus Ignatij Parentis eius excessus memora-
bilem, & honoratum fecit. Hoc ineunte anno, tamen æquum se,
ac propitium nostris rebus præbebat Romæ Pontifex, tamen Igna-
tius, vt causam ei quippiam innouandi præriperet, diebus Domi-
nicis sacrum, ac vespertinas preces in Professorum templo cū can-
tu peragi iussit. Hac re Paulum, qui chorum maxime videbatur in
Societate requirere, ratus fore contentum. Metus de Cardinalatu
Lainij magna ex parte remiserat; quanquam Pontifex eius, & Ola-
uij opera in consultationibus quas ad ordinandas Dataræ res in-

stituerat, egregie vtens, veritus ne metu purpuræ Lainius se fuga eriperet, se uero obedientiæ ius-
su exire vrbe vetuerat. Fecit potestatem in Collegio Romanorum Societatis scholasticos, tum

2
Multa à B
Ignatio de-
creta.

Germanicos alumnos ad quoscunque literarios gradus promouendi. Primique omnium in eo-
gymnasio cum rite triduo disputassent, scholæque theologicæ habuissent, sacræ theologiæ
Doctores à Doctore Olauio Henricus Blissemius, & Io. Tilia creati sunt. In Indiam postulati-
bus Patribus ex Europa Prouincialem Consaluum Sylueriam Ignatius misit; Borgiæque ad In-
dias quoque Commissarij ditionem extendit. Conuictorum procurationem, quam Comimbri-
censi Collegio Ioannes Rex offerebat, iudicauit suscipi posse, dum seiunctas haberent à Colle-
gio ædes, atque œconomum externum, qui res domesticas procuraret. Cum vero pertinere per-
multum existimaret, siue ad coniungendos inter sese domesticos, siue ad proximos adiuuandos,
vt mente idem sentire socios, ita & lingua sonare, legem de ediscenda nationis, apud quam de-
gitur, lingua ab se ante latã renouauit, & quotidie in Romano Collegio eam ob causam voluit
priuatim explicari Italicæ linguæ præcepta. Exercitiorum quoque spiritualium vehementer vsu
commendans, quo latius eorum manaret utilitas, admonuit; vt, quæ ad primam hebdomadam
pertinent; coniunctis etiã matrimonio viris, ac fœminis impertirent. In superiore, atque inferiore
Germania singulas instituit prouincias. Cum enim ad Viennensem Collegium, Pragæ alterum,
tertium Ingolstadtij (de quibus infra narrabitur) accessissent, Prouinciæ ex his institutæ Petrum
Canisium licet è Chriustiana humilitate reluctantem præfecit. In Belgio erant Louanij, Torna-
cique de Societate nonnulli, Coloniae item aliquot, spesque erat hic vnus è Collegijs publicis,
vti euenit, impetrandi: & Petrus Ribadeneira apud Philippum Regem, vt Societatem in eas
Prouincias admitteret, exitum è sententia sperans, adnitebatur. Quæ omnia cum secunda incre-
menta polliceretur, fecere, vt noua Prouincia Germaniæ inferioris nomine conderetur. Quan-
quam Bernardo Oliuerio, qui fuerat designatus Prouincialis, antequam munus iniret, idem
sub tempus, quo B. Pater sublatuſ est, ex humanis erepto, habet hæc Prouincia quidem, vt gau-
dere possit, se ab Ignatio institutam, ceterum Prouinciali præposito diu caruit. Collegia miro-
plane studio vbique terrarum expetebantur. Vna in Italia, vt omittam minus nobiles Ciuitates,
ac populos, Brixienſes, Arétini, Aſculani, Anconitani, Maceratenſes, Callienſes, Spoletini, Nar-
nienſes tendebant supplices manus, & prolixè omnia pollicebantur: quibus tamen satisfactum
non est, partim ob sociorum paucitatem, partim quod stabat Ignatio, quantum liceret Colle-
gia non instituere, vbi iustum familiæ corpus haberi non posset. Amerinis tamen in Vmbria,
ac Senensibus in Hetruria, atque in Sicilia Catanensibus fuit aliquid indulgendum, Mi-
chaël

3
Multa p
omnes Col
legia.

chael Botellius valetudinis gratia missus Ameriam, cum ciues vitæ suæ, dicendique genere commouisset, vt eiusmodi hominum perennem vsum expeterent, existimauit Ignatius præter utilitatem, quæ conferri posset in ciues, tum propinquitate, tum salubritate cæli, opportunum Collegij Romani valetudinarijs eo loco forte fecessum: eoque non absolutam per se ibi locam familiam, sed quasi membrum Collegio Vrbs meditabatur adiungere. Igitur cum Amerini instarent, ardentissimeque Doymus Naucius virtutis iuxta, & autoritatis magnæ sacerdos; Georgius Passius natione Sardu, Botellij loco suffectus est, qui noui domicilij adornaret, ac moderaretur inuita. Victus ex eleemosynis affatim supperebat, qua benignitate ciuium, qua vilitate annonæ: quæ tanta erat, vt cum propter exortum inter Paulum Quartum, & Philippum Regem bellum de diuidendo vrmano Collegio, spargendoque per Italiam ageretur, compertum sit vndenos Americae nummos aureos in annua singulorum alimenta satis fore. Longe dispar erat Senarum status. Inclyta, & potens modo Ciuitas graui exhausta bello, priore anno in ditio-⁴ nem venerat Philippi Regis, cuius nomine administrationem primum Franciscus à Toletò, de-^{Amerino} in eo vita functo, Franciscus Mendoza Cardinalis Burgenſis suscepit. Is sæda vbique cernens ^{Sedis im-} belli vestigia humanissimi populi calamitates summas commiseratus, subsidijs humanis diuina ^{Collegium} coniungens, quatuor è Societate ab Ignatio postulauit, qui ad tenues illas consolandas, recre- ^{inchoatur.} andasque reliquias operam suam conferrent. Digna res caritate Euangelica visa Ignatio, præsertim quod permagni intererat, statim spiritualium quasi fabrùm adesse copiam, per quos iam fornace calamitatis mollita gens fingeretur: vt tanquam renascens de integro Christianæ formam pietatis indueret. Comes anno superiore in Poloniam Salmeron missu iuerat Aloisio Lip- pomano Apostolico Nuncio, primus qui de Societate regnum illud ingrederetur. Inde redeun- tem transire Senis iussit Ignatius, Cardinalique, ac Ciuitati, dum per Pontificem liceret, quic- quid in se esset, nauare operæ. Quod cum Salmeron accurate gessisset, non commode omni- no cessit. Nam eo mox à Pontifice accessito Romam, missoque cum Cardinali de Motula in Belgium, Senas decimosextimo Kalend. Maias ab Vrbe venire Hieronymus Rubiola Hi- spanus, ac sacerdos, qui Collegio præſſet, Hector Leonellus, qui superiorem, Petrus Reginus, qui inferiorem discentium classem docerent; alterque sacerdos accessit Florentia. Hi omnes quanquam valde idonei, ac nauī; tamen quod eloquentia, doctrina, autoritas Salmeronis oc- cupauerat omnia, neque Ciuitatis, neque Cardinalis, opinantium similes Salmeroni homi- nes ad fundamenta Collegiorum, ac primam speciem solere mitti, expectationem implebant. Kalendis Maij in destinatam sibi domum ingressi, sancti Lilij, seu Ægidij templo vti cœpere. Domus plane erat inanis. Non mensa, non sella, non scrinium, non scabellum vsquam: li- belli, & quæ secum attulerant pauca scripta, & si quid erat vestis, reponerentur in pauimen- ro. Ad scribendum lectulo pro mensa vtēbantur: quoad Ferdinandus Aluarus, & Franciscus Villanoua Hispani homines, ac pij, cum Collegium forte inuiserent, tantam inauitatem ad- mirati aliquantum pecuniæ ad instrumentum domesticum, & scholarum quoque subsellia contulere. Amicorum plerique diffidebant tam exinanita ciuitate stare Collegium posse. Nam cum ciues non volueras, sed facultas deficeret, Cardinali, qui opus inchoauerat, in multitudinem ingentem miserimæ plebis dispertienda erat benignitas. At Rubiola, nec labo- ri parcens, nec quicquam benignitati cælesti diffusus, nouos accersijt adiutores: atque vbi pa- scendis quatuor stipem alij desperabant, ipse extremo anno duplicatum numerum sociorum Dei fiducia, fundo nunquam fallente, alebat. Hi vero dum coniunctis impigre vitibus in cœno- bijs virginum, in carcere, in domibus Hospitalibus, demum vbique diuini verbi semen spar- gunt, consenscente paulatim Salmeronis memoria, oculos ad se omnium conuertere. Milites præsertim, quorum plena erant Nosocomia, sociorum caritatē admirabantur, Deoque agebant gratias, qui sibi, quos in tanta calamitate cõmilitones deseruerant, & humana omnia leuamen- ta defecerant, tales consolatores, & ministros in tempore prospexisset. Rector breui (vt sunt ⁷ volenti plana omnia) non pueros catechesim modo docere Italice, sed suggestum etiam cœ- pit inscendere: adeoque humilitate sua & comitate ingenua caruserat, eaque patrabat, vt ipse- met fateretur experimento se discere, quod scientia ante perceperat, Deum ad præclaras res

8
Missionas
ex Laure-
tano Colle-
gio.

9
Macerata
res gesta.

10
Prima sup-
plicatio ho-
rarū qua-
draginta
diebus an-
te cinera-
lia.

11
Missio Cin-
gulana.

imbecillibus adminiculis vti. Et sane videbatur diuina clementia pleno fidei viro inueto quo-
que fauore adesse. Namq; Matrona nobilis, quæ diuturno, grauique laborabat morbo, eo inui-
sente præter omnium opinionem valetudine restituta est. Inter ceteros, qui Collegij initia foue-
rê, nobilis Hispanus fuit Licentiæ gradu insignis Marciantes nomine: è ciuibus Senensibus Ale-
xander Piccolomineus, vir genere, doctrinaque clarissimus, qui cum alia, tum complura volu-
mina Sanctorum Patrum donauit benignitate peropportuna: atque Antonius Vitellius, qui
cum se Societati dedisset, sua quoque paulatim ei Collegio dedit. Reliquam per Italiam strenue
socijs, nec solum vrbes, in quibus habebant domicilia; sed adiacentia etiam oppida excolenti-
bus, nulli tamen hoc anno latius diuinam sementem Lauretanis fecere. Imminuerat paululum,
& belli strepitus, & grauitas annonæ ad Lauretanam ædem peregrinorum concursum. Tum
Patres inter se, nunquid desidebimus segnes, & subsellia frustra tenebimus? Quin potius, quan-
do populis non est huc veniendi copia, ad eos nos imus? Id cum placuisset, præsertim quod vl-
tro à plerisque populis accersebantur, toto agro Piceno latiusque peregrinati sunt. Maceratam
initio anni Emmanuel Gomius à Monte maiore, & Ioannes Mortagna sacerdotes, ille Lusita-
nus, hic Belga ciuium rogatu venire, quibus paulo post ipse Oliuerius Lauretanus Rector ac-
cessit, ab trium dierum peregrinatione rediens, quam vt scelera quædam prohiberet, de Ignatij
sententia susceperat. Grauissima Macerata, vt pleraque Italia, rerum penuria laborabat. Igitur
Patres non solum catechesi, sacramentorum administratione, tollendis inimicitijs, Nosocomio
restaurando, sed etiam leuanda inopia commoditatis in commune plurimum peperere.
Sodalitas erat S. Hieronymi nomine, quam principio inter se Ciuium primi inierant ad suble-
uandas egentium calamitates. Hanc collapsam, ac prope direptam, addita lege, vt diuina my-
steria singulis mensibus vsurparent, redintegrarunt. Dumque sodales illustrem sua beneficentia
ceteris facem præportant, omnium, quibus facultas aderat, excitata est, atque deprompta beni-
gnitas. Adhæc Ciuitate trifariam distributa, Magistratu, ac Prætorum summe rem probantibus,
binæ grandes natu matronæ, & virtute eminentes lectæ sunt, quæ corrogatam ex sua regione sti-
pem inter egenos, quos præcipue senium, morbi que premerent, disperterent. Inter præclara hæc
studia sempiternus virtutum hostis Satanas sibi non defuit. Principes iuuentutis (vt est Macera-
tensis iuuentus liberalibus studijs apprime dedita) comædiam silentio comparant, non vsque-
quaque sanctam, celebritate magna per geniales ante Quadragesimam dies habendam. Vbi
fuere cuncta in promptu, vulgatur fama, & incenditur omnium expectatio. Tum Patrum quo-
que ad aures peruenit res; qui cognito quid fabulæ esset, Diaboli lenocinia disturbare aggre-
diuntur. Ceterum Prætor ipse propter impensas in choragium factas, rem aiebat progressam
longius, quam vt reprehendi pietatis cum lucro posset. Hic Patres, ne Diabolus, quali victor tri-
umphet, suum & ipsi spectaculum parant. Pulchre exornato loculo in eundem diem, quo dan-
da era fabula, quadraginta horarum supplicationem ad sanctissimum Christi corpus palam
propositum edicunt. Admirationem fecit omnibus rei nouitas, & multos animos religio pu-
pugit. Itaque distracta vrbs est, alijs ad templum, alijs ad scenam currentibus; & quidem (vt de-
cebat, quanquam non sæpe fit) plures, ac potiores habuit Christus. Quin ita multi non ad pre-
ces modo, sed ad sacram etiam Omologesim confluxere, vt Patres à prima luce ad multam no-
ctem, prope assidue audiendo, pares tamen multitudini esse nequierint: nouumque id inuen-
tum, vel ijs, qui scenam adiuerant, vt potè quamuis deteriora sequerentur, meliora probanti-
bus, placuit. Et Patres apprime salutare experti ad licentiam eius temporis minuendam, ita po-
sterioribus annis frequentarunt, vt suis in domicilijs prope omnibus in mores tandem induxe-
rint. His Maceratæ gestis Oliuerio, atque Emmanueli noua offertur provincia. Cingulum, quod
peruetus, ac nobile oppidum est in Picenis, inimicitia duas inter præcipuas familias iam inde ab-
centum, vt ferebant, annis, eoque amplius, in factiones scæde dittraxerant. Malo tam inuetera-
to frustra tentatis sæpe medicamentis, Cingulani pro ea, quæ aduersus Patres omnium erat re-
uerentia, communi consensu ex Lauretano Collegio implorandam ope matatuunt. Eius rei gra-
tia Oliuerius, qui nominatim accersebatur, & Emmanuel profecti, Deo aspirante non sine in-
genti labore, atque certamine, fecere tandem ad eo inolitæ pesti medicinam. Oliuerio de hinc

Laurerum

Lauretum reuerso, Emmanuel ad oppidum S. Seuerini transtulit se: inde post consueta feliciter obita excursionum munera, Camerinum contendit, comite Hortensio Androsio Fuluij fratre, qui vna cum Curtio vtriusque germano paulo ante Societati sese addiderat. Camerini inter cetera catechesis ratio sic placuit, vt breuis eius summa typis ederetur spargenda per diocesim, cuius partem maximam missu Episcopi Emmanuel peragravit: Matilicæ non male; sed Fabriani prorsus est sententia processit labor. Super alia consueta, in literarium ludum tradendi catechismi morem induxit, magna vi libellorum Camerino aduecta. Cumque octo essent Fabriani Monialium cœnobia, ea in orbem obiens, deque vitæ religiosæ perfectione disputans, tum alia omnia, tum præcipue sanctæ Margaretæ cœnobium, vbi Moniales ex magna superiorum temporum sanctitatis opinione in magnam deciderant licentiæ notam, ita correxit, stupente Ciuitate, atque Episcopo, frustra correctionem sæpe ante expertis, vt collatis in commune rebus, quas quæque habebat proprias, expiatæ ad vnam generali confessione, instauratis magno feruore votis, insigni cum paupertate, sanctimonia, atque obedientiâ, vitæ perfectæ cursum, quasi stadium nunc primum ingressæ, vegetis, ac recentibus animis inierint: Inignius tamen eodem in genere ad sanctum Genesium editum est opus, quo numerosius erat cœnobium Religiosarum numero septuaginta. Hoc cœnobium, & ipsum oppidum ita correctum, & honorifica apud vicinos in opinione positum est, vt fama celebraret, nullum ex longo interuallo memorabilius in toto agro Piceno facinus factum. Nec segnius alia sacerdotum paria Anconam, Montem Sanctum, Montem Luponem, Monticulum, Morrum, Osidam, Firmium, Asculum, Hesium obiere. Taliū rerum secundus rumor longe, lateque Italiam peruagans, studia vbiq; aduocandæ Societatis excitabat. Eodem tempore Fuluius Androsius, qui anno superiore Doctor, & Lauretanæ ædis Canonicus ad Societatem venerat, Meldulam diligenter excoluit. Stephanus Capunsaccus est Societate aliquot ante annis eo profectus, exemplo, atque opera etiam supra vires contenta populum ita vniuersum commouerat, vt eo morte sublato, nihil ardentius cuperet, quam similem ei virum nancisci: idque potissimum flagitabat Leonellus Pius Rodulphi Cardinalis Carpenis patet ea tempestate Meldulæ Dominus. Ergo Fuluius ad id delectus, dū ex Vrbe properat, quacunque iret, addito scilicet ad maturam dudum virtutem tyrocinijs fertiore, vestigia apostolici hominis altè impressit. Apud Fulginium in Abbacia, cui nomen sancta Maria in Campis, exceptus hospitio, præclaram hospitibus mercedem rependit. Vnius confessionem magno cum dolore, ac fletu totius vitæ peccata retentis excepit: alios adduxit, vt reciperent Lauretum se ad exercitia spiritus profecturos: cunctos demum sanctis moribus inflammavit. Inter sacrificandum ad agrestes conuersus, sic ardore orationis, rei que nouitate commouit simplicem turbam; vt quidam mox Fulginium profecti Apostolum apparuisse celebrarent. Inde Camerinum iter profectitur cum Monasterij eiusdem Religioso: Cui cum forte rucens est montibus, inter quos iter erat, lapis, cruis aliquantum læsisset, Pater illo in suum equum imposito, pedes Camerinum retendit. Pari suauitate virtutum calens operarius, ac bonus vbiq; Christi odor, cum Camerinum, Lauretum, Anconamque repleisset, Meldulam attigit. Hic verò non abunde modo Leonelli respondit votis: sodalitatem domui hospitali præpositam restituit, pueros, rudesq; Christianis dogmatibus imbuit, & diuina omnium animis studio insatiabili impertriu: sed ita plena pietatis gerebat viscera, nihil vt sibi reliquum faceret; quo humana quoque in egentes subsidia deriuaret. Atque adeo libros etiam quosdam, quos secum Laureto detulerat, vendidit, vt inopem senem ob æs alienum non magnum in carcere diu clausum vindicaret in libertatem. Sub autumnum ingenti relicto apud summos, & infimos desiderio sui, Senas translatus est ad nascentis ibidem Collegij firmamentum. Intersim Siciliæ gemina accessit colonia. Nam & Bibonense Collegium tertio ante anno susceptum, incolis frequentatum, & nouum inchoatum est Catanæ: Peridoneas Bibonæ ædes collatione Ciuitatis extruxerat Isabella Regina Proregis filia, Petri de Luna Bibonensis Ducis, vxor insigni opus caritate complexa. Nam quem admodum ea Parentibus cararum prima est, vt eius filij, quem stirpem domus destinant; fortunas quam optime constituant; ita sibi dicebat eiusmodi instar filij Bibonense Collegium esse: neque curam potiore vllam, quam eius luculenter ornandi. Et sane si par votis vita ad-

12
Et Car
rimensis;
adiacentiū
populorū.

13
Fulius
Androsius
Meldulam
misit.

14
Bibonense
Collegium
in Sicilia
incolitur
magno
fructu.

fuiſſet, haud dubie quod cogitabat, præcipuis illud Siciliæ Collegijs adæquaſſet. Bibona eſt oppidum duobus ferme familiarium millibus frequens (ita tum cęſebatur:) populus vulgo inops. Nam nec agrum pro reliqua Sicilia opimum habent, nec vllum ab induſtria mercaturæ ſubſidium. Iam duo de Societate illic agebant, quibus Eleutherius Pontanus Rector, nouemque ſocij accedere iſtis Ianuarij Kalendis. Eos oppidani gratulatione maxima acceperunt, prout tãquam parentes, & quosdam diuinos homines miſſos à Deo, ad reſtituendam candori priſtino pietatem. Itaque non aliter cœpère ad eos in difficultatibus ſuis habere perſugium, quam velut ad homines, à quibus humana pariter, ac cœleſtia ſperare adiumenta poſſent. Ac placere ſibi illam Deus de famulis ſuis opinionem ſignificauit. Cum enim biduum, ac duas noctes parturiens fœmina fruſtra leuamenti humanæ artis adhibitis, grauiffime torqueretur, ad Eleutherium, vt ſemper faciebant, Bibonenſes accedunt: eoque negante ſibi vel medendi ſcientiam, vel edendi miracula vim ineſſe, nunquam precando abſtère, quoad Pater partim perſeuerantia fatigatus, partim eorum fide conſiſus, edicta domesticis precatone, tradidit eis aquæ vaſculum conſecrata, inſiſſis in fronte, peſtore, vteroque laborantis crucem illa formare: quod cum feciſſent, ſubinde incolumi parente, ac prole ſacillimum vitiorum ſecurim continuo admovent: ludum alearum prope radicibus ſuſtulerunt. Quæ infeliciffima ſtirps ita ramos late propagarat, vt toto oppido diebus præſertim ſanctioribus nil niſi ludentium conuenticula, & circuli ſpectarentur. Licentiam cum perſona bacchandi anniuerſariæ diebus inſaniæ valde caſtigarunt. Quod ſi quos etiam num in temperantiæ conſuetudo abriperet ij, Patrum conſpectum ſedulo declinabant. Vehementer etiam ſuperſtitioſas præſtigiæ, coërcere nãniã, tenebraſque, quibus sæpe anno longioribus vltro lugentes ſeſe damnabant. Reſtinxere inimicitias, odiaque multorum. Noſocomium, publicaſque cuſtodias ſubleuarunt. Sed quam ſummo ſupplicio damnatis impendere operam, ea præcipue neceſſariæ caritatis, & ſalutaris exempli fuit. Quippe increbuerat in vulgus opinio, qui cum ejuſmodi hominibus agerent, infames eſſe, & eorundem poſtea animis infeſtari. Hæc perſuaſio faciebat, vt ne ſacerdotum quidem vllus in tallium hominum venire congreſſum auderet. Et quidem vſu interdum veniebat, poſt damnatorum mortem, vt propinquorum aliquem Diabolus ad irretiendos tanto magis ſuperſtitione animos, Deo in pœnam modicæ eorum fidei permittente, corriperet. At vbi Patrum in temnenda infamia, & inanibus terriculis eſt perſpecta conſtantia, multis creuere animi, ne miſeros ſupremo illo momento deſererent. E ſcholis extabat feliciffime fructus, ad quas etiam Sacca, Agringento, Burgio, Palatio, alijsque propinquis oppidis accurrebat iuuentus. Rector Eleutherius pueros claſſis inſimæ prima rudimenta docebat: iam Chriſtianiæ doctrinæ carminibus paſſim oppidum, agrique perſonabant, cum paruam illam familiam clades ingens attriuit. Iunio menſe, cum ad eam diem conducta in doimo habitaſſent, in Collegium nouum migrarunt. Verum ſiue ex recenti opere domicilij, ſiue quod alioqui non admodum ſalubre ſit Bibonenſe cælum, ex duodecim Collegij fundatoribus, modico interuallo quinque ſibi cælum primitiarum loco præcepſit. Pridie Kalend. ſextiles vnus è magiſtris Guido Antonius nomine, quem ceteri poſtea ſequuti ſunt, obiit. Is tota nocte cum morte luctatus, ſub horam, qua Ignatius Romæ expirauit, ſibi redditus, Mira, inquit, hac nocte oſtendit mihi Dominus, quorum memoriam, ſi vita ſupererit, proſeſto nulla vnquam expunget obliuio. Et quanquam humilitatis cauſa, nihil aperte explicauit, tamen de B. Patris migratione, vt poſtea rem comparantes iudicarunt, viſus eſt loqui. Hoc rerum Bibonæ curſu Catanenſe Collegium inchoatur. Præerat Catanæ Ferdinandus Vega filiorum Ioannis Proregis hoc tempore ſuperſtitum primus: quem Pater, cum prius Aluarus vocaretur, mortuo vti ſupra diximus Ferdinando natu maximo, ob eius caritatem, vt in locum ſubibat demortui, ita etiam in nomen voluit ſuccedere. Iam ipſe Prorex aduocandæ in Siciliam Societatis auctor fuerat, Meſſanæque conſtituendæ: Eleonora Oſoria eius vxor Panormitanum Collegium promouendum ſuſceperat: Suerus horum filius, Ferdinandi minor frater Syracuſis, (cui Ciuitati præerat) collocarat: ambotum germana Iſabella Dux Bibonenſis

15

16

17

Catanenſis Collegij exortus.

18

Io. Vega, ac totius famula eius in Societatem benignus.

ænis in oppidum suum, Bibonam adduxerat. Ergo Ferdinandus quoque faciendum sibi putauit vt Catanam; suam in præfecturam accerferet. Adeo cum viro coniux, cum Parentibus filij, interque se fratres, ac soror studio erga Societatem, Siciliamque certabant. Accedebat ad Ferdinandi studium Nicolai Mariæ Caraccioli Antistitis voluntas, & Ciuitatis, quæ perpetuos reditus promittebat. Ita attributo in vsum templo S. Ascensionis, ac propinqua domo, quam Ferdinandus emerat, Antonius Vinkius, & Sancius Ochioa Nauarrus sacerdotes, totidemque laici inducto statim catechismi vsu, Cœnobijs Monialium vna cum Vicario Episcopi recognitis, aggressique Sancius concionari, Vinkius Episcopi rogatu quæstiones conscientiæ Clero soluere, læta nouæ coloniæ exordia posuerunt.

Florente iam prouincia Sicula, & rebus gerendis, & operarum numero, & Collegijs stabili
 vectigalium fundamento nixis, superioris quoque Germaniæ prouincia per amplius est orta princi- 19
 pijs. Ineunte anno Summi Pontificis iussu, ex quo id Ferdinandus Romanorum Rex postula- *Instituitur*
 nerat, Ignatius socios Pragam mittendos duodecim legit: inter quos præcipui erant Cornelius *Germaniæ*
 Brogelmanus, Henricus Blisseuius, & nouæ moderator familiæ Vsmarus Goisonius. Hos cum *Superioris*
 ceteris benedictionem petentes, Pontifex vt pietate, & eloquentia abundabat, præclara incita- *Prouincia*
 uit oratione, vt tanquam oues inter lupos irent Christo duce audacter, columbæ simplicitate, *sub Pro-*
 prudentiaque serpentis armati: nec dubitarent, si communis boni, & cultus diuini ratio posceret, *uinciali*
 vitam ipsam in gloriosum, beatumque discrimen offerre. Subinde Roma profecti, quod & qua- *Canisio.*
 dragenarium agebatur ieiunium, ac fere pedites ibant, plurimum exhaustere incommodū, præ- *Pragensis*
 fertim in Germaniæ terris: vbi ad ceteros labores contumeliæ, & victus difficultas accedebant. *Collegij*
 Quippe homines passim, vbi cateruam illam aduenarum non satis noto cernebant habitu, Ere- *institutio.*
 mitas, Monachos, Papistas, aliisque id genus nominibus per ludibrium appellabant, haud sine
 minis. Diuerforia vbi defatigati subibant, non ibi magis reperiebāt itineris requiem, quam cur-
 riculum patientiæ. Pinguia obsonia, & acervos carniū hospites plerique Lutherani apponebāt,
 quæ cum illi rejicerent, ægrè quiesquam, vnde necessitati succurrerent, exorabant. Itaque pessime
 affectis, prostratisque viribus Viennam inclinatio ieiunio peruenerunt. Paucis ibi diebus recreati, si-
 mulque inter socios Viennenses quasi inter veteranos tyrones ad prælia Domini conuenienter ijs
 locis præliandi exerciti, repetito itinere vndecimo Kal. Maias Pragam intrant, vbi Petrus Cani-
 sius eorum operiebatur aduentum, conformato in Collegij vsum cœnobio S. Clementis. Ad
 vectigal annuū attributū est celeberrimum, quod olim Cælestini Ordinis fuerat Monasterium
 Oybin; bidui itinere ab Praga. Canisii tanta vulgo existimatio erat, vt multi in beneficio repo-
 nerent sua illū ætate vixisse. Magistrorū quoque noui Collegij, vt quos tam procul accersendos
 Ferdinandus putasset, summa erat expectatio. Regi tamen cauēda videbantur inuidiosa princi-
 pia, ne hæreticorū animos strepitus præproperus irritaret. Nonis Iulij discessum in literariam
 arenam. Præter Theologiam, Philosophiam, oratoriā, quæ non magna habebant auditoria, qua-
 tuor discretæ sunt rudiorū classes, quæ vt affluebant numero, ita exuberabant fructu: breui vt
 fama caneret, plus apud Iesuitas trimestri spatio, quā apud Hussitas biennio profici. Inde Magi-
 stratus Hussitarū sollicitus, ne sui magistri desererentur, edito super ea re decreto compellere eos
 ad officiū studium: quod tamen parū valuit, ne plurimi Hussitarum ipsorum magistros è Societa-
 te suis liberis præoptarent. Et erant puororum ingenta simplicia, ac tractabilia, quæ formantium
 manus ad virtutem, rectamque fidem facile sequerentur. Nullo negotio ab librorum lectione hæ-
 reticorum abducebantur: se seque prodebant inuicē, si apud quem eiusmodi pestium quicquam
 viderent. Quo & literarū, ac morum prouentu excitatis ad plura speranda Ciuibus, atque Dyna-
 stis, eorum itagitatione, conuictorū quoque contubernio initium faciendum fuit. Et quanquam
 ex Ferdinandi consilio cautio erat, vt principia ingredientium potius, quam irrupentiū viderentur;
 tamen etiam alia suorum ministeriorum arma sensim, atque in loco expedire. Concio-
 nibus Blisseui præter ceteram mitas nobilem turbam, duo è celeberrimis hæreticorum præ-
 dicantibus ad catholica traducti castra, in ipsis hæreticorum cœtibus palā veritatis se propugna-
 tores exinde præbebant. Canisius ab Archiduce Ferdinando Ferdinandi Regis filio pro Parente
 Boëmiam

20

21

22
Adalberti
Bausch
in signis
vocatio.

23
Collegij
Ingolsta-
diensis in-
stituta.

24

25
Colonia
attribuitur
Societati
vriam co-
ronarum
Collegiū.

Boëmiam administrante impetravit, vt in tota Boëmia mos renouaretur pristinus dandi sub meridiem signi ad orationem pro felici religionis contra hostes successu; vtque iuberet sexta quaque feria de Passione Domini peragi sacrum, probatæque vitæ, ac fidei concionatorem apud se haberet. Quæ obëdienter Archidux monita, & cum actione gratiarum excepit. Interim ciues cum sociorum laboribus, caritate, officioque certabant: neque solum multi ad pietatem serio adiecere animum: verum etiam quidam ad religiosam in Societate vitam, inter quos extremo anno Adalberti Bausch insignis fuit vocatio, cui in Collegij templo preces ad Deum fudenti, pueri venustissimi specie in sacrosancta Hostia I E S V s apparuit: rogantiq; quid ab se vellet, Volo (Puer respondit) vt ibi sis, vbi es. Quæ Adalbertus de ingredienda Societate interpretatus, receptusque diuinum visum non statim, sed paulo post consolaturus propinquos, qui negotium ei facelebant, aperuit: vitamque in Societate. Vocationi diuinæ consentaneam vsq; ad extremum peregit. Hoc præsidio à Rege Ferdinando Boëmiæ imposito, Albertus quoq; Bauariæ Dux ditionem suam persimili munimento firmavit. Laborabat vehementer tota Bauaria idoneorum diuini verbi ministrorum penuria. Ei necessitati occursum Albertus Ingolstadiensem Academiam valde collapsam restituere, & instituto adolescentium contubernio, idoneam sobolem statuerat educare. Horum operum adiutores coram ab Canisio, per literas ab Ignatio homines ipsorum è numero viginti postularat: templum, domū, sumptusq; vitæ necessarios large pollicitus. Ignatius tum gratiam obsequio celeritate adiecturus, tum quosdam parum honorificos, qui de Duce Romæ post Augustanum conuentum falso increbuerant, sermones refutaturus, maturauit socios mittere, vt appareret quemadmodum erga catholicam fidem animatus Princeps is esset: qui talia auxilia aduocaret. Octodecim salutato Põtificæ sexto Idus Iunias profecti sunt pedites, nisi quod iumenta quædam ad sarcinulas ferendas, & leuados subinde fessos ducebāt. Thomas Lentulus Neomagus iuit Rector, ceterorum præcipui Ioannes Couillonius, Hermannus Tiræus, Hurtadus Petrus, Theodorus Peltanus. Itineris incommoda, & leuauit simul euntium multitudo, & interdum auxit; cum difficile tanto numero hospitia idonea inuenirent. Tertio nonas Iulij Monachium peruenere: inde biduo Ingolstadtium profecti, tertio quã uenerant die in Collegium, quod vetus appellabant, inducti sunt. Erat id Collegium publicæ Academiæ pars. Lecti, stanneumq; instrumentum ex deserto S. Benedicti Monasterio quatuor Ingolstadio leucis allatum est: quotidianusque victus initio ex Collegio nouo interiecta via diacetro afferebatur. Sacellum Academiæ Diuæ Catharinæ sacrum assignatum est. Laboratū & librorum inopia: sed cuncta paulatim incommoda Ducis liberalitas sustulit. Populus Ingolstadiensis sat videbatur moderatus. Scholasticos in Academia septingentis æstimatio popularis censebat. Doctores Academiici perbeneuolos sese nouis incolis præbuere. Superabat adhuc fama Iaij, Salmeronis, Gaudani, Canisijq; qui olim Ingolstadij doctuerant; eaq; memoria auctoritatē nouo Collegio adiungebat. In Academiã publicam ad docendum admissi Ioannes Couillonius, & Hermannus Tiræus, ille Psalmos Davidis, hic quartum sententiarū librum explicare aggressi, Scholas etiã in ferijs, quas vindemiatorias vocant, Principis iussu cõtinuarunt. Statimq; non solū doctrinæ vbertate, atq; præstantia, sed et inducta acriter disputandi consuetudine, quo destituta aculeo iuuenū studia frigus, & languor solet obtundere, vtilitates Academiæ maximas genuere. Kalen. Septembribus, cum proximo biduo plausu sane maximo præfati essent, iniere curriculum. Theodoro Peltano priuatim græca, & Rhetoricã docente. Singulos autē socios cū solenni sacramento in mēbra Academiæ cooptari Princeps voluit: & duos, quãuis Philosophiã ipsi non docerent, tamen in Philosophorum ordinē assumi, qui consultationibus interessent, & promouendorum ad solennes gradus experimentis. Scholæ latinitalis, quas maxime expetebat Ignatius, non ante Octobrem extremum impetratæ sunt, sensim Duce sociorum industriz, vt sese probaret in prioribus, nouam suggerente materiam. Cuius, vbi non expleta solum, sed etiam longe victa expectatio est, mirum in modum successu lætus, serio cœpit de extruēdo à fundamentis, certisq; re ditibus firmando Collegio, deq; amplificando operarum numero cogitare: quod postea cumulatissime factum est. Coloniz quoq; cum Leonardus Kesselius, pauculiq; socij conductitia domo vterentur, longe maiore, quã pro numero fructu, optimi quiq; ac ferane do xif

doctissimi viri, qui Societatem interius norant, vehementer optabant ad conseruandam religionem, sustinendumque Academiae splendorem, suscipi munus docendi. Expetebant id, maxime Ioannes Gropperus probitate, scientiaque clarissimus, quem postea Paulus Quartus quatinus inuitum Cardinalem nominauit, Gerardus Amortanus Prior Carthusiensium, & Euerardus Vilichius Carmelitarum Prouincialis. His in omnem occasionem intentis, & multa in casum expertis oblata hoc anno rei perficiendae spes est, ex ea, quam subijciam oportunitate. Academia Colonienfis iam inde ab anno salutis millesimo trecentesimo octogesimo nono, quo anno genita ex Parisiensi, & propagata est quatuor habuit disciplinarum humanitatis, & Philosophiae gymnasia, quae Bursas illi nominant. Ex his duo duntaxat Laurentianum & Montanum supererant hoc tempore, Corneliano, & Cucano collapsis. Horum autem in locum Senatus, populusque impensa publica gymnasium nouum erexerant in area S. Maximini, Trium coronatum, ab ipsis Coloniae insignibus imposito nomine. Huic nouae Bursae Regens (vt vocant) quem primum praefecerant, Iacobus Lichius, Lutheranus tandem apparuit. Ergo cum de haeretico summo uendo, atque transferenda in hominem idoneum praefectura ageretur, visum est Groppero, ceterisque amicis facile impetrari posse, vt id Collegium traderetur Societati, si non habendum vt proprium, saltem administrandum, quemadmodum alia alijs procuratoribus credebantur. Hinc enim propriae operiendae sedis, atque interim iuuandae reipublicae occasionem fore. Hac re Ignatius cognita, tres continuo egregios viros Henricum Dionysium, Franciscum Colsterum, & Ioannem Rhetium Roma mittit, qui, si forte derur aditus, absque mora succedant. Decimo Kalend. Iulias optatissimi Coloniae attigere: maximeque quod Roma venerant cari vulgo erant, & venerabiles. Rhetium origo quoque in didem Colonia, generisque nobilitas, quippe Ioannis Rhetij olim consulis filium concionibus latine, germaniceque habendis, hinc ad Academicos diuinae scripturae libris exponendis, omnia implent celebritate nominis sui. Colsterus sacram Genesim, Henricus Dauidicos psalmos, Rhetius S. Matthaei Euangelium in theologica schola explicabant; magistrorum gratiam approbante frequentia auditorum, quantam Coloniae ex longo tempore nemo recordabatur. Super haec Colsterus cum Mundi Fabricae, caelestiumque orbium descriptionem, astrorum cursus, interualla, accessus, recessus, rationem dierum, ac noctium, Solis, Lunaeque defectionem, aliaque id genus ex astronomica disciplina certis demonstrationibus ante oculos ponit, & venustate sermonis exhilarat, auditorium maximum non voluptate solum, sed etiam admiratione complebat. Talibus conciliatae experimentis Ciuitas Arnoldo Sigenio, atque Hermanno Sudermano Consulibus, itaque toto catholicorum Senatus fauentibus, decimo sexto Kalend. Decembris nouum trium Coronarum Collegium Ioanni Rhetio nominatim attribuit, ex quo solenne Regentium ceterorum sacramentum exegit, aliasque praeterea conditiones adiecit: quae quanquam ab Societatis instituto paulo alieniores, tamen de virorum sapientum sententia, vt diuino cultui seruiretur, acceptae sunt: inque nouum Collegium anno proximo incunte, familia egregijs iam tyronibus aucta, socij facile viginti migrarunt. Louanij non minor, quam Coloniae motus excitatus est varietate, & crebritate concionum huius praesertim initio anni. Conuenerant eo Petrus Ribadeneira, & Bernardus Oliuerius, de Societate in Belgium recipienda, quod apud Philippum Regem curabant, inter sese consultaturi. Dum negotium adornant, innitat Ribadeneiram Rector Academiae, et latine, quod iam pridem Franciscus Strada praeclearo cum pretio operae fecerat, aliquot conciones haberet. Eodem Ruardus Tapper Decanus, & Cancellarius vltro impulit: prorsus vt videretur Deus Ignatij votis, ac precibus hanc vix illis iniecit mentem, qui id ipsum Ribadeneirae ex vrbe proficiscenti dederat in mandatis, vt Louanij latine concionaretur. Qui cum prouinciam suscepisset, non fructum modo vberissimum, cuius vel luculentum est pignus Iacobus Ledema, Societati quaesitus, sed etiam plausum, & admirationem, quod minime sequebatur, ingentem collegit, adeo inuidia maiorem, vt idem curriculum ante tenebat, indicto sibi silentio, auditores ei se palam, discipulosque profiterentur: in quibus erat percelebris Doctor Amro-tius, qui solitus modo eum plausu audiri, iam cum omnibus suis discipulis attentus spectabat auditor.

Yyy

ditor,

16

27

Res pra-
clare gesta
Louanij.

ditor. Fuit etiam è S. Dominici familia pius, & eloquens concionator Hispanus, qui post collaudatum Patrem, qui latine verba faciebat, auditores suos inuitauit, vt concioni secum adessent: ac totum præ se agens agmen accessit, documento sane magno nostri Oratoris facundiæ, sed modestiæ suæ non minori. Quo tempore cum Adrianus quoque Adriani vernacula indigenarum lingua, & Bernardus Oliuerius Gallica Euangelicas tubas secundissimis auditorum auribus inflarent, totius ciuitatis, tanquam ad subita tonitrua arrecti sunt animi: venusteque dicebant, in homines Societatis, quod tam diu audiendis modo confessionibus prope latuerant, ac repente ad concionum lucem, tanta vi, & linguarum varietate prodierant, videri, vt olim in Apostolos, sanctum spiritum incidisse. Neque aliam sane commodiorem existimabat viam Ignatius Societatis in hominum notitiam proferendæ, conciliandæque ei autoritatis, vt facile reciperetur, quam vt eiusmodi constantia pignora laborum in commune salubrium traderentur.

28
Quætopere
laborati,
vt Societas
Belgio re-
ciperetur.

Quamquam ipsi Ignatio, vt creditum est, ea reseruabatur gloria, vt Societati è Cælo Belgium aperiret: quam in rem quantum sit ante laboris frustra susceptum, grati est animi recognoscere. Antuerpiæ circiter idus Martias admissus ad Philippum Regem Ribadeneira, post redditas Ignatij literas, vt in mandatis habebat, exposuit, Hominibus Societatis non id esse propositum, vt sibi vnus viuant, sed vt enixè in proximorum quoque salutem, ac perfectionem, Deo bene iuante, vigilias suas & studia conferant. Multos in ijs Belgas esse viros probitate, atque doctrina præstantes, qui exteris nationibus magnas afferrent vtilitates. Hos apud populares suos in Belgio, tum confirmandis catholicis, tum conuertendis hæreticis, tum erudienda iuuentute, quæ incitatissime ad exitium rueret, haud dubie vtilis fore. Multos item magnæ spei adolescentes eundem ordinem ex ijs Prouincijs ingressos, qui nihil aliud quam signum, quo in patriam reuocentur, ad alacriter in ea pro Dei gloria laborandum, expectent. Societatem, vti Rex optime norat, Religionem esse autoritate sedis Apostolicæ comprobata, multisque in Europæ regionibus opportunam rei Christianæ publicæ nauare operam, conarique exemplo, autoritate, doctrina populos adducere ad officium erga Deum, ac suos Principes conseruandum: cupere ergo Maiestati regie, vt iam in ceteris Prouincijs, regnisque ei subiectis licebat, quicquid obsequij possêt, exhibere; eoque studiosius, quo maturius incendio hæreticorum in dies inualecente, opportheret succurri. Verum necessariam esse manum, atque benignitatem regiam, qua excipiatur, certisque collocentur in sedibus: ac diuturnior quo sit fructus, vti reditus permanentes, si quos populi pietas donabit, ad sufficiendos in locum senescentium, ac morientium operarios novos, recipere ius sit. Id Societatis parentem, ac moderatorem Ignatium, pro eo quantum diuinam gloriam, & felicitatem commissarum regie fidei gentium exoptaret, precari suppliciter, facturum Regem excelitate animi sui, locique, in quo à Regum Rege collocatus erat, itemque suo perpetuo catholicæ fidei propugnandæ studio dignam rem. Et quoniam nonnulli cunctarentur Societatem admittere, quod à Rege non item in Belgium, vt in reliquam eius ditione recepta esset, autoritate sua moram omnem exteris quoque populis nutum eius spectantibus ablaturum. Denique existimaret nihil nos nisi Dei, eiusque obsequium velle. Cum finem dicendi fecisset, benigne Philippus cuncta sibi recte percepta ait, & responsum daturum. Capita postulati, vt erant scripto comprehensa accipit, expendendaque Viglio Zuichem consilij Præsidi tradit. E proceribus regijs nemo vnus causam perinde suscepit, atque Gomus de Figueroa, tum Comes, deinde Dux Feriæ. Eratis è Principibus, quos magnos Hispani vocant, præsidij regij Præfectus, familiariter vna cum Rege educatus, eidemque gratissimus, Societatis vero per studiosus tum sua voluntate, tum suorum causa, quod Antonium à Corduba in ea germanam habebat: eandemque vtriusque mater Catharina Marchio Plagi, & cuncta domus vnice diligebat.

30

Is conueniri quos oporteret, sedulo autoritate sua, & colloquio præparare, idem omnes conficiendi negotij vias rimari, non labori, non gratiæ, non indultuæ vlla in re suæ parcere, tanquam suam causam grauissimam ageret. Is demum, vbi traditum libellum à Rege Viglio accepit, vrgere Præsidem, docere, diluere quæ obiectabantur. Et erat profecto acie, variumque certamen. Curiones populi, Episcopi, Pastoresque alij, ac nonnulli religionorum Ordinum siue falsa imbuti opinione, siue quod detractū iri iuis commodis accessu noui Ordinis su-

spi-

spicarentur, in primis vero hæretici furtim, perque cuniculos obsistebant. Cæsaraugustanus tumultus passim decantabatur, quo & amici auertebantur, & animos aduersarij sumebant. Ex Hispania item literæ ad Regis Curiam peruenierunt, quibus nunciabatur Theatinas (hoc nomine describebant mulieres, quæ Societatis templa frequentabant) ter in die communicare; de nocte media prodire domo, itare ad Theatinos, (sic appellabant nostros) quam vsque eo impudentem fabulam, vt non defuerant, qui scriberent, ita non defuere, qui inter viros principes celebrarent. Adeo Diabolus nomen huius parui agminis, quod videbat contra se, & gerere fortiter bellum, & in dies toto orbe terrarum latius apparare, siue opprimere, seu ludicrum, ac despiciatum facere apud eos præsertim, qui plurimum in vtramque partem poterant, conabatur. Calumniæ illæ enatæ in Corsica superioribus annis, tametsi eas veritas cum insigni Societatis laude, nec mediocri obrectatorum nota dispulerat; tamen inuidiose inter aulicos spangebantur: Denique tam multi quotidie varijs è terræ partibus famosissimi afferebantur sermones, adeoque accipiebant multi auide, multiplicatosque profeminabant, vt amici optimum factu ducerent, si ad mendacia duntaxat extinguenda vir eo loco de Societate aliquis magnæ autoritatis, siue Araozius, siue Borgia moram faceret. Dissentiebat tamen Ignatius: qui vbi duci negotium vidit, sæpe admonuit Petrum, vt nequaquam desideret in regia, sed Louanij, aut quapiam vicina in ciuitate habendis concionibus, alijsque obeundis instruti religiosi muneribus occuparetur: id non ad tempus modo ponendum vtilius; sed ad negotium quoque conficiendum opportunius affirmans fore: quod publicæ utilitatis perlato ad regiam exemplo, & pignore, qualibet efficacius re fama ipsa esset patrocinatora. Opportune item perlata sunt literæ, quibus quam honorifice restitutum Cæsaraugustæ Collegium esset, exponebatur: quarum exemplum Ferianus Comes, rerum ignaros edocturus, statim excerpfit. Ceterum Viglius aduersariorum strenue agebat causam; Episcoporum iura Societatis priuilegijs imminui dictitans, subsidia mendicantibus, auersis alio piorum eleemosynis, defutura, aliaque huiusmodi, satis & autoritate sedis Apostolicæ, omniumque prope gentium, apud quas socij agebant, experimento, ac testimonio refutata. Nec Ribadeneira redarguebat obscure. Quam enim rationem esse, quenquam moleste ferre, si potestate Societas vtatur sibi à Christi Vicario impertita? Nempe potestatem in Christiana republica à Christo Domino omnem duci, perque Romanum Pontificem inter homines deriuari. Ex hoc fonte manasse quicquid illi tantopere sibi conferuari integrum vellent: ex hoc eodem aliquid Societati aspersum si sua iura vellent intacta, cur vellent minui aliena? Rixari, vt tandem ad labores perirumpamus, nobis quidem rationes mortales intuentibus nequaquam expedire. Sed enim, quod vltro tot molestijs accersamus molestias, quas Prouincia sine dubio Belgica esset pluriimas allatura; id quidem nõ nisi eo spectare, vt eos, quorum in humeros totum onus periculo plenissimum incubit, aliqua ex parte leuemus, quod profecto ne defugeremus vltro oblatum, verius erat ipsos à nobis contendere. Mirum plane videri in tanta custodi penuria, & vero etiam ignauia, perfidiaque, tam multis vndiq; luporum crudelissimorum agminibus misellum Christi gregem, vi, dolisq; dirum in modum laniantibus, quepiam indignari, si quis pro tenuitate sua, animas, quas Deus sanguine æstimauit, emitq; suo, vel cum periculo capitis studeat conseruare. Quid? æquum ne est quenquam censorem fieri Romani Pontificis, quæque ille decreuerit vocare in iudicium, vtque voluntas ferat circumscribere, corrigere, mutilare? Circumspiciant ceteras terrarum oras, intelligent Societatem Pontificia liberalitate, non nisi cum bona Pastorum venia uti: neque Belgicis Pastoribus æmulos, sed adiutores, & ministros adesse. Hæc, aliaque huiusmodi multa cum Petrus demonstraret, quid contra obijceret Viglius non habebat, nisi quendam timorem nimis in longum prospicientem; ne quando aliqui forte existerent, qui autoritate abuterentur: quasi vero tum coerceri non possent, qui id facerent: & pericula in rebus humanis præcaueri omnia vsquequaque, atque eorum omnes quasi fibras euellere, & semina elidere mortalibus datum esset. Denique post multa certamina admissa Societas est, sed ob conditiones adiectas aditu perangusto. Quas postea conditiones anno quarto huius seculi & octogesimo idem Philippus Rex, vt moram boni publici, segetemque dissidiorum plane sustulit. Quicquid tamen impetratum nunc est, id Comiti

34 *Moritur P. Quintinus vir praestantis virtutis.* Feriæ inter mortales debetur, & Mariæ Caroli Filiæ, quæcum opportune in Belgium è Boëmia Patrem recessum in Hispaniam meditantem salutatura venisset, Societatis causam apud germanum suum Philippum studiosissime egit. At vero inter beatos Ribadeneira Ignatio tribuebat. Cum enim septem mensum dimicatione nihil pene esset promotum, difficultateque in dies nouæ, aliæ super alias coaritentur, tertio post Ignatij obitum die transacta res est, tamen si literæ paulo post Societati sunt datæ. Idem sub tempus Tornacense Collegium lues pestifera deuastrauit. Perpauci in eo domicilio versabantur: sed tanta opinione sanctitatis, vt Ludouicus Blossius vir pius, ac doctus, affirmaret multos, vel sola sanctimonix eorum fama ad meliorem frugem redire. Quinimo si quando in familiaribus congressibus hæretici catholicis insultarent, quasi iam degenerassent à moribus prisctis, solebant eis Catholici sanctitatem opponere Patris Quintini, quem nam ei viro similem ipsi virum haberent, interrogantes. Hunc primum è focijs Iulio mense orta pestilentia, dum vitam suam caritati proximorum posthabet, communi correptum malo die B. Mariæ Magdalenæ immortalitati transcripsit: vicum plane excellentibus Dei donis, humilitateque in primis, & caritate insignem. Subinde & quidam nouitius Nicolaus nomine occidit. Postremo vndecimo Kalend. Septembris Bernardus Oliuerius ereptus est: ita vt solus Tornaci reliquus fieret Antonius Buelettus, grauius ipse quoque laborans. Hæc habuit nobilia fundamenta Tornacense Collegium, homines qui non operam modo suam, sed & vitam in auxilium animarum tradidere magnum vero damnum & Quintini & Bernardi factum est funere. Nam Quintinus præter cetera singularia dona, quibus Societatem ornabat, Canonicatus sui prouentibus Tornacensis Collegij sustinebat initia. Præfuerat (vti supra memorauimus) etiam Romano Collegio: conuocatisque in discessu fratribus tria hæc suprema reliquit monita. Primum obedientiam religiosissime colerent: deinde P. Ignatium pluri facerent; postremo vsque ad mortem insisterent in orationibus ab Deo, vt verum sibi Societatis spiritum largiretur. At Bernardus non modo Louanij, Tornacique sic catholici præconis perfungebatur munere, vt longinquis ab oppidis audiendi studio mortales accurrerent, sed ipse quoque tenuissimam sui corpusculi valetudinem robustissima animi caritate fulciens, in vicinas excurrere vrbes, vbique vel catholicorum corrigens mores, vel flammam coërcens hæreticorum: recensque institutam Prouinciam, vti supra demonstratum est, morte sua orbam reliquit. Ex superioris temporis nocte Societati paulatim luce in Gallia redeunte, Parisijs quam ægre impetratum est tamen, vti liceret ad Societatem transferri ius ædium, quas ei Claramontanus Antistes in ea vrbe donabat. Billomi vero in Aruernia magno nomine Collegium exortum est. Accessit ad eos, qui proximo anno præcesserant, cum sociorum manipulo ex Italia Ioannes Baptista Viola, & rite omnia comparauit. Tum distributis in classes quinque latinitatibus, & eloquentiæ studiosis extremo Iulio suscepta docendi prouincia Clayssonio sacrarum literarum interpretatio delegata, & rudimentorum dialectices explicatio, dum idonei philosophiæ auditores succrescerent: qui quidem institutis in scholis initio quingenti, extremo anno fama vndique excitati facile septingenti numerabantur. Gestiebat Antistes ad fausta primordia. Gratulabatur sibi priuatim, ac publice vniuersa Ciuitas, nec vllum faciebat finem prædicandi disciplinæ modum, & ordinem siue literarum, siue virtutis. Multique, dum quotidie missæ sacrificio numerosa ea soboles interesset, ea solum causa confluebant in templum, vt nouo spectaculo singularis in ea ætate pietatis, atque modestiæ fruerentur.

36 *Res Gallica.*

37 *Billomai Collegij primordia.*

38 *Natalis ad quaerenda Romano Collegio subsidia missum.* Huius initio anni Natalis, & Ludouicus Consaluius in Hispaniam nauigarunt. Vix Romam reuersus è Germania, perlustratisque Collegijs Italicis Natalis attrigerat, cū Hispaniensem illi profectioñe B. Pater iniunxit, vt agens cū Borgia aliquid in Romani Collegij subsidium, ac, si fieri posset, perpetuum expediret. Consaluius remittebatur in Lusitaniam nouo Prouinciali Turriano comes futurus. Qui cū probe B. Ignatij disciplinam vsu, & obseruatione didicisset, quo eam facilius in Lusitania constitueret socios Roma duodecim deducebat. Prosperum nauigationis exitum præcognitum à B. Patre, Natalis existimauit. Cum enim discessuros Ignatius interrogasset, maritimū ne, an pedestre præoptarent iter, Natalisque mari eundem videri sibi respondisset: nihil

nihil tum ille responsi dedit; sed die postero maritimum utique tenere iter iussit cum magna benedictione. Qua Natalis ex formula, fiduciaque loquendi spe bona completus, totam rem in sacerdotali Breuiario suo ad monumentum scripsit. Consaluo, ac socijs Murcia in Lusitaniam porro tendentibus, Natalis demandatam sibi procuracione vrgens, pia Borgiæ, & Antonij Cordubæ liberalitate, confecit de sententia. Contulit & suum Bustamantijs symbolum, ex conquistis eleemosynis aureos nummos quingentos; idque tam prompto, largoque pectore, vt scriberet vir optimus libenter se quidem, vel Saracenis libertatem suam venditurum, vt Collegiũ Romanum totius Societatis nationumque commune omnium: quoque nullum toto orbe Christiano pium opus auxilio dignius agnoscebat, eo, quantumcumque id esset, pretio subleuaret. Attulerat Roma Natalis nomina sociorum, quos in Hispania, ad solennem Professionem Ignatius destinarat. Borgia Baptistam Barmam Murcia aduocatũ Vallisoleti cooptaturus, existimauit e re fore, si quemadmodum biennio ante in Lusitania coram Rege, ac Principibus cuncti Societatis gradus publice in conspectum dari fuerant, item in Castella darentur; quo planius totius huius familiæ descriptionem, ac membra viri principes intelligerent, ac sermonum auferretur materia quibusdam, qui Theatinos clanculum, ac furtim sua tractare calumniabantur, quasi lucem odissent, & hominum oculos formidarent. Id cum plerisque Patrum consilium probaretur, die S. Barnabæ Nuncio Apostolico, Carolo Principe Philippi filio, multis proceribus, ac Dynastis, eque regio cõsilio primarijs viris, & cunctis ex religiosorum ordinibus præcipuis Præsulibus, ac magistris iu Societatis templo spectantibus celebritas edita est. Verba fecit Araozius aptissime, maximoque cum audientium motu de Societatis institutis, atque functionibus. Deinde Borgia ad sanctum Altare sponsonem recipiente, accedens Barma quatuor solennia Professorum emisit vota: mox Hieronymus Portillus domus Septimacensis Rector tria Coadiutorum spiritualium, vnus ex Coadiutoribus temporalibus sua, itemque vnus e scholasticis sua emisere. Postremo quinque accesserunt, inter quos erat Cæsarei ac Pontificij iuris Doctor Ferdinãdus Solierus, qui vti postulabant, ad tyrocinium Societatis admissi sunt. Absoluta ingenti cum omnium approbatione in templo cæremonia, Religiosos ex cunctis ordinibus, qui interfuerant, Borgia inuitauit: quoque magis honorifice, & hospitaliter haberentur, super mensam anagnostes destinatur Natalis. Is dum recitat Apostolicas de Societate Iulij Tertij Pontificis literas, per internuncium admoneretur à Commissario, latine vt aliquid ad earum literarum explicationem in medium afferat. Quo improuiso nuncio non nihil sese commotum Natalis antiquæ vir ingenuitatis profiteretur, non tam quod dicere ex tempore difficile admodum sibi duceret, quam quod Franciscus, cui nulla in ipsum potestas erat; tamen quasi pro potestate, ne præmonitum quidem compellasset. Sed enim veteris Adam commotiunculis rationis freno repente cohibitis, ita Deo iuuante, dixit, vix vt crederetur non accessisse præmeditatus. Multa idem ex occasione ad Romanæ Societatis morem, in quibus fuit, Collegijs cõformauit, præcipue in Septimacensi Domo Probationis: quanquam nulla re ibi, nisi freno opus erat. Multi erant Nouitij prænobiles genere, sed multo quam terrena claritudine Christianæ humilitatis magis luce conspiciui. In his Ioannes Emmanuel vilissimo in amictu, tam omni vacuus malo pudore seruilis obibat officia, obsonatumque in forum prodibat cum sporta, ac si innutritus in eo fuisset munere: cõpensabatque hanc tyronis sui præclaram indolem magister cælestis, liquidissimis eum cæli delictijs inter ea ministeria complens. Quam Ioannes diuinæ indulgentiæ auram grato excipiens sinu, eaque longius ad despiciendam sui prouectus, cum consucta tria vota religiosorum emisit, quartum adiecit, si sancta obedientia sineret in domestici adiutoris officio, Deo quamdiu viueret, seruiendi. Haud minore alacritate Garzias Alarconius familiæ suæ splendorem, seque ipsum opprobrio exornare Crucis studebat. Coquo Septimacæ inseruiebat cum Vallisoletum accersitus à Commissario Francisco, tanquam mendiculus perrexit in curto, ac lacero sago, tibialibus multifariam ruptis, sine pallio: eodemque habitu, vt penitus vanum seculi fastum crucifigeret, regias ædes ingressus, vbi multos habebat e primarijs propinquos, ac notos, bene diũ se oculis omnium spectandum præbuit. Neque is duntaxat tyrones habebat ardor: sed veteranos quoque, inter quos nobile quasi vexillum præferbat Antonius Corduba; qui cũ Septimanca vt veniret,

39

Bustamantijs in Romanũ Collegium pictas.

40

Varij Societatis gradus palam declarari.

41

Domus Septimacensis seruator.

42

Ioannes Emmanuel, & Garzias Alarconij mortificatione.

impetrasset, nunquam videbatur melius habere, ac lætius, quam cum per oppidum agere a se-
lum publice sineretur. Incurrebat inusitata iam veterum seculorum virtutis species non in peri-
torum modo oculos, sed etiam rudiorum. Inde genere omni venerationis eam domum profe-
quebantur. Oppidanis, cum quippiam ex eis emendum foret, prope erat pudor vendere. Itaque
magnam semper remittebant pretij partem, nec poterant prohiberi, quin ipsimet domum no-
stram, quod emptum erat, deferrent. Superque hæc stipem largiter præbebant. Iamque ex hisce
43 *Montis Re-
gij cap-
tum
Collegium.* exemplis, & opportunis concionibus, colloquiisque & catechismi explicatione tota erat facies
oppidi commutata. Hac æstate cœptum est Montis Regij Collegium. Est Mons Regius haud in-
frequens oppidum in Galleciæ regno, diœceseos Auriensis. Oppidanos, circaque accolæ loco-
rum asperitas, sed magis factorum cultorum inopia efferauerat: tetra mentium vbique caligo:
scelerum, ac superstitionum vt in vasta, desertaque sylua, plurima, & horrenda monstra. Alfon-
sus Fonseca, & Azebedius Montis Regij Comes, Borgia Vallisoleti familiariter vsus, & Societa-
te cognita, operas ex ea iudicauit idoneas illi solitudini repurgandæ. Accessit ad voluntatem
Comitis mire propensum Francisci Manricij à Lara Auriensis Episcopi studium: inter quem, &
Comitem conuenit, vt sacerdotiorum quorundam partem, de qua lite inuicem contendebant,
consensu in Collegii alimenta conferrent. Ioannes Valderauanus cum socio antecursor mox &
Collegio præfuturus, Vallisoletum missus pridie Annunciationis Deiparæ, quam propterea au-
spicem, & Patronam noui operis adsciuit, in Montem Regium venit. fauebat rei bene gerendæ
quadragenarij ieiunij sanctior instans hebdomada. Itaque admota illico operi manu plurimos
è populo, & quotquot in carcere reperit sortem hominum, quo magis indigam, hoc magis de-
stitutam aliena ope, saluari pœnitentia recreauit: idemque associans aurium patientiæ, lin-
guæ laborem inueterata vitia è mortalium multorum exegit pectoribus, ac nominatim concio-
ne de sanctis Domini cruciatibus, eum vulgo ingenerauit condonandarum amorem iniuria-
rum, vt multa inimicorum paria, eodem loco simul cum fine concionis finitis inimicitijs in mu-
tuos amplexus concesserint. Paulo post certa domo, ædeque sacra attributa, additisque aliquot
44 sacerdotibus, ac laicis Collegiolum institutum est, cui à sancto Iacobo totius Hispaniæ, præci-
pueque Galleciæ Patrono, nomen Comes optauit. Tres institutæ latinæ classes: ter quotidie
diebus profectis ipso in oppido, diebus vero sacris in circumiacentibus Pagis explicabatur cate-
chismus. Missi & duo sacerdotes in Montana. Ita multiplici via ad iustaurandam pietatem enixe
desudabatur, & adæquabat euentus felicitas operæ contentionem, & laboriosa sociorum studia
grata populorum voluntas. Verum Franciscanorum Patrum, quippe quantum proficere tur æ-
quius æstimantium, longe caritas eminebat. Vtebantur & ipsi consuetudine sociorum; quoque
hæc opportunior foret, suum prope cœnobium poni Collegium exoptabant: nec quicquam ti-
mebant magis, quam ne aruminarum moli sociorum valetudo succumberet. Itaque cognito v-
num iam morbo implicitum, pro salute eius sua sponte precationem ad Deum inter se perpetuâ
edixere Episcopi. Vicarius perinde vti Patres in omnium, ita ipse in eorum excubabat cōmoda.
Quarta leucæ parte distat ab oppido secessus, cui ab dedicata Deiparæ æde, S. Maria ab Remedijs
est nomen. Huc Valderauanum, & Paulum Hernandium ignaros omnino quid vellent, bonus
Vicarius duxit: simulque peruenere, Scribam quem ad id silentio duxerat, iussi rite in tabulas re-
ferre, Societati se eum secessum tradere, addens eo consilio facere, quo interdum ab laborum
perpetuo cursu diuerticulum eis, atque perfugium esset. Placentinis socijs, vt alijs ferme in Hi-
45 *Res Colle-
gij Placen-
sini.* spania, maximum attulere negotium ægri, quorum ingentem prouentum annonæ caritas fecit.
Eratque is vulgo sensus, nemo vt satis vitæ suæ, mortuè consilium crederet, nisi quempiam è
Collegio aduocasset. Geminabat Societatis ad omnes gratiam præstans Episcopi virtus, quippe
quæ secundum Deum Villanouæ, ac Borgiæ merito adscribebatur. Is autem multitudinem fami-
liarium ablegata, paucis tantum sacerdotibus reseruatis, quibuscum in mensa, consuetudine,
cunctaque vita, ex æquo quasi cum fratribus agitabat, in publicæ pietatis opera, & alimenta
pauperum suos redditus conuertebat. Quam ad rem ingruente hoc anno penuria, ac fame, mul-
tiplici est vsus industria. Primum robustos, ac beneuales ad Collegij ædificationem acci-
piebat. Deinde familijs centum, quarum inopiam aggrauabat pudor, sibi assumptis, ceteras è
vulgo

vulgo inter primores Ciuium alendas distribuit: quibus, cum Antistes tam illustri præiret exemplo, verecundia fuit non sequi. Ad hæc confluenti ex agris, pagisque turbæ fere quingenis præbebat quotidie epulû, hominibus Societatis vtens ministris. Ex quibus item duos in Castrum Iulij, quæ altera Placentini Episcopatus est Ciuitas, vt ibi centum ac viginti pauperes pecunia ipsius alendos curarent, misit. Interea Collegij ædificatio ducentarum, ac sexaginta operarum assiduitate procedebat egregie, lætissimis Placentinis, nec non Deo haud obscuris opus significationibus approbante: inter quæ illud vulgo referebatur; quod cum aream quandam prorsus necessariam vendere quidam Ciuium cunctaretur, dum is celebrè ad ædem sanctæ Mariæ à Francia nomine, Salmanticam versus peregrinationis ergo pergit vna cum coniuge, hanc in itinere eiusmodi præssere mentis angustia, is præterea cordis dolor perstrinxit, plane vt mori se proclamaret, neque alia causa, nisi quod vir aream diuino dedicandam obsequio vendere Antistiti cunctaretur. Quibus rebus vir commotus Placentiam relicta in diuersorio vxore, iter vertit; remq; bonus, ac volens cum Præsule transegit, tam præter omnium expectationem, vt qui hominis callebant ingenium, hanc eius mutationem propiorem miraculo ducerent quæ coniugis ægrotationem. Cæsaraugustano Collegio ab sæda superioris anni tempestate nõ dum redierat certa serenitas. Erant, qui Pontificium iussu afferri ex Vrbe sermonibus spargerent, quo declarabantur nostri anathemate obstricti, & Collegium loco dimouebatur. Quod quam fabulosum, tamen rudem apud multitudinem vere nocebat. Erant qui palam è suggestu frequentem diuinorum mysteriorum vsu incesserent, eiusque commendatores in erroris suspicionem vocarent. Erant qui Sorbonico euulgando decreto nouas molirentur Tragædias, sed omnia protegente suos famulos Deo, casto strepitu detonuere. Libellus de vsu frequenti Eucharistiæ à P. Christophoro Madridio Romæ concinnatus, editusque hoc anno Neapoli, & Cæsaraugustæ vulgatus peropportanus fuit. Quippe planû factum est ea de re quid viri sanctissimi doctissimiq; sentirent. Deinde quædã literæ de rebus, quæ ab Societate in India gerebantur, ex Lusitania, vbi typis impressæ fuerant, allatæ, multorum animos demulserunt. Omnes etiã vehementer mouebat sacrorum Inquisitorum autoritas, qui plurimum & consuetudine Patrum utebantur, & opera. Horum alter erat Gaspar Ceruantes, qui paulo ante Cæsaraugustam Hispali venerat: ac forte ex itinere transiens Corduba, Nouitijs non dum Granatam abductis, ita eorum adamauit disciplinam, vt ex eo tempore cœperit cogitare de Probationis domo instituenda, quam multis post annis tandem Archiepiscopus, & Cardinali, Tarracone instituit. Is animaduertens in contemptum Apostolicæ sedis Decretum Sorbonicum euulgari, eaque re multis sermonibus, quibus obedientia Romano Pontifici debita sensim laxabatur, passim materiam suggeri, propotestate edixit vt quisquis ea super re scripta haberet, ad Sanctum Tribunal afferret: grauiusque de eo negotio obloquentes, tanquam de Pontificia, ac legitima religiosi Ordinis approbatione male sentientes sancto magistratui indicarent. Omnium autem maxime Societatis iniuit causam ipsa patientia, modestia, & in recte factis constantia sociorum. Tres egregij Sacerdotes, Alfonsus Romanus, Ludouicus Santanderus, & Balthasar Pinna in eo Collegiolo versabantur. Hi dum omni ope student, nullam vt offensionum, aut sermonum præbeant causam, Deoque fracti & conscientia suæ testimonio læti, perinde ac si prospera irent cuncta, in omnem bene de omnibus merendi occasionem accincti vigilant, non solum dubitantium animos inclinare ad suæ innocentia partes, sed etiam aliquot ex aduersarijs obstrinxere bene merendo. Ter hoc anno Santanderus sacrorum Quæsitorem missu, & ampla ab eis potestate instructus, in circumiectos populos, præsertim ad visendos, erudiendosque novos Christianos excurrit. Quos ita paterna eius caritas, & suauissima comitas capiebat, vt qui nil cetetoqui, grauius quam doctores Euangelicos pati possent; tamen Santandero domum, ac victum daturos pollicerentur, seque bonos Christianos fore, si versari apud ipsos vellet. His rebus Cæsaraugustanorum animis magna ex parte mitigatis, accessit extremo anno Ioannes Ramirius, dein etiam ipse Prouincialis Franciscus Strada, quorum singularis facundia prope omnes inuidia faces extinxit. Dum autem aduersis oblectatur fluctibus Cæsaraugustana nauicula; æstu, flatuq; secundissimo Murciana prouehabatur. Iamque Antistes septem sacerdotes, quinque non sacerdotes acciuerat. x quibus

46
Cæsaraugu
sta nõ dum
certa tran-
quillitas.

47

48
Murciana
Collegij
progressio-
nes.

49
Cateche-
sis frequē
t & viti-
l. cas.

quibus assidue minimum duos volebat per pagos, & oppida peregrinari apostolico ritu. Alijs interim in vrbana prouincia magna animorum certamine consueta Societatis munia tractantibus, feruebant vtique multæ, & variæ officinæ virtutis. Sed nihil erat iucundius, quam, cum varijs in templis cætus magni nouellæ sobolis catechismo erudirentur, audire totam Murciam innocentium vocibus personantem: quibus vulgo aiebant aduulorum peccatis vitiatum, corruptumque perpurgari aërem & consecrari. Eadem catechismi explicatio cœpta hoc anno Barcinone quotidie sub vesperam diebus festis sub meridiem, additis ad extremum conciuncula, ad preuectiores, & munusculis ad puerorum studia incitanda. Isque labor vsque eo probabatur in vulgus, vt vel ab ijs, qui ceteris Societatis laboribus obtrectabant commendationem exprimeret. Adultius hoc erat opus Gandiæ, maxime si vsquam florens. Socij ei magis magisque fouendo per sese sportulas festiuas elaborabant è sparto, præmiola, & illecebram tenerioris ætatis. Valētix Ioannes Ramirius, is quem dixi, Cæsaraugustam extremo anno profectum, veteranus Ecclesiæ miles, tyro huius cohortis egregia posuit fundamenta sui tyrocinij. Latissime illic notus,

50
Ioannes
Ramirius
Societatem
ingreditur.

diuinoque plurimum verbo pollens magistri Auilæ suasu, cuius è Schola prodierat, tanquam ad congruentem sibi locum ad Societatem accesserat initio anni, secumque Iacobus Miro Prouincialatu Lusitanix defunctus cum ad Valētini Collegij rectionem veniret, Ocaniæ receptum Valentiam duxerat. Annunciationis Deiparæ sacra luce votis rite nūcupatis, visus est nouo quodam spiritu cælitus imbui. Itaque ad suggestum continuo remigrans, maiore vi, vt ipse magis ardebat, vibrare faces, & incendere honesti amore populos cœpit. Inde carceri, nosocomio, alijsque per vrbem calamitosi subuentum, non læta modo, sed stupente etiam Ciuitate, vbi vidit præcipuos nobilium stipem pauperibus emendicare per domorum ostia, & vrbs vias: nihiloque minus, cum perditissimorum hominum obdurata in scelere, immutata sunt pectora. Postremo impudicitiam in suis castris adortus, concione vnica ex triginta circiter famosis, duas & viginti ab scædo, & exitiali quæstu abstraxit, & collocauit in tuto. In Prouincia Boetica socijs ante currentibus nouum addidit impetum Prouincialis Bustamantius, quem Borgia testabatur, quam qui præstantissime muneris sui partes explere. Cunctæ eius curæ eò conferebantur, vt regularum, & constitutionum vel puncta, & apices seruarentur: sat ipsas cum diuina gratia ad perfectionem adipiscendam affirmans habere virium, nec præterea quærendum quicquam, sicubi in Hispania disciplina laxior videretur, inde esse quod neutiquam tanta, quanta oportebat cura, ad legum præscriptum omnis vita componeretur. Nec vero legem ex ijs vllam obseruari difficilem: dum serio inducatur animus: & quia in paruis Collegijs, non possunt ita perfecte seruari, propterea negabat ea suscipienda: eamque ob rem Collegiolum quod Sanlucari in oppido ac portu celebri fuerat biennio ante inchoatum, vbi primum hoc anno Ducis Merthymnæ Sidoniæ Vxor, quæ præcipue id impetrauerat, alebatque, excessit è vita, quia certi firmamenti, incrementique iustâ ad formam spes non nisi sera admodum apparebat. consentiente Ignatio remouit. Ibi Ioannes Paulus cum tribus Socijs habitabat, fidelis operarius, sanctusque vir, re, & populi opinione, quam miracula interdum affirmabant: quo ægrius summi æque, atque infimi tantum sibi columæ eripi doluere. At Bustamantius multo amplius, ac diuturnius commodum, quâ vnus, aut alterius populi domestica Societatis disciplina conseruanda intuens, ne Marcenæ quidem Dominus ite paucos ad Collegij initiu postulantis indulgendum censuit. Verum ita prudenter apteq; exposuit, quâ in Dei cultum, eiusque famulorum, atq; adeo totius populi bonum cederet, ante certa ad victum subsidia, ædesque ad habitandum, ac diuina tractanda comparata esse, vt adiecta ad instituendum ædificium cura, conquirendumq; vectigal, ipsius sententiam sensui suo, si non libenter, peramanter certe prætulerint. Marcenam, Hieblam, Sigam, nouemque alia in oppida excursus ab Socijs Hispalensibus est id inter cetera curantibus, vt Scholas catechismi excitarent. Itaq; non ad aliud ante se transferebant oppidum, quâ virum idoneu, ac pium inuenissent, qui cœptum ab ipsis opus eadē ratione prosequeretur. Nec solum animis, sed etiam corporibus, cum dire fames in agrestium, ac vulgi turbas læuiret, excitata opportunis clamoribus locupletum misericordia, subuenere. At ipsa vrbs Hispalis tota fere personabat catechismum vel discendum, vel docentium vocibus, cum cetera quoque religionis excolendæ indu-

51
Constitu-
tionum cu-
stodia dili-
gens sum-
ma cura Bu-
stamantio.

52
Collegiolum
in Sanlu-
cari oppido
inchoatum
remouetur

53
Excursio-
nes multa
ac perui-
les ex Col-
legio Hi-
spalensi.

indu-

industriabellē procederet. Sed Granatæ in primis cuncta erant secunda. Nimirum & ad Antistitis vsque eo propensi voluntatem formabantur studia ciuium, eiusdemque vicissim fauore prouecti focii, se ipsos, vti dabant in labores alacrius, ita reddebant amore, & obseruantia digniores: ex eoque nobili studiorum certamine messis exuberabat lætissima pietatis. Nullum hic vacabat Societatis officium, ad conciones, catecheses, spiritualia exercitia, diuina Pœnitentiæ, Eucharistiæque mysteria concursus optabilis: in custodiis publicis, hospitalibus domibus, Cœnobiis Virginum, in plateis, & compitis crebra, ardenque declamatio, & mirifice salutaris. Ipsi lupanari frequenter diuini verbi faces inferebantur, multæq; iis incensæ mulierculæ ad pudicitiam conformatæ. Basilio Auilæ, qui huc Hispali venerat, ingens aderat ex vero nomen. Nullis capientibus septis affluentis ad eum concionis frequentiam, latis in arboribus, cœloque libero sæpe tonabat: quem tamen ipso anni huius autumno ex Oppido Loxa, pietate egregie restituta, multis scelerum, ac vitiorum, prauarumque consuetudinum fugatis, profligatisque millibus, onustum spoliis, ac triumphantem reuersum, acerboque subinde raptum funere, non tam Granata, quam cœlum exceperat. Ingens reliquit sanctitatis nomen: egregiamque strenui, & frugiferi operarii formam. Nulla dum propria erat Collegio sacra ædes, sed autore, & adiutore Antistite, relicta, quam adhuc inhabitauerat, domo situ angusta, nec admodum salubri, domum conduxere per amplam, vacuumque iuxta aream coemere templo ædificando. In eam domum vere medio commigratum est: eodemque Tyrones Corduba simul ædium laxitate, simul piorum beneficentia inuitante, traducti. Horum accessu amplius sociorum triginta nullo pene censu Granatæ affatim pascebantur, plerisque ciuium ita de conquirenda iis stipe laborantibus, ac si vnusquisque existimaret eam ad se proprie, nec nisi ad se prouidentiam pertinere. Inter Nouitios erat Perrus Martinus Archiepiscopi consobrinus, qui Philosphiæ ante professor, eius emenso curriculo ad perfectæ virtutis stadium, cum vno è discipulis, Archiepiscopo summe volente, transiit. Hic Christianæ quoque Philosphiæ dudum in seculo studiosus, vtque putabat, magister, vbi inter Societatis Tyrones cœpit discipulus fieri, ingenue, multumque admirans profitebatur plane vsq; ad eam diem se iter veræ sapientiæ in tenebris cæco pede tenuisse: sed postquam ad eam scholam accesserit, clarum quendam sibi diem obortum; viderique sicut ad certam viam, & rationem Aristoteles Philosphiam redegerat, ita eo loco reperisse virtutis exercitationem in ordinem, ac modum & quasi artem redactam. Quo diuino lumine vtens ita in sui despicientiam proficiebat, vt infra hominem haberi vellet: solebatque dicere, cum ad id temporis Deum inter pulchras conceptas mente imagines, sublimeq; contemplationes inuestigasset, iam demum comperisse, non posse melius inueniri, quam si quis id quod de se Psalmista loquitur, vt iumentum fieret. Cordubæ Leopoldus Episcopus, post diuturnum dissidium cum suo clero, haud nulla sociorum opera reconciliatus est. Vilis inde, & magis ad Societatem adiungi. Concessit enim, quod ante negarat, vt in Collegii sacello sanctissimum Christi corpus asseruaretur: quod magnifico apparatu illarum est.

Translatis Granatam Nouitiis Philosphiæ curriculum institutum est Cordubæ. Hic Antonius Madridius etiam num Tyro cum catechismum explicaret, ea loquebatur vi, ipsas vulgo, vt ferrent, columnas ad eius verba concurti, ac contremiscere. Cum aliquando mulieres ab impudicitia conuersas rerum laborantes inopia auditorum beneficentiæ commendaret, continuo viri ad quadraginta inter se societate coiere, vt in orbem ei Gynecæo diebus singulis singuli alimeta suggererent. Verum tamen cum Madridius adhuc Nouitius parcius cum populo ageret, penes Antonium Ramirum erat suggesti gloria, quam famulo suo in modestiæ, atq; humilitatis pretium videbatur Deus rependere. Docebat is Grammaticam Cordubæ, simulq; ex occasione modo explicabat publice catechismum, modo concionabatur variis per urbem templis. Certatim huc, illucq; accersebatur: & quo se cunque conferret, innumerabilis conuolabat auditor sic, vt cum templa, vicinæque viæ, & aræ refertissimæ essent, in templorum foribus statui suggestum necesse esset, quo semel ad multiplex auditorium vox eadem (& erat sonora, ac magna) cœlestiū aliquid mercium apportaret. Nec vero tanta audientium studia luxuriabant in plausus inanes, sed in vberissimam virtutis solidæ frugem mature scebant. Non aures leuissima deliniti dulcedine

54
Granaten-
sis Collegij
præclara
functiones.

55
Basilium
Auilæ mo-
ritur.

56
Tyrones
Corduba
tra. u. 7.
Granatæ.

57
Res Cordu-
be gesta.

abibant homines, sed compuncti corde, tacitique, ac meditabundi, & consilia nouæ vitæ con-
quentes. Inde iniusta mercimonia deserebantur, reddebantur Dominis male parta, lites com-
ponebantur, inueterata odia excidebantur, emergebant è cœno flagitiorum voluptarii. Inter
cetera die S. Matthæi quædã virgo ita perculsa est diuini spiritu verbi, vt inter manus fuerit do-
mum referenda: quæ simul primum collegit animum, in vberem soluta sctum, omnem sibi ex-
trahere ornatum, atq; abijcere aggressa, nunquam præ stupore adduci potuit tota die, vt aliquid
degustaret.

58
Res Lusitanica.
Conimbrica.
In Lusitania plurimum valuit Ludouici Consaluii opera, & quos ab vrbe duxerat, sociorū
ad mores cum Societatis Romanæ moribus conformandos. Conimbricæ Regis postularu non
conuictorum modò quinquaginta institutio suscepta, quod initio memorauimus, sed addita etiam
græcæ linguæ schola extraordinaria, quam Theologi, Philosophi, atq; alii grauium studiosi dis-
ciplinarū, eorumq; pars magna religioni frequentabant. Iamq; è scholarum superiore anno cœ-
pararū semente, læta albicabat virtutum seges. Noua erat iuuentutis facies. Nihil ferme dissolu-
tum, ac petulans, nullam turpitudinem doctorum, nullam iurandi temeritatem, nullus clamorū,
& rixarum tumultus, (vt assolet in eiusmodi hominum genere: q̄ sæpe cum sapientiæ studia
profiteatur, quodcunq; insipientiæ documentū sibi decorum ducit, vidisset, audisset ve per vias
ac recta Conimbricæ. Adeo feroces feruida ætatis impetus exomologeses menstruæ, conciones
hebdomadariæ, familiares quotidiani sermones, comitas assidua, & recta sociorū exempla mi-
tigabant. Ex diuersis religionum familiis triginta inter Societatis auditores numerabantur,
quos inter, ac magistros mutuis caritatis, & obseruantia certabantur officiis. Eboræ, dum pater-
no plane studio Cardinalis Henricus suum fouet, promouetq; Collegium, ab Rege Ioanne suo
fratre impetrauit, docere vt ibi Philosophiam liceret: primaq; doctrinæ illius fundamenta Igna-
tius Martinus prospere iecit. Non admodum salubre est Eborense cœlū, eò magis studebat Car-
dinalis Collegium tum ædificij genere, tum fontis, quæ magno opere in medium peristylū de-
ducta aqua, construxit, amœnitate, tum demū magnificentia sacræ suppellectilis ac ceteris hila-
ritatibus reddere opportunū, & expetendum: ac Patribus, quid religiosem deceret modestiam
admonentibus, respondebat id quoq; considerandū, quid se deceret Principem. Ceterum præ-
ter consueta erga ciues officia, quod hic annus in Europa fecundus morborū ac funerum fuit,
Eborensium Patrum aduersus decumbentes, & occumbentes, caritas latum habuit sese exercēdi
campum constantem, ac fructuose. At diœcesim Andreas Ouiedus Episcopus antequā nauigaret
in Indiã, virtutū suarum, paupertatis præsertim, submissiois, & caritatis suauissima fama com-
pleuit. Postulatu Cardinalis sacrū chrisma ad populos per oppida, pagosq; circumtulit. In viam
dedit se prisco ritu pedes, vno tantū comite, ipse sibi minister ac famulus: q̄ Cardinalis, antiqua
gaudens exempla representari, non grauate permisit. Si quando defatigaretur, mulo clitellario
vtebatur. Vtebat sibi obuiã iri. Ad Xenodochia diuertebat: q̄ ægerime ferebant populi, ma-
chinisq; prohibere omnibus, sed frustra conabantur. Cum sæpissime obiectarent inuitatum id
esse, respondebat Episcopus, fore vt posthac id quoq; vlsitatu dici: alias negantibus in Xenodo-
chio lectū esse, humi cubabimus (aiebat) atq; illic humi libentius, quã alibi lecto. Ita fiebat, vt
quamuis boni viri tanto studiosius in Præsulis commoda curã intenderent, quanto ille fugiebat
modestius: tamen multa per sæpe haberet ferenda. Quã tacita lætitia occasionem arripens nihil
conquerebatur vnquã, nec petebat, quamuis interdū pro cervicali, sarnicula, quã secum gesta-
bat, vt inopia cogeret. Simul in oppidū venerat, vicatim ipsemet, ac prope ostiatum populū in-
uītabat in templū ad sacrum chrisma: qui labor, vt erat superabundantis caritatis, ita superuaca-
neus nō erat. Nã cum ante id tempus ex infrequentioribus oppidis solerent suscepturi chrisma,
ad oppida si frequentiora contendere, multa Andreas adiuit, in quibus nullus vnquã fuerat con-
spectus Episcopus: eoq; sacramenti eius memoria prope funditus obsoleuerat. Congregatis in
templū populis pari benignitate, ac studio explicabat rei maiestatem, quicquid præterea ad do-
ctrinã, atq; exhortationem aptū videretur adiiciens. Nec solum benigne Episcopaliungebatur
munere, sed etiam vulgaris ministerio sacerdotis. Infimæ plebi vbiq; ancillulisq; humillimis pa-
tientissime aures confitentibus dabat, tanta in super cura, ne quã relinqueret diuinæ consolatio-
nis ex-

59
*Andreas Ouiedus vir-
tus Eboræ-
sem diœce-
sim viden-
tu.*

60

61

nis expertem: vt scire iam viam, & satisfactum cunctis putaret, ad aliud perrecturus Oppidum, ingressus, cognito vel ancillā, vel puerum superesse, qui Pœnitentiæ, aut Confirmationis sacramentū non accepissent, placidissime intermisso itinere in templum sese referret: ac tum demum cum reliquum neminem fecerat, cui quicquā deberet, ad populos alios ire pergebat. Nihil magno opere lætū, ac nouum offert Brasilia. Infelix, ac sterile solum maligne colentium laboribus respondere. Piratiningæ in magnam spem perstudiose excultum teneræ ætatis seminarium penitus prope euauit, Filius ad parentes (qui de vagæ more gentis, mutauere sedes) fuga elapsis: neq; vti sperabatur, tanta instituti cura iuniores inueterata seniorum ingenia ad normam flexere humanitatis: sed ipsi, & procliuè ubiq; est, in eorum mores degenerauere. Solatium erant vnicum certa ex infantibus lucra, quos postea quam intincti fuissent, mors præreptos periculis transferbat in sinū beatæ vitæ. Cœpit tamen hoc anno in proprios Societatis mores Brasiliensium sociorum disciplina formari, acceptis ab Vrbe Constitutionibus. Ac primū Piratiningana sedes, deinde etiā Bayensis in Collegii formā redactæ. Prouincialis Nobrega, eiusq; collateralis Ludouicus Grana solennia vota quatuor emisere, commodata sibi inuicem opera susceptoris. Nullus ad eā diem in Brasilia è Professorū erat numero, & Episcopus quoq; occiderat. Itaq; cum ad S. Vincētiū Præfecturam se Ludouicus ad Nobregā longo, & laborioso cursu ex Baya tulisset: atq; vtrumq; iuberet Ignatius profiteri, rem transgere hunc in modum. Prius Nobrega tanquā Prouincialis, atq; præles Ludouici, is deinde tanquā Professor Nobregæ vota suscepit, addita conditione, vt vota de integro instaurarent, si forte Generali Præposito minus ea ratio probaretur. Ceterum B. Patris sententiā explorare nō licuit, cum ante allatas de ea re literas excessisset è vita: successores autē nihil censuerit mutādum. Professione edita, quasi nouo impetu capto Apostolici illi viri ad propagationem Euangelii redire, & Grana quidem in Præfectura S. Vincentiū mansit omnium in ea sociorū Præfes: ad S. Saluatoris urbem Nobrega, vnde diu aberat, remeauit. Piratiningæ fratrum manibus noua excitata est sacra ædes, præsertim Alfonso Blasii opera, & labore, in qua Kal. Nouembribus diuinorum cœpta solennia.

In India vero, quid in rem diuam, & animorum Antonio Quadrio Prouinciali sit gestum, planius explanabitur, si de ipso Prouinciæ Præposito extra ordinē, moremq; delecto, pauca differantur. Xauerius enim profecturus ad Sinas, cum Indiæ Prouinciæ Gasparē Berzæum Præpositū reliquisset, duos post eius obitum successores in obsignato Chirographo nominauit, Emmanuelem Morale, & Melchiorē Nunniū, illo ex humanis exempto, successit hic ab obitu Gasparis. Sed cum eius autoritas, quoniā Xauerium mors prius quam Gasparem occupauerat, dubitationē Patribus attulisset, an cum Xauerii occasu ipsa quoq; pariter occidisset, Melchior in obunda de more Prouincia, Cochinū cum venisset, præcipuos Prouinciæ Patres Henricum Henriçū, Nicolaum Lancillottū, Franciscum Petriū, Cyprianumq; ea de re consuluit, & suū ab vnoquoq; suffragium ad eligendum nouum Præpositum, quoniā hanc Indiæ potestatem Petri sedes præcipue faceret, si vsus esset, accepit. Sed nullis comitiis habitis, relicto (vt supra demonstraui) Balthasare Diazio sui muneris administro, vicarioq; in Iaponiā migravit. Balthasar autem, quoniam expectabatur ex Europa Præpositus, comitia habenda non censuit. Verum vbi Præpositus nullus aduectus est, dispersos per Indiā Patres per literas monuit, vt, si legitimū Prouinciæ Præpositū non censerent, vel ipsi Goam accederent ad Comitiam, vel sua suffragia, sententiaque transmitterent. Accesserunt Nicolaus Lancillotus, & Franciscus Petrius: ceteri suum quicquid misere suffragium. Ergo coactis in vnum locum omnibus, tam iis, qui nuper è Lusitania venerant, quam Indiæ Prouinciæ Patribus, sociisque vel laicis, vocatur in deliberationem primum superior Melchioris electio, rata ne habēda, an irrita videretur: dictisq; sententiis, irrita visa est, ea scilicet ratione, quæ Goæ primo disceptantes inter se Patres mouerat, & in eā mentē impulerat. Deinde quæsitū in eo conuentu est, qui nam suffragii habituri ius essent in eo creando Præposito, neminemq; censuerunt, qui modo vota nuncupasset, suffragio priuandum, & omnes essent nuncupatis votis inter se pares (nemine adhuc inter Professos relato) præter destinatos in Æthiopiā Patres. Et quia (cum nihil in eo lectionis genere, vel à Societatis constitutioni-

62
Brasilia
res.

63

64
Res Indica,
Ipsi sibi So-
cietatem cro-
nant Anto-
nium Quæ-
drum.

65

66

bus esset, vel ab Apostolica Sede præscriptum;) standum videretur iuri communi. Sed, cum maior suffragatorum numerus videretur, quam Comitiorum commoditas ferret, de communi omnium consensu delecti sunt tredecim, penes quos esset summa nominandi Præpositi. Quibus constituti. disceptatum deinceps est, quibus tandem mandandus videretur is magistratus, & quibus in eo non eligendo modo, verum etiam accipiendo suffragii ius esset. Non enim deerant, qui censerent nullam eorum habendam esse rationem, qui mittebantur in Æthiopiam, quod essent hospites, & in itinere: denuoq; post eorum discessum redeundum esset ad comitia. Sed re discussa, atq; agitata visum est, ad hos etiam suffragii ius pertinere, quod in iis & Theologiæ doctrina præstantes, & Professorum ex ordine quidam essent, quibus liceret vnus per Societatis instituta regere, & administrare Prouincias. Dimisso conuentu preces indicuntur, & sacrificia. Deinde paucis diebus interpositis edito probæ lectionis iureiurando, irum est in suffragia: cumq; prima latione par fuisset cum Melchioro Carnerio Quadrius, in altera vero superior, & à Melchioro ipso Societatis nomine Prouinciæ Præpositus renunciatus, hanc ille renunciationem multis rationibus abnuebat. Primum, quod tanquam hospes breui discessum in Æthiopiã parabat. Deinde quia docendi, concionandiq; cura distentus tot vnus onera sustinere non poterat. Tertio, quia commendationem non habebat ætatis, septem ac viginti non amplius natus annos. Postremo quod eius muneris recusatio magis congruere cum mente videbatur Ignatii, cuius esset in Luhtania iudicio varia ob incommoda valetudinis, consimili onere liberatus. Hæc Quadrius apud Patres tamen contentione magna disseruit; tamen iussus est omnium sententiis suã vnus submittere. Tum igitur ne videretur aduersando fratribus, cum Deo bella gerere, subiit onus, ita tamen vt cunctis audientibus, Deo vouerit, si se Patres ad sustinendum deprehenderent imbecillum, iudicarentq; e re Prouinciæ nõ esse eam ab se tractari, illico eam se apud alterum, quẽ ipsi deligerent, iuberentq; depositurum. Eam ergo procuracionem aggressus magna cum modestiã, tum prudentiã significatione constitutiones, ac regulas ex Europa delatas ad vsum referri iussit: cum interim ipse publice Philosophiam traderet, & cum Carnerio conciones haberet in Collegiã de frequenti conuentu: quæ vt quadruplo laxior esset, vix concursum multitudinis caperet. Administrauit egregie Prouinciam ab orsu anni ad mensẽ vsq; Septembrem, & aduentum noui Præpositi à Commissario Borgia, Ignatio autore delecti Consalui Sylueriæ. Venit hic cum Patriarcha Nuncio socioq; eius Ouiedo Episcopo in Æthiopiam ex India profecturis, quos Ioannes Rex, qua solebat in diuinã gloriã cautis, liberalitate, atque magnificentia plane regia, ornamentis sacerdotalibus, & cuncto sacrorum apparatu instruxerat. Nauigatio tamen exitu felix in paucis, tamen non potuit non plena esse periculis, per quã Patriarchæ sanctimoniam, atque virtutem hand mediocriter illustrauit. Is in maximo tempestatis discrimine ad Promontorium bonæ spei, & summa desperatione salutis, iacris aquis ab se expiatis, pelago iniectis, tranquillum, ac placidum mare reddidit. Is quodammodo suã personam, & dignitatis oblitus, serio ministrabat ægrotis: is aurem sedulam ad vnumquemque veterem in sacris confessionibus demittebat, & dabat operam verbo Dei, nihil ex vilitatis Societatis functionibus intermittens. Nihilo segnus in sua nauì laborabat cum sacerdotibus duobus Ouiedus, & in sua Prouincialis Consaluus. Quibus officiis, atque laboribus deponcebantur ira, dexterae iungebantur, minuebatur temeraria iurandi consuetudo: & crant, qui quæsitam ludo pecuniam vltro redderent. Denique præsto erat sua cuique vitio temperatio, & mortis animi medicina. Goam vt ventum est, Consaluus Rodericum ab Æthiopia reuersum offendunt, distantes loquentem aditus in eas partes, & Regis animum à recipienda legatione alienum. Nec tamen ea Patriarcham commemoratio deterruit ad pergendum iter intentum, nisi domesticis pariter, & externis, quorum placuerat audire consilia, reuocarent. Visum est enim, ne scilicet committeretur existimatio Patriarchæ, & Sedis Apostolicæ auctoritas carperetur; Comitorem eius Episcopum Andream Ouiedum binis cum sacerdotibus, lanisque foedis eò præmittere, qui viam Patriarchæ munitet, & Æthiopiã Regem ad obsequium Romani Pontificis deferendum, dissimulans in præsentia pro Dei maiore gloria ceteros eius errores, induceret. Quod consilium eò probatum est magis, quod in-
urba-

67

68

Ioan Nunnus Patriarcha, & Ouiedus Episcopus in Indiam peruenit: & Consaluus Sylueriæ prouincialis.

69

Andreas Ouiedus in Æthiopia præmittitur.

urbanum apud Æthiopes ducitur, & supplicio vindicatur, si quis ad eos silentio ingressus, de suo aduentu nihil ante significet. Prætor igitur certum hominem quæsiuit Episcopo, qui dux esset in Æthiopia. Et quoniam legatus, quem Rex Ioannes è Lusitania miserat, in itinere obierat, alium è suis substituit, lautumque viaticum addidit; & ne quid ab Rege cogere accipere, pecuniæ subsidium in biennii sumptus obtulit. Deinde Saracenos aliquot reperit, per quos vltro citroque ex India in Æthiopia tuto literæ commearent, & vitæ necessaria curarentur. Dum hæc apparantur, inuentus est Goæ senex Ioannes quidam Belmudes, qui Patriarcham Æthiopiæ factum se à Paulo Tertio Pontifice prædicaret. Et quanquam præter cultum corporis nullum testimonium Diplomatis Apostolici proferebat; non deerant tamen Goæ, qui fidem facerent eum in Lusitania pro Patriarcha vulgo habitum, & vt talem ipsimet Archiepiscopo in regio sacello confessus dignitate prælatum, exceptumque; item perhonorifice Goæ. Quæ cum Patriarcha Nunnus audisset, gaudio elatus; studioque tanti oneris deponendi, dat ea de re literas ad Ignatium, etiam atque etiam obsecrans per Christi viscera, si se Pontifex eo onere liberaret, ne sibi aliud alterius Ecclesiæ pateretur imponi; quæ si obruderetur inuito, & iussis grauioribus vrgeretur, non dubitaturum se Romam vsque contendere, & ad pedes Pontificis stratum totis supplicare præcordiis, ne salutem animi sui, nonquam rursus in aleam periculumque conijceret. Hunc in locum Æthiopica res hoc anno processit. Melchior autem Carnerius alter Patriarchæ successor, & socius non dum erat consecratus Episcopus. Quanquam enim Sedis Apostolicæ iam diploma cum Ignatii literis erat allatum, quibus honorem illum sub Antistitis Niceni titulo per Deo deuotæ obedientiæ votum iubebatur accipere, consecrationi tamen eius multum attulit moræ, tum quod Antistitum non habebat India legitimum numerum, tum iniecta Melchiori religio, quod cum Episcopos Lusitaniæ Pontifex, quorum ante conspectum fidem ille suam profiteri debuerat, appellasset, iique ab se tanto interuallo distarent, coram aliis profiteri non auderet Episcopis. Romæ autem idcirco nominati sunt Lusitani, quod nemini dubium erat, quin tres illi Patres omnes essent pariter in Lusitania consecrandi. Postea vero diu consecratione dilata nominati sunt alii. Fuit autem Ciuitati Goanæ Patriarchæ Nunnii gratus admodum; & opportunus aduentus, quæ cum iam prius moribundos, & qui sacris initiari se vellent, neminem vnde initiarentur, habebant. Ergo Patriarcha sacerdotes circiter quadraginta ex Dominicana, Franciscanaque familia, cum tribus quatuorve de suis solenni ritu, ac ceremonia consecrauit. Auxit Ciuium gratulationem, communemque lætitiã Patriarchæ comitatus, qui cum ex Societate constaret, vt accessit in cumulum operatum, ita cumulauit & fructum. Erant igitur omnino tum in India de Societate quinque, & nonaginta. Nam in vno Goano Collegio sexaginta, quo ex numero sex diuersi concionibus operam dabant. In his Melchior Carnerius, & Consalius Syluetia Prouincialis: quorum hic cum magna apud Prætozem esset in gratia, multa per eum gessit è re diuina, multa publicum ad exemplum: grandem ab eo pecuniam, quam dispersit egeatibus, impetrauit, multos pœnis curauit obnoxios, saluis tamen legibus, & equitate, mittendos, multis autor fuit compositionis, & pacis. Prætorique Bazainum egresso comitem se adiunxit, Christum terra, marique circumferens, nominatimque in Oppido Ciaulo, vbi eos fructus cepit octo, non plus dierum spatio, eos motus in animis excitauit, vt ad impetrandam Societatis Collegium extructum iam tempus, dum consiliarios suos adhibet Consalius distulit. Hoc anno primum data est Goæ forma domesticæ Tyrociniæ, quod quanquam separatim institui, exerceri que non potuit, ei tamen attributa est schola quadam, vbi quoad eius fieri posset, suus à Tyronibus ordo, ac disciplina tenebatur. Discipulorum numerus ad sexcentos, præter pueros ferme centum, qui Patrum sub disciplina in contubernio cõtinuebantur. Multi ad ouile Christi perducti sunt Ethnici. Quo in numero vir præcipuus, & autoritate præstans, variis prouinciis, ac regionibus peragratis, vt quam ad legem potissimum appelleret animum, exploraret, nullam reperit, vbi tutius conquisceret, quam Christianam. Ergo duobus comitatus famulis ad Collegium profectus, ad eam se ex-

70

71

Consalium
Syluetia
Prouincialis
Tyrociniæ
ritum.

72

Ordinatum
Goæ Tyro-
ciniæ.

coli, & erudiri voluit, vt ex ea & vitam duceret, & oppeteret mortem. Qui Christiani fiebant, quo Christum retinerent arctius, omni humanitate tractabantur à Patribus. Nam quos spes erat sua sponte in fide mansuros, eos blande domum suam, vt iis cum initiis adolescerent, remittebant. Eos vero, quorum de constantia, firmitateque non dum satis polliceri sibi ipsi poterant, paulo diutius apud se habebant, quoad suas agerent, firmarentque radices. Alii quærebant opificum adiumenta, à quibus cum artificia didicissent, in promptu haberent, vnde sibi victum, suisque liberis compararent. Atque hæc, & alia humanitatis indicia, siue ad eorum sustentandam imbecillitatem, tenuitatemque, siue ad minuendam offensionem, quam à quibusdã Europæis accipiebant Ethnici misere oppressi, ac circumuenti per necessarium nostriserant. Cuius peccati vim grauitatemque multis verbis expendebant, & augebant pro concione Carnerius, & Quadrius, ferebantque fructus, vt item aliis tollendis, sanandisque vitiis. In Insula Cioranò haud ita procul à Goa dedere Christo nomina quinquaginta, & sperabatur idem reliquos esse facturos, iamque inibat Christianorum numerus ad trecentos. Iamque vti potestatem Alfonso Noronia Prorex fecerat, suas extruebant domos prope ædem S. Mariæ, quam de Gratia vulgus appellat, quo commodior, & ad rem diuinam esset accessus, & ad explanationem Christianæ legis, quam peracto mysterio sacerdos idem à Goano Collegio missus festis diebus habebat. Quoniam vero incolis illis angustissima domi res est, quærebat Societas ipsa Neophytis, vnde ea se in insula sustentarent, stupentibus ad eã humanitatem Ethnicis. Qui ex eo argumentabantur Christianorum legem eam demum veram, & à Deo datam esse, dignamque, quam sequerentur omnes. Tanaa, vbi sedes etiã Societas habebat, moderatore Francisco Henricio creber, & frequens erat Ethnicorum baptismus. Asperli sunt ducenti, & octoginta. Quibus autem baptismi iniecta mens erat, ii duas seorsim in ædes, viri feminaque recepti, Christianis præceptis informabantur, ac moribus: ex vtraq; prodibant omnes concionis & catechismi gratia cum Christianorum liberis ad ædem Patrum, quorum etiã vt egestati consulerent Patres, his quoque victum, cultumq; precario, & in morbis medicamenta quærebant. Bazaini vero autore Consaluo Prouinciali contubernii veçigal, vbi adolescens educabatur ætas, numeroq; crescebat, quingenis Prætor Barrettus annuis amplificauit aureis. Dedit in hoc Oppido Societati nomen strenuus, nobilisque miles Paus Correa Portuensis, cui cum abunde vitæ commodadomi suppetent, iis omnibus miro ardore contemptis, & vestimentis insuper cum ense proiectis Societatis aucupatus est tunicam, & ea corpus texit, cum etiam tum cothurnatus incederet: fratrem suis consiliis officientem repulit: eoque ac domesticis relictis cum Prouinciali Cocinum venit. Hic onustus manticis roganda passim stipe, multisque aliis suæ desipientiæ, ac summissionis exemplis, nobilibus fuit ad sanctitatem, & quibus erat militari virtute iam notus incitamento. Cocini ad Francisci Petrii, sociorumque trium perennes curas atq; vigiliis Carnerii non dum Episcopi, vt diximus, consecrati par labor accessit, cuius celebritas vrbis, & magnitudo, tum ciuium egregia pietas, & in Societatem benevolentia suadebant, Collegij loco, quod nullis dum prouentibus continebatur, Professorum instituere domicilium: quod in Prouincia nullum erat. Scripseratque ea de re Consaluus ad Ignatium. Sed mortis interuentu B. Patris in præsentia nihil actum. Coulani ægre animam trahens, & pene semitabidus Languillortus tanto tamen flagrabat amore alienæ salutis, vt cum ei meliuscule fieret, continuo ad audiendi, dicendiq; labores, auide se referret, suspicientibus Ciuibus in infirmo corpore virtutem animi, & communi vocabulo etiã sanctum appellantibus. Is extruendum è lapide templum, atq; Collegium, vt mos est in Europa, curauit. Aduigilabat ad custodiam Indicæ iuuentutis, quæ apud ipsum regis sumptibus alebatur, tamen si diminuto iam numero, quinque & viginti non plus adolescentuli remanserant. Venitabant tunc præter hos ad Collegium pueruli septuaginta literatum vt notas, ac ductus, tum etiam scientiam numerandi perdisserent. Quamquam autem, quod erat in alimenta Patrum à Rege decretum, Ministri iussi non dabant, vitam tamen vt poterant, tolerabant, portantes pondus diei, & æstus. In Commoring Promontorio, totaque illa ora Piscaria, Christianorum erant loca Henrici Henricii tutelæ credita quadraginta. Habebat in iis tuendis socios Iacobum Soueralium, & par aliud è numero fratrum. Sed

cum

cum longe maior operarum numero messis esset, ex veteri instituto Xauerii utebatur spectata fidei, virtutisque Christianis. Hos singulos singulis saltem locis voluit esse præpositos, qui & vltimi. puerorum periculis tempestiuo baptisate subuenirent, & ceteros Christi legem, quam fufius ipse postea locis illis obendendis, cognoscendisque traderet, rudi quadam ratione docerent. Ita eam plerique tenebant, & præcipui cuiusque mysterii rationem interrogati redderent. Optabat ille sociorum ad expiandos per confessionem animos, auxilia, & quo plus etiam suppeteret otii ad expoliendam, quam contecerat, elucubrando Grammaticam Malabaricam missis præsertim à Prouinciali peritorum interpretum adminiculis. Sed quanquã pertexere, ac perpolire pro voto, quod præ manibus habebat, occupationum æstu non poterat, scriptis certe contra fabulas Ethnicorum pro defensione diuinæ legis editis, magnam Neophytis lucẽ prætulit. Erat enim Henrici consilium in tanta segete, vberitateq; messis, non voce modo quoad poterat, sed stylo quoque, ac calamo sociorum supplere penuriam. Expiatit hoc anno baptisate quinquaginta, & plures expiasset, nisi Præfectorum, vt assolent, auaritia piis conatibus officisset: vt assumaret plus aliquando fructus ex vno Societatis homine sub æquo, atq; integro magistratu, quam ex viginti sub iniquo, & munerum largitione corrupto percipi potuisset. Sane ea erat in multis Christianorum veterum iniquitas, & corruptela, propter hiantem, atque imminentem auaritiam, vt essent Ethnicis ipsis interdum ludibrio, præsertim in vrbe S. Thomæ, vbi Cyprianus agebat: quorum ex passim voces Christianorum iactabantur in aures: Quid causæ est cur hi Christiani, peregrinique, cum post mortem cælum expectent, ira tamen in terris hæreant, adeoque terrenis commodis sint affixi. Ad ceteras Henrici curas adiungebantur disputationum certamina cum Saracenis, & Ethnicis, non Punicali modo, vbi plerumque degebat, verum etiam locis, pagisq; finitimis. In oppido Bembarà Punicali passuum millia viginti quatuor Iogues erat veterator, & sagax; sunt autem Iogues, (vt supra docuimus) apud Ethnicos, vt apud nos Eremitæ, vitæ nimirum genere similes, sed consilio dispares: quod nostri Anachoretæ sanctitatem sequuntur, illi barbara duritia sanctitatis famam aucupantur. Ergo ex his vnus, ceteris impudentior iactabat se non semel exisse de vita, & in vitam rediisse iussu Dei, vt homines edoceret, & ad faciendam fidem, proferebat indicia quædam, & quasi notas obitæ mortis, quas scite confixerat. Tam elaborato, compositoque mendacio fucum rudi populo fecit: & multos, qui se audirent, & sequerentur, inuenit, à quibus deinde pecuniarum emolumenta corraderet. Eius fama commotus Henricus, eo se contulit, & semel, atque iterum cum veteratore congressus, commissoque certamine præsentibus Ethnicis, Christianisque primariis, eius redarguit insaniam, & apertissime confutauit, sic, vt intelligerent vniuersi, non eò Ioguem vt doceret, sed vt argentum emungeret, irrepsisse. Eisdemque disputationum congressibus Saracenis, & alios Ethnicos fudit proliis, & elingues mutosque reddidit luce veritatis oppressos, vt exultarent, & ouarentque Neophyti, & eo constantius in fide perceret in animis vires, & humanæ mentis caliginem, erroresque discuteret. Ea de causa ad scribendum se contulit, vt quod perpetua voce, ac præsentis disputatione non possit, vt errorum portenta refelleret, id scriptitandis impetraret libellis. Ea vero Neophytorum erat in fide constantia, vt quiduis perpeti mallet, quam tale aliquid admittere, vnde suspicari quis posset sibi cum Ethnicis conuenire, aut quod speciem aliquam superstitiosæ nationis haberet. Quippe ab iis quoq; moribus abhorrebant, qui Christianis infertur, ac legibus repugnabant: nec ad profitendam fidem negandamve referebantur: vt in Neophyto cerni licuit, qui ne consentire cum Ethnicis videretur, carcere, & vinculis astringi maluit, vt ad supplicium raperetur, quam in Regis obitu suorum popularium ritu, capillum, barbamq; radere, quod est apud eos mæroris insigne. Quanquam hic postea cum euasisset, & missus esset liber, doctus est à Patribus in his moribus, atque ritibus, qui toti ad ciuilem cultum pertinent, nihil ad religionem, nullum esse peccatum, si quis ad Ethnicorum consuetudinem se ipse componat. Sed dum in his locis suæ legi industriæ fructus, laborisque Societas, auditum est Cocinani, vbi Melchior Carnerius agebat, Armenum quendam Episcopum corruptissimæ religionis hominem, spargere in populis S. Thomæ, suæ venena doctrinæ: prædicare palam, peccato-

78

*Mirantur
Ethnici
Christianos cum cælum expectent, terrenis inhæ-
rent, com-
modo.*

79

Neophytorum constantia, & fides morum Ethnicorum quamuis ad religionem non pertinerent.

80

Melchior Carnerius Christianus S. Thomæ

rum confessionem superuacaneam, & otiosam esse: tollere cultum sacrarum imaginum, & perniciosiis aliis, quibus ipse tenebatur erroribus, ceteros implicare. Melchior igitur, ut suo in ortu prauam sententiam opprimeret, & extingueret, eodem confestim accurrit: & ut radicem morbi cum morbo recideret, studuit Episcopum conuenire, cum eoque blandius agere, si forte posset ad saniora consilia, sententiaque traduci. At ille lucis osor, & inimicus, ut de Melchioris accipit aduentu; ne in eius colloquium, congressumque veniret, in Ethnicorum interiora regna se abdidit: nec unquam amplius hoc anno apparuit. Ita Melchior facultate congressus adempta, quod erat in populis Hæretici contagione contractum, ne latius serperet, & in viscera permaneret, aggressus est totis opibus amputare: & quæ pestilens ille magister edocuerat, dedocere.

81

*Malacæ
laboras
Balthasar
Diaz.*

Malacam destinatus est Balthasar Diazus cum Petro Alcaceua, inde in Iaponiam traiecturo cum dono prætorio, quod esset subsidio venditum in ea Insula Patribus. Ea urbs ut variarum negotioribus gentium, ita cunctis referta flagitiis, & superstitionibus execrandis, à Xauerii discessu, & successoris eius Francisci Petrii, Melchiorisq; Nunnii, difficile est memoratu, quam sesquianni spatio, quo iis est orbatæ præsidii, esset effecta deterior. Ea summa in ea vitiorum impunitas, tanta autem impudentia in contrahendis per fas, nefasque negotiis; ut ipsi quoque sacerdotes æquitatis inimiciores, turpissime in contrahendi ratione peccarent. Neglectus verò sacramentorum tantis, ut ne tum quidem, cum adeunda essent vasti maris, tempestatumq; discrimina, veniret in mentem munire animos sacramentis. Fœminæ sacras ædes vix semel in anno petebant, confessionis gratia, ne videlicet Ecclesiæ animaduersiones incurrerent. Verum quanquam hos, aliosque Malacæ mores Balthasar deprehendit, sustentabat tamen ipse se gratissimæ, recentissimæque memoriæ solatio, quæ de præstanti caritate Xauerii, comitateque in ipsis etiam Ethnicis, Saracenisque vigeat. Quin ipsi quoque pueri manu facta Balthasarem perinde ac Xauerium in viis publicis circumfusi prehendebant ad osculum manus, & postulata benedictione, diuina subinde carmina cantabant. Quibus relictis à Xauerio vestigiis Balthasar animatus, orsus est vitia de suggestu perstringere, nominatimq; in gereudo negotio docere, quæ contrahendi ratio æqua, quæve iniqua esset, & ad crebriorem sacramentorum usum populum incitare. Qua in re tantum profecit, ut confitentium multitudini audiendæ, nec aures vnus sufficerent, neque vires. Renouato sacramentorum usu, illud etiam, quod de Xauerio acceperat, renouauit, festis ut diebus obiret urbem: & pueros, & puellas, rudesque viros ad Christianam doctrinam tintinabulo conuocaret.

82

Cumq; Christianorum liberi ex Indis suscepti matribus, suis tamen orbari patribus ex Ethnicis multa traxissent, magno animorum incommodo, contra hanc perniciem ardentissime perorauit, & puerorum omnium nomina referri in tabulas voluit, ut eis ad disciplinam Christianæ pietatis, & artis elementariæ magistrorum prædia compararet. Breui igitur pueri centum supra viginti ventitare cœperunt ad Patrē: qui sacrificio quotidie pueris ipsis astantibus rite facto, scholā ad eos habebat. Præcipiebat his Balthasar, quæ maxime ætati illi congruerent, ut noxas animi menstrua per interualla confessione dederent: & exacto die Christi doctrinam, quam didicissent ipsi, suis domesticis traderent, & si quos deprehenderent, aut in templis altero tantum genu nixos, orarent, ut alterum ponerent: aut vsurpantes temere iusiurandum, suis item precibus cohiberent. Has magistri curas excipiebant victorum, ægrorumque solatia, seu publicis valetudinariis, seu priuatis ædibus aduendis. Nec modo pios, & salutares vsus Balthasar inducebat, sed perniciosos etiam, improbosque tollebat. Vetuit Lusitanorum nauigiis contra consuetudinem iam adultam, & corroboratam excipi Saracenos, qui per eam opportunitatem in varias ingressi terras inficiebant omnia, & impurissimum suum Mahometem disseminabant. Viris etiam, fœminisque Christianis suis concionibus persuasit, ut festos, sacrosque dies, non relaxandis animis, ut mos erat antea viris, neclibere volitando per urbem, sed pietatis colendis officiis, & sacris ædibus se continendo, quo fœminæ vix in anno semel intrabant, cohonestarent. Ita fiebat ut ædes illæ paulo ante vastæ, atque defertæ, mox vtriusq; sexus frequentatæ concursu, viderentur angustæ. In Amboino, Molucisq;

83

*Res Molu-
comfes.*

Infulis Christianorum amplius millia quinquaginta iam censebantur, paucis admodum de Societate collaborantibus. Sed paucorum is erat ardor iniectus à Deo, ut multitudinem ex qua-

ret.

ret. Ea vero diuinæ tutelæ vis in ea paucitate seruanda, vt eos è media morte, medijsque periculis frequenter eriperet. Vnus & idem socius, nec is sacerdos Nicolaus Nunnius, cum per Mocularas iter haberet, in earum oppido satis amplo ad vnum omnes traduxit ad Christum. Vnus ipse baptisino mille trecentos sua manu lustrauit: eorum dilatis, præteritisque votis, qui nondum satis Christam ipsum didicerant. Quæ cum iniquissime ferrent Ethnicis, ex insidijs adoriuntur hominem, & oneratum vinculis perducunt ad Regem Geiolij infensissimum Christianæ legis hostem. Sed superuenientibus repente Lusitanis liberum, solutumque dimittunt. Eiusdem iussu Regis Ioannem Beyram, & eundem Nicolaum Nunnium conquisitos ad necem, manifestum item Dei numen eripuit. Ac Beyra quidem non semel hostile ferrum euasit. Dederat aliquando se quieti, sed eam dum nequit capere, animaduertit homines, qui se comites adiunxerant, sibi cædem moliri. Præsentis animo ad eos egreditur, perturbatosque cernens vultus, causam eius rei audacter interrogat: hæere illi, nec quo se verterent inuenire, deprehensos tamè intelligentes, nihil ausi: Lusitanisque postmodum confessi ad inferendam Patri necem à Ternatino Rege summissos. Qui cum ad eum re infecta redissent, cæsi ipsi, nec atique sunt, siue ob neglectum imperium; siue ne conscij imperatæ cædis extarent. Inter hæc quotidiana certamina solatio erat Christianorum pietas, & singularis aduersus Patres cum benevolentia, tum reuerentia. Hos in suis calamitatibus, ac temporibus consulebant: ad hos confugebant: siue uos vocabant agrotos, vt (quod non raro veniebat vsu) si super eos Euangelium Christi Domini recitassent, protinus conualescerent. Obibat suo more pagos Nicolaus Nunnius cum in pago quodam caelum imbres telluri negabat, sataque exarescebant hiantibus aruis. Ergo ad Nunnium pagani frequentes consilij causa: quibus ille fuit autor, vt in vnum omnes coacti locum, (nam templum nullum erat) caelum prece tunderent, cælites fatigaret, misericordiam extorquerent. Cum paruisissent, continuo ad suas preces ipsi quoque fulsi sunt imbres. Tantos apud Deum aditus habet pia multorum consentiens supplicatio. nec illud mirandum minus, quod cum innumerabilis multitudo murium, Christianorum popularentur agros, & agricolarum labores effoderent, atque consumerent, nec essent vlla medicamenta veneni, quæ tantam somnicum turbam extinguerent, Beyra sacris aquis per arua dispersis, mures omnes fugauit, & Ethnicorum in agros, ac prædia compulit: tanta eorum depopulatione, damnoque, vt cum Christianis grauius conquesti sint Ethnicis. Quibus illi suorum Deorum imbecillitatem cum exprobrarent, qui propulsare calamitatem ingruentem perinde non possent, ac Deus noster, orta est inter vtrosque contentio, vtri tandem potentiorum Deum colerent: cumque pugna incalesceret, & vtrinque pro Deo suo certaretur acerrime, iam à verbis veniebatur ad arma, cum interpositus Beyra partem vtrâque; accomodatis sermonibus, atque autoritate placauit.

Quietis iam diu rebus adolescentis Ecclesiæ, lenique aura fluentibus in Iaponia, magni repente turbines Amangucij, Funaique, vbi tuendo, augendoque Christi Gregi pusillus ille sociorum manipulus totus erat intentus, extiterunt. Amangucij, vbi cum Christianis ad duo millia Cosimum Turrianum versari supra diximus, cæso Rege, & in eius locum Bungensis Regis germano suffecto, sursum, deorsum miscebantur omnia. Nec enim creationem noui Regis, quam non probabant, concoquere proceres permulti poterant; & cum diu partes latere non possent, erupit tandem Dynasta factiosus, vnus è præcipuis, qui contra Regem collegit exercitum, & prius quam adduceret cum suis facta manu, urbem, quæ ligneis constabat ex ædificijs, incendit. ita Societatis templum, ædesque consumptæ. Quo in motu, trepidationeque rerum Cosimum aggressi Christiani per Deum obtestantur, periculis impendentibus se eripiat, & vitam suam Deo, hominumque saluti seruet. Nam præter frequentes Bonziorum iniurias, & innumeras contumelias, quibus ei vix licebat recto pedem efferre, exprobrabat ei pessima natio cædem Regis, tantamque editam corporum stragem, velut in vitionem nouæ religionis inductæ. Cumque propediem expectaretur exercitus, nouis erat Bonziorum probris, atque ludibrijs, nouis periculis obijciendum caput. Itaque non potuit precibus, consilijque resisti. Paruit inuitissimus Cosinus, anxius, sollicitusque, ne quid grauioris incommodi tenellus Christi grex caperet, & multis Christianorum cum lacrymis Amangucio, qui longo interuallo prosequuti sunt abeuntem, Bungum se

84

Diuina
quodam
racula in-
ter relictos
Christia-
nos.

85

In Iaponia
res turbu-
lenta. &
magis pe-
ricula.

86

trāstulit. Hic allatis ab Indiz Prorege ad Bungi Regem donis, in huius familiaritatem sese penitus insinuauit; sed vt ad Christum perduceret, non euicit. Causabaturis procerum defectionem, & malæ consuetudinis vitium Christianæ sanctitati, candoriqu; contrariæ. Cum rogaretur saltem, Bonzios ad disputandum acciret, vt ex disputationis conflictu religionis veritas emicaret; facturum se recepit. Sed postea veritus ne offenderet apud Proceres Bonziorum affines, atque propinquos, promissa non fecit. Ceterum optima regia mens erat, & ad Christianos, Societatemq; propensa; nondum tamen ad Euangelium idonea, & admittendum in pectus radium superni fulgoris. Cum cedrinam Rex Patribus ædem donasset, vt ijs locis sane magnificam, eam adornarunt in templum, vbi in solenni omnium veneratione sanctorum primū sacrificari Christiano ritu cœptum. Regio item assensu continens area cœmpta, in eaque Nosocomium (de quo supra memorauimus) excitatum, ea partium ratione descriptum, vt duas quasi domos seorsim efficeret: quarum in altera elephantiaci, in altera ceteri curarentur ægroti; quibus Ludouicus Almeida, & alter vir bonus indidem è Iaponia ministrabant: idoneosque cibos, & omne genus pharmaci precario quarebant. Hunc cursum cum teneret Christiana res Bungi, repente grauis est coorta feditio. Defecere à Rege Primarij nonnulli, vt ei molirentur exitium, & alium in solio collocarent. Quæ repentina turbatio, non parum Euangelij progressibus intulit moræ: tamen ne tum quidem, qui Christo se adiungerent, defuerunt. Compositis deinde rebus, & pace Regem inter, ac peruelles conciliata, sua Ecclesiæ fecunditas redijt: quotidieq; se ad eam denique, duodeniūc spretis suis fabulis aggregabant. Ei rei magno adiumento fuit Melchioris Nunij aduentus, quem huc tendentem, Sinarum ad Insulas supra diximus appulisse. Qui quanquā per affectam valetudinem, breuemque in Iaponia moram (mox enim remigrauit in Indiam) nauare suum Ecclesiæ illi studium, operamque nō potuit, reliquit tamen è socijs suis Casparem Villelam sacerdotem, & non sacerdotes duos, qui nauarent. Ita sociorum in Iaponia numerus, eo digressio, si Balthasar Gagus quem Firandum excurrisse supra diximus, numeretur, ad octo peruenit. Erāt enim in ea vrbe Christiani numero quadraginta, quibus alij Balthasar's opera accessere nonnulli. Amangucij autem veteri Christiani, cum iam annus esset in exitu; turbulentissima illa tempestate transacta, refectisque iterum ædificijs, Cosmum ad rediūm per literas inuitarunt. Cosmus ne infcio Bungi Rege discederet (solebat enim Societas, cum grauius aliquid agendum eisset, id communicare cum Rege quo eum arctius nomini Christiano conciliaret) abeundi veniam petijt. Rex, quem clandestina forte consilia factiosorum hominum non latebant, profectionem illam dissuasit, & vt in aliud tempus reijceret, autor fuit, sapienti sane consilio. Paucis enim diebus post nunciatum est Bungum, nouos Amangucij tumultus excitos. Alium surrexisse magnis cum opibus, ac potentia Dynastam, qui rursus domicilia instaurata diruerit, Urbem vastarit, Regem Bungenis fratrem necarit, ipse regnum inuaserit. Locum autem Societatis barbaro homini dederit, vt templum in eo fabricaretur Idolo. Conuersis igitur rursus in ea vrbe rebus, sed partium tamen ex victoria quietis; Christiani tentarunt denuo Cosmum per literas reuocare, & recuperato Societatis loco, vt in eius possessionem vnum aliquem ex socijs mitteret, monuerunt.

87

Melchior
Nunius in
Iaponiam
peruenit
nō magno
opera pro
suo.

88

Amangucij
Rex frater
Bungenis
occiditur.

Sed iam vt ab vltimis terris ad urbem Romam se referat labor; & vbi B. Pater suos dies clausit, ibi nos huius voluminis claudamus extrema; æstas, & autumnus cum eam Societatem, singulaque Romana eius domicilia parentibus suis orbarunt. Etenim præter Ignatium, Martinus Olanius Collegij Romani superintendens, & Andreas Frusius Collegij Germanici Rector cumulatis funeribus sublatis. Olanius dum B. Patris obitum amicis Cardinalibus, & quibus Societas officij causa debuit, tota vrbe nunciat: eoque magis admittitur, quo plus oneris in eum incuberat: vt ei at præter morem etiam noxia Romæ anni tempestas lauiente canicula, facile in morbum incidit, qui ei vitæ finem attulit. Cum morbus ingrauesceret, & morte appropinquante, vox eum, vireque deficerent, exaudiebatur intus cum Domino loqui, & inter mortuis vocibus illud identidem vsurpare, Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Nec ita multo post decimosexto Kal. Septembris candidissimam animam egit. Vir fuit singulari animi moderatione, humilitateque præditus, eo ad-

89

Moritur
Roma om-
niū Socie-
tatis do-
miciliorū
Præsides
Olanius
Collegij
Romani
Andreas
Frusius
Germani-
ci. B. Pater
suo
fuit do-
mus, ac
Societatis
solus

miranda

mirabiliore, quod tanta humilitas, sui que despicientia, tantæ plerunque doctrinæ, quanta in eo inerat, comes esse non solet. Præsedic Romano Collegio ferme quadrienniū magna cum doctrinæ, tum sanctitatis opinione. Scholisque suis Collegij nomen plurimum illustravit: in quo theologiam illam, quæ in differendi subtilitate versatur, quæque controuertijs huius nostri temporis continetur publice docuit. Andreas Frusius angelicæ (sic enim habebatur) integritatis motum, atque sapientiæ, ad ceteram rerum omnium excellentem cognitionem trium erat linguarum principum notitia inclytus, ac Poësi: Nec multo ante opuscula versu ediderat quo ad vsum adolescentium, alterum de verborum copia, alterum, quod magis auctori placebat, quo syntaxim grammaticam explicarat: vtrumque laboriosum, quam speciosum magis. Sed quemadmodum, vt minutas per se res, ac spinosas poetis inclusas angustijs consequi, & amœnitate exhilarare mutarum posset, mira ingenij felicitas dederat; ita caritas fecerat, nihil vt despiceret, quod publice opportunum speraret fore. Mortuus est longa tabe cōfectus ad septimum Kalend. Nouembris. Pridie eius dici, cum sacrum spectaret, & ea verba ex Euangelio recitaretur, Omne debitum dimisi tibi, sensu quodam intimo suauissimæ fiducia, tanquam ea sibi mox migraturo dixisset Dominus, perfusus est. Ante hos, decimo septimo Kalendas Iulias, Iacobus Eguia obierat, quem olim Faber nunquam consueuerat nisi Iacobum sanctum cognominare: & ipse fertur Ignatius dixisse, Beatos inter suspiciendum in cæli sede cellissima. Vir ingenij candidissimi, vitæ integerrimæ, ardentissimæque in Deum, ac proximos caritatis: magnus ad hæc sui contemptor. Habebat frequenter in ore. Qui se existimat aliquid valere, valet parum; qui vero se putat valere multum, is valet nihil.

90

91
Iacobus
Eguia mor-
tuis vir
maxima
virtutis.

Dicebat etiam quemadmodum fractus, aut detritus nummus, si vnicus, per seque sit, non recipitur; sed si magna in summa, numeroque proborum, neutiquam repudiari solet; ita sibi eā restare spem, fore vt à Deo minime reijceretur, quod esset sociorum numero, bonitatisque permixtus. Præcipue valebat in mœstis, si qui inter domesticos essent, erigendis, confirmandisque mutantibus. Quam in rem summa cura se dabat: eorumque audiens quantumuis malas, deploratasque causas, nunquam abiciens spem boni exitus, hæc prima semper, vbi quis finem dicendi fecerat, subijciebat verba, Bene habet. Tum paulatim mira suauitate, ac misericordia manum remedio admovebat. Mirifice Societatem; inuicem diligebat, & admirabatur Ignatium, quem B. Pater, cum ad cōfessiones suas adhiberet, tandē coactus est abdicare: quod à celebradis quibusdam eius laudibus, tametsi generalibus formulis, tamē ita interdū in immensum elatis, vt possent quempiam è minus æquis offendere, nullo modo posset ne pœnis quidem coercitus, abstinere. Et sane prorsus in stuporem homines adducebat, significans quid esset euulgaturus, si vel vnā horam Ignatio superuississet, quem inter alia aiebat, nō vi naturæ, sed miraculo viuere. Potentiora visa sunt tamen humilitatis Ignatij, quam Iacobi caritatis vota: ac prius illo, vti etiā prædixisse fertur B. Pater, & quidem nō amplius sesquimensē decessit. Ceterū eo iam prouecta Societas educante qui genuerat, ac regente Ignatio, visa est sapientissimo Numini, vt tempus existimaret, quo & ipsa suum in cælesti curia, beatoque Senatu Parentem haberet, ac Præsidem: ac iustus Ignatius, fidelisq; ac prudens seruus in Domini gaudiū introiret, vbi fruens egregiarū adinventionū suarum fructibus post seruata in modico fidem supra multa cōstitueretur, simul Societate triumphatē decorans, simul corroboras militantem. Iā toto pene orbe terrarū erant socij propagati, iam prope domicilia centum; & prouinciæ præter vrbana, quæ sine Prouincialis opera regebatur, duodecim cōstitutæ: magnisq; in dies auctibus nouellus Ordo in omni genere per prospera per aduersa proficiebat. Ipse B. Pater pridē cupiebat dissolui, & esse cū Christo. Trium expetuerat antequam è vita cōcederet, videre perfecta. Exercitia spiritualia autoritate Apostolica cōprobata, confirmatā eadem Societate, Cōstitutiones cōditas. Horū compos votorū factus, iam nihil nisi clamabat ad Dominum, vt seruū suum in pace dimitteret in eum locum, vbi totus sine vlla intermissione, labisq; admittione posset in diuinę Maiestatis laudes impendi: præsertim quod hoc quidem in regno miseriarum, multo iam minus conatum animi corpusculum sequeretur: cū ille in dies fortior, hoc imbecillius fieret. Quippe iam valetudine plane erat nulla. Nō

92
De B. Ig-
natij ex-
cessu, &
virtutibus93
Trium ma-
xime opta-
uerat B.
Pater Ig-
natius.

eam ætas modo grauis, diuturnæ ærumnæ, seueriffima disciplina, sed etiam peruersa assidui languoris curatio attriuerat, quam triginta fere annis necessitati contrariam fuisse adhibitam nuper erat compertum, fouendo stomacho intentis medicis, cū refrigerare iecur deberent. Ex die tertio Iduum Iuliarum, solito infirmior, minusque ad res gerendas sufficiens, sensit breui instare depositionem tabernaculi sui. Itaque administratione Societatis Io. Polanco, & Christophoro Madridio permissa secessum spectare aliquē cœpit, quod ut supererat vsuræ lucis mortalis, Deo, sibi que vacans, in adornando ad lucem immortalem trāsitu collocaret. In vrbe frequentia potius antiquæ bellatricis, quam nouæ sanctæ Romæ erat imago: cuncta ardens inter Pontificem, & Regem Catholicum permiscebat bellum. Dies, ac noctes vndique inconditi militum, vulgique clamores, turbarum clangor, bombardarum fragor, tympanorum strepitus, citatus campanarum tinnitus feriebant aures, & animos. Quas ille perosus turbas, animo ferebatur ad villam, quam intra vrbeis mœnia (multas enim Romana mœnia solitudines includunt) non procul æde S. Balbinæ, nuper extruxerat in Romani Collegij vsū. Verū, quia Patres cœlū ibi æstiuū in salubre, ac tetum nondum habitationi ab recenti opere idoneum memorabant, consuli super ea re prudentes iussit. Adeo nihil aggrediebatur, quod non vsquequaque recta ratio temperaret. Cumque Alexander Petronius vir præstans, & scientia medendi clarissimus, villa diligenter inspecta, permittendum Patri secessum pronunciaisset, Ignatius in eum lætus confugit. Hic paulatim infirmitas grauescere: viresque decedere. Itaque paucis post diebus Professorum domum refertur, metu potius, ne quid locus grauioris crearet mali, quam quod periculi quicquam appareret. Consuetæ enim illa eius valetudo videbatur, & solennis multorum languor annorum: eoque nec medentes, nec domesticos magnopere habebat sollicitos. Hac securitate, siue incuria processum aliquot dies. Sed non latebat vigilem seruum Domini appropinquantis aduentus. Tertio Kalend. sextiles, cum biduo ante diuinissimum Eucharistiæ sacramentum suscepisset, inclinato in vesperam die, accersit secreto Polancum, nihilque tale suspicantem placido animo, vultuque tranquillo iubet continuo adire Pontificem, commendare ei suo nomine Societatem, & postulare sibi benedictionem, & indulgentiam: atque in super nunciare, si, quod de infinita Dei bonitate sperabat, migraret in locum, vbi tuæ valerent preces; se, quod in hac vita assidue fecerat, ut pro eius Beatitudine oraret, multo iam de se securum facturum impensius. Polancus nuncio, & iussu deprehensus nec opinato, Ita ne Pater, inquit, eo ventum est, ut breui te carituri simus: Ita Deo placitum, subiicit Ignatius: Perge ad sanctissimum Dominum, nec modo mihi, verum & alteri è Patribus benedictionem, atque indulgentiam refer. Quæ audiens Polancus, alterum quidem illum, quem Pater in moriturum significabat, Lainium suspicabatur esse, qui prope depositus decumbebat, quanquam non Lainij, sed Olauij mortem præsignificatam euentus ostendit. Ceterum angebatur plane ancipiti cura, quid consilij caperet incertus. Nihil agnoscebat in agro, nisi veterem lassitudinem, vnde vexari potius, quam periclitari consueuerat: atque adeo persepe multo peiore à se loco perspectum recordabatur. Itaque nolebat videri præfestinasse, si protinus Pontificem conueniret: ex altera parte tam diserte, affirmateque iterata denuntiatio deterebat: præsertim, quod summæ, cum prudentiæ, tum modestiæ virum asseuerandi parcissimum, nihil tam asseueratè locutum vnquam audiuerat, quam illud, quod iam euenerat, de subsidijs Romano Collegio affuturis, atque hoc de fine vitæ sibi instante. Ergo rursus interrogabat, liceat ne in diem posterum itionem differre: cui Ignatius ne iniectam diuinitus præfensionem quodammodo ostentaret: Tu vero ut voles, inquit. Aucta hinc Polanco non exempta est cura. Præter Turrianum Medicum domus ordinariū, raptim Petronium aduocat, rogatque vehementer accurate explorent Ignatij statum: qui diligentis vsi respondent, nihil extare in præsentia, vnde obitum interpretari liceat, postridie certius pronunciaturos. Digressis Medicis Pater de more cibi aliquantum sumit: posteaq; multa iam nocte etiam de quodam negotiolo Romani Collegij disierit: postremo nullis adhibitis (quemadmodum mos est in graui morbo) vigilibus relinquitur solus. Nam neque Polancus medicorum fretus iudicio, quæ audierat à B. Patre vulgabat, & fratres quotidianæ eius vitæ ministri, cum periculum nouum haud cernerent, nec diligentiam intendendam, nec addendas excubias putauerunt. Interim

94
Secedit B.
18. et. in
Collegij
Romani
villam.

95
Supremus
morbue B.
Patri.

96
Iubet sibi
benedicti-
onē ex Pō-
stifici po-
sulari.

97

98
Humilitas
mira B. Ig-
natij in sū-
ma v. t. a
clausula

optimus

optimus Pater solus relictus, lætus haud dubie, quod nemini esset incommodo, suique filij (se animam agente) securi quiescerent; totam eam noctem cum Deo Domino procreatore, ac redemptore suo, ad quem toto cordis sui impetu festinabat, dulcissime agens, consumpsit: eo que intentius, quod & supremum id tempus sibi concessum norat, ac liberum prorsus ab interpellatoribus, omnique strepitu præter opinionem erat sortitus. Tenebris igitur & solitudine noctis in iucundissimo Dei, Beatorumque congressu, sic vt voces identidem à proxime cubantibus exaudirentur, pro arbitrio vsus, vita paulatim deficiente, ad lucem peruenit. Tum ingressi (vt fit) socij exploratum quemadmodum haberet, vbi leuiter, ac pede suspensio accessere ad lectulum; En tibi acerbum spectaculum, inueniunt sanctum Patrem iam animam quam quietissime exhalantē; ex opinato casu stupor homines magis, quā dolor oppressit. Spargitur illico inter domesticos rumor, fit gemitus, concurritur, trepidatur, si quid opis queat afferri: alij ad medicum, Polancus stultam prudentiam suam sero incusans, ad Pontificem euolat. Pontifex quoq; ad iacturæ publicæ casum ingemuit, & large quod petebatur, indulgit. At Ignatius interim sanctissimum IESV nomen ingeminans placidissime expirauit, hora prima ab ortu Solis, feria sexta, pridie Kal. Sextiles: ætatis anno quinto, & sexagesimo; fundatæ Societatis decimo sexto, vir plane humilis, sui que contempto admirandus, vti abunde vel id mortis genus ostēdit, quod maluit obscurissimam esse, cum reddere clarissimū posset. Nā si peristeret in sententia: nec solum pergere ad Pontificem Pontificem Polancū iuberet, sed alios quoq; ex amicis proceribus salutare: atq; ipse interim statū Societatis componere aggressus, Vicariū, vti per cōstitutiones licebat, diceret, socios aduocaret, filijsq; carissimis verba vltima loquens, ac benedicēs mandata suprema relinqueret, quis quæso domi, forisq; strepitus, ac motus existeret? Non deessent fortassis initio, qui cognita Medicorū sententia, quod cōtra eam iret, temeritatē hominis accusarent, quasi leuiter excitaret rumores, aurā captans vaticinantis. Verū id ipsam quanto magis principio hominum animos dubia expectatione suspenderet, tanto deinde cum sensim deficiente vita prædictionis exitus ipsis cerneretur oculis, auget admirationē, & sanctimonix viri celebritatem. Sed enim haud quaquā tulit Ignatij modestia, nō mirum illud tam promerendi singularia Dei dona, quā occultandi studium; nō perpetuum aduersus eos omnes, quibus recta ratio parendū docet, obsequium; vt cum medicis duobus facultate præstātib; altercaretur: quodq; ipsos disciplina cellasset, diuinitus reuelatū sibi cōtenderet. Itaq; intelligēs hanc esse Dei voluntatē, qui huiusmodi à se in supremo spiritu sacrificiū obedientiæ & humilitatis exigeret, nullo edito documento, quo vel eminere inter ceteros videretur, vel de Societate tanquā de sua re quicquā laborare; cū autorem eius vnicū, à quo nominarat, vellet haberi IESVM: nec dubitaret carā, cōmendatāq; ei esse, quicquid ad augendū desiderij sui, mortemq; insigniendā pertineret, neglexit: imo etiā iustus se, sanctisq; solatijs, atq; præsidijs maioris diuinæ gloriæ respectu fraudans, quoniā non licebat Christū Dominū imitari, vt in publica moreretur infamia, id quod erat proximū, sequitur est, vt prope sol^o, ac veluti abiectus, & obscurissimo sine decederet. De ceteris sanctissimi hui^o viri virtutib^o vulgata, & ante cōmemorata sunt multa, & ire per singula singillatim nō est operæ. Exercitia spiritualia, & cōstitutiones ab eo relictas, qui Ignatiū æstimare vult, norit. Illa sunt Ignatij forma, hæc imago: ex illis in his expressa ei^o est virtus: in vtriusq; descriptæ sunt via, ac signata vestigia, per quæ ad cellissimū perfectionis culmen ascendit: quæ indicare hoc loco esse arbitror mecum. Hoc habuit eximie B. Pater vt ratione plurimū, & cōsilio vteretur, crebro vsurpās, A beluis hominem ratione differre. Et sane vti incuria, cōsiderandiq; negligētia, vitiorum omnium seminariū; ita cura & cōsideratio cunctarū est parens, & alumna virtutū. Nemo quippe malū, quā malū amat, sed imagine fallacis boni deceptus. Rei ū illecebræ caducarum, cōsuetudo sensuum, prauæ vulgi opiniones, Dæmonū instinctus cupiditates inflāmant, easq; cōmunes notitias, vel naturæ, vel fidei lumine cōprehensas, quib^o vitanda turpia, honesta scētanda cognoscimus. paulatim obscurant, hebetant, lingue faciūt, vt ratio debilitata, & quodāmodo exarmata, facile tot vndiq; oppugnātibus hostibus, succumbat. Ac consideratio frānū est, quo mens perturbatio- nes, atq; sensus, ne abijciant se ferino impetu ad fallacē præsentis boni speciem, coercet, ac sustinet. Lima est, ac malleus, quibus boni, maliq; notitias illustrat, exacuit, corroborat, vnde ad ipsā

99
Obitus B.
Patri.

100
Quare B.
Ignatius
illud genus
mortis ele-
geris.

110
Per quas
vires B. Ig-
nat. profe-
cerit ad
præstāissi-
mā Sancti-
tatem.

110
Maxima
viri cōsi-
deratione.

mentem, & voluntatem vis, & vigor emanat. Denique vt ait S. Bernardus; consideratio est, quæ primum purificat fontem suū, id est mentem, de qua oritur; deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat, & ordinat, postremo diuinarum pariter, & humanarum rerum scientiam confert, agenda præordinat, acta recogitat, vt nihil in mente relideat aut incorrectum, aut correctione egens. Hoc igitur acerrimo, ac generali telo plurimum B. Pater vsus est: atque ita vt nulla vnquam voluntatis appetitio, ac ne cælestis quidem dulcedinis copia intelligentiæ eius vsui officeret. Nam duo cum sint cælestium Christi auxiliorum genera, altera ad efficiendas voluntates, ad mentes altera collustrandas, fere ita fit, vt cum vberius voluntati superna vis infunditur, agatur homo potius, quam ducatur: eoque rationis perexiguus vsus sit. At in Ignatij animo genus vtrumque & copiosissimum, & mire concors fuit, vt, cum incenderet vehementissime eius voluntatem flamma cælestis, suum tamen integrum regnum rationi, diuinæque luci relinqueret; ab eaque regi, ac temperari ardor ille se sineret. Inde, quamquam Lainius ardentissimam sancti viri caritatem, & immensa diuinæ gloriæ studia, summamque cum summo bono coniunctionem, & quam facile ad cælestia auferretur, spectans, dicebat in rebus diuinis Ignatium patienti, quam agenti propiorem videri: vt Ignatius quoque ipse de se erat illi professus: ita tamen idem rationem adhibebat, ita contendebat neruos industriæ, vndique sibi adminicula cura, & arte conquirens, & singula circumspecte dimetiens, vt ad studia quamuis pia nollet impetu ferri, sed consilio duci. Hæc autem recta est via, qua Deus hominem ire vult: in cuius mente intelligentiæ idcirco lumen accendit, vt illud sequens, rationale offerat obsequium, matura scilicet cōsultatione delectum, & suis vndiq; cōditionibus absolutum: atque hoc pacto simul ab fraudibus illudendis Dæmonis defendatur; simul constantius, ac perseuerantius agat. Ergo siue complacens sibi summa bonitas in Ignatio erudiendo formare multorum magistrum, siue id generosæ eius indoli, & capacissimæ cōsiliij menti maxime cōgruebat, suauissime illum per vias rectas ad perfectam, cōsummatāque iustitiam, regnumque suum deduxit scientia sanctorum plenum; videntem singula, ac notantem, gressuque suos assidue præcedentem rationis oculis, ac iusto prudentiæ pede præinientem. Atque hinc æstimanda sunt Ignatij apud Deum promerita, & præclara facta numeranda. Cum enim in actione honesta non

103

Vnde est- spectanda solum materia sit, sed etiam modus, & finis, ex quibus rei quidem per se bonæ honestas amplificatur, mediæ autem impertitur: cum hic sanctus vir nō modo res præstantissimas ratione summa tractaret; sed medijs quoque & quotidianas vitæ necessitates, ad prudentiæ normam diligentissime exigeret, & ad finem altissimum erigeret; quasi mercator, qui non pretiosarum modo mercium magna exerceat negotia; sed viam inuenisset, qua & quam minima faceret impendia, & quicquid attingeret faceret pretiosum, haud dubie tot annorum assidua cura thesaurum quendam prope inæstimabilem diuinæ gratiæ, recteque factorum cōgessit. Ex eodem meriendū est capite, quantos in perfecta virtute progressus habuerit. Cū enim ad insignē progressum quolibet in studio necessaria ea sint; primum vt finis, ac terminus prænotescat: deinde vt recta ineatur via: ne, si in incertū, vel per ambages erretur, sit labor itineris, nō profectus: postremo vt assiduitas, conatusque; progrediēdi apte adhibeatur: qui totū vitæ Ignatij cursum animo lustret, nō obscure hæc illū singulari Dei beneficio præstantissime omnia adeptū sentiet. Nō errore viæ per ambages vagatus est; nō ignorance optimi defatigatus circa media, sed ipso statim mutati viæ exordio ab summo inchoans, simul vbi cōsideret absoluta virtus, simul rectam viam Deo mōstratē didicit, simul denique eā incitatissimo capessiuit impetu, quem quinq; & triginta annis nō relaxauit vnquā, sed cōtinenter magis, magisque cōtendit. Vbi enim tāquā è densa veteris vitæ caligine, & cæca nocte productus ad gratiæ lucē, ac diem, aperuit oculos; perque totā rerum vniuersitatem circumtulit, intellexitque; ad id hominem genitū, vt Domino, ac Procreatori suo seruiret, & vitā eo pacto sibi cōpararet æternam; nec respiciendas ceteras res, nisi quatenus ad eum finem prosequendū vsui forent: hoc clare cognito, nec minus voluntate, quam ratione comprehensio, alteque in animum depresso veluti fundamento, vt erat cum diuina gratia nobilitate generosi pectoris, animaduertens nihil nec honestius, nec rationi congruentius posse

104

Præstantissimam virtutem, ac generosi pectoris, animaduertens nihil nec honestius, nec rationi congruentius posse

poffet maximis diuino fe obfequio, diuinæque gloriæ studio mancipare nullo plane cõmodi fui
 refpectu, ac perinde paratus per opes, & inopiam, decus, ac dedecus, vitam ac mortem recta ad
 propofitum pergere. Eo in lumine tum ad antea ctam vitam retorquens oculos, tũ ad agendam
 intendens, illam videns retexendam, hanc de integro ordiendam, vtrũque admirabili vi aggre-
 ditur. Et illam quidam non fatiſ habuit (vti ſuo loco narratum eſt) repetira ab prima memoria
 confeſſione generali (cuius tũ vſus prope incognitus erat) ſedulo expiare; ſed etiam ſuſceptis
 vltro grauiffimis pœnis inſtitit abolere. Hinc in pexus, & neglectus capillus, in te ctus vertex,
 barba fœde promiſſa, vngues ſordide permixti excreſcere, terna diebus ſingulis flagellatio cor-
 poris, ac ſeptenũ horarum flexis genibus oratio, gelida modo, & pane, & hoc emendicato vita
 tradu ctã, inter mendiculorum quiſquiliis diuerſorium, aliiduum præter Dominicum diem, &
 aliquando hebdomadam ipſam nulla guſtata re, continuatum ieiuniũ, humi cubatio, nox pro-
 pe peruigil, aliaque id genus ardentiffimi tyronis exempla. A deo nihil erat tam vel deſpectũ, vel
 aſperum, quo ſe ſupplicia ſempiterna cõmeritum, ac præpotentis Dei ſacroſanctam Maieſtatẽ
 violare auſum, nõ digniſſimum iudicaret. Quæ facta per ſe optima ad multo excelleſſorem euehe-
 bat gradum præſtantiffima illa origo, & finis, quod eſt ſtudio diuinæ laudis orta ad idẽ referreban-
 tur. Rete ctã hoc pacto vita ſuperiore, ad ordiendam, texendamque nouã vertitur. Præſto eſt ob
 oculos, quam ſibi initio propoſuerat ſcopi inſtar Dei laus quam maxima. Inde cõſilia ſua ducẽs,
 ac metiens per eam lucis copiam, qua repletus diuinitus eſt; quaque per vias diuinæ prouiden-
 tiæ rectas, ac regias ducebatur, clara quædam, & efficaci cognitione duobus principijs Chriſtia-
 næ ſapientiæ cardinibus apprehenſis, primũ quantopere homo ad recte agendum à Dei gratia
 pendear, deinde quam Deus hominis laborem, atque operam adiungi ſuæ gratiæ poſtulet, ita
 vitam inſtituit, vt videretur dum ſuam adhibet operam, nihil aliunde ſperare opis: dum ad opẽ
 diuinam confugit, in ea vna cuncta reponere. Inde enim præter plurimum precandi vſum, &
 frequentia ſacrificia, & ſacramentorum ſuſceptionem, perfectam diuino Numini ſubiectionem,
 familiaritatemque cum Deo in ſpiritualibus deuotionis exercitijs, tantum orationem,
 quæ mente fit coluit, interque mortales induxit, quod ea & patefaciat homini quid opus ha-
 beat, & à Deo petat, & impetret. Qua cum vteretur ad omnia, tamen quia & declinandum à
 malo, & faciendum bonum eſt, animusque non ſolum vitijs perpurgandus ad perfectam puri-
 tatem, ſed etiam eſt virtutibus exornandus, ad vtramque hanc Chriſtiani officij partem ſua ad-
 minicula, & propria inſtrumenta quaſiuit. Ad eam quidem iuſtitia partem, quæ conſiſtit in fu-
 ga vitiorum examinandæ conſcientiæ ſeuera ſibi legem præfixit. Qua in cura ita proceſſit, vt
 interdum pariter, ac noctu præter breues quietis inducias, ſingulis horis horologiij ſonitu admo-
 nitus, hanc ſecum accurate quaſtionem exaceret, cogitata, dicta, facta in iudicium vocans. Ne-
 que hoc fatiſ fuit homini ad ſumma tendenti, ſed inuenit alterum illud genus examinis, quod
 particulare nominauit, quo ad vitiorum non ſolum victoriam, ſed extinctionem, exciſionem
 que vtebatur; vno ſibi eſt moleſtiſſimis, & grauiffimis aſſumpto, cum quo tanquam ſingulari
 certamine dimicaret. Aduerſus quod vbi primum eſt ſomno excitabatur, erectus in ſui cuſtodia,
 in ea que toto die perſiſtens, ſi forte laboretur, ſtatim animo dolens, ad inotaque manu pectori,
 vel alio edito ſigno, quod pro monitore ſibi eſſet, ac ſi qui intereſſent, falleret; ſub meridiem ac
 vesperam implorata ad reminſcendum ope diuina, exactas die ſingillatim excutiebat horas,
 numeroque inito lapſuum, & notato, ac proponens emendationem, intentionemque vigiliam,
 conferebat pomeridianum tempus cum matutino, diem inſtantiem cum heſterno, hebdomadã
 cum hebdomada, menſem cum menſe; attenti ritu negotiatoris lucri momenta ad calculũ idẽ-
 tidem reuocantis. Ad hæc, ne qua forte ſubterfugeret ſagacem virum alicubi latens labes, ſingil-
 latim præcepta Domini, atque Eccleſiæ, & ſeptem criminum capita ſcrutabatur proprio quodã
 exercitationis genere, conſiderationem ſemper cum precatione conſocians. Eodemque modo,
 ne qua ſiue exterioris, ſiue interioris hominis pars neglecta, atq; inculta maneret, vbi mala pul-
 lularent germina, ſeſe circumſpectanſ totum, ſingulas animi facultates ſeparatim recognoſce-
 bat, ſingulos excutiebat corporis ſenſus: in eorum vſu imitandum ſibi Chriſtum Dominum, vel
 Reginam cæli proponens. At quoniam ſenſus portę ſunt per quos hoſtes vel ad animi peruadũt
 arcem,

105
*Summa fi-
 ducia eius
 in ope di-
 uina, &
 ſumma ipſo
 conatur.*

106
*Plurimum
 vitur exa-
 mine con-
 ſcientiæ a-
 liſque ex-
 ercitijs
 huius ſe ad
 uerſus no-
 xas præ-
 munſt.*

arcem, vel pabulum perturbatiouibus immittunt; ideoque permagni momenti est eos nō solū ab hostium abduci partibus, sed etiam quoad eius fieri potest ad rationis, ac pietatis partes adiūgi, ad sacra eos vitæ Christi mysteria vi cogitationis adhibebat, in sanctis illis percipiēdis formis exercens, vt in quotidiano vsū à vili, ferinoq; abstracti affectu, sentire, & amare spiritualia, eorūque affictu gustu consuescerent; quo iam pulcherrima consensione anima pariter eius, & caro exultarent in Deum viuum. Hac intentata cura, primum sui notitiam maximam; dein vitiōrū, prauarumque consuetudinum amotionem, tum procliuatam, cōmotionumque animi trāquillitatem, ad hęc mirum illum linguæ dominatum, toto præterea in oris, & corporis habitu, lingulisque membris, ac motibus compositionem, atq; modestiam, denique absolutā in genere omni mortificationē, suiq; victoriā adeptus est, quā perraro in hominibus quantumvis virtute præstātibus omni ex parte videas. Quotus enim quisque est, cui⁹ inter illustissima decora nō aliquis næuus extet? Hic non penitus iracundiæ, ille non linguæ est potens. Alij in curando corpore necessitatis imponit species, nō nemini species diuinæ laudis in suis factis, virtutibusque cōmemorandis. In summa vir vsque quaque sui dominus, mortificationis quasi dolabra vndiq; perpolit⁹, atque perfectus, vt nihil vsquā in eo asperitatis, nihil offensionis, nihil eminens, aut lacinosum inuenias, cui nihil detractū, nihil additū velis, perrarus est. Quod tamē famulo suo Ignatio, quē multis eius disciplinæ sectatoribus formabat exemplum, per attētam illam sui custodiā bonitas diuina ita concessit, vt vel carere perturbatiōib⁹, vel sicubi vsus posceret, ijs vti videretur plane tanquam modestis famulis, non audentibus se ante præscriptū Domini cōmouere, quin etiā illa exterioris hominis constanti, æquabiliq; modestia nō paucos insignes viros ad incūdā secū Societatē pellexerit. Hac efficacissima ad conseruandū vacū, atque intraminatum vitijs animū vtēs via, & quasi agrum vepribus, malisque graminibus perpurgatum, ac molliter subactum ad excipiendos cælestes satus, latissimamque fundēdam segetem, & copiosam frugem congrue præparans, quo expleret alterā illā iustitiæ euangelicæ partem, quę in recte agendo consistit, rationē haud opportunam minus inuenit. Versabatur illi ante oculos primum illud summæ Dei gloriæ destinatum: id, vt quam proxime attingeret, non solū sanimouenda erant impedimentā, quod ratione nuper dicta faciebat; sed regula etiam, ac linea ad quam in recte factis quasi ictum dirigeret, adhibenda. Quippe illud itæ sæpe cæcis mortalibus vitium specie recū: nec rarō si nō vitiū, certe minus honestū maioris imagine decipit; vt quāuis optimū pro meta intuearis, tamen præstigijs, & inanibus vmbribus abductus circa bonum vulgare te verles, & pene operā ludas. Idcirco certā Ignatius regulam, ad quam se forinaret exquirens, animaduertit Christi vitā nostram esse viam: datum enim ipsum hominibus non modo saluatorem, sed etiam exemplum: nec posse genus vitæ fingi, siue acceptius Dei voluntari, siue gloriæ conuenientius, quam id, quod cum dilecti filij eius, in quo sibi bene complacuit, & quem nos audire iussit, vita maxime cōsentiret. Eius igitur expressurus in se modum, ac formam, ex ijs, quæ inter mortales vsu veniunt, sapienter æstimationem transtulit ad diuina proposita sibi, (vt initio huius Historiæ dictū est) Regis ad piū bellum inuitantis similitudine, & gemina altera, quæ duo vexilla intuebatur, hinc Christi Domini, inde tyranni tartarei, audiens quid vterque Dux suis præciperet, ita inflāmatus est ad præeūtem cum Cruce Christum Iesum sectandum, eiusque iussa facienda, præsertim ex eo tēpore, quo in accessu ad Urbem vidit se ab æterno Patre gestanti Crucē filio tradi, atque addici, nihil vt aueret ardentius, quam vna cum eo agere, acerbissima perpeti, ludibrio omnib⁹ esse, pro magno existimās beneficio posse sui Regis obaudire nutui, signa sequi, vestigia premere, insignibus decorari; vsque eo, vt nō modo quantæcunque felicitatis cōditione oblata, nullam quāuis leuissimā suscepturus esset labeculam, quæ modo aliquo eius offenderet oculos: sed etiā si hinc opes, nobilitas, sapientiæ gloria, inde cōtraria, quæ vulgus mala nominat, obijcerentur: atq; vtrinque par Dei laus: ad maiorem tamē imitationē Regis sui Iesu crucifixi, mallet cū eo paupere, spreto, & illuso, pauperiem, contemptum, & insipientiæ nomē, quam aduersa his seculo preciosa. Et plane profitebatur, nisi intelligeret, aliud maioris diuinæ gloriæ studium postulare, se per vias ridiculo, ac probroso habitu passim puerorum procacitati os ad cōtumeliam præbiturum. Ceterum tamen ita ardebat obsequij diuini Christi que imitandi studio (quia tamen principū illud tenebat,

107
Mortificatio B Patris absoluta in omni genere.

108
Vitiū plurimum regniis elethonia proposita semper sibi copiam imitari Christi Domini vitam imitatur.

tenebat hominem ratione, qua à belluis secernitur, etiam pijs in rebus duci potius, quam gustu debere) certa obseruauit præcepta, quibus quasi trutina vitæ genera, in quib. Christiani omnes imitari se Christum Dominum profitentur, ponderans, vnum sibi prudenti consilio, iudicioque recto diligeret, quod gratissimum auctori vitæ, salutisque suæ fore putaret. Intentis ergo, vt semper in diuinum obsequium quam maximum, & Christi imitationē perfectissimā oculis, implo-
 rataq; cælesti luce ad recte iudicandum conquirat diligenter, enumerat, expenditque quæ quoque in vitæ genere ad propositum diuinum obsequium, & Christi imitationem incōmoda, siue commoda insint. Vt vero alieno cuius studio aditus obstruatur, nec alterutram lácium siue naturalis propensio, siue quidpiam præter rationis momēta pellat, interim Deum ipsū quasi spectantem animo cernit, ac se ita componit, tanquā continuo moriturum, eiusque ei rationem scienti omnia Iudici redditurum. Huiusmodi in examine id sequens, quod maxime opportunum numerus, & qualitas commodorum monstrabat, quodque mallet, si mors ingrueret, sequutus esse: quia vidit ad propositum finem accommodatus, Christiue Domini vitæ similius non solitudinē sequi, neque vni vacare sibi; sed operā ad proximorum quoque salutem cōferre; eamq; ob rem plerisque hominum odiosę austeritati, & cupiditati ignominia ponendum modum, potiusque curandum, vt sua lux Patris cælestis gloriam coram hominibus luceret, ad id vitæ institutum cunctis voluntatis viribus delatus est, & est admirabiliter executus; tot exantlatis in studendo laboribus, tot in obeundo iuuandi proximos munere exhaustis ærumnis, adiunctis postremo, vt infra dicam, eiusdem consilij socijs; ac familia, in qua post obitum quoque suum ipse quodammodo ad proximorum salutē viuere, instituta. Idem postea consultationis genus adeo sincerum, quasi libram omnitēpore habens in manibus, quicquid in quotidiana vita accideret, eo subtiliter expendebat, perducebatque iustum ad pondus; eo mediocritates rimabatur virtutum: atque hic refecans, hic apponens, vbique formā honestatis pulcherrimā exprimebat. Atq; tum conscientia, quæ dixi examina, tum hæ electionis regulæ duo fuere singularia Ignatio ad-
 minicula, quibus ad puritatem animi, in qua sapientes cælestis philosophiæ destinationē collocant, recto, ac celeri cursu peruenit. Nam examina arcebāt vitia: deliberatio accersebat virtutes. Examina ijs, quæ tractaret, nil sinebant præiuitatis intermisceri: deliberatio nil desiderari perfectionis. Denique easdem actiones, quas consultatio præformauerat, cura expresserat, postremo approbabat, vel perpoliebat examen. His item insignem illam cōsequutus est spirituum discretionem, & rectam virtutum ætimationem, vt nosset singularum momentum, & pretium: in qua prius, aut posterius, plus, minusve esset curæ ponendum; sic tamen, vt nihil negligeret, nihil leue duceret, paruique momenti, quod esset vtilis pietati. Et in ritibus præcipue, sacrisque rebus Ecclesiæ, vt æquum est, & postulabant tempora, collaudandis, magnique faciendis excelleret. His præterea totius spiritualis vitæ cognitionem, & quasi artem percepit, vt nō dirigeret modo viam suam; sed etiam intelligeret eam, & faciens recte, & facere se, quantū mortalitas fert, intelligens; quæ peculiaris, ac præiens est merces eorum, qui in lege diuina, vt eam custodiant, diebus, ac noctibus meditantur. Ex hac denique disciplina tria illa, quæ mortales præcipue mirabantur, emanabant. In rimandis negotiorum vijs, peruestigandisque quam aptissimis sagacitas: in prosequendis summas inter difficultates constantia: in exitu, vtcunque caderet, bene ferendo æquitas animi. Quippe præter lucem summæ sapientia, ad quam se oratione, submissione, operaque sua præparabat, vsus consultandi, iugisque animaduersio progressionum, atque collatio euctorum exacuebat prudentiam. Consultatio diligens, ac sincera creabat constantiam, vt quæ nullum ferme nouis casibus locum relinquens, qua ratione suscipiendam rem suaserat, eadem suaderet vrgendam. Ex horum verò conscientia tranquillitas animi existerat: cum nec in suscipiendo, nec in administrando negotio quicquam fere à se commissum, aut prætermisum sciret, cuius pœniteret: & quamuis exitum res non haberet, non tamen suæ rectæ voluntatis, ac sedulæ operæ excidisse fructum apud Deum nulla re indigentem: apud quem voluisse fecisse est: qui operam magis, quam opus spectat: nec semper vult ab iisdem perfici, quæ gaudet attentari, cum Davidis de ædificando templo consilium laudat, quod tamen ædificare ipsam prohibuit. Et erat frequens Ignatij præceptum, Angelos in rebus agendis, iuuandisque proximis imitandos, qui ex

109
Ratio eius
deliberandi.

II O
Examina
conscientia
& regula-
rum bonæ
electionis
vsus via
certissima
ad purita-
tē animi.

III
Vnde in B.
Ignatio
Prudentia.
Constantia.
Æquitas
animi tam
in signis.

vna quidem parte nullum prætermittunt in procuranda hominum salute genus industria: ex altera vero successu, quicumque sit, nihil beatæ suæ, æternæque pacis amittunt. Quod præclare faciebat B. Pater Iôge casus humanos animi altitudine supergressus, quod vel illa solennis ei vox palam faciebat. Si quando enim (quod sæpe in recenti ordine, & indicto propalam bello cõtra vitia decertante, eueniebat) deferrentur ad eum coniecta in Societatem ab improbis, vel ignariis rerum hominibus maledicta, pacatissimo animo, hoc tantum respondebat, illud auertat Dominus, ne quando male nobis dicant, & vera dicant. Denique conuersatione in cœlo, opera, & labore in terris, in eo quoq; sanctos illos administratores spiritus æmulabatur: quod, sicut illi inter ministerij, ad quod mittuntur, se dulcitatem, semper vident faciem Patris, qui in cœlis est; ita ipse actionem cum contemplatione eminentissima mirifice copulabat: eiusque rei viam facillimam, & tutissimam sequebatur. Cum enim posuisset amorem magis ex operibus, quàm ex verbis pendere, ac cerni; diuina erga se beneficia communia, & propria naturæ, gratiæque considerans: dein summum opificem vbique in operibus suis præsentem, eisque tum naturam, & quicquid habent virtutum impertientem, tum pariter cum illis agentem, & quodammodo laborantem spectans: ad hæc dona, ac bona quæcunque vsipiam sunt cœlitus tanquam ex immenso fonte, in quo infinita, & immensa sint, labi finita, ac circumscripta contemplanis; ex huiusmodi cõsideratione, caritate inardescens, reputanque quid à se vicissim tot contestatus operibus amor posceret, ad mouendas operi manus intelligebat; prosilientique ad actionem, nequaquam interim Dominus Dei sui, cuius causa laborabat, intermittebat cõsuetudinem, suauissimæque præsentis fructum. Alebat enim caritatem illa quodammodo beneficiorum vicissitudo, dum tot accipere se considerans, aliquid ei ipse conabatur rependere. Nec distrahebat consuetudinem labor, sed astringebat, quod ipsummet Dominum, cuius causa laborabat adesse sibi adiutorem, vnaque quasi collaborantem cernebat: nec ab eius conspectu rerum mortaliū formis auertebatur, quod in omnibus ipsummet Dominum tanquam in imagine, seu templo quodã intuebatur. Si vero quid pulchri, boniue, ac laudabilis ad oculos eius, animumue accideret, per ea continuo transcendebat ad autorem vsique eo, vt ad ipsum illum augustissimum, & immensum fontem contemplan- dum per sparsas in creatis rebus diuinitatis quali guttas, non modo cœli, ac syderum, sed stulos quoque, ac leuissimæ rei cõspectu facillime raperetur. Animarum quidem à Christo redemptarum splendorem, ac pretium cogitatione ad hominum occursum sibi representans, vix interdum lætitiæ æstuantis vim, ne se extra effusus proderet, tēperabat. Hinc nimirum è cœlestis voluptatis torrente haustu illo adeo largo perfundebatur; vt cum in iugem suauissimarum lacrymarum fluuium superfusa exundaret copia, ne falsi humoris acrimonia oculo sei exesis luminibus cum proximorum detrimento extingueret, implorandum fuerit temperamentum à Deo: à quo statim miras illas lacrymarum tâquam habenas accepit. Vsique adeo diuina gratia hominem sibi acceptum assidua vigilantia, & consideratione per illa consultationum, atque examinū adminicula ab terrenis vitijs, & naturæ contagione secretum, summo bono eoniunxerat. Atq; hanc vir sapientissimus inhærendi Deo, mysticæ que theologiæ formã, per quam expurgato vitijs, ac perturbationibus animo, fixa in Dei gloriã mente, non in solitudine, pulchraque admiranda rerum, quæ formetur cogitatione, pictura; sed agnoscendo in suis operibus Procreatore, ac subleuando ad fontem æriuali aspectu mentis intuitu, in arenam descenditur, maxime commēdabat hominibus nostris, tutioremque existimabat, ac magis frugiferam viam; affirmans experimento sibi compertum, deditos vltra modum secessui, longisq; contemplationibus prestigijs Dæmonum esse propositos: ac ferme intractabiles fieri, contumaces libique placentes. Quod recte existimãti minime debet admirandum videri. Nam nihil est in hac vita extra omnem vitij alea positum. Sui quamque virtutē, vt fere cellissima iuga vastæ rupes, abrupta circumstant, & in summis, vitulcherrimum, ita difficillimum est recte consistere. Ergo operi præstantissimo superbiam, ceterorum contemptum, honestissimo otio segnitiam, exercitationi montis sententiæ pertinaciam, tendente vbique dolos subtilissimos Satana, prociue est adherere. Et igitur cõtemplationis generi, quod dixi, inter negotia, & frequentiam habili volebat consuescere nostros homines, non modo in se vicissim, & in moderatoribus Christum Dominum agnoscetes, ac venerantes: verum

etiam:

FI2
Cõtemplatio
B. Patris
excol-
lunt.

II3
Dona La-
crymarum

II4
Quod ma-
xime con-
templatio-
nis genus
in Societa-
te velle.

etiam rectam intentionem in tota vita, rebusque singulis conseruantes: id semper in eis facere spectando, vt seruiant, & placeant diuinæ bonitati, propter se ipsam, & propter caritatem, & eximia beneficia, quibus nos præuenit, potius quam spe præmiorum, vel metu pœnarum: in omnibus quærentes Deum, amore ab omnibus creatis rebus abstracto, vt vniuersum in earum procreatorem conferant, eum in omnibus creaturis amando, & omnes in eo, secundum ipsius sanctissimam, ac diuinam voluntatem. Atq; hæc, quæ cōmemorata sunt hactenus, eo ferme pertinent, vt intelligatur, quæ maxime via hic vir admirabilis propriæ sanctitatis, ac priuatæ personæ summæ in sese perfectionem expresserit, sequitur vt de personæ publicæ indicetur præstantia, quam nō alijs, sed prorsus ipsidem, consecutus est adminiculis. Namq; sub melioris mentis initia dum cōsectatur optimum, vitæque Christi Domini imitationem perfectam, eoque toto pectore ad curandas proximorum vtilitates conuertitur, nec labore vllō in ea procuratione, nec ludibrijs hominum, nec custodijs, vinculisque terretur, experimento tamen edoctus, immenso animo suo nequaquam posse satisfacere, nisi robori pietatis auxilia literarum adiungeret; consilio quo magis spectes, eo magis admirabili, ad earum sese studia confert. Robusto iam æui flore vir, militiæ innutritus, non nisi arma, equos, trophæa bellica, & Martia decora voluere animo, ore loqui, tractare manu solitus, animo excelssissimo ad puerorum inter pueros relabatur ineptias; pariq; constantia luçtatur cum Gramaticorum spinis, cum inopia rerum, atque adeo cum spiritus quoque iucunditatibus, studioque proximos adiuuandi, quæ fuere rationis arbitrio temperanda. Barcinone, Complutum, hinc Salmanticā, Salmantica Parisios inter ingentes æumnas pene profugus transinigrat. Superat hic totius septennij longinquitatē, quod spatium vel spem adolefcētis infringat. Sicq; humanarū, diuinarumq; disciplinarum sibi ad nouum militiæ genus arma comparat, vt gestis interim dum bellum parat, bellis maximis, in aciem non solum instructior, sed & fortior, & clarus victorijs reuertatur. Verum hic quoq; intelligens perfectius ad proximorum se vtilitatē operam cum multis, quam solum, adscitis in idem cōsiliū lectissimis socijs, nihil medio cre mente agitans, statim ad augustissima Palæstina loca indigna tyrannide, atque impietate oppressa, si quo modo queat, Christo restituenda, curā adijcit. Quæ vbi non procedunt: sede delecta sibi Romæ in Christiani orbis arce se, suisq; Christi Vicario deuotis, dum ipse sancta in Vrbe puerorum orbitari, puellarū, matronarumq; pudicitia consuleris, Hebræorum quoque, atq; hæreticorum adiumento intentus, orphanotrophia, Gynæcea que tum puellarum, tum mulierū male nuptarum, catechumenorum domicilia, Collegia clericorū excitat: adhæc publicè, ac priuatim, bene, maleque valentibus, & omnium ordinum hominibus, præcipueque in Christianæ reipublice administratione Patribus purpuratis, summoque factorum Antistiti opera, & cōsilio præsto est; alios è socijs in Orientē ad recens apertum orbē terrarum dimittit, qui vetustis Demōnum regnis sacrosancta signa crucis inferant: alios in septentrionis prouincijs Hæreticorum futijs opponit: alios per Catholicū orbē spargit ad restituendos recte sentientium mores frequentivsu sacramentorum, diuini verbi prædicatione, iuuentutis, teneræque institutione ætatis, edocēdis rudibus, visendis Nosocomijs, ad eundis custodijs publicis, noctes ac dies opera omnibus prompta. Jamq; animo, laboribus, & successibus aucto, etiam æterna posteritati subsidia parans, non contentus neque sua tantum vnius hominis vita impendenda, neque vnius tantum seculi mortalibus adiuuandis gloriæ diuinæ seruire, ad constituendā familiā, propagandosq; ad venturas ætates eorundē operum molitores cura transcendit. Opus aggreditur: statuto præ oculis consueto summæ Dei gloriæ signo, vniuersum noui ordinis corpus describit, & distinguit in mēbra; & legibus, atque institutis ad conseruationem, & incrementum aptissime factis illigat. In singulis deliberandis præter sacrificia, orationem, sacramentorum vsum, macerationem corporis, ad exposcendam, impetrandamque à Deo lucem, suam illam adhibens normā, examina conscientia, & regulas electionis. Quibus præsidijs ita sincere ad mentem ab omni aliena affectione purgandam, ac diuina solum collustrandam luce vtebatur, vt, cum ipse, si suo indulgeret gustui, amaret psalmodiam in Societate communem esse, tamen alia omnia præscripserit, quia sic ratio ad maius Dei obsequium plane persuadebat. Inde magna fiducia, si quem lociorum feruor ad opus incitaret ab Societatis vsu abhorrens, solebat hominem consolari, & cōcercere, affirmans,

115
Progressio-
nes B. Pa-
tri ad in-
uadōs Re-
uerent.

116

117
*Obedien-
 tiam perfe-
 ctam in So-
 cietate cur
 tantopere
 B. Ignatius
 requireret.*

eius rei nequaquam ex nobis à Deo rationem esse reposcendam. Ceterum vt nunquam fuerat in sese mediocri virtute contentus, ita in republica, quam instituit, Euangelicæ perfectionis, quâ absolutissimæ formam expressit. In qua, cum omnes virtutes cumulatilimas vellet, & quidem Euangelicam paupertatem diligi vt matrem, custodiri vt murum ac propugnaculum Religio- nis: ad castimoniam vero eiusmodi contendere, quæ corporis, mentisque munditia integritatem æmularetur Angelicam, tamen quasi insigne proprium, ac notam voluit eminere obedientiam: iureque id sane optimo. Nam, cum obedientia in omnibus cœtibus iure congregatis, ac præfer- tim religiosi momenti maximi sit, quia vno quasi ictu radicem vitiorum omnium, voluntatem cuiusque propriam, & appetitiones, ac propensiones excidit, perque omnes vagatur honesti partes, eoque vere dicitur ceterarum parens, custosque virtutum: atque hæc præterea via est, qua maxi- me diuina prouidentia vigorem, ac spiritum, quæ cuique cœtui proprium impertit, per vniuersum corpus vult permanere ac diuidi: est adhuc præcipuo nomine Societati necessaria, quod ipsa si- milior est exercitui in expeditione educto, quam ciuitati pacatæ. Quippe in Ciuitate, quæ pace, & otio perfruatur, suas quisque priuatorum res curat: dumque leges fixas, & eodem semper tenore euntes seruet, cum magistratibus, atque Principibus modicam rationem habet. Nec fere priuata contumacia magnopere in cõmune obest. At in exercitu cuncta pendent ex tempore. Ad subita imperia expeditos necesse est esse milites. Etenim vel in singulorum obedientia summa rei ver- titur. Ita in Societate, cum tam multa, & varia, atque adeo periculosa ad Dei gloriam, & publicam animarum salutem tractet munia, tam multas amplectatur regiones, tam multæ ex tempore in- cidant vel rei bene gerendæ occasiones, vel priuatæ, aut publicæ necessitates, nisi vnusquisque ab cuiusvis loci, temporis, ministerij, priuati denique consilij mora expeditus in procinctu stet, vt dicto ocius eat, veniat, agat, quiescat: hoc, illud, aliud suscipiat, ponat, mutet, postremo totum se fingat, & accomodet Ducis ad nutum, ingentes necesse est accipi clades, præclaras prætermitti

118
*Prudentia
 B. Patris in
 demandan-
 dis negotijs*

opportunitates, maximam fieri animorum, gloriaque; diuinæ iacturam. Eadem fuit causa, cur B. Pater tantopere cœcam, vt appellabat, obedientiam cõmendaret: quod vt quidam è profanis ait, Tam nescire quædam milites, quam scire oportet. Si vbi iubeantur, quærere singulis liceat, pereunte obsequio, etiam imperium intercudit. Parendo potius, quam imperia ducum sciscitando res mi- litare s continentur. Hanc vndecunque absolutam obsequij laudem ab socijs exigens, vt in hac sacra militia possent loqui victorias, haud minore consilio negotia impositurus, vbi vniuersæ, ac generatim mandata dederat, relinquebat plurima gerentium arbitrio; vt integrum ijs esset con- silium ex re capere, quod sæpissime negotia postulant: quibus seruiendum esse docebat B. Pater, nosque accomodandos ipsis, non ipsa nobis. Sunt enim interdum nonnulli, qui siue tacita qua- dam laboris fuga, siue immodica æquabilitatis in vita quotidiana tuendæ cura, in rebus geren- dis, non tam quid earum successus postulet inuentur, quam ne de suo ipsi curriculo quicquam decedant. Ea vero libertate quam gesturis negotia permittebat Ignatius, tum autoritari Præpo- siti consulebat, animos inferiorum sibi adiungens, quorum se virtuti, atque solertiæ confidere, ac multum tribuere ostendebat; tum ipsis rerum procuratoribus, quorum exacuebat, atque ex-ercebat industriam; consuefaciens suis ire oculis, ac nare sine cortice: tum demum rei, atque ne- gatio, quod & aptius, & acrius tractabatur. Nam & cõsilia pro re præsentia, ac tempore capiebantur: & nisi procuratio è sententia procederet, nulla relinquebatur procuratori ex alieni præcepti obtenti excusatio: & natura comparatum est, vt vnusquisque, quæ per se excogitat cõsilia, am- plectatur, vigeatque; studiosus, vt quorum non nutricius, sed parens est. Itaque cõmunibus præ- ceptis informando rem, porrigebat potius obedientibus faciem, cum qua vltra per se tenderent, quam præfererat ipse sua grauis umbra. Quin etiã suauitati, perpetuitati que obedientiæ, ac per- fectæ rerum agendarum administrationi prospiciens, abstinere ab omnino præceptis, si alia posset ratione id, quod volebat, consequi. Non itaque obseruabat solum quid cuiusque æquum & con- ueniens viribus, & ingenio foret: verum etiam siue quidpiam decreturus, siue pœnam impo- siturus, ita rem simplici quidem sermone, sed scite, politisque sub oculis rationibus exequeretur, vt qui audiebant, in eius sententiam non ducerentur, sed venirent, imo præse viderentur, non sequi. Erat tamen in exigenda ratione diligentissimus, plurimumque in ea cura reponere

119
*Diligentissi-
 mus erat
 in exigenda
 ratione ge-
 starum rerum.*

momenti.

momenti. Nempe vt reddendæ rationis sollicitudo errorem pariter, ac segnitiam ab rebus agendis excluderet; rerumque ipse statu perspecto opportuna in loco adiumenta suggereret. Nec vero in extraordinarijs negotijs duraxat; sed etiam in consuetis ad proximorum auxilium ministerijs, quo pacto, quoque successu tractarentur volebat quam frequentissime, ac planissime, vel coram vel per literas edoceri, explicato numero eorum qui spiritualibus exercitijs excolerentur, puerorum scholas frequentantium, vsurpantium apud socios sacramenta, rerumque aliarum id genus. Ad hæc minime omittebat in tempore, quos idoneos norat, ad perfectum iudicij holocaustum absurdis prima specie atque intepestiuis exercere imperijs, eorumque patientiam sane quam liberaliter exorare. Argumento est Sebastianus Romæ Collegij Romani Rector, quem hoc anno domum Professorum aduocatum iussit coquo inferuire, & a quam ex longinquo ferre, aliaque insignia ad laborem, atque humilitatem obire, quam seueritate, absolutamque obedientiam non exigebat Ignatius magis, quam ipse præstabat, summorum iussa Pontificum plane tanquam Dei excipiens, atque ad tenuissimum eorum nutum paratus sine vlllo viatico, & instrumento, innixus bacillo quocunque iuberetur pergere, vel sese male cohærenti nauigio remisque; ac velis nudo committere. Et extant mira aduersus medicum obsequij exempla, siue cum peruersa curatione in vltimum vitæ discrimen adduci sustinuit, siue cum quadragenarium ieiunium proxime ad metam perductum sine vlla tergiversatione iussus abruptit. Nimirum perpetua illa sua norma, ac libra iam plane didicerat (vti supra significatum est) suum cuique virtuti pondus, suum modum tribuere. Idcirco etiam præcognito vitæ suæ fine, quoniam in eum locum medentium sententia adegerat, vt non posset sine ingenti strepitu agi res, neque vrsit Polancum vt continuo ad Pontificem pergeret, & alia consuetra vel sanctis vitis è vita decedentibus officia posthabenda duxit.

120
Obedientia
B. Ignatij.

Eandem intelligentiam ponderibus iustis virtutum honestates, examinandi volebat in suæ disciplinæ alumnis excellere: quos admonebat, vt in ijs adminiculis, atque præsidijs, quæ cum Deo maxime iungunt, disponuntq;, instrumentum, vt à diuina manu recte gubernetur, plurimum reponerent: ac proinde probitatem, ac virtutem, præcipueq; caritatem, & puram intentionem diuini seruitij; & familiaritatem cum Deo in spiritualibus deuotionis exercitijs, ac zelum animarum sincerum ad gloriam eius, qui eas creauit, ac redemit, quouis alio emolumento posthabito; quas solidas appellabat virtutes, prima, ac summa existimarent, summoque in ea, & in rerum spiritualium studia conatu incumbere. Secundum hæc ad propositum Societati finem, proximorum curandæ salutis plurimum reponere momenti in exterioris hominis sancta, piæq; modestia, ac rectis exemplis. Nam qui sibi homines conciliandos Deo sumunt, oportet ipsos vtrisque esse coniunctos. Vt autem veræ animi virtutes Deo, ita autoritas, quæ præcipue rectis exemplis conciliatur, iungit hominibus: idcirco non modo scripsit, voluitq; seruari diligenter certa modestiæ præcepta; sed etiã in suscipiendis diuini seruitij causis circumspectionem requirebat maximam: solebatq; dicere in Societate hominum genera duo esse, vnum eorum, qui extruerent solam, alterum eorum qui simul inter extruendum destruerent. Primum sibi genus probati: & hos esse qui studio, ac zelo vterentur. Considerato, providentes, ne quam dâni causam, non modo re, sed ne specie quidem darent; neve ijs offenderentur, qui si aduersarij fierent, possent nostrum in diuino obsequio, & salutis publicæ studio impedire cursum: atq; adeo quædam, quæ recte alioqui fierent, omittenda censebat, non damni priuati formidine, sed operum respectu potiorum; quia sæpenumero dum parum caute quid attentatur, nec illud efficitur, & mora alijs multis obijcitur. Quibus ex rebus omnibus manifestum fit, Ignatij virtutes, quamuis ipse nihil in se notabile, supraq; commune in hominum modum velle apparere, tamen modum Euangelicæ perfectionis admodum excellentem implese. Verum enim, quoniam præstans virtus difficile vel dissimulatur diu, vel simulatur; non potuit tanta lux vlllo obuolui humilitatis integumento, quo minus late radios funderet, in oculos prudentium, id consecuta, vt quidiuissime, proximeque inspicerent, ijs suspicerent maxime: quod in ijs solum euenit rebus, in quibus, quia ad eximiam perfectionem perductæ sunt, vsus & consuetudo nihil vitæ vnquam, sed plus semper admirabilitatis aperit, vt de Deo egregie disputat Augustinus.

121
Quas virtutes in Societate velle eminare B. Ignatius.

122
In proximo aduersus audis cauere volentibus quid inter extruendum destruerent.

123
Iudicia Hominum granissimum de B. Ignatij præstanti virtute.

Necesse non est, quid eminentissimi è Societate viri Franciscus Xaverius, Iacobus Lainius, Ludouicus Consaluius, alijque de Ignatio sentirent, ab alijs iam prodita literis huc inculcare. Andreas Frusus, quem Ignatius, alijque noti, ob innocentiam vitæ, singularemque sapiëntiam Angelo simillimum iudicabant, solebat dicere, cælestem Christi gratiam in Ignatio quasi ingentiam, ac naturalem videri: adeo constanter, vbique, ac semper, adeoque facile modum, virtutemque seruabat. Fuluius Androsius, doctrinæ, prudentiæ, ac pietatis egregiæ, cognita Meldulæ B. Patris migratione, cum semel quanquam reluctantè conscientia, pro eius anima, vt solet, sacrum funebre fecisset: iterum idem facturus, cum accessisset ad Altare, imperare inquit (*sic enim scribit*) mihi non potui, quin sacrum facerem de nomine IESV: nec in meis priuatis precibus videor mihi aliud posse exprimere, quam hæc verba, Pater Ignati, ora pro nobis, & plane multis in rebus videor mihi eius patrociniū expertus. De Iacobo Eguia paulo ante narratum est. Denique adhuc ipso viuo, licet inscio, eius res pro sacris reliquijs habebantur. Porro aliorum præter Societatem de Ignatij virtute iudicia æstimaturi circumferant per probatissimos eius seculi viros cogitationem; iisque & Societatem, & nominatim Ignatium summo in pretio fuisse intelligent. Mihi vt longum facere consiliū non est, ita religio est, non famulari aliqua ex parte Deo sanctum suum, qui tam se humiliter abiecit, extollenti. B. Philippus Nerius autor inclytæ congregationis Orationij Romæ, non solum Ignatium vt virum sapientem colebat, consulebat, ad eiusq; institutum idoneos mittebat homines; verum etiam insolitum quendam, ac cælestem splendorem in eius ore affirmabat se cernere; scilicet oculos & ipso diuino beneficio eruditos, & diuinæ lucis capaces habebat. Eundem per sæpe alij in Ignatij facie videre splendorem. In Hispania Magister Ioannes Auila (vti iam vulgo est notum) cum quod ipse magno molimine mouebat, facile vidit ab Ignatio perfectum, de Societate instituenda, se puero, illum robusto viro comparauit. Ludouicus Montoya Augustinianus magni in Lusitania nominis cum sancto viro Romæ congressus, scripsit deinde Conimbrica, nullas se vel pretiosiores, vel sibi fructuosiores reportasse ex vrbe reliquias, quam quod Ignatium vidisset, eiusq; colloquij, benedictionis, magisterij esset particeps factus. Carthusianorum Patrum sæpe ante commemorata sunt iudicia, officiaq; præclara. Clerici regulares, quos vulgo Barnabitas vocant, hac ad literam Epistola Romam Mediolano missa, suum cognito B. Patris excessu, animum explicarunt.

124
Epistola
Barnabitarum
in
obitu B.
Patris Ig-
natij.

Postquam nobis renunciatus est hinc in vitam meliorem recessus beatæ memoriæ venerabilis Patris Ignatij, non mediocri cor nostrum pupugit dolor, tum vestri causa, totiūque sanctæ Congregationis IESV, quæ tali magistro, ac parente orbata dolens, mærensque remanserit; tum nostri, quorum etiam Pater erat. Dolendum quidem quod raptus est nobis hoc maxime tempore, quo bonorum virorum tanta caritas est; consolandum vero est, quod ad meliora transferit. Iustus enim viuere Christus est, & mori lucrum: quia & dissolui & cum Christo esse multo illis melius. quo fit vt cum Beatissimo Petro Kalendas Augusti corporeis soluto vinculis, ad cælestia letus migrauerat. Hoc tantum metuendum est, ne aliquo nostro peccato creptus sit mundo, & sicut de sancto Iosia legimus, quia Iudæorum populo grane imminere exitium, Rex iustus ante sublatus est. Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum: sed neque etiam omnino à nobis recessit. Viuit apud omnes, quocunque se per totum orbem nomen Christi protendit, dulcis & grata sancti viri memoria, qui tantum de Christiana republica meritis est. Quo magistro, ac Duce Christi fides, religio, doctrina adeo propagata est, vt ad ipsos quoque Antipodes penetrauerit; apud quos multa millia hominū ad fidem cōuersa, nouam Ecclesiam primæ illi Apostolicæ æmulam, neuos apostolos, novos martyres legimus extitisse. Præmisit filios: nunc post multos superatos labores pro Christi nomine subsequutus est Pater, non minus magnis curis excruciarus, multa Ecclesiarum sollicitudine cōfectus, in otio martyr; in quem non tantum domus vestra tam magna tot annos recumbit, sed plurimorum aliarum. Communis erat bonorum omnium parens. Et quem mærentem non est solatus dulci alloquio? cui afflicto non affuit benignus consilio? quem indigentem auxilio non iuuuit? non est tutatus? Pes claudo, oculus fuit cæco, pauperibus solamen, & miseris omnibus præsidium. Reddat illi Dominus honorū operum mercedem. Nos in tanto funere sacræ Deo Hostiam

stiam in altari non cessamus offerre, spargant alij tumulo purpureos flores; hæc sacerdotum sunt lilia, magisque vernantia, & Deo amabilia, mysteria pro sancta illa anima, licet iam beatæ vitæ gaudia (vt credimus) perfruente. At his saltem illum, quem viuentem nobiscum pio amore coluimus, recedentem ab hoc seculo nequam, quibus possumus muneribus prosequemur. Dilectionem vestram rogantes, vt has amoris lacrymas, fidei, & obseruantiz nostræ testes libenti animo suscipiant, mutuoque nos diligant, memores in suis orationibus paruitatis nostræ. Dominus noster Iesus Christus sit cum omnibus vobis. Amen. Ex Cœnobio nostro Mediolani Kalend. Septembris millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

Longam Ludouicus Strada vir egregie doctus, ac pius è familia S. Bernardi ad socios Septimancenses epistolam dedit Hispanicè: quæ longo post tempore Italico sermone in lucem edita Romæ est. Exorsus ab animi sui tumultu, quo se ad communem gentis humanæ Ignatij morte acceptam cladem diu constitisse mutum, atque attonitum instar lobi amicorum ait; cum fuisse stuporem hominum deplorasset, qui quia non intelligunt quanti referat in terris superesse eximie præditos sanctitate viros, in eorum occalu minime commouentur, ex illa Isaïæ voce, Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, Homines Deo caros apte seminibus comparans, cum grano sinapis diligenter Ignatium confert. In primis, quod hoc semen cum sit minimum, fiat maius omnibus oleribus, Dei admiratur ingenium, qui gaudens rebus minutis, ac vilibus ad maxima opera, & præclarissima vti, cum tam multi eodem seculo, eiusdem atque Ignatius consilij essent, ac præter ceteros Paulus Quartus etiam Põtificatus Maximi ad quiduis perficiendum præsidio instructus, & magnus ille Doctor tota Hispania sanctitate, atque doctrina celeberrimus Auila, perfecti tamen operis titulum maiore quadam gloria Ignatio dederit: adeo vt ad hunc veluti Ioannes ad Christum discipulos Auila suos vltro transmitteret. Tum de colonijs quasi ramis toto orbe diffusis, ac sociorum multitudine disserens, in his ætate, conditione, linguis, nationibus inter sese discrepantibus, conspectam à se narrat maiorem, quam si ab vna essent omnes stirpe, ac parente editi, consensionem, atque cor ita vnum, vnãque animam; vt carmine quòdam diuino, cælestique philtro tanta conspiratio fieri videatur. Deinde ad conuolantes in hanc sacram arborem digressus volueres, inter cetera refert viros à se in Hispaniensi quadam academia iuuenes ante solitos alia sequi omnia, diebus quibusque festis summo mane ad crimina sua deffenda, & ad sacrosancta vsurpanda mysteria surgere numero amplius trecentos: neque hæc aliis in templis propter insolentiam fieri (ita enim erant tũ tempora) cum id miri habeant commodi Societatis templa, quod in ijs inducto more, diuinam mensam frequentandi, neminem deterreat inanis metus, ne singularis, ac notabilis fiat. Adijcit his exercitationum spiritualium laudes, quas appellat Nouitiatum quendam toti humano generi institutam. Quod sicut religiosi Ordines habent gymnasia, in quibus suos quique tyrones ad suam vitæ formam exercent, ac fingunt; ita ex vniuerso mortalium cœtu exercitationibus à B. Ignatio inuentis suo quique in vitæ genere ad perfectam Christianæ legis disciplinam erudiantur. Postremo obtrektorum contra Societatem confutatis calumnijs, eiusque instituto non leuiter explicato, socios adhortatur vt B. Ignatij vestigia prementes, contra aduersarios spe in Deo collocata, modestiaque ac silentio dimicent. In silentio & spe, inquit, erit fortitudo vestra, quoniam voluntas Dei est, vt beneficientes obmutescere faciatis hominum ignorantiam. Addit scriptam à se pro Societate apologiam: & cur id ipse diuersi ordinis faciendum sibi putarit, exponens, epistolam claudit. Ioannes quoque Vega Siciliæ Prorex scripsit: & militari suæ eloquentia gratias agit Deo, quod cum ei visum est tempus, ad se famulum suum transtulit, relictis inter mortales tot bonitatis, sanctitatisque trophæis, quæ nec tempus, nec aër, nec aqua euersura vnquam sint, vt cernuntur euersa, quæ inanis gloria statuerat, & secularis ambitio. Ait se considerare triumphum, quo receptum in cælo par foret, qui tot victorias præferat, rotque foliis pugnatas pugnas aduersus tot, tamque acerbos, ac barbaros hostes: quamque merito sancti huius Imperatoris signum in cælo possit inter signa sancti Dominici, Francisci, aliorumque sanctorum: quibus Deus dedit, vt tentamenta, & miseras seculi superaret, plurimasque animas eriperent è faucibus Tartari. Pariterque considero (inquit) quã sit hæc gloria, &

125

Summa
Epistola
Ludouici
Strada.

126

127

128

Summa
Epistola
Ioannis
Vega.

triumphus procul ab inuidia aliorum sanctorum Heroum, quamque diuersus ab seculi huius triumphis, & gloria miseriarum, & inuidiæ plenis, & cum damno reipublicæ, corruptelaq; coniunctis: quæ omnia eo valent, vt ingenti solatio, & firmamento sint nobis ad mitigandum quauis acerrimum talis iacturæ sensum; vtque expectemus adiumentum è cælo, quod melius, quam cum esset nobiscum, poterit præstare tum suæ familiæ, tum omnibus, qui sancto viro noti, deuotique fuere ac sunt. Ioannes Tertius Lusitanix Rex multis nominibus æterna dignus luce memoriæ, tum sæpe quantum Ignatio tribueret, declarauit, tum aliquando cum demortuo Iulio Tertio Summo Pontifice, egregie facturos Cardinales dixisse fertur, si Pontificem crearent Ignatium. Ipsi Romani Pontifices Paulus, & Iulius Tertius satis domestica prope familiaritate, qua excipiebant beatum virum, ac priuilegijs, quibus Societatem ornarunt, declarauere, quo loco sanctum Patrem haberent. Marcellus quidem tanti sanctitatem eius, ac prudentiam; præsertim in rebus ad Societatem spectantibus, faciebat; vt in ijs Pythagoricorum more, pro quauis ratione duceret Ignatium ita censere. Paulum Quartum, quamuis ab eo non semel dissentisset; Ignatius, & in controuersia eius tyronis (de qua supra relatum est) apud Pontificem Iulium causam obtinisset; tamen verecundia tenuit, ne eo viuo in Societatis instituto quicquam moliretur. At Cardinalium multi, pene in omni vita eius consilijs regebantur. duorum hic Epistolas addam. Otho Truchès Cardinalis Augustanus, in hunc modum Herbipoli scripsit. Haud facile dictu est (Venerandi in Christo, ac religiosissimi fratres) Sanctissimi nostri Patris ad vitam meliorem excessu vtrum nobis mæror, an læticia maior acciderit. Nam si ex huius vitæ calamitatibus ad præmia, quæ promeritus est, euocatum Dei bonitate consideramus: impium esset id ei bonum, commodi nostri causa inuidere. Ex altera parte, est cur merito doleamus, vbi relictos nos orbos aspiciamus, eoque parente destitutos, qui quauis in difficultate portus nobis tutissimus erat: tamen, quia caduca cum æternis conferenda non sunt, id solatij, quod item capiendū vobis est, capimus: certi eam benedictam animam pro nobis, qui in tenebris hisce mansimus, supplicem apud Deum esse, ac precari, vt ea felicitate articulum supremum exigamus, qua exegisse illum cognouimus. Gratia sint diuinæ Maiestati æternæ: cui nos ne graue ducite, vestris precibus commendare. At Bartholomæus à Cueva has Neapoli literas dedit. Paranti mihi ad Epistolam recordationis optimæ Patris nostri Ignatij respondere, nunciatum est illum à Deo euocatum ad suam gloriam: & quamuis hac in re certa illa consolatio præsto sit, quam nostra fides habet, animæque eius negotium tantum agatur; non idcirco sensus in me non multū potuit. Quippe cum tam singulari amico, & parente orbatus sim: cui ego penitus confidebam in meis necessitatibus, tantum in eo consilium, ac prudentiam inueniens, tantamq; modestiam, ac mansuetudinem, quanta sane reliquæ eius sanctæ vitæ congruebat. Profecto Christiana respublica vnum præstantissimorum capitum quæ habebat, amisit. Hæc è plurimis de sancti viri virtutibus, atq; existimatione libasse sit satis: iam pauca, quæ eius obitum consecuta sunt, adjiciamus. Remæ, vt primum vulgata B.P. migratio est, vulgo ferentibus sanctum virum mortuum, concursus repente ingens est factus in templum, domumq; Professorum. Inter ceteros Cardinalis S. Iacobi mancipium impetu fores prorupit cubiculi, vbi iacebat beati Corpus, vt illud rosario contingeret. Est id cubiculum humile, atque angustum, & simpliciter laboratum, longum vndetriginta, latum quatuordecim, altum decem palmis. In eo successores Præpositi vsque ad annum alterum post millesimum sexcentissimum habitauerunt. Eo tempore cum in ædium partē ab Odoardo Cardinali Farnesio, quasi hæreditariam gentis Farnesix in Ordinem nostrum benignitatē perpetuante, extructam Præpositus Generalis Claudius Aquauiuua migrasset, religiosum haberi est cœptum: idque ipsum ad memoriam, ac solatium posterorum, quod ibi egisset, finissetque vitam B. Pater, & post eum omnes ad id temporis Generales vixissent, & primus habitus esset generalis conuentus, cum domus noua exædificaretur, quanquam non sine incommodo fiebat, placuit Patribus cum tribus adiunctis cubiculis integrum conseruare. Eodem die, quo Ignatius obiit, curatum corpus, ac sectum, insignem in ediam viri manifestam fecit, mirantibus peritis, qui viuere, & quidem tam æquo & præsentis animo tandiū potuisset, vitalibus pene adultis. Postero die, tertia ante noctem hora conditum est ad latus dexterum Aræ maximæ: quo die,

129
Ioannis
III Lusita-
nia Regis
de B. Patre
iudicium.

130
Pauli, Iu-
ly, Marcellus
Pontificum.

131
Cardinalis
Augustani
Epistola.

132
Litera
Cardinalis
à Cueva.

die, cum Benedictus Palmius pro concione mentionem de eo modestam accipiam fecisset, quædam è populo mulier Bernardina nomine in spem venit, posse filia strumis laboranti valetudinem eius ope restitui: quod & consecuta est, suspensa ægræ collo vestis beati viri particula. Venit Septembris initio Romam Tybure Bobadilla longa febricula diu vexatus, qua cum in lectulo B. Patris recubisset, se illico liberatum asseruit. Multaque alia mira per famulum suum Deus perpetravit, quæ iusto per se opere explicabuntur. Illud notandum videtur, multa per ipsum Ignatij nomen ex literis, quas sua manu subscripserat, auullum facta miracula, quod genus reliquiarum, etiam auctoris causa memorabile est. Magnus enim ille noui orbis Apostolus Franciscus Xauerius viuo adhuc Ignatio, veluti sacrum pignus vnam ex hisce subscriptionibus in reliquiaria sua theca gestabat. Videtur autem (vt quidam animaduertent) hoc præcipuè Ignatij nomini diuina bonitas decus reddere, quod ille tantum in sanctissimi Iesu nominis amplificanda gloria desudauit. At inter cætera, quæ statim, vt excessit è vita, æternam eius in cælo felicitatem testificata sunt, non in postremis numerandus est sensus, qui totam Societatem peruasit. Affermat Polancus se quidem nescire, an cuiquam mortalium contigerit, ita diligere à suis, vt Societati carus erat Ignatius: tamen cum ita vnice amaretur, temporeque tam læuo eam orbam reliquisset, nullus quenquam tetigit mæror: sed latè per omnem terrarum orbem, vbi fusi erant socij, quasi ex vegeto capite in membra nouus permanuit vigor, nouus laborum, & perfectionis amor, noua fiducia, & ipse incrementi Societatis, successuque in studio diuinæ gloriæ, publicæque salutis. Multis præterea in Collegijs animaduertere statim largius in summa inopia suppeditata à populis vitæ subsidia, & aduersantia insecutiones, vel extinctas, vel valde mitigatas. Quæ omnia, quanquam fidem faciebant, Ignatium ad sanctum Dei montem ascendisse, coramque sanctissima Trinitate, quasi sublati manibus suorum adiuuare conatus vberius, quam cum ipse quoque hic staret in acie, incitabantque vt publicis obseruantia documentis pietatem erga eum animi sui explicarent; tamen Præsides, ac Rectores modestiæ causa nihil permittebant. Cum vndique res, quibus beatus vir vsus erat, pro reliquijs peterentur, vix quibusdam magnis personis, quibus negari nil poterat, concessere; vt Eleonoræ Mascarenæ, cui enixe petenti, quædam beati viri tunica missa est. Imò, cum primum dies anniuersarius redijt, Romani Collegij socijs sacrosanctam suscipere Eucharistiam, & alia edere signa cultus optantibus, non est concessum. Quam modestiam haud scio an nimiam, cum finem haberet nullum, quamuis iam Deus famuli sui gloriam in luce publica, & ante omnium oculos, plurimis passim per eius imagines, reliquias, inuocationem, miraculis in omni genere editis collocaret, Cæsar Baronius Cardinalis vir pariter animo, doctrina, & pietate magnus, & acer, diutius ferre non potuit. Anno 1599. in templum Professorum, die anniuersario B. Patris cum Cardinali Bellarmino ad socios è Romanis domicilijs congregatos adhortationem habituro, venerat. Vbi Bellarminus finem dicendi fecit, recessitque, cæteris omnibus ad sepulchrum B. Patris flexo genu paulisper orantibus, Baronius & ipse prostratus, solumque, vbi sacra eius reliquiæ seruabantur, exosculatus, interiore motu instinctus, interrogat cur B. Patris effigies publicè honoranda proposita non sit: nostrisque, de more modestiam obtinentibus, continuo, inquit, effigiem, scalasque, afferre ad me. Quibus allatis, ipse acceptam tabulam primè religiosè veneratur: dein scalis ascensis supra sepulchrum suspendit, adoratque; rursus, plerisque sociorum, qui omnes in genua prouoluti perstabant ad insperatum dulcissimi Parentis conspectum vberim flentibus. Vbi & illud animaduersum est clarum diuinæ voluntatis indicium: quod cum Claudius Aquanius Præpositus Generalis è Tusculano scripsisset vetuissetque; certas ob causas quicquid in hoc genere attentari: cum tanta diligentia Generalis Præpositi literæ reddi soleant: illæ partim obliuione vnus è Romani Collegij Fratibus, partim sordida mulionis, qui iussus ad domum Professorum relinquere in Tusculanum retulit, nunquam ad Alfonso Agazariū domus professorum Præsidem, ad quem mittebantur, perlatæ sunt. Quas si recepisset in tempore, totam rem haud dubiè disturbasset. Anno demum millesimo sexcetesimo quinto, Paulus V. Pontifex Maximus potestatem fecit legitimè inquirendi in virtutes, & miracula B. Patris, vt in sanctorum numerum more solenni auctoritate Apostolica referretur. Anno 1609, idem Pontifex omnium fere Principum, aliarumque Christianarum potestatum rogatu,

134
Quædam
B. Patris
miracula:

135
Sensus in
tota Socie-
tate post o-
bitum B.
Patris.

136
A Cæsare
Baronio
Cardinali
primū Ro-
ma B. Pa-
tris imago
colenda
proponitur.

137

de sententia Cardinalium sacris ritibus praefectorum, post rite, diligenterque cognitam causam venerabilem virum declaravit Beatum: voluitque Societati, vbique terrarum suis in templis licere illum publicis missarum, officijque diuini honoribus venerari: addito, vt in diem B. Patris anniuersarium, cuius etiam non de Societate sacerdoti, in Romanæ domus templo, vbi sacra eius ossa requiescunt, idem ius, fasque sit: Maturante iam diuinissima Trinitate suo fidei seruo tandiu delatos inter mortales honores, quasi fœnore longo multiplicatos reddere, ad sui maiorem gloriam nominis, opemque mortalium. Quæ videlicet cura vnica fuit semper Ignatio.



INDEX

INDEX IN PRIMAM PAR- TEM HISTORIARVM SOCIETATIS IESV.

*Cuius prior numerus demonstrat numerum librorum ; poste-
rior verò numeros ad marginem dispo-
sitos.*

A.



Abasini populi Aethiopiae vulgo A-
bissini, lib. 14. num. 104.
Preteiannes eorum Rex, ibid.
Eorum domicilia, ibid. n. 107
Origo, num. 109
Religio, num. 110
Reditus ad Ecclesiam, num. 111

Instituta ad eos missio ex Societate creato Patriar-
cha Ioanne Nuncio, ibid. n. 112

Quam ea cura esset B. Ignatio, ibid. n. 114

In eam rem destinati socij decem, è Lusitania disce-
dunt, lib. 15. n. 102.

Res in Abassia gesta à Consaluo Rodericio, lib. 15. nu.
17. & seq.

Eodem missus Andreas Ouedas cum socijs, lib. 16.
num. 69

Abstinentia pecaniarum quam utilis ad fructum ani-
merum, lib. 3. n. 78

Abstinentia Iacobi Lainij lib. 10. n. 94

Et Petri Fabri, lib. 3. n. 71

Abulensis Collegij exordia, lib. 13. n. 43

Abbasna Abassinorum Antistes, lib. 14. nu. 110. & lib. 15.
n. 116

Ad iocum hominibus miscenda consuetudini cum Deo,
lib. 11. n. 96

Adalberti Bausch insigni vocatio, lib. 16. n. 22

Adamus Franciscus in Indiam mittitur, li. 6. n. 87

Adrianus ab Adriano Louanij Societatem inis, lib. 7.
num. 41

Solemne emitit professionem, li. 11. n. 43

Vexatur ob receptos Nouitios, lib. 11. n. 4

Eius zelum in ea causa B. Ignatius nõ probauit, ibid.
nu. 46

Adrianus Candidus Romam mittitur, l. 11. n. 47

Fit Mutinensis Collegij Magister, l. 12. n. 17

Aduersa pro amore crucis optanda, l. 2. n. 105

Aegidius Fernandes Caruallius Lusitanus, l. 13. n. 80

Aegidius Foscararius ex Ordine Predicatorũ Magister

sacri Palatii, deinde Mutinensis Episcopus exercitio-

rum libellũ probat per honorifico testimonio, l. 8. n. 1

Eundem libellum magno in pretio habet, l. 10. n. 82

Lainij ac Salmeronis doctrinam cum sanctitate cõ-
iunctam celebrat, l. 11. n. 38

Quid de Syluestro Landino sentiret, l. 14. n. 33

Aemilianus Loiola Societatem ingreditur, l. 3. nu. 22

Laborum contentione arteriam rumpit, vnde mori-
tur, lib. 6. n. 80

Aequitas & patientia in perferendis iniurijs, lib. 11. nu-
mer. 104

Aerumne B. Ignatio tolerata, lib. 1. n. 34

Et à primis nostris Patribus, l. 2. n. 5

Et à Socijs in Brasilia, l. 14. n. 115

A Ioanne Beira in Molucis, l. 9. n. 125. l. 12. 130

De alijs Patribus, vide suis locis.

Aerumne prauia diuinis auxilijs, l. 5. n. 78

Aethiopes Abassini. Vide Abassini.

Aethiopes Hesperij ex Regno Congi. Vide Congu.

Africa situs, lib. 8. n. 94

Africana expeditio Ioannis Vege, l. 10. n. 88

Albertus Bauaria Dux Guilielmo Patri in Ducatu, stu-
dioq; Religionis Catholicae, & Societatis succedit,
lib. 10. n. 98

I N D E X.

- Ingol? adien? Collegium condit, lib. 16 nu. 23*
Albericus Calallinus Gandiam missus, lib. 6 nu. 60
*Albericus Ferraricus Collegij Eugubini Rector, li. 12-
 nu. 16*
*Alexander Cardinalis Farnesius Aucionensis legatus
 duos de Societate secum deducit, l. 15. n. 64.*
Meditatur Collegium Aucionense, ibid.
*Eiusdem in Montis Regalis Collegium liberalitas, li.
 14. n. 39*
*Alexander Piccolominus optime de Senesi Collegio me-
 ritu, li. 16. n. 7*
*Alexius Ferreria B. Xaverij socius in Indiam remittitur.
 li. 12. n. 105*
*Alexij Maderna feruor ingens, & magna fides, lib. 11.
 n. 98. 99*
*Alfonfus Auila, deinde Basilius dictus Hispalim mitti-
 tur, li. 14. n. 82*
Sancti carit. laborat, ibid.
Eius virtus, ac mors, li. 16. n. 55.
*Alfonfus Barrettus Portuens Societati addicitur, lib. 5.
 n. 47*
*Alfonfus Blasius à Lusitania missus in Brasiliam, lib. 10.
 n. 116*
*Alfonfus de Castro nobilis Doctor è Franciscanis Socie-
 tatem commendat, li. 5. n. 58*
Alfonfus Caspius destinatur in Molucum, l. 8. n. 128.
Supra sagu Martyrij, l. 9. n. 165
Alfonfus Oppianus in Indiam mittitur, li. 6. n. 87
*Eprimus in India spiritalibus coaduatoribus, lib. 8.
 n. 125*
In Socotoram desinat, li. 8. n. 128
Abit Melaporam, ibid.
*Alfonfus Fonseca, & Azebedius Collegij Montis regij au-
 tor, li. 16. n. 43*
*Alfonfus Lopius Collegij Conchensis moderator, lib. 14.
 n. 76*
Navigat in Indiam, li. 15. n. 123
Alfonfus Noronia India Prorex, li. 12. n. 84
*Alfonsus Rarmirius de Vergara Societati conciliatur,
 qui deinde Complutenfi Collegio pro parente fuit, l. 9.
 n. 66*
*Eiusdem benignitate emuntur ades Collegio Complu-
 tensi, li. 9. n. 70*
*Alfonsus Romanus Collegio Casaraugustano praeficitur,
 li. 15. n. 66*
*Alfonsus Salmeron ad Societatem adiunctus, lib. 7.
 n. 87*
*Roma concionatur, ac publicè docet in Sapiencia Gy-
 mnasio, li. 2. n. 80*
Mittitur in Hyberniam, li. 3. n. 46
- In reditu Lugduni pro exploratore capitur, ib. n. 62*
Mitinam mittitur, l. 4. n. 13
Ibi calumnijs exagitur, ibi. n. 14
Roma dat operam conciliandis iratis, lib. 5. n. 15
Destinatur in Concilium Tridentinum, li. 5. nu. 28
Bononiam mittitur, lib. 6. n. 14
*Quam multa Tridenti praecclare gesserit, li. 6. nu. 21.
 & seq.*
Primus sententiam dicit, ibid. n. 25
Lutheranas haereses in summam confert, ib. n. 27
*Egregiam in Concilio Societati existimationem pa-
 rit, ib. n. 29*
Vide & lib. 7. n. 23
*Patavi egrotat, sed B. Ignatij votis precibusq; con-
 ualescit, li. 7. n. 24*
*Adit Bononiam quos fuerat translatus Concilium
 ibid.*
Ibi quae muneribus obierit, li. 8. n. 24
*Veronam se transfert Ludouici Lipomani rogatus,
 li. 8. n. 28*
*Inde iubetur à Pontifice in Germaniam proficisci,
 ibid.*
Verona elaborat, li. 9. n. 48
Deinde Bellum, ib. n. 49
*Ingolstadtum cum Latio, Canisioque destinatur, ibid.
 num. 51*
Bononia cum eisdem Doctor creatur, ib. n. 52
*Ingolstadt in Academia Apostolum Paulum expla-
 nat, li. 9. n. 54*
*Theologica disciplina Decanus designatur, lib. 10.
 num. 98*
*Ingolstadio reuocatus Verona operam nauat, ib.
 Mittitur Neapolim, li. 11. n. 16*
*Tridentum cum Lainio iterum mittitur, lib. 11. nu-
 mer. 36*
*Neapoli strenue dat operam rebus animorum, li. 14.
 num. 35*
*Primus de Societate in Poloniam profectus cum A-
 postolico Nuncio Lipomano, li. 16. n. 5*
In reditu operam Senis nauat, ibid.
Mittitur in Belgium cum Cardinali de Motula, ibi.
Eius frugifera concionandi ratio, li. 9. n. 50
*Alfonsus Velascha Francisci Villanoua Magister, li. 7.
 num. 49*
Aloysius. Vide Ludouicum.
*Aluarus de Corduba regij princeps stabuli insigni cari-
 tate ac pietate nobilis, li. 5. n. 66*
*Aluarus Mendius magna vir sanctitatis orationis o-
 pe ab ingenti periculo liberatur, lib. 12. nu-
 mer. 122*

Aluarus

I N D E X.

- Aluarius Taidius Malacensis arcis Prefectus designatus legationem in Sinas à B. Xauerio institutam impedit,** lib. 12. n. 86
- Lepra coopertus misere interijt,** li. 12. n. 94
- Amarguiccium Oppidum Iaponia nobile in primis, & amplum,** li. 10. n. 136
- Primus ibi baptisimus,** li. 11. n. 104
- Multa B. Xauerij miracula.** ib. n. 110
- Vnius anni spatio Christiani ter mille,** ibi. n. 112
- Eorumpietas,** lib. 13. n. 100
- Rex manus sibi affert, Vrbs vastatur,** li. 11. n. 129
- Rex sufficitur Regis Bungenfis frater,** n. 133
- Idem occiditur,** li. 16. n. 88
- Ambonius Insula frequens indigenis, aduenisque,** li. 6. n. 102
- Ambrosius Belga Gandiam missus,** li. 6. n. 60.
- Moritur,** lib. 7. n. 58
- Ambrosius Herrera Societati addicitur,** lib. 5. n. 47
- Ambrosius Petrus in Brasiliam missus ex Lusitania,** li. 13. n. 68
- Amerina Sedis initium,** li. 16. n. 4
- Amida Numen apud Iapones,** li. 9. n. 193
- Andreas Baredhed sociorum Colonia perfugium,** lib. 5. n. 36
- Andreas Consaluius nauigat in Indiam,** lib. 15. numer. 123
- Cum duobus socijs facta naufragio fame perit, ne deserat turbam naufragorum,** n. 124
- Andreas Fernandus primus de Societate ex India Romanam venit,** li. 12. n. 85. lib. 14. n. 16
- Andreas Erusius ingreditur Societatem,** li. 3. n. 17
- Patruo Romam adit,** li. 6. n. 11
- Ad catera munia conciones adiungit in adu nostra,** li. 7. n. 8
- Mittitur in Montemopolitanum,** li. 7. n. 30
- Destinatur in Sciliam,** li. 8. n. 10
- Docet Gracas literas in Collegio Mamertino,** lib. 8. num. 13
- Deinde etiam Habreas,** ibid.
- Pactensibus laborabat,** lib. 10. n. 85
- E Sicilia Venetiam euocatur,** li. 10. n. 97
- Sacrarum literarum interpres in Collegio Romano,** li. 12. n. 5
- Collegij Germanici Rector Roma moritur,** lib. 16. num. 89
- Angelica fuit integritatis morum, atque sapientia,** ibi. num. 90
- Andreas Galuanellus succedit Nicolao Gaudano in Collegij Veneti administratione,** lib. 10. n. 79
- Mittitur in Vallem Tellinam,** lib. 12. n. 19
- Andreas Lipomannus primus Collegiorum Societatis Italiae fundator,** li. 3. n. 56
- Collegium Patavinum suis sustentat impensis,** li. 4. num. 16.
- Eidem prioratum attribuit,** li. 5. n. 11
- Idem Collegij Veneti Fundator,** li. 10. n. 96
- Andreas Monterus egressus è Societate à Turcis comprehensus occiditur,** li. 12. n. 83
- Andreas Ouiedus mittitur Parisios studiorum causa,** lib. 3. n. 24.
- A latronibus spoliatur, & vulneratur,** li. 4. n. 36
- Abit in Lusitaniam,** ibid. n. 84
- Exemplo est Socijs Conimbriensibus.** ibid. nu. 130.
- Gandienfe Collegium promouet.** li. 5. n. 77
- Gandia maximarum prabet exempla virtutum,** li. 6. n. 71
- Solitudinis amore capitur,** li. 8. n. 65
- Inter quatuor vectorum Professos adscribitur,** li. 9. n. 2. & 75
- Gandienfis Academia Rector declaratur.** ib.
- Romam venit,** lib. 10. n. 47
- Primus Neapolitani Collegij fit Rector,** li. 11. nu. 17. & li. 12. n. 23
- Destinatus ad Abasinos in Aethiopiam Hieropolitanus Episcopus renuntiatur,** li. 14. n. 1
- Consecratur,** li. 15. n. 103
- Eborensem Diocesim visit magna humilitate, & caritate,** li. 16. n. 56.
- In Indiam peruenit,** li. 16. n. 68
- Mittitur ad Abasinos in Aethiopiam.** ibid. n. 69
- Eiusdem constantia,** lib. 8. n. 65.
- Feruor,** lib. 8. n. 64
- Obedientia,** ib. n. 67
- Simplicitas,** li. 10. n. 70
- De Petro Fabro existimatio,** li. 6. n. 86
- Angelus Paradisus Tyro Societatis** lib. 2. n. 95
- Angeli Custodis cum Ioanne Carrera familiaris usus,** li. 11. n. 66
- Angelorum tutela,** li. 11. n. 114
- Pulchra inuocandorum Angelorum ratio à Fabro usurpata,** li. 1. n. 29
- Angelorum sedulitas, atque tranquillitas imitanda in proximis adiuuandis,** li. 13. n. 18
- Angerus Iaponicum B. Xauerio congregitur, vnde B. Patri consilium Iaponicae expeditionis,** lib. 7. numer. 90
- Baptizatur, & Paulus sanctae fidei appellatur,** li. 8. num. 118
- Repremitur in Iaponiam, & Xauerium iuuat,** lib. 9. n. 163. & 207

I N D E X.

- Domus eius tota fit Christiana, nu. 212*
Annibal Codrettus in Societatem, lib. 6. n. 17
Docet Grammaticam Messana, lib. 8. n. 13
Antoninus de Henricis Tybure in Societatem recipitur,
qui dein eximia fuit sanctitatis, lib. 14. n. 20
Antonius Acoſta nauigat in Indiam, li. 15. nu. 123
Antonius Araezius Cantaber, & propinquus B. Ignatiij
Societati adiungitur, li. 2. n. 67
Primus in Hispaniam mittitur, ibid. n. 99
Primus post decem Professus, li. 3. n. 76
Iterum in Hispaniam abit, li. 4. n. 52
Barcinone multa praeclare gerit, ibid. nu. 121. & lib.
8. n. 58
Valentia viros excitat concursus, li. 4. n. 124
Gandiam adit ad Ducem Franciscum Borgiam, ib.
num. 125.
Comimbricam peruenit, ibid. n. 134
Adi: Lusitania Regem & concionatur, ibid. n. 135
In Castellam discedit, lib. 5. n. 51
Salmantica Societatem illustrat, ibid. nu. 59
Adit Philippum Principem, & Mariam coniugem
Vallisoleti, li. 5. n. 60
Qua herba per iocum respoderit vti Societatem ad-
uersus intemperantiam. nu. 63
In aula Philippi quanta cum auctoritate, fructuq;
versaretur, li. 15. n. 66
Cur aliquandiu in aula versatus, ibid. n. 81
Aeger summa est cura viris Principibus, li. 6. n. 82
Aeger etiam aliena saluti dat operam, ibid. n. 83
Secundo in Societate, & in Hispania primus Pro-
vincialis, li. 7. n. 45
Morbundus adesti solertia singulari, li. 8. n. 59
Barcinone dat operam corrigenda disciplina in Co-
nobijs Virginum, li. 9. n. 74
A B. Ignatio increpatur, quod sacri Gynaecei curam
lentius repudiasset, ibid.
Romam venit, lib. 10. n. 47
Castellana prouincia praeficitur, li. 14. n. 53
Præulara eius exempla, li. 9. n. 77
Testimonium de Fabio, li. 6. n. 78
Antonius Blasus venit in Brasiliam, li. 13. n. 68
Antonius Bouclottus Tornacum mittitur, li. 14. nu. 48
Antonius Corduba venit ad Societatem repudiato Car-
dinalatu, li. 12. n. 43
Epistola eius ad B. Ignatium de Cardinalatu repu-
diando, ibid. n. 44
Eiusdem in omni virtute progressus, li. 13. n. 39
Primus Cordubensis Collegij Rector, li. 13. n. 41
Eiusdem mortificatio, li. 16. n. 42
Antonius Criminalis primus de Societate Martyr in
Indiam mittitur, lib. 3. num. 53
Peruenit in Indiam, li. 5. n. 96
Moderator sociorum in ora piscaria, li. 7. n. 77. li. 8.
n. 132
E primus in India spiritualibus Coadiutoribus, li. 8.
n. 125
Eiusdem sancta vita, & Martyrium, li. 9. n. 112
Obedientia, li. 5. n. 96. li. 8. n. 126
Eiusdem epistola ad B. Ignat. li. 9. n. 116
Antonius Correa in Lusitania Tyrorum Magister, li. 13.
n. 54
Antonius Diazus in Ceilanum missus, li. 12. n. 128
Abit in Iaponiam, li. 14. n. 134
Antonius Fernandus dum ad Euangelizandum nau-
gat naufragio tollitur, li. 14. n. 146
Antonius à sancta fide Comes B. Xauerij, lib. 12. n. 109
Antonius Heredia ex Lusitania Goam venit, lib. 11.
n. 82
Fit Cocinensis Collegij Rector, ibid. 90
Cocini laborat, l. 12. n. 125
Et Armuzia, l. 13. n. 79
Antonius Gomis Societati addicitur, li. 5. n. 46
Egrege nauat operam peregre, li. 7. n. 67
Discedit in Indiam, li. 8. n. 100
Goani Collegij Rector, li. 8. n. 119
Sedulus operarius, li. 6. n. 103
Ad Regem Tanoris mittitur, li. 9. n. 105
Cocinensi domicilio aliquid initium dat, lib. 9.
n. 111
Ab Societate dimittitur, li. 12. n. 81
Naufragio perit, ibid. n. 83
Antonij Madridij ardor in explicando catechismo, li. 16.
nu. 57
Antonius Moni ad Societatem aggregatur, lib. 4.
nu. 132
Post fugam insignem agit penitentiam, lib. 5. nu-
mer. 76
Antonius Petrus in Brasiliam mittitur, li. 9. n. 85
Suo labore domum adificat in Brasilia, li. 10. n. 115
Antonius Pinerius Antistes Mirandensis Societatis Bri-
gantium aduocanda magna pars, l. 15. n. 98
Antonius Quadrius praestanti obedientia, li. 6. n. 97
Vnde Tiburtinus aliquandiu vocatus, li. 7. n. 73
Comimbricensis Rectoris adiutor, li. 12. n. 56
Fit Professus Olisippone, li. 13. n. 52
Nauigat in Indiam. li. 15. n. 123
Explicat Constitutiones Societatis in Indiam perla-
tus, li. 15. n. 128
Ab ipsismet Socjjs Provinciali India creatur, lib. 16.
n. 64

Antonij

I N D E X.

- Antonij Ramirij insignes conciones Corduba, lib. 16. num. 57*
- Antonius Vinckius Louanij Societatem inuit, lib. 7. numer. 41*
Romam venit, ibid. nu. 42
Collegio Manertino praeficitur, lib. 11. n. 26.
- Aegrotis operam nauat, lib. 11. n. 26*
Syracusas mittitur, lib. 14. n. 41
Inde Catanam, lib. 16. nu. 18.
- Antonius Vitellius optime de Senensi Collegio meritis, lib. 16. nu. 7*
- Apostoli vocantur homines Societatis in Lusitania, lib. 3. num. 40*
- Arabum linguam ediscunt socij in Monte Regali in Sicilia, vt Mauricos iuuent, li. 15. n. 8*
- Aragonensis Prouincia quando constituta, lib. 14. numer. 52*
- Argentam misit tres, & ludus ibidem apertus ad excludendos impia doctrina magistros, li. 14. n. 27*
- Armutia situs, lib. 9. n. 126*
Sterilitas, & calores maximi, lib. 9. nu. 130
Mores corruptissimi, ibi. n. 131
Superstitio, nu. 156
Res illic gesta per Gasparem Berzauum, ibid. nu. 133.
& deinceps. lib. 10. n. 124
Collegium inchoatur, lib. 10. n. 128
Domicilium nostrum flamma diuinitus eripitur, li. 12. nu. 123
- Africanus Columna Ioanna Aragonia Coniugi per B. Ignatium conciliatus, lib. 12. nu. 11*
- Astabora & Astapus fluuij Aethiopia, lib. 14. n. 107*
- Austria status anno 1551. lib. 11. n. 40*
- B.**
- B** *aetica Prouincia quando constituta, lib. 14. numero 52*
- Balancegium mittitur Claudius Iaius, lib. 2. nu. 93*
- Balthasar Diazius in Societatem adscriptus, lib. 7. num. 57.*
- Melchiori Nummio succedit Goa. praeflare q, rem diuinam procurat, lib. 14. n. 138*
Malaca elaborat, li. 16. n. 81
- Balthasar Gagus discedit in Indiam, lib. 8. n. 100*
Destinatur in Iaponiam, li. 12. n. 81
In Iaponiam peruenit, lib. 12. n. 134.
Res ab eo tolerata ac gesta in Iaponia, li. 13. n. 92.
li. 14. nu. 147. & seq.
- Balthasar Nummius in Indiam mittitur, lib. 6. numer. 87*
- Balthasar Turrianus Philosophia professor in Romano Collegio, li. 13. n. 2*
- Banduensis Academia disciplina in Iaponia, lib. 11. numer. 111.*
- Baptista Barma. Vide Io. Baptista.*
- Baptista Pezzanus Fabri, Lainijque discipulus Parma, dein socius, lib. 6. n. 17*
- Barcinone Grammatica inter pueros studet B. Ignatius lib. 1. n. 46*
Offertur Societati domicilium, li. 2. nu. 100
Multa praeflare gerit Araozius, lib. 4. n. 121. & li. 5. num. 72
Puer quadrimus admirabili ingenio, & memoria multa de Societate praedicat, li. 5. n. 121
Conditum Orphanotrophium, li. 6. n. 84
Templum Societati adificari ceptum, & in lapidibus primis quae sculpta sint, li. 13. n. 44
- Barnabitarum, & Societatis mutua caritas, lib. 12. num. 13*
Epistola eorum in obitu B. Ignatij, lib. 16. n. 124
- Bartholomaei Bustamantij ad Societatem vocatio, lib. 12. n. 47*
Periculum ingens prece Borgia superat, & Deipara patrocinio, l. 13. n. 46
Septimancam ad Probationis domum inchoandam missus, lib. 14. n. 82
Fit Baetica Prouincialis, l. 15. n. 101
Quam praeflare de Romano Collegio sentires, ac mereretur, li. 16. n. 39
Summopere curat vt Constitutiones omnes summa diligentia seruentur, l. 16. n. 51
- Bartholomaeus Ferronius moritur, cuius insignis ad obediendum aequitas, l. 7. num. 7*
- Bartholomaeus Guidictionus Cardinalis in initio repugnat, ne Societas fiat Religio, l. 2. n. 84*
- Bartholomaei Cardinalis Cuenani in Societatem beneuolentia & in B. Ignatium obseruantia, lib. 14. numero 2*
- Eiusdem Epistola in obitu Beati Ignatij, libro 16. num. 132*
- Bartholomaei Torres qui Canariensis vocatur de exercitiorum libello sapiens in primis sententia, lib. 13. num. 34*
- Basilus Auila. Vide supra Alfonso Auila.*
- S. Basilus aegrotantium plagis dabat oscula, lib. 7. numer. 62*
- Bastia Corsica vrbs praecipua à Syluestro Landino summi laboribus exculta, l. 13. n. 14*
- Baya, sive vrbs Saluatoris in Brasilia adificatur, lib. 9. num. 91*

I N D E X.

- A Patribus excolta**, l. 11. n. 77
Bayensis sedes in Collegij formam redacta, l. 16. num. 63
Bazarini Collegij exordium, l. 8. n. 130
Annuum vectigal, l. 9. n. 120
Amplificatio, l. 16. n. 75
Belgio ut reciperetur Societas quantopere laboratum, l. 16. n. 28
Belluni elaborat Alfonso Salmeron, l. 9. n. 49
Benedictus Carandinus Collegij Mutinensis fautor, ac beneficus, l. 12. n. 17
Benedictus Palmius Societati adiungitur, li. 6. n. 17
Destinatur in Siciliam, l. 8. n. 10
Docet in Collegio Mamertino, l. 8. n. 13
Eiusdem conciones incitata ac vibrantes, lib. 12. numer. 27
Insignes inimicitias tollit, ibid.
Quid egerit Panormi, l. 13. n. 20
Rome apud Argentarios verba facit, l. 13. n. 6
Benedicti Vguccionij in Societatem beneficentia, l. 11. nu. 64
Benignitas diuina erga poenitentes, l. 12. n. 132
Benignitas in Magistro maxime utilis, li. 11. n. 94
Bernardinus Cardenas Dux Maqueda, Nauarra Prorex à Patre Francisco Borgia consilium ac preces petit, li. 11. n. 54
Bernardus Iapon excellenti virtute vir, primus omnium Iaponum Societati se addixit, & Romam venit, li. 14. n. 14
De oratione Dominica, & obedientia quid sentiret, ibid. n. 15
Bernardus Oliuerius Romani Collegij Rector, l. 11. numer. 29
Tornacum mittitur, l. 14. n. 48
Vbi prodest facundia, l. 15. n. 31
Germania inferioris Prouincialis designatur, lib. 16. num. 2
Louanium proficiscitur, l. 16. n. 27
Tornaci moritur, l. 16. n. 35
Bestiarum magna via in cubiculo cuiusdam visa poenitentis, li. 9. n. 147
Bibonense Collegium inchoatur, l. 14. n. 4
Incolitur magno fructu, l. 16. n. 14
Billomenis Collegij origo, li. 15. n. 64. & l. 16. n. 37
Blasius Laurentius in Brasiliam missus ex Lusitania, li. 13. n. 68
Eiusdem studia in colonia sancti Spiritus apud Brasilos, l. 14. n. 117
Blasphemus homo fulmine extinguitur, li. 8. n. 87
Blasphemum & flagitiosum diuina poena corripit, l. 9. n. 14
Boemi duodecim adulescentes egregie indolis Societati se tradunt, l. 15. n. 23
Bononiensis Collegij origo, l. 6. n. 14. & 107
Proprium domicilium, l. 8. n. 26
Bononia instituta Matronarum sodalitas per fugium emergentibus est flagitijs, l. 6. nu. 16
Francisci Palmij ibidem, & Salmeronis industria, l. 7. n. 26. & l. 8. n. 24
Doctores creantur Salmeron, Iaius, Canisus, l. 9. num. 52
Magna efficitur morum conformatio, li. 11. n. 32
Frequens vsus sacramentorum impugnatur, sed frustra, l. 14. n. 28
Bonzij Iaponici, & eorum mendacia, ac vitia, li. 9. n. 196. & seq.
Se opponunt Euangelio, ibi. n. 217
Eorum odia in B. Xauerium, l. 11. n. 120
Bonziorum Meacensium par Christi legem, baptismumque suscepit, l. 14. n. 147
Bonzij cur bona quadam Diabolus persuadeat, lib. 9. nu. 202
Bonzia, siue Biconia, l. 6. n. 196
Brachmanum genus, & superstitio, l. 4. n. 67
Absurda praecepta, ib. n. 70
Mysteria, ib. nu. 72
Conuersio quorundam, l. 4. n. 71. l. 8. n. 124
Brasiliensis missio, l. 9. n. 85. l. 10. n. 16
Brasilia situs, l. 9. n. 86
Mores, ibid. n. 87
Mirifice tenentur musico cantu, l. 12. n. 72
Auiditas eorum caduera hostium vorandi, l. 10. n. 113. l. 14. n. 120
Humanarum esu carniū quā ratione quidam ceperint abstinerē, l. 12. n. 74
Conuersio Patribus quanto steterit labore, lib. 9. num. 95
Educatio puerorum, ib. n. 98. & l. 12. n. 75
Qua industria baptizati qui necandi, & vorandi erant, l. 9. n. 96. l. 13. n. 70
Mitiora ingenia, l. 12. n. 67
Pietas, ac religio, l. 14. n. 114
Gemitus ex Corrae desiderio, ib. n. 128
Puerorum è Seminario fuga ad vagos Parentes, li. 16. n. 62
Impostoris calliditas, l. 12. n. 68
Crucis vis, & alia mirabilia, l. 14. n. 113
Primus Episcopus Brasilia, l. 12. n. 76
Christiani Ethnici mixti naufragio, demersis Ethnici omnes euadunt incolumes, l. 15. n. 114
Bingū, siue Finuatum vrbs regia Ximi in Iaponia, l. 11. n. 114

I N D E X.

- Bungenfis populus Societatis Patres vexat*, l. 13. n. 95
Bungi adificatur sacra ades magno studio gentis, lib. 13. num. 98
Bungenfis Christiani pulchre Bonziorum calumnias factis refutant, l. 13. n. 99
Bungenfis Rex B. Xauerium ad se vocat, lib. 11. nu. 113. & 115
Illius vsu fit melior, ibi. n. 118
Destinat legatum ad Proregem India, l. 14. n. 131
Eiusdem in nostros Christianamque legem propensa voluntas, l. 12. n. 134. & l. 13. n. 93. & l. 15. n. 140
Burgenfis Collegij primordia, l. 11. n. 64
Vexationes, ibid.
Incrementa, l. 15. n. 88
- C.
- C** *Acizij Mahometana, atque Ethnica superstitionis Antistites*, l. 9. n. 160
Cesaraugustani Collegij initia, lib. 7. num. 53. lib. 8. num. 73
Res turbida, l. 11. n. 63. & l. 14. n. 73
Latiores, l. 14. n. 73
Grauisima vexatio, l. 15. n. 65. & deinceps.
Cesaraugustanorum sociorum discessio, ibidem numer. 72
Reditus per honorificus, ibid. n. 75
Modestia, atque patientia, l. 16. n. 46
Cesar Card. Baronius primum Roma B. P. Ignatij imaginem colendam proponit, l. 16. n. 136
Calumniatores diuinitus puniti, l. 2. n. 13
Calumnijs vexantur socij in colonia S. Vincentij in Brasilia, l. 13. n. 66
Camerinensis missio, l. 16. n. 12
Carnes quod genus Deorum in Iaponia, lib. 9. n. 193
Canacopolarum munus in India, l. 4. n. 66
Candensis Regi in B. Xauerium beneuolentia, l. 8. numer. 110
Cangoxina precipua in Regno Saxuma Vrbs, lib. 9. nu. 178
Cardinales ex ipsis Comitij septis mittunt B. P. Ignatio eleemosynas, l. 9. n. 4
Cardinalium Consilium institutum B. Ignatij studio ad conseruandam religionis catholice integritatem, l. 4. n. 118
Carregium à Syluestro Landino excultum, l. 9. n. 40
Pacem in signem conciliat, n. 42
Carigij interioris America populi, l. 14. n. 121
Eorum multi, dum ad baptismum pergunt, à Tupinaquinis occiduntur, l. 14. n. 121
Caritas in pauperes fontes aperit diuina liberalitatis, l. 8. n. 124
Caritas Aluari de Corduba Principis regij stabuli, l. 5. num. 66
Francisci Borgie, l. 9. n. 78
B. Francisci Xauerij, l. 6. n. 107
Iacobi Lainij, l. 10. n. 89
Ignatij, l. 1. n. 68. & l. 2. n. 18
Michaelis Tarriani, l. 9. n. 64
Petri Fabri, l. 3. n. 69
Vide zelus animarum.
Caroli Cardinalis Guisani, dein Lotharingij in Societatem beneuolentia, l. 10. n. 108. l. 14. n. 40
Carthusiani Patres cum Societate germanitatem instituant, l. 4. n. 106
Eorum litera, ibi. n. 107
In socios Colonienses caritas, lib. 4. n. 102
In Parisienses, l. 10. n. 110. & in Societatem omnem lib. 15. n. 30
Carualli in uocatione constantia, l. 7. n. 64
Casa Doctor Societati aduersatur, l. 8. n. 56
Castellana Prouincia quando constituta, lib. 14. n. 52
Catalaunia toto Principatu sodalitates permulta instituta ad tollendam temere iurandi consuetudinem, l. 14. n. 72
Catanensis Collegij exortus, l. 16. n. 17
Catechismo pueros imbuendi quanta cura primis Patribus fuerit, l. 2. nu. 64
Eius tradendi pulchra ratio, qua B. Xauerius utebatur, l. 4. n. 61
Celebritas, & utilitas Olisippone, l. 13. n. 52
Valentia & Gandia, l. 14. n. 71
Et Murcia, lib. 16. n. 49
Catechismus Canisis quando editus, l. 14. n. 43
Et cuius imperio conscriptus, ibid.
Catechumenorum domus Romæ excitatur B. Ignatij cura, l. 4. n. 6
Ceilanus insula, & in ea prodigium, l. 5. n. 3
Cenodoxia spiritus à B. Ignatio egregie superatus, lib. 1. num. 30
Ceruantes Salazarius S. R. E. Cardinalis optime de Societate meritus, l. 14. n. 82
Chirographa quibus Bonzij pecunia accepta promittunt post mortem largapremia, cur dammanda, l. 11. n. 125
Cioranus insula prope Goam, l. 14. n. 135
In ea Christiani facti, lib. 16. n. 73
Christiana legis vetus calumnia, per eam afferri calamitates, l. 11. n. 130
Christophorus Lainius Florentiam missus, l. 11. n. 14

I N D E X.

- Perusinum, l. 12. n. 15
 Eugubinum, n. 15. & 16
 Genuense, l. 13. n. 11
 Montis Regalis in Sicilia, l. 13. n. 20
 Cordubense, nu. 39
 Olisipponense, n. 53
 Abulense, l. 13. n. 65
 Lauretanum, l. 14. n. 23
 Bibonense, l. 14. nu. 40
 Syracusanum, l. 14. n. 41. & l. 15. n. 19
 Tornacense, l. 14. n. 48
 Conchense, l. 14. n. 76
 Placentinum, l. 14. n. 78
 Pragense, l. 15. n. 21
 Billomense, l. 15. n. 64
 Murcianum, l. 15. n. 77
 Senense, l. 16. n. 5
 Catanense, l. 16. n. 17
 Montis Regij, l. 16. n. 43
 Bayense in Brasilia, l. 16. n. 63
 Piratinganum item in Brasilia, ibid.
 De rebus singulorum Collegiorum. Vide in proprio cuiusq; loco.
 Colonia socij sex Carthusiensium Patrum, ac gemina matrona misericordia visitant, l. 4. n. 102
 Iuuantur ab absensibus consilijs, & re. lib. 5. num. 39
 Segregantur iussu Senatus: & iterum coniunguntur, l. 5. n. 36. & deinceps.
 Probata est B. Ignatio, & Fabro ea separatio, ne Coloniam desererent, ib. n. 37
 Pestilentibus nauant operam innoxij, l. 13. n. 27
 Colonienfis Academia ex Parisiensigenita, l. 16. n. 25
 Attributum ex ea Societati trium coronarum Collegium, ibid.
 Commissarius quibus de causis in Hispania constitutus, l. 14. n. 55
 Commorinensis ora, qua & ora Piscaria à B. Xauerio excolitur, Antonio Criminali; Henrico Hèricio, & c. Vide in singulorum nominibus.
 Comitatus periculosa nisi eximia ei sanctitas adiungatur, l. 9. n. 164
 Comitatus vel maxime ad Christum Ethnici alliciuntur ex B. Xauerij precepto, l. 11. n. 94
 Compluti Beatus Pater Ignatius multa patitur, lib. 1. num. 53
 Societas exercita, l. 8. n. 54. l. 9. n. 71
 Complutensis Collegij initia, l. 4. n. 54
 Sociorum egestas, l. 6. n. 79. & l. 9. n. 65
 Aerumna, & salutaria exempla, l. 7. n. 48
 Empta Collegio ades, l. 9. n. 70
 Complutensis Academia Rector Societatis res probat, l. 8. n. 35
 Complutensis Academia multos, magnosq; viros peperit Societati, l. 14. n. 75
 Conchenfis Collegij initium, l. 14. n. 76
 Eius fama ex errore quodam periclitatur, ibidem, num. 77
 Concilium nationale in Germania à Patribus disturbatum, l. 5. n. 29
 Concilium Tridentinum inchoatur, l. 5. n. 21
 Missio Theologi Pontificij de Societate Lainius, & Salmeron, ibid.
 Qua eius monita dederit B. Ignatius, n. 22. & seq.
 Transfertur Concilium Bononiam, l. 7. n. 24
 Concionum frequens vsus inducitur vel renouatur, l. 2. n. 45. & alibi passim.
 Concionum qua materia & quis scopus primis Patrib. l. 2. n. 24. l. 9. n. 43
 Concionum singulares effectus, & ad eas concursus, li. 4. n. 124. l. 9. nu. 34. & seq. l. 12. nu. 27. l. 14. nu. 68. l. 16. n. 27. 50. 57
 Concionum crebritas ab eodem habiturum, l. 4. n. 131. l. 9. n. 35. l. 10. n. 129. l. 12. n. 120 & alibi.
 Conciones Romam foro apud Argentarios quare instituta, l. 13. n. 6
 Concionatoris feruor in Societate capeffenda, lib. 3. num. 82
 Concionatorem eximium disciplina impatientem à Societate segregat B. Ignatius, l. 7. n. 61
 Confessionis peccatorum vsus, l. 9. n. 16. & l. 10. n. 103. & 104. l. 12. n. 29. l. 14. n. 29. & 92
 Confessionem quidam refugiens, ad eam miro modo impellitur, l. 12. n. 116
 Congregnum vbi situm, quando inuentum, & Christo subiectum, l. 8. n. 94
 Mores gentis, l. 8. n. 95. & deinceps.
 Congana missio, l. 2. n. 66. & l. 13. n. 59
 Congi Rex ingenio inconstanti, l. 13. n. 61
 Prauisq; moribus, l. 14. n. 98
 Omnes Europaeos è suo regno expellit, l. 15. n. 113
 Conimbricensis Collegij initium, l. 3. n. 83
 Certum vectigal, l. 6. n. 89
 Quanta pietate adificium ceptum, l. 7. n. 73
 Praeceptores, l. 15. n. 99.
 Notabilia exempla publicarum mortificationum, li. 5. n. 52. l. 7. n. 75. l. 12. n. 63
 Aliquid turbarum recepto pranobili adolescente, li. 9. n. 82
 Tyrones coepti separatim institui, l. 13. nu. 54

I N D E X.

- Comimbrica Societati attributum Collegium regium, inferiorumque disciplinarum, & philosophiae tractatio: inde duo quasi Collegia haberi cepta, li. 15. n. 97. & seq.**
Gra. a lingua scholam Philosophi, Theologiae, frequentant, li. 16. n. 58
- Comimbricentium precandi studium, l. 5. n. 55**
Obedientia, l. 6. n. 97
Pius ardor, l. 7. n. 74
- Consalvus Consalvius Hispalim missus, li. 14. n. 82**
Sanlucari elaborat, ibid.
- Consalvus Mederius primus in Lusitania Societatem sequitur, l. 2. n. 104**
Mors eius, & virtus, li. 12. n. 66
- Consalvus Rodericius Societatem init, li. 5. n. 47**
In Indiam abit, l. 11. n. 82
Tanam missus, l. 12. n. 85
Arumziz utiliter laborat, ib. n. 122
Mittitur in Aethiopiam ad statum rerum cognoscendum, l. 15. n. 117
- Conatur etiam scriptis libris erudire Abasinos, ibid. n. 119**
Opitulatur Lusitanis inter Abasinos versantibus, ib. n. 122.
Ope Virginis Deipara vim tempestatis effugit, ibidem.
- Consalvus Sylueria, dein Martyr, in Societatem cooperatur, l. 4. n. 57**
Multos tolerat labores, l. 11. n. 71
Vota Professorum emittit, l. 12. n. 52
Fit primus Praepositus domus profess. Olisipponensis ibid.
A B. Ignatio mittitur in Indiam Prouincialis, li. 16. num. 2
Eius operosa caritas, l. 16. n. 71
- Consalvus Vazius de Mello in Societatem receptus, lib. 4. n. 132**
Egregiam operam peregre nauat, l. 7. n. 67
Fit Professor Olisipponae, l. 13. n. 52
- Concurfus ad eum audiendum, ibi. n. 52**
- Consideratio quot pariat commoda, l. 16. n. 102**
- Consolationes caelestes inter pios labores, lib. 8. numer. 133**
- Constantia Pallauicina de Collegio Mutinensi optime merita, l. 12. n. 17**
- Constitutiones Societatis, quam multis, seuerisque iudicijs comprobatae, l. 10. n. 50**
A B. Ignatio, quae ratione condita, l. 10. n. 52
Qua cura ac studio, li. 14. n. 9
A quibus condi possint, li. 10. n. 11
- Primum in Sicilia promulgata, li. 12. n. 34**
In Indiam perlatas Antonius Quadrius explicat, li. 15. n. 128
- Constitutionum Societatis commendatio, lib. 10. numer. 66**
Custodia diligens, li. 16. n. 51
Conuentus primus ad creandum Praepositum generale, & Constitutiones condendas, li. 3. n. 4
Conuentus alter ad Constitutiones recognoscendas, li. 10. n. 36. & 48.
- Conuersio scenici Sacerdotis, li. 2. n. 70**
Magni peccatoris, l. 14. n. 91
- Cordubensis Collegij principium, li. 13. n. 39**
Primus Rector Antonius Corduba, l. 13. n. 41.
Literarius ludus, l. 13. n. 41
Progressiones, l. 15. n. 95.
- Cordubensium Ciuium in mulieres ab impudicitia conuersas pia liberalitas, l. 16. n. 57**
In Societatem beneuolentia, l. 15. n. 95
- Cornelius Brogelmanus Louanij Societatem suscipit, li. 7. n. 41**
Pragam mittitur, l. 16. n. 19
- Cornely Croci mors, & laus, li. 10. n. 73**
- Cornelius Gomis in Congum missus, l. 13. n. 59**
Libere de officio Congensem Regem admonet, li. 13. num. 62.
- Cum eodem disputat, l. 14. n. 98**
Secedit in Insulam S. Thome, l. 15. n. 113
- Cornelius Vuhauens Louanij Societati adiungitur, l. 4. num. 40.**
Laudabiliter vixit ante initam Societatem, ibidem num. 41
A P. Fabro praclare exercetur, lib. 4. n. 47
Romam venit, l. 7. n. 42
In Siciliam missus Energumenos curat, l. 9. n. 17
Praest Nouitij, l. 10. n. 84.
Virgines Deo consecrat multas, l. 12. n. 31
- Cornelius Vuhauens iunior in Lusitaniam destinatur, l. 4. n. 82.**
- Corfica status anno 1553, l. 13. n. 13**
Eo missi Syluester Landinus, & Emmanuel a Monte Maiore, l. 12. n. 18
Res ab ijs gesta, l. 13. n. 13. & seq.
- Cosmus Turrianus ad Societatem vocatur, lib. 6. numer. 104**
Cum Beato Xauerio in Taponiam discedit, lib. 9. num. 163
Firando Amangucci. m. a B. Xauerio accersitur, l. 11 num. 110.
Amanguccij magnis eripitur periculis, li. 11. n. 132

Defudat

• I N D E X.

- Desudat in Iaponia*, lib. 12. num. 134
Amanzucio ad Bungi Regem cū donis ab India Pro-
rege sese transfert, li. 16. n. 86
Coulani sive Colani res gesta, lib. 9. n. 119. lib. 12. n. 125.
 li. 16. n. 76
Crucis signi vis, & alia mirabilia apud Brasiliis, li. 14.
 num. 113
Et apud Iapones, li. 14. n. 148
Et in Sicilia, li. 13. n. 22
Crucis virtute fracta vis demonum, li. 8. n. 136. & lib. 9.
 nu. 170
Cubusama Meaci Rex, l. 9. n. 182
Cyprianus Suarius praeceptor in Collegio Olisipponensi.
 l. 13. n. 59
Dein Rhetorica Praeceptor Conimbrica, lib. 15.
 num. 99.

D.

- D**emonis odium in B. Ignatium, l. 3. n. 10
Et in B. Xauerium, li. 5. n. 88
Demon ob hoc aliquid in nos audere permittitur, ut à fi-
delibus Christi gloria maiore vincatur, lib. 6. nu-
 mer. 82.
Demonum saeva tyrannis, l. 8. n. 137
Fraus in serendis inter Religiosos disidijs, lib. 8. nu-
 mer. 45
Et in imitandis Christianis ritibus, li. 9. nu. 197
Et in sceleribus propagandis, l. 9. n. 198
Et in deterrendis à fide Ethnicis, l. 12. n. 70
Demonum terrores quomodo superandi, lib. 9. nu-
 mer. 176
Daniel Donderamunda Tyro in Lusitaniam mittitur,
 li. 4. n. 82
Daniel Paribruk Louanij Societatem inquit, lib. 7. nu-
 mer. 41
Romam accitur, li. 8. nu. 40
Dauid Rex Abasinorum, l. 14. n. 111
Dayris apud Iapones quidam quasi Praefectus honoris, li.
 9. num. 186
Delectus cooptandorum in Societatem, li. 15. n. 58
Desertorem Societatis diuina poena corripit, lib. 14.
 num. 88
Deum vnum tantum esse ostenditur à B. Xauerio Iapo-
nibus, li. 11. n. 124
Didacus. Vide Iacobus.
Dionysius Vasquius Placentiae catechismum explanat.
 li. 14. n. 78
Directorium Confessoriorum Ioannis Polanci quando in-
lucem editum, l. 14. n. 43

- Diuersa, vel de eadem re studia esse possunt à Deo*, lib. 12.
 num. 3
Dium vrbs à Barbaris occupata, li. 7. nu. 79
Doctrina Christiana. Vide Catechismus.
Doctrinas nouas monet vitandas B. Ignatius, lib. 6. nu-
 mer. 26
Dominicanorum Patrum in Socios Viennenses caritas,
 li. 14. nu. 42
S. S. Dominicus, & Franciscus quid de admittendis ho-
noribus senserint, li. 6. n. 51
Dominicus de Cupu Cardinalis, quomodo Societati con-
ciliatus, li. 2. n. 49
Domorum, & Collegiorum in Societate discrimen, li. 6.
 num. 63
Domus probationis singulis in prouincijs seiunctas à Col-
legijs instituendum censuit Beatus Pater, atque Nata-
lis, li. 14. nu. 79

E.

- E**bornensis Collegij initium Rectore Melchiore Car-
 nerio, li. 11. n. 68
Sofda, l. 13. num. 56
Aedes propria ab Henrico Cardinale extracta, lib. 15.
 num. 96
Ecclesia sanctae auctoritas, l. 15. n. 111
Caput Romanus Pontifex, ibid. nu. 108
Vnitas, num. 107
Eclasis B. Ignatij per octo dies continua, li. 1. nu. 28
Edmundus Angerius excellenti indolu adolescens Peru-
sum missus, l. 12. n. 15
Eduardus Sylua destinatus in Iaponiam, lib. 12. nu-
 mer. 85
In Iaponiam peruenit, ibid. n. 134
Iunaj Iaponibus operam nauat, l. 15. n. 136
Electiois regula. Vide examen conscientiae.
Eleonora à Toledo Florentini Ducis vxor agit de Collegia
Florentiae excitando, li. 11. nu. 11
Eleonora Mascarenia praestans in Societatem studium.
 li. 5. num. 80
Et beneficentia, li. 6. nu. 79
Eleonora Oforia Ioannis Vega vxor Panormitani Colle-
gij perstudiosa, lib. 9. num. 27
Eiusdem pietas, ibid. num. 24. & alibi.
Eleutherius Pontanus Romam mittitur, lib. 11. nu-
 mer. 47
Bibonensis Collegij Rector, idem, & infima classis
praeceptor, li. 16. nu. 16
Elisabetha Gozadina quasi parens Collegij Bononiensis,
 lib. 2. num. 28

I N D E X.

- Elisabetha Regina Ternatina fides, atque constantia, lib. 6. num. 105*
- Elisabetha, vel Isabella Rosabella diuina luce fulgens os B. Ignatij videt, l. 1. n. 33*
Cum alijs Matronis Societatis se obedientia suscipit, l. 5. n. 15
- Elpidius Vgolettus Societatem ingreditur, lib. 2. numer. 78*
Patauium proficiscitur, li. 5. n. 15
Deinde Pisas, li. 11. n. 11
- Eluis res gesta ab Emmanuele Fernandio, Petroq; Sancti crucio, li. 14. n. 93*
- Emmanuel Aluaricus docet in Collegio Olisipponensi, lib. 13. nu. 53*
Et Conimbricensi, li. 15. n. 99
- Emmanuel Fernandus Societatem ingreditur, lib. 3. num. 81*
Elaborat in Africa, li. 10. nu. 117
- Emmanuel Fernandus, alter Eluas excolit, lib. 14. nu. 93*
Nauigat in Indiam, li. 15. nu. 123
- Emmanuel Godinius in Societate recipitur, lib. 3. numer. 81*
Conimbricensis Collegij Rector, lib. 12. n. 56
Eius feruor per urbem sese diuerberantis, lib. 15. numer. 62
- Emmanuel Gonius à Monte Maiore in Corsicam missus, l. 12. n. 18*
Vbi laborat, l. 13. n. 12
Deinde in Piceno, l. 16. n. 9. & seq.
- Emmanuel Lopius in Societatem Vallisoleti receptus, l. 5. num. 71*
- Emmanuel Miona primus B. Ignatij Confessarius: deinde socius, li. 1. n. 123*
Inter quatuor Votorum Professos adscribitur, lib. 9. num. 2
- Emmanuel Morales Societati addicitur, lib. 5. n. 47*
Ex Lusitania Goam abiit, li. 11. n. 82
In Ceilanum mittitur, li. 12. n. 128
Corruptissimos praesidiatorum mores corrigit, ibid. nu. 129
- Emmanuel Morales iunior in Indiam mittitur, lib. 6. nu. 87*
Rebus multis in ora piscaria praclare gestis, ad extremum non tenuit in Societate constantiam, ibid.
- Emmanuel Nobrega in Societatem adscitus, lib. 4. numer. 132*
Eius obedientia, & mortificatio, lib. 6. num. 97. li. 7. num. 75
Praclare laborat, li. 7. nu. 71
- In Brasiliam mittitur sociorum Praeses, lib. 9. n. 85*
Industria eius ad emendandos veteres Christianos, li. 11. nu. 77
Nauigat ad Coloniam Sancti Vincentij, lib. 13. numer. 64
Naufragium facit, l. 13. nu. 65
Cogitat nouam ciuitatem condere, & iuuare Carigijs, ibid. nu. 67
Declaratur Brasilia Prouincialis, num. 74
Solemnia quatuor emittit vota, li. 16. nu. 63
- Emmanuel Pausa è Lusitania missus in Brasiliam, li. 10. nu. 116*
- Emmanuel Rodericus Cotinius Praefectus Lusitanus capitur à Barbaris in ora piscaria, l. 13. n. 81*
- Emmanuel Sà Societati addicitur, li. 5. nu. 46*
Septemdecim annorum philosophiam docet, lib. 7. num. 59
- Ennius Philonardus Cardinalis, è primis, qui sociorum opera vsi sunt, li. 2. nu. 74*
- Episcopatus à Societate recusati, li. 6. nu. 34. l. 13. nu. 26. l. 15. nu. 9*
- Epistola Antonij Corduba ad B. Ignatium de Cardinalatu non admittendo, l. 12. nu. 44*
Antonij Criminalis ad B. Ignatium, li. 9. nu. 116
Barnabitarum in obitu B. Ignatij, l. 16. n. 124
Carthusianorum ad B. Ignatium, & Societatem, per quam germanitatem consociant, l. 4. n. 107
Francisci Romae Magistri Generalis Pradicatorum ad suos de caritate erga Societatem, l. 8. n. 50
B. Ignatij ad Mionam in commendationem exercitiorum, l. 1. n. 132
Ad Ferdinandum Regem Romanorum, ne honores in Societatem inferat, li. 6. n. 34
Ad Patres congregatos, qua se Generalatu abdicat, l. 10. n. 68
Ad Preteianum de Catholica Religione, lib. 13. num. 105
Summa epistola de perfectione ad socios Conimbricensis, li. 7. nu. 75
Epistola de obedientia, quando, & ad quos scripta, li. 13. nu. 55
Petri Fabri ad socios Parisienses de ratione studendi, l. 3. n. 27
De anima sua profectu ad Lainium, l. 3. n. 74
Ad eundem de modo curandi Hereticos, lib. 4. numer. 91
Quaedam praeterea scripta in obitu B. Ignatij, lib. 16. nu. 125. & deinceps.
- Eyardus Auancianus Rhetoricae Magister Viennae, li. 11. num. 41*

I N D E X.

Ethnici nonnulli mirantur Christianos, cum calum expectent, terrenis inherere commodis, li. 16. n. 78
Eucharistia frequens usus vocatus in dubium Valentia, commendatur de sententia Theologorum, l. 8. n. 61
Impugnatur etiam Bononia, sed frustra, li. 14. n. 28
Eucharistiam Afelli diuinitus adorant, l. 1. n. 27
Euerardus Mercurianus Societati aggregatur, lib. 8. nu. 41
Primus Perusini Collegij Rector, l. 12. n. 15
Euerardus Vilichius Carmelitarum prouinciarum Societati fauet, l. 16. n. 25
Eugubini Collegij primordia, l. 12. n. 15
Eiusdem Præceptores & schola, & primus Rector, ibid. n. 15. & 16
Dissoluitur, li. 14. n. 22
Examen conscientie, ac bonæ electionis regula via certissima ad animi puritatem, l. 16. n. 110
Exempli viui in Euangelico operario, l. 8. n. 103
Exempli recti viui, lib. 3. nu. 13. li. 9. n. 57. l. 11. n. 78. l. 13. n. 21. l. 14. n. 137
Exercitia spiritalia quid sint, lib. 1. num. 23. lib. 13. num. 37
Quanti à B. Ignatio fierent, li. 1. n. 123
Impugnantur, & commendantur, lib. 1. n. 98. li. 5. n. 54. l. 13. n. 33. & seq.
Curat Borgia, vi à Pontifice confirmentur, lib. 6. nu. 75
Confirmantur, l. 8. n. 1
Ab Andrea Frusio in Latinum conuersa Typis mandantur, l. 8. n. 2
Eorum usus & vis, l. 2. n. 70. 73. & 74. l. 7. n. 21. l. 8. n. 63. l. 13. n. 35. l. 16. n. 127
Et passim per totam historiam.
Quæ quibus tradenda, l. 5. n. 25. l. 9. n. 15. l. 16. n. 2

F.

F*abrianensis missio, l. 16. n. 12*
Faciandoni Bonzi contumacia, l. 11. n. 117
Fama nostra alijs necessaria, li. 2. n. 50. l. 9. n. 59
Fama priuatim studiosius conseruanda periculosa Religiosius cura, l. 14. n. 6
Fauentia successus optimus ex opera Iaij, l. 3. n. 24
Paschasij, l. 5. n. 20. l. 6. n. 18
Felicitati perpetuæ non satis fidendum, l. 14. n. 9
Federicus Castus Cardinalis optimè meritus de Cænobio S. Catharina à Funerij Roma, l. 4. n. 8
Ferdinandus Aluarius Burgensij Coll-gij ponit initia, li. 11. n. 64
Ferdinandus Barrasas vt vnam aliquem de Societa-

te se populo venditat, lib. 9. num. 71
Franciscum Villanouam in cinere cum ferro adoratur, ibid.
Iudicio publico damnatur, ibid. n. 72
Ferdinandus Mendius ab India Prorege ad Regem Burgesem cum literis, muneribusq; legatur, lib. 14. num. 133
Concipit vota Societatis, ibid. n. 135
Exemplo alijs pralucet, n. 137
Ferdinandi Mendoza in Societatem beneficentia, li. 11. n. 64
Ferdinandus Pontij Leonij in Hispanenses socios pia liberalitas, l. 14. n. 82
Ferdinandus Ioannis Vega Proregis Sicilia filius maximus moritur, l. 10. n. 93
Ferdinandus item Vega filius, qui Aluarius ante vocabatur, autor Collegij Casana ordiendi, lib. 16. numer. 18
Ferdinandus Rex Romanorum, qui deinde fuit Imperator, sapius curat vt Episcopatus Societati tradantur, l. 6. n. 31 & 34. l. 13. n. 26. l. 15. n. 9
Agit de exciando Vienna Collegio, li. 10. n. 103
Fit eiusdem Collegij fundator, l. 11. n. 39
Eiusdem beneficentia in illud, l. 14. nu. 42
Et in Societatem benignitas, l. 11. n. 42
Et studium Catholica religionis, li. 14. nu. 42. & 43. l. 15. n. 23
Ferdinandus Solierus ad Tyrociniuum Societatis admiffus, l. 16. n. 40
Ferdinandus Sosa Lusitana classis prefectus, lib. 6. numer. 103
Ferrariæ laborat Claudius Iaius, lib. 7. num. 34. lib. 9. num. 47
Optima de Societate opinio, l. 11. n. 30
Collegium inchoatur, ibid. n. 29
Eius progressio, l. 14. n. 26
Fidei contestanda formula à Beato Xauiro edita, lib. 8. n. 141
Fides pucrorum Christianorum in Brasilia, lib. 12. num. 73
Fiducia fundamentum à Deo collocandum, lib. 9. numer. 172
Figenum Iaponia Regnum, l. 10. n. 135
Firandum oppidum, & portus in Figeno Iaponia Regno, l. 9. n. 218. l. 10. n. 135
Flagellum, & Litanie à Beato Xauiro tradite Neophytis mira efficiunt, lib. 10. nu. 134
Florentia receptaculum puellis periclitantibus Polanco autore conditur, l. 5. n. 13
Labores Heteronymi Ocelli, l. 7. n. 27

Et Ia-

I N D E X.

- Et Iacobi Lainij, lib. 8. num. 18*
Florentini Collegij initia, li. 11. num. 11
Literarius ludus, li. 12. 13
Certa sedes, & schola quatuor, l. 13. n. 9
Florentius Paulettus sacerdos Gallus moribus probatissimus, l. 11. n. 17
Fœmina sine comite non visenda, l. 14. n. 7
Fons in Brasilia mirè opportunus emanat, dum ades Deipara adificatur, l. 11. n. 76
Fotoques quod genus decorum apud Iapones, lib. 9. numer. 193
Franciscanorum Patrum in Montis Regij socios benevolentia, li. 16. n. 44
Franciscus Gallia Rex iubet è sua ditione excedere, qui Carolo V. parerent, l. 3. n. 75
Francisci Bandinij Archiepiscopi Senensis de virtute Paschasij testimonium, l. 2. n. 92
Franciscus Aluarius Malacensis Præfectus, ac Iudex, l. 12. n. 91
Franciscus Borgia ad studia pietatis convertitur, lib. 2. num. 52
Mira Societatem benevolentia complectitur, lib. 5. num. 77
Curat confirmationem Pontificiam libelli exercitiorum, & indulgentiam exercentibus, l. 6. n. 75
Statuit Societati se tradere, li. 6. n. 76
Casaraugustanum Collegium instituendum curat, l. 7. n. 52
Ad conuentum Aragonensem à Philippo Principe euocatur, n. 54
Catalunia in Monasterijs Virginum collapsam disciplinam restituit, ibid.
Ad vjum Collegij Gandiensi vineam serit ritu humilis, ac pio, l. 7. n. 60
Astera vite studijs vehementer addictus, lib. 8. numer. 68
Tradit se Societati, lib. 7. nu. 55. & l. 8. n. 69
Quomodo res domesticas composuerit, li. 8. n. 72
Romam venit palam iam professurus Societatem, l. 10. n. 37
Plenum sanctitatis iter instituit, ibid. n. 39
Ferraria, Florentia, Romæ excipitur perhonorificè, ibid. n. 40
Diuertit ad B. Ignatium, eiq; se tradit, n. 41
Excipitur à Pontifice perbenigne, & commendatur, ibid. n. 42
Merget domi strenuè sanctam humilitatem, ibid. num. 43
Omnem vite suæ rationem cum B. Ignatio communicat, l. 10. n. 44
Statuit Roma Collegium excitare, & recusat titulos Fundatoris, n. 45
De eo Colligio optime meretur, l. 13. n. 3
Anplificandum curat Professorum templum, li. 10. n. 47
Ab Imperatore facultatem petit transcribendi Ducatus in filium, l. 11. n. 1
Abdicat ducatum, & religiosas vestes assumit magno sensu pietatis, ibid. n. 50
Fit sacerdos, & concionatur, & vitam sanctissimam instituit, n. 51. & seq.
Cardinalatum sapius refugit, li. 11. nu. 1. li. 12. nu. 4. l. 14. n. 81
In Cantabria proximorum saluti consulit, lib. 12. nu. 42
Iubetur in Lusitaniam se conferre, li. 12. n. 56. & 61
Quid ibi gesserit, l. 13. n. 45. & deinceps.
Quid inuenit ad augendum cultum B. Virginis, li. 13. n. 49
E Lusitania Cordubam reuertit, ibid. num. 41. & 56.
Fit totius Hispania Commissarius, li. 14. n. 54
Quam sibi seuerus, & Societati quam proficiuus, lib. 14. nu. 62
Diuinum vbique sibi præsens auxilium experitur, num. 63
Qua ratione vteretur in socijs regendis, Collegijq; administrandis, nu. 64
Constitutiones tanquam diuinum opus veneratur, nu. 65
Placentiam proficiscitur ad Collegium inchoandum, nu. 78
Adest Regina Ioanna morienti, li. 15. nu. 84
Indiarum quoque fit Commissarius, l. 16. nu. 2
Eiusdem liberalitas in Societatem, li. 6. n. 72
Eximia virtus, ibid. n. 74. & li. 8. n. 70. & 72 & li. 15. n. 83
Insignis caritas, l. 9. n. 78
Studium theologicum, ibid. n. 79
Theses quadam confusio, ibid. n. 80
Humilitas, l. 11. n. 3. & l. 14. n. 80
Fiducia in Deo, l. 14. n. 84
Paupertatis amor, ibid. n. 80. & 83
Franciscus Correa Consul Olyssipponensis Societatis amantissimus, l. 13. n. 53
Franciscus Costerus Coleniam missus ad Collegij exordia, l. 16. n. 25
Franciscus Henricus Societati addicitur, li. 5. n. 47
In Indiam mittitur, l. 6. n. 87
Cocinum adit, l. 12. n. 85

Fran-

I N D E X.

- Franciscus Henricus alter in Lusitania Beatum Ignatium à quibusdam calumnijs vindicat, lib. 12. n. 60*
- Franciscus Mansilla comes Xaverij, li. 3. nu. 42*
Laborat in Commorino: mox propter inobedientiam à Societate dimittitur, l. 5. n. 94
- Franciscus Mendoza S. R. E. Cardinalis cogitat de Collegio Salmantica instituendo, l. 7. n. 1*
Eiusdem in Societatem praclara voluntas, lib. 11. num. 64
- Franciscus Netus quanto ardore Societati nomen dedit, l. 3. nu. 82*
- Franciscus Onofrius Gallus Gandiam missus, lib. 6. numer. 60*
Primum philosophiae praeceptor Gandiae, ibid. n. 61
Ferore pietatis ardet, li. 8. n. 64
Solitudinis amore capitur, ibid. n. 65
- Franciscus Palmius Benedicti frater, l. 6. n. 14*
Collegij Bononiensis Rector, l. 14. n. 28
- Franciscus Petrius Societatem init, l. 4. n. 132*
In Indiam mittitur, l. 6. n. 87
Malaca nauiter se gerit, l. 8. n. 140. & l. 9. n. 120
- Franciscus Petrius alter è Lusitania missus in Brasiliam, l. 10. n. 116*
Aedem Diaparae dum excitat, fons diuinitus emanat, l. 11. n. 76
Nauigat ad Coloniam S. Vincentij, l. 13. n. 64
- Francisci Piccardi Docteri Sorbonici constans in Societatem beneuolentia, l. 15. n. 41*
- Franciscus Roias Caesar augustam missus, l. 7. n. 52.*
- Francisci Romae Generalis Magistri Praedicatorum ad suos litera, l. 8. n. 50*
- Franciscus Saboia Gandiae in Societatem adscriptus, li. 7. n. 56*
- Franciscus Scipio Matinensis Coll. gij Magister, lib. 12. nu. 17*
- Franciscus Strada additus Societati, l. 2. n. 40*
Senas mittitur, ibid. n. 69
Res gerit memorabiles in Monte Politiano, ibidem num. 72
Deinde Brixiae, & circa. num. 94
Mittitur Parisios studiorum causa, li. 3. n. 23
Louanium migrat, l. 3. n. 75
Res illic ab eo gesta, l. 4. n. 38. 39. 48
Abit in Lusitaniam, l. 4. n. 84
Exemplo est socijs Conimbricensibus, & perutiliter corcionatur, l. 4. n. 130. & seq.
Peregrinatur euangelizans, & in Vrbe per. us singulares parit utilitates, l. 6. n. 90. & deinceps.
Vallisolei verbum Dei magno cum ardore tractat, l. 8. n. 57
- Et Salmantica, l. 9. n. 62. & 63*
Romae venit, l. 10. n. 47
Burgos destinatur, l. 11. n. 64
Aragon: vsi prouincia praeficitur, l. 14. n. 53
Abit Caesar augustam.
Et ciuitatem conciliat, l. 14. n. 73. l. 16. n. 47
- Franciscus Suarius Curio Malacensis, & Episcopi Vicarius, l. 12. n. 91*
- Franciscus Turrianus Granata Societatem init, lib. 14. num. 86*
- Franciscus Viera ad Societatem aggregatur, lib. 4. numer. 132*
Abit in Indiam, l. 14. n. 139
- Franciscus Victoria Clarus Doctor ex Dominicana familia Societatem commendat, l. 5. n. 59*
- Franciscus Villanoua Complutensis Collegij semen, l. 4. nu. 54*
Compluti dat operam & studijs animarum, & literarum, ibid. n. 128
Aegrotantibus socijs ministrat summa cum sollicitudine, & caritate, l. 6. n. 79
Turbis in Societatem excitatis occurrit, lib. 8. numer. 55
Magno periculo liberatur, l. 9. n. 71
Cerdubae optimum Societatis specimen edit, lib. 13. n. 39. & 40
Comhaen profectus, moxq; Placentiam, li. 14. n. 76. & 78
Eiusdem prudentia, l. 9. n. 66
Obidentia, l. 13. n. 39
- B. Franciscus Xaverius qua industria B. Ignatio conciliatus, l. 1. n. 85*
Canonicatum regeit, nu. 105
Marabiliter faciat, nu. 115
Aegrotis apparet S. Hieronymus, & quaedam praedicit, l. 2. n. 22
Mittitur in Indiam, nu. 88
Comitem reganti periculo liberat, n. 90
Res aduersas desiderat pra amore crucis, & sine ijs negat Deo legitime militari, nu. 105
Pergit in Indiam cum auctoritate Apostolicis legati, l. 3. n. 41
Paupertatem mirifice amat, nu. 42
Per visum arumnas Indicas praenoscit, n. 43
Quid iegerit ex itinere Mozambici, Melinda, in Socotora, nu. 85. & seq.
Inchoat Euangelicam praedicationem ab exercitatione misericordiae operum, nu. 91
In oram piscariam contendit, nu. 94
Laborantem ex partu mulierem seruat, nu. 98

I N D E X.

Duos vita finitio: excitat, num. 99
 Quarta ratione tradidit Catechismum, l. 4 n. 61
 Multa edidit miracula etiam per pueros Catechistas, num. 64
 Inopiam sacerdotum supplet institutis Caracopolis, num. 65
 Qua cum Brachmanis egerit, num. 69
 Recurrit Goam, num. 141
 Redit in Commorinum cum adiutoribus Euangelij, num. 142
 Succurrit Christianis, qui vexabantur ab Ethnicis, & ab auarâ Praefectis, nu. 143
 Transiit in oram Trauancoris, num. 144
 Plurimos Christo parit, num. 146
 Magnitudo animi eius in tuendis Neophytis, numer. 147
 Magnus Pater vulgo appellatur, nu. 142
 Concionatur in late patentibus campis ex arboribus, num. 149
 Excitat facella viginti, num. 150
 Elaborat in insula Manaria, num. 151
 Multa ab Rege Lusitano pro religione impetrat, numer. 153
 In Ceilanum tendit, l. 5 nu. 84
 S. Thoma Apostoli sepulchrum visit Meliapore, & eam coloniam excolit, nu. 86. & 87
 A demonibus caditur, num. 88
 Ad Concilia Evangelica Ioannem Durum traducit, eiq; predicat vita genus agendum, num. 89
 Malacam adit, resq; ibi gesta, nu. 90. & seq.
 Res gesta in Amboino, & in Maluco, li. 6. n. 102
 Percgit in insulam Morum, magnoq; cum gaudio & fructu Euangelium serit, num. 106
 Duas Regis Molucis sorores ad Christum adiungit, li. 7. n. 80
 Reuisit Amboinos, cum Malucenses, vbi praeclara gerit, ac multa praedixit, n. 81. & seq.
 Meditatur Iaponicam expeditionem, nu. 90
 Redit in Indiam, l. 8. n. 107
 Reuisit Christianos Commorinenses, n. 109
 Benere gerit in insula Ceilano, n. 110
 Goam peruenit, n. 111
 Bazanum ad India Pratorum contendit, & quod optat impetrat, n. 112
 Adest Ioanni Castrio morienti primo India Proroge, n. 113
 Qua industria pellices homini multis implicito detulit, n. 114
 Mitem perditissimum curat mira solertia, ac lenitate, n. 115

In Cambaiam contendit, num. 128
 De suis rebus parce admodum, ac ieiune scribit, num. 128
 Ab adeunda Iaponia nullis periculis deterretur, lib. 9. num. 161
 Ex itinere quid egerit Cocini, nu. 165
 Res occultas cognoscit & futuras praedicit, nu. 166. & 167
 Ethnico Nauiculario se credit, & cursum impeditissimum habet, n. 171
 Die Assumptae in calum Deipara Gangoximam in Iaponiam peruenit, n. 178
 Iaponicam linguam ediscit, n. 208
 Bonziorum auctoritatem sibi studet adiungere, num. 209
 Impetrat à Rege euangelizandi potestatem, n. 211
 Primi Iaponia Christiani, 212
 Reddit vitam demortuae puella, n. 213
 Puerum foede tumentem, itemq; leprosum sanat, nu. 216
 in Firandum abit, nu. 221
 Quibusdam Neophytis flagellum, ac Litanias relinquit, quibus illi mira effluunt, l. 10. n. 134
 Firandensium multos ad Christum adiungit, n. 135
 Amanguicum petit, nu. 136
 Per summa incommoda, & pericula Meacum adit, l. 11. n. 100
 Amanguicum regressus Euangelium praedicit, numer. 102
 Cum Bonzys, & alijs Iaponibus disputat, num. 103 & 123
 Accitus à Rege Bungi ad eum se confert, n. 113
 Quam honorifice à Lusitanis exceptus, & deductus ad Regem, nu. 114
 Acerrime à nobilissimis Bonzys, quos disputando redarguit, oppugnatur, n. 117. & 120. & seq.
 Statuit redire in Indiam multis de causis, n. 134
 Discedit è Iaponia cum Mattheo, & Bernardo Iaponijs, quos ad specimen Romam mitteret, n. 136
 in maxima tempestate succurrit onerarie, qua vehebatur, & amissam scapham diuinitus recipit, num. 137
 Deliberat cum Iacobo Pereria de legatione ad Sinarum Regem instituenda, n. 140
 Praedicit obsidionem Malaca, & eius solutionem, & alia, n. 141
 Remeat è Iaponia Cocinum, l. 12. n. 77
 ibi singularis praebet exemplum modestiae, n. 79
 Aegrotum Goas fratrem sanat, nu. 80
 Antonium Gonium ab Societate dimittit, n. 81

Quanti

I N D E X.

- Quanti faceret obedientiam, num. 82*
Sinenſem legationem vrget, Prouinciaq; Indica ſta-
tum ordinat, n. 84. & 85
Goa diſcedit, ac tempore ſtatem ſacris reliquijs ſedat,
num. 86
Multa prædicit, n. 88
Malaca legatio impeditur, quidq; tum à Xauerio ge-
ſtum, nu. 89
Pergit in Sinas, excuſſo pedum puluere, & iuſſu ſocijs
Malaca abire, num. 95
in Sancianum Inſulam Sinarum peruenit, & qua-
dã prædicit, nu. 99
Mira conſtantia aditum tentat in continentem Si-
narum, nu. 98. & ſeq.
Quamã pericula formidaret, nu. 105
Tum alia: tum ſuam mortem prædicit, ſancteq; mo-
ritur, nu. 107
in Sanctõrum numerum, vt referatur curat Rex Lu-
ſitania, li. 14. n. 145
B. Franciſci Xauerij caritas, & fiducia in Deo, l. 6. num.
107. & l. 11. n. 119
Vide zelus animarum.
Conſultationes ſpirituales, lib. 4. nu. 7. 4. li. 6. n. 106.
l. 8. n. 116
Conſtantia in periculis, l. 8. n. 108
Et magnitudo animi, l. 11. n. 122. & l. 12. n. 91
Paupertatis ſtudium, l. 3. n. 42
Sanctitas, l. 8. n. 127. & 129
Sapientia, l. 9. n. 168. & l. 11. n. 135
Eiuſdem prædictiones, lib. 7. nu. 84. & l. 11. n. 138. &
141
Vide prædictiones.
Miracula, l. 11. n. 110. & 139. & alibi.
Eiuſdem mors prodigio præmonſtrata, l. 12. n. 109
Figura corporis, & ſummarum virtutum, lib. 12.
nu. 110
Eiuſdem corpus viua calce ſepelitur, l. 12. n. 112
Incorruptum reportatur in Indiam, l. 13. n. 84
Excipitur religioſe à Malaceniſibus, ibid. n. 85
Compreſſum manas ſanguine odorato, ibid. n. 86
Goam haud ſine miraculis deportatur, ibid. n. 87
Quanta gratulatione Goa exceptum, ib. n. 89
Integrum, incorruptumq; complures experti teſtan-
tur, l. 14. n. 141
Eiuſdem reliquia miraculis coruſcant, l. 13. nu. 88. &
l. 14. n. 143
Franciſcus Zapata in Hyberniã miſſus, li. 3. n. 47
Fruſtuofus Noguera cooptatur in Societatem, lib. 4.
n. 56
in Congum mittitur, ibiq; moritur, l. 13. n. 59. & 60
- Fucarondini nobiliſſimi Bonzj cum B. Xauerio diſpu-*
tatio, l. 11. n. 121. & 123
Fulgini elaborat Paſchaſius, l. 4. n. 11
Deinde Sylveſter Landinus, lib. 8. num. 31. lib. 9.
num. 34
Sodalitas inſtituitur Societatis leſu nomine, ibid.
Fuluſus Androſius Meldulam mittitur, l. 16. n. 13
Deinde Senas, n. 14
Vir fuit doctrina, prudentia, ac pietatis egregius, l. 16.
n. 123
Fuluſius Corneus Cardinalis Peruſinus, Peruſini Collegij
auctor, l. 12. n. 15. l. 13. n. 10
- G.
- G** *Alli milites bene accipiunt Beatum Ignatium, l. 1.*
nu. 45
Gallia ius natalium Societati Rex tribuit, lib. 10. nu-
mer. 109
Gandienſis Collegij initia, li. 5. n. 77
Schola, lib. 6. nu. 61
Annuum vectigal, l. 7. n. 52
Gandia primam omnium Academiam Societas habet,
l. 7. n. 55. l. 9. n. 75
Meretrices omnes conuerſa, l. 10. n. 110
Impeditur ſpectaculum Tauricum, l. 12. n. 51
Garzia Alarconij mortificatio, l. 16. n. 42
Gaſpar Berzæus Belga ingreditur Societatem, lib. 6.
n. 88
Deſtinatus in Indiam, agrè à populis dimittitur, a-
pud quos laborabat, l. 8. n. 84
Diſcedit in Indiam, & nauim ingenti periculo liber-
rat, n. 100. & 104
Vbi commentaretur, quæ erat pro concione dicturus,
n. 116
Non tenues è carcere legit fructus, l. 8. n. 123
Inſignem Brachmanem conuertit ad fidem, lib. 8.
num. 124
Onus Rectoris ſtudio humilitatis refugiens deſtina-
tur in Armuziam, ibid. n. 128
in Armuziam nauigat, vectoresq; & Maſcatum op-
pidum ex itinere iuuat, l. 9. n. 126. & ſeq.
Armuziam aduectus ad Noſocomium diuertit.
Terra contremuit, n. 129. & 132
Intemperantiam,
Inimicitias tollit, & commercia iniqua coerct, nu.
136. & 137
Pœnitentibus ardorem inijcit, ibid. n. 139
Ternas tantum horas noctu quieſcit, & interdum
ſingulas, ibid. n. 140

I N D E X.

- Impetratur ad confessionem à simulantibus morbum,*
num. 141
- Apparet homini scelesto, vnde is respicit, nu. 146*
- Qua ratione praefocem militem domuerit, n. 149*
- Reddit valetudinem aegrotis, n. 151*
- Aliquot sibi socios adsciscit, n. 153*
- Ethnicis edocendis Mahometanis, & Iudais operam suam diuidit, n. 155. & seq.*
- Est illis venerationi, n. 157*
- Disputat cum Saracenis, & quosdam ex ijs prae nobiles conuertit, n. 158*
- Super sanum Mahometicum statuit Crucem, li. 19. num. 124.*
- Ioguem nobilem, ac discipulos eius ad Christum conuertit, ibid. n. 126.*
- Ponit initia Collegij, n. 128*
- Accitus in Arabiam, mauult obedire Beato Xaerio, quam suo zelo, n. 130.*
- Et Armuzia reuersus Goe laborat, l. 11. n. 84*
- Loco B. Xauerij Indicae prouinciae praeficitur, lib. 12. nu. 86*
- Qua ratione socios regeret, l. 12. n. 113*
- Instituit Goe sodalitiū in clientela vndecim millium Virginum, n. 117*
- Guanam urbem summa excolit solertia, n. 118*
- Etiā pacta pecunia hominem à peccato abstrahit, ibid. n. 121*
- Eiusdem ardor in iuuandis proximis, l. 12. n. 115*
- Caritas, l. 8. n. 101. & l. 9. n. 143*
- Obedientia, l. 8. n. 120. l. 10. n. 130*
- Continentes ac varij labores, li. 8. n. 118. li. 10. n. 122. & 129*
- Mors, & laudes, l. 13. n. 75*
- Gaspar Ceruantes dein Cardinalis, & fundator domus Probationis Tarracorensis, Societatem defendit, lib. 16. n. 46*
- Gaspar Doctus B. Ignatij amicus, l. 1. n. 121*
- Idem Gubernator Laureti, l. 14. n. 23*
- Gasparis Fernandi efficaces ad Deum preces, lib. 14. numer. 75*
- Gaspar Loartes inuit Societatem, l. 12. n. 47*
- Gaspar Villala abijt in Iaponiam, l. 14. n. 134*
- Genuae Laminus concionatur, lib. 13. num. 11. & lib. 14. num. 31*
- Genuesis Collegij primordia, l. 13. n. 11*
- Progressio, l. 14. n. 30*
- Georgius Mercatus Magister Syracusis, l. 15. n. 19*
- Georgij Morere frugifera missio, l. 7. n. 70*
- Eiusdem praeclari conatus, l. 8. n. 85*
- Georgius Passius Ameriam missus, l. 16. n. 4*
- Georgius Serranus, qui deinde Lusitaniae prae-fuit, cooptatur in Societatem, li. 4. n. 132*
- Philosophia professor Conimbrica, l. 15. n. 99*
- Georgius Vazius Societati addicitur, l. 5. n. 47*
- Lectus ad missionem Conganam, l. 7. n. 66*
- Moritur, l. 13. n. 58*
- Gerardus Amontanus Carthusia Prior optime de Societate meritis, lib. 5. num. 37. l. 8. nu. 38. li. 14. nu. 46. l. 16. n. 25*
- Cum suis Monachis precum, ac sacrificiorum Societatis à B. Ignatio fit particeps, li. 14. n. 46*
- Germania superior atque inferior in duas diuisa prouincias, l. 16. n. 2. & 19*
- Germania status perditissimus anno 1543, li. 4. n. 19*
- Germanici Collegij exordium Roma, l. 12. n. 8*
- B. Ignatij cura in eo sustentando, lib. 10. nu. 9. & lib. 14. n. 2.*
- Goani Collegij exordia, l. 3. n. 92.*
- Conditum Valetudinarium prope Collegium, lib. 9. nu. 102.*
- Res Societatis in magnis difficultatibus, l. 14. n. 140*
- Literarum studia excitantur, l. 15. n. 130*
- Catechumenorum domus inchoatur, l. 15. n. 131*
- Ordinatur Tyrociniū, l. 16. n. 72*
- Gomus de Figueroa Dux Ferae Societatis per studiosus, li. 16. n. 29*
- Granatensis Collegij primordia, l. 14. n. 85*
- Praeclara functiones, l. 16. n. 54*
- Benefici in illud, l. 14. n. 85*
- Eo Tyrones traducti Corduba, l. 16. n. 56*
- Gregorius Serranus venit in Brasiliam, l. 13. n. 68*
- Guido Antonius Bibone moriens mira quadam sibi diuinitus ostensa testatur, l. 16. n. 16*
- Guido Guidonius Archidiaconus Mutinensis, lib. 7. numer. 34*
- Guido Rolettus philosophia professor in Romano Collegio, l. 13. n. 2*
- Guilielmus Codurius frater Io. Codurij in Lusitaniam mittitur, l. 3. n. 53*
- Guilielmi Ducis Bauariae studium pro Religione Catholica, l. 9. n. 25. l. 9. n. 51. in Societatem beneuolentia, l. 4. n. 53*
- Guilielmus Pontanus de Collegio Perusino optime meritis, l. 12. n. 16*
- Guilielmus Postellus ab Societate amandatur, lib. 5. num. 3*
- Guilielmus de Prato Claramontanus Antistes, trium postea Collegiorum fundator, li. 6. n. 30*
- Eiusdem in Societatem beneficentia, & pietas, l. 9. n. 55. & l. 15. n. 63*

I N D E X.

Guterrus Caruialius Episcopus Placentini Collegij auctor, l. 14. n. 78
Gymnasia Societatis. Vide Schola.

H.

Heresis origo in plerisque contemptus gratiarū Dei, l. 4. n. 99
Hæreticus B. Ignatij prudentia & sociorum exemplis fit Catholicus, l. 3. n. 13
Hæreticus explorator deprehenditur inter domesticos Societatis, l. 11. n. 7
Hæreticus in formidine sanctos inuocat, quos ante negabat colendo, l. 9. n. 38
Hæretici quomodo curandi, l. 4. n. 91
Quantum ab ijs abhorrendum, l. 4. n. 101
Fiunt Principum lenitate deteriores, lib. 5. numer. 28
Ad inescandos Romanos socios dono eis mittunt inter probatos libros, complures Hæreticos, lib. 11. numer. 8
Hæreticorum cum Socijs B. Ignatij dimicationes, lib. 1. nu. 113
Fraus in simplicibus decipiendis, l. 4. n. 100
Hæreticorum Duces diuinitus puniti, li. 4. n. 24
Hæctor Leonellus primus Collegij Senensis præceptor, li. 16. n. 5
Hæctor Pignatellus Montis Leonis Dux de Collegio Neapolitano, deque Societate optime meritus, li. 10. n. 15. & 17
Henricus Blyssæmius è Collegio Germanico Societatem ingressus, l. 12. n. 8
Primus Theologiae Doctor in Romano Collegio creatur, l. 16. n. 2
Pragam mittitur, l. 16. n. 2. & 19
Henricus Cardinalis postea Rex Lusitania Collegij Eboresensis auctor indulgentissimus, l. 13. n. 56. & l. 15. n. 96. l. 16. n. 58
Henricus Dionysius Coloniam missus, li. 16. n. 25
Henrici Gouea Portuensis ciuis virtus eximia, li. 7. numer. 68
Henricus Henricius Societati addicitur, l. 5. n. 47
In Indiam mittitur, l. 6. n. 87
Malabaricam linguam perdiscit, & ad artem reuocat, in reque Christiana præclare laborat, lib. 8. num. 134
Socijs Commorinensibus præest & præclare Euangelio laborat, lib. 9. num. 117. lib. 12. nu. 125. & lib. 15. n. 132
Capitur & vexatur à barbaris, l. 13. n. 81

Eiusdem tutela Christianorum loca credita quadraginta, l. 16. n. 77
Eiusdem fides, l. 8. n. 135
Henricus secundus Rex Gallia Societatis per studiosus, l. 15. n. 40
Herba aduersus intemperantiam, l. 5. n. 63
Hercules Buccerius Caesar augustam missus, libr. 7. numer. 52.
Hercules Ferraria Dux de Societate optime meritus, l. 2. n. 51. l. 11. n. 28
Hercules Purinus Collegij Mutinensis fautor, ac beneficus, l. 12. n. 17
Hermannus Colonienfis Antistes in officio continetur à Fabro, l. 4. n. 33. & 88
Ob hæresim è Pontificia cathedra pellitur, lib. 7. nu. 40
Hermannus Tyras è collegio Germanico Societatem ingressus, l. 12. n. 8
Ingolstadium missus, l. 16. n. 23
Hermes Poen ad Societatem accedit, & destinatur in Lusitaniam, ib. l. 4. n. 82
Hieronymus Acoſtapoſt alios quatuor fratres natu minores Societati dat sese, l. 15. n. 80
Hieronymus Arzius Doctor quid sentiret de B. Ignatij concionibus, l. 2. n. 44
Hieronymus Bassius Billomum missus, l. 15. n. 64
Hieronymus concha nauigat in Indiam, lib. 15. numer. 123
Hieronymus Domenecus Parma ad Societatem accedit, l. 2. n. 77
Succedit Iacobo Eguia Parisiis in administratione Sociorum, l. 2. n. 98. & l. 3. n. 38
Parisiis migrat Louanium cum Socijs Hispanis, li. 3. num. 75
Aliquos ex Ecclesia fructus attribuit collegio Valentino, l. 5. n. 12
Roma dat operam conciliandis iratis, libr. 5. numer. 15
Mittitur Bononiam ad iacienda fundamenta collegij, l. 6. n. 15
Ioannis Vege postulatu in Siciliam mittitur, lib. 7. num. 18
Quid Panormi, in Monte Regali, & Messana è re publica gesserit, n. 19. & seq.
Sicilia instituitur Prouincialis, l. 13. n. 19
Pauperibus, Orphanisque sedulo consulit, lib. 14. num. 38
Hieronymus Natalis, ad Societatem vocatur, lib. 5. n. 4. & seq.
Primus collegio Mamertino præest, l. 8. n. 10

I N D E X.

- Simul Habreas literas, & Theologiam tradit, ibidem.*
- Indignum se gradu Professorum censet, l. 9. n. 1*
- Cum Sicula Classe in Africam soluit, l. 11. n. 21*
- Depranitanis consulit, l. 11. n. 27*
- Messana pro communi bono multa gerit, lib. 12. numer. 30*
- Romam accitur ad promulgandas per Societatem Constitutiones mittendus, l. 12. n. 32*
- Catana multa ex usu pietatis procurat, ibidem num. 33*
- Edita Roma professione cum constitutionibus in Sicilia redit easque promulgat, n. 34*
- Ad eandem promulgandas Commissarius in Hispaniam mittitur, l. 13. n. 7*
- In Lusitaniam venit, n. 45*
- Res ibi gessit, n. 50*
- Ex Hispania in Italiam nauigat, l. 14. n. 56*
- In regenda Societate B. Ignatio adiutor eligitur, li. 14. n. 17*
- In Germaniam mittitur ad comitia Augustana cum Cardinali Morono sedis Apostolicae legato, lib. 15. nu. 1*
- Terrori est Hereticis sagax ac vidua eius sapientia, l. 15. n. 26*
- In Hispaniam iterum mittitur, & prosperam nauigationem B. Ignatius praecognoscit, l. 16. nu. 38*
- Eiusdem industria, l. 13. n. 50. & 53*
- Labores, l. 12. n. 34*
- Modestia, l. 9. n. 21*
- Obedientia, l. 16. n. 40*
- Prudentia in admittendis in Societatem adolescentibus, l. 8. n. 17*
- S. Hieronymus B. Xauerio agrotanti apparet, & quadam prae-dicit, l. 2. n. 22*
- Hieronymus Otellus Patavij Societatem ingreditur, li. 3. num. 57*
- Adit Romam, l. 6. n. 11*
- Eiusdem labores & asperitas vitae, li. 7. nu. 8. & 27*
- Hieronymus Petrus Mercenariorum ex ordine, Theologiae professor in Gandiensi Academia, lib. 9. num. 75.*
- Hieronymus Portillus Septimancensis Rector, spiritalis sit coadiutor, l. 16. n. 40*
- Hieronymus Rubiola primus Senensis collegij Rector, l. 16. n. 5*
- Hieronymus Saulius Archiepiscopus Genuensis, lib. 12. num. 13*
- Hieronymus Vignes de collegio Neapolitano optime meritus, l. 14. n. 36*
- Hispalensis Collegij semina, l. 14. n. 82*
- Fructus eximij, l. 15. n. 93. & l. 16. n. 53*
- Hispania Prouincia. Vide Prouincia.*
- Honores in Religione pudorem afferunt, non officia humilitatis, l. 8. n. 79*
- Honores Ecclesiastici in Societatem haud inuehendi, l. 6. n. 34. 36. 52*
- Humanarum carniuum esu qua ratione aliqui Brasili coeperint abstinere, l. 12. n. 74*
- Humilitatis exempla quantarum sint virium, lib. 14. num. 80*
- Hurtadus Petrius Ingolstadium missus, l. 16. n. 23*
- Husitarum hereses, l. 15. n. 22*
- Hybernica missionis occasio, l. 3. n. 45*
- Mis: Paschafius, & Salmeron, l. 3. n. 46*
- Quid ibi gessit, l. 3. n. 58*

I.

- I**acobus Caballarius Societate recipitur, lib. 7. numer. 49
- Iacobus Diazius lectus ad missionem Conganam, li. 7. num. 66*
- Iacobus Diazius secularis ab India Protege legatus ad Regem Abassinorum in Aethiopiam mittitur, lib. 15. num. 117*
- Iacobus Eguia per fugium B. Ignatio ad leuandas miserrorum calamitates, l. 1. n. 54*
- Primus quasi Rector Collegiorum, l. 2. n. 97*
- Virtus eius, & mors, l. 16. n. 91*
- Iacobus Gusmanus init Societatem, l. 12. n. 47*
- Iacobus Hozius Societati adiunctus, l. 1. n. 119*
- Moritur Patavij primus ex omni Societate, libro 2. num. 36*
- Latiior in carcere, in funere pulchrior, n. 37. & 38*
- A B. Ignatio cernitur clarissimus sanctorum in casu, ibi. nu. 39*
- Iacobus Iacobus in Brasiliam mittitur, li. 9. n. 85*
- Inde ad Praefecturam S. Vincentij, n. 93*
- Iacobus Lanus ad Societatem adiunctus, l. 1. num. 87.*
- ager & cum cilicio iter facit, n. 105*
- Romam pra pietate nudis pedibus ingreditur, lib. 2. num. 8*
- Publicè docet in Romana Academia, nu. 33*
- Mittitur Parmam, n. 74*
- Venetij rem christianam egregie prouehit, l. 3. nu. 55. & l. 4. n. 15*
- Brixiae, & Patavij, l. 4. n. 79. & 80*
- Tum Bassani, ac Roma, l. 5. n. 16*
- Episcopatum recusat, ibi. n. 17*

Destina-

I N D E X.

- Destinatur in Concilium Tridentinum*, lib. 5. numer. 21
- Quam multa Tridenti praeclare gesserit*, li. 6. n. 21. l. 7. n. 23
- Quid Bononia illuc translato Concilio*, libr. 7. num. 24
- Quid Florentia*, n. 27
- Perusium abis*, l. 7. n. 28
- Excurret Eugubium: inde in Montem Politianum*, ib. n. 29. 30
- Senis ac Florentia euangelizat*, l. 8. n. 18
- Abit Venetias, remque Collegij Patavini prospere transigit*, l. 8. n. 19
- Neapoli eximium Societatis specimen edit*, lib. 8. num. 32
- Vt inspector aliquis in Sicilia praest*, l. 9. n. 1
- Panormi sexdecim prostitutas ad pudorem conuertit*, l. 9. n. 23. & 24
- Existimat Religionum fundatoribus à Deo grauissima quaeque sui Ordinis reuelari*, l. 10. n. 63
- Alouanne Vega Sicilia Prorege in Africanam expeditionem ducitur*, l. 10. n. 88
- Nosocomio praeficitur, quod summa caritate, ac sedulitate curat*, l. 10. n. 89
- Valentibus etiam operam dat*, n. 91
- Tam aliena pecunia, quam suam mendicitatis custos integerrimus*, n. 95
- Pisas ab Eleonora Florentini Ducis vxore interposita summi auctoritate Pontificis euocatur*, lib. 11. num. 10
- Pia vititur industria ad alliciendo pauperes ad catechismum*, ib. n. 11
- Agit de Collegio Pisis ac Florentia collocando*, ibid.
- Theologus Pontificus iterum ad Concilium mittitur*, l. 11. n. 11. & 36
- Quanta in opinione Tridenti fuerit*, n. 38
- Fit prouincialis Italia*, l. 12. n. 20
- Genae concionatur*, l. 13. n. 11
- Theologica summam doctrinam in societatis usum à B. Ignatio conficere iubetur*, l. 13. n. 17
- Genae studia virtutis inflammant*, l. 14. n. 31
- In Germaniam mittitur cum Cardinali Morono ad Comitia Augustana*, l. 15. n. 1
- Redit in Italiam, & Pontificus Theologus designatur*, ib. n. 3
- Cardinalatum quanto studio refugerit*, l. 16. n. 7
- Iacobi Lainij abstinentia, & animi magnitudo*, l. 7. nu. 27. l. 10. n. 94
- Conciones effusces*, l. 9. n. 23
- Eruditio insignis*, l. 11. n. 37
- Reuerentia, & obedientia erga B. Ignatium*, lib. 12. num. 22
- Sanctitas visione declarata*, l. 9. n. 26
- Iacobus Lassus legatus Regis Ferdinandi apud Pontificem*, l. 14. n. 44
- Iacobus Lhostius Societatem ingressus*, l. 4. n. 82
- Romam mittitur*, ib. n. 104
- De Societate primus Siciliam ingreditur*, l. 5. nu. 10
- Ibi rem diuinam procurat*, l. 7. n. 17
- Moritur Bononia*, l. 8. n. 28
- Eius obedientia*, ibid.
- Iacobus Martinus optime de Complutensi Collegio meritis*, l. 9. n. 69
- Iacobus Miro Societati se addicit*, l. 3. n. 39
- Primus Rector Collegij Conimbricensis necdum sacerdos*, l. 3. n. 83
- Valentiam ad inchoandum Collegium migrat*, li. 4. n. 126
- Ab Araozio dicitur egregius innocentia cultor*, li. 5. num. 74
- Inter quatuor votorum professos adscribitur*, l. 9. n. 2
- Romam venit*, l. 10. n. 47
- Lusitana prouincia praenotatur*, l. 12. n. 55
- Eius humilitas*, n. 57. l. 14. n. 94
- Fama virtutis*, l. 12. n. 65
- Iacobus Vereria Nauarchus B. Xauerij studiosus*, lib. 11. num. 140
- In legationis Sinenfis apparatu nullis sumptibus parcat*, l. 12. n. 85
- Iacobus Salmeron Alfonsi minor germanus obis Patavij*, l. 5. n. 15
- Iacobus Sancti crucius bene de Granatensi Collegio meritis*, l. 14. n. 85
- Iacobus Souer alius lectus ad missionem Conganam*, l. 7. num. 66
- Mittitur deinde in Indiam*, l. 14. n. 139
- Iacobus de Yepes de in Confessarius Philippi II. Regis, & Episcopus Turiasonenfis per exercitia spiritualia fit religiosus*, l. 14. n. 128
- Masanapatanius Rex*, l. 5. n. 85
- Iaponia inuentio situs, magnitudo, soli natura*, lib. 9. num. 179
- Iaponum imperium, superstitio, ingenia, mores*, n. 181
- Iapones auidi honoris*, n. 186
- Vnica contenti vxore*, 188
- Ludis, & furtis abstinent*, 189
- Armij gloriantur*, 190
- Dure educant liberos*, 191
- Vltro sibi ventrem in periculis scindere honestum ducunt*, 205

I N D E X.

- Mortalium sapientissimos putant Sinas*, lib. 11. numer. 106
- Nihil in sermone insolens ferunt*, li. 14. n. 147
- Iaponum christianorum ardor*, l. 13. n. 96. l. 14. n. 131. l. 15. n. 140
- Constantia*, l. 9. n. 222
- Iaponibus infantibus non paucis vita animi, corporisq; seruat*, l. 15. n. 138
- Ieiunium continuum quam multos dies primi Patres protraxerint*, l. 1. n. 26. 68. 82. 102
- Ignatius Azebedius, nobilis deinde Martyr, sociati adiungitur*, l. 7. n. 69. & l. 9. n. 84
- Primus Rector collegij Olisipponensis*, ibid. lib. 13. num. 53
- Eiusdem feruor animiq; demissio*, l. 9. n. 84
- Ignatius Bogatus elaborat in Africa*, l. 10. nu. 113. & l. 11. n. 81. & l. 13. n. 57
- Tituanipradicatur vt sanctus*, l. 14. n. 102
- B.** *Ignatius Loiola quando natus, & Naturae dotes*, li. 1. n. 7. & seq.
- Qua occasione, & quando conuersus, numero 10. & 11*
- Proficit ex obseruatione exitus bonarum cogitationum, & inanium*, n. 12
- In Montem Serratum ex Patria discedit*, n. 14
- Vouet castimoniam*, n. 15
- Quid ex itinere, & in Monte Serrato gesserit*, num. 16. & 17
- Manresam se recipit, & vitam asperissimam instituit*, n. 19
- Varie exercetur, & multa diuinitus cognoscit*, num. 22
- Exercitorum spiritualium libellum componit*, numer. 23
- Angitur scrupulis conscientiae*, n. 25
- Totam hebdomadam ab omni cibo abstinet*, numer. 26
- Grauisime agrotans inanem gloriam expugnat*, num. 29
- Experimento discit parcendum valetudini*, numer. 30
- Hierosolymitanam peregrinationem suscipit*
- Manresamq; nobilitatem relinquit*, n. 31
- Ingenti discrimini praeipitur*, n. 33
- Diuino monitu excipitur hospitio Venetjjs*, n. 35
- Nauigat in cyprum*, 36
- Peruenit in Palaestinam, & sancta loca inuisit summa pietate*, n. 37
- Redit solus in Montem Oliuetum*, n. 39
- Redit in Hispaniam daturus operam literis*, n. 42
- Pecuniam sibi donatam omnem pauperibus distribuit*, n. 43
- Pro exploratore captus vexatur*, n. 44
- Barcelona Grammatica inter pueros studet*, numer. 46
- Conspicitur inter orandum sublimis in aere in luce mirifica*, num. 49
- Studio iuuandi proximos seuisime caditur*, n. 50
- Spatium penitentiae suspendioso à Deo impetrat*, num. 51
- Primos habet socios qui non perseuerarunt*, n. 52
- Item alteros*, n. 67
- Includitur in custodiam compluti*, n. 56
- Deinde Salmantica*, n. 61. & 62
- Parisijs proficiscitur*, n. 63
- Ex ordine literarum studia repetit*, n. 64
- Conflictatus inopia excurret in Belgium, & in Angliam*, n. 65
- Pradicat Mercatori collegium Societatis ab eo fundandum*, n. 66
- In stagnum perfrigidum se immergit, vt amicum à flagitio deterreat*, n. 69
- Parisijs quoq; accusatur, & laudatur*, n. 70
- Parato virgarum supplicio prope diuinitus liberatur*, n. 71
- Socios, ex quibus nata Societas qua conciliarit industria*, n. 73
- Periclitatur ob adiunctum sibi Franciscum Xauerium*, n. 86
- Regressus in Hispaniam quid gesserit in Patria*, n. 99 & 116. & seq.
- Per ingentia pericula in Italiam venit*, n. 118
- Venetjs egregie laborat, & Iacobum Hozium Societati adiungit*, n. 119
- Accusatur, & honorificum innocentiae testimonium reportat*, n. 120
- Conciliat Societati Gasparem Doctum*, n. 121
- Agit familiariter cum Ioanne Petro Caraffa qui deinfuit Paulus Quartus*, n. 122
- Quanti aestimauerit exercitia spiritalia*, n. 123
- Romam eunsi multi a diuinitus reuelantur: & Christus pollicetur se Societati Roma propitium fore*, l. 2. n. 29. & 30
- Operam suam cum socijs Pontifici Maximo dicat*, num. 32
- Multos, & in his cardinalem contarenum excollit*, n. 34
- Et Petrum Ortizium in casinate Monte*, numero 35
- Multa pia opera Roma inchoat*, n. 46

I N D E X.

- Summam quandam Constitutionum concipit, numer. 116*
Quemadmodum regeret Societatem, l. 3. nu. 3
Recusat acerrime Generalatum, n. 8
Energumenum liberat, n. 9
Sex & quadraginta continuos dies docet Christiana doctrina rudimenta, n. 16
Conuertendis Iudais prospicit, l. 4. n. 5. 6
Orphanis, & puellis miserabilibus domicilia extruenda curat, n. 7. 8
Et renouandum Decretum Innocentij Tertij ne medici curent non confessos, n. 9
Et Consilium ex Cardinalibus instituendum ad fidei catholica defensionem, n. 18
Excitat domicilium S. Marthae, n. 75
Mauult Societatem virtute prestare, quam numero, l. 5. n. 2
Quantifaceret libellum de Imitatione Christi, numer. 9
Difidium inter Pontificem, & Lusitania Regem tollit, n. 27
Consilium Iaio suggerit de Seminarijs excitandis, num. 32
Ab Aulis quam abstimendum moneret, l. 5. n. 81. l. 16 nu. 27. & 31
Honores Ecclesiasticos à Societate arctet, l. 6. n. 7. & 33. l. 12. n. 2
Tuetur Societatem aduersus calumnias, l. 2. n. 48. l. 6. n. 8. l. 8. n. 52. l. 15. n. 43
Monet ne Lanius, & Salmoron in Concilio Tridentino doctrinas nouas sequantur, l. 6. n. 26
Varijs munaribus alumnos exercet, l. 7. n. 5
Quadrimestres literas instituit, n. 12
Societatem procuratore sanctimonialium liberat, num. 13
Non censet diuersos Ordines cum Societate copulandos, n. 14. & l. 14. n. 13
Quam velle Societatem professam & à forensibus litibus, & negotiorum externorum procuratore longe abesse, l. 7. n. 12
Non probat nostros esse initiandorum sacris ordinibus Iudices, n. 16
Francisco Borgia Ducis quantum fideret, nu. 52
Eiusdem feruorem temperat, l. 8. n. 71
Parum idoneum disciplinae religiosa Cõcionatorem licet eximium dimittit, l. 7. n. 61
Domesticorum obedientiam explorat, lib. 8. n. 8
Quanta veneratione tractaret Ecclesie res: & quomodo piacularia grana distribueret, n. 39
Messanam mittit duo ex undecim millibus Virginum sacra crania, l. 9. n. 14
Vult singulis hebdomadis de successu scholarum à Magistris edoceri, n. 20
Conuocat Patres ad recognoscendas Constitutiones, l. 9. n. 8. l. 10. n. 36
Congregatis inspiciendas tradit, l. 10. n. 48
Quaratione vsus in ijs condendū, l. 10. n. 52. & l. 14 num. 9
Informatam Constitutionem quamque exemplo Magni Leonis imponit Altari, à Domino corrigendam, l. 10. n. 54
Quadraginta dies deliberat vtrum sacraria Professorum certos redditus habere expediret, n. 55
Quanam maxime re fuerit impulsus ad perfectam paupertatem in Societate decernendam, n. 60
Probat Lainij sententiam afferentis Fundatoribus Religionum grauissima quaque sui ordinis reuelari, num. 65
Societatis essentialia (vt vocant) diuinitus accipit, atque omnia tribuit Manresano secessui, nu. 65
Conatur abdicare Generalatum, sed frustra, n. 67. & 71
Aegrotat, & maximo perfunditur gaudio è spe vite beata, n. 72
Reprehendit Michaellem Nauarrum quod acrius pro Societate, quanquam iuste, pugnasset, n. 75
Pecuniam quibusdam adiectis conditionibus legatam recusat, n. 109
Auctor est extruendi Cathecumenorum domos in India, n. 120
Nõ probat Adriani ab Adriano zelum in studio aggregandi nouitios cum turbis, l. 11. n. 46
Letatur procellis in Societate sine eius culpa coortis num. 60
Quem vsum priuilegiorum probaret, n. 62
Quanta cura Collegium Germanicum sustinuerit diffidillimis temporibus, lib. 12. num. 9. & lib. 14. num. 2
Exit ab Vrbe, vt difidium quoddam tollat, l. 12. numer. 11
Barnabitas studio complectitur, ac beneuolentia singulari, n. 13
Quanta libertate etiam primos Patres admoneret num. 21
Quantifaceret obedientiam, n. 82
Collegium Romanum cupiebat florere. Vide quam ob causam, l. 13. n. 5
Qua lucra animarum maxime ei placerent, ibi. n. 6. & li. 16. n. 122

Ffff Sociorum

I N D E X.

- Quod in insulis in Corsica, per Sebastianum Romanum*
expulsi at, l. 13. n. 19
Cura in Europam Beatum Xaverium redire, nu-
mero 83
Quantifaceret modestia Regulas, l. 14. n. 8
Quid curarit, vt Religionem cupientes ne impedi-
ventur, n. 12
Expeditionem Aethiopicam ad Abasinos quantifa-
ceret, & in eam Socios destinat, li. 6. num. 7. lib. 14.
num. 112
Villam extruit ad Romani Collegij vsam, lib. 15.
num. 6
Conuictorum procuracionem Conimbrica, quomo-
do suscipi posse iudicaret, l. 16. n. 22
Quam vellet ediscere linguam nationis, apud quam
degitur, ibid.
Exercitiorum spiritualium vehementer vsam com-
mendat, ibid.
Tria maxime ante obitum optauit: & adeptus est,
num. 93
Quas maxime virtutes in morte depromserit, nu-
mer. 100
Per quas vias profecerit ad praestantissimam sancti-
tatem, n. 101
Maxime vsus est consideratione, n. 102
Vnde merendis in perfecta virtute eius progressus,
num. 103
Plurimum vtitur examine conscientiae, alijsque pijs
exercitationibus, n. 106
In omnibus sibi ad imitandum proponit Christi vi-
tam, n. 108
Quaratione in deliberando vteretur, n. 109
Vnde in eo prudentia, constantia, & equitas animi
tanta, n. 111
Quod maxime contemplationis genus in Societate
vellet, n. 114
Obedientiam perfectam, cur tantopere in Societate
requireret, n. 117
Quas virtutes in Societate vellet eminere, nu-
mer. 121
A Paulo Quinto declaratur Beatus, n. 137
B *Ignatij ardor, & constantia mira in studio literarū,*
li. 1. n. 47. l. 16. n. 115
Asperitas vitae, l. 1. n. 48
Caritas erga Deum, l. 10. n. 62
Et in proximos, l. 1. n. 68. & 69. lib. 2. num. 18. & li.
14. n. 18
Cautione Principes offenderet, l. 8. n. 36
Constantia, & perseverantia in bene coeptis, lib. 1. n.
95. & l. 2. n. 50. & l. 11. n. 12. & 30
Contemplatio, l. 16. n. 112
Cura in delectu Tyrorum, & nouis sedibus recipien-
dis, l. 5. n. 2
In paupertate, & bona existimatione tuenda, li. 6.
num. 6
Vt Scholastici in literis proficerent, lib. 6. n. 77. &
l. 9. n. 46
Iuuanda Germania, l. 12. n. 8
Disciplina tuenda, l. 14. n. 4
Ne femina sine comite visantur, l. 14. n. 7
Obedientia, l. 7. n. 10
Donum intellectus, & fortitudinis, l. 1. n. 27
Ectasis per octo dies continua, l. 1. n. 28
Fiducia in Deo, l. 9. n. 3. l. 15. n. 6
Humilitas, l. 3. n. 14. & l. 16. n. 98
Industria in Socijs conseruandis, l. 1. n. 92
Libertas in prohibendis sceleribus, l. 1. n. 36
Monita. Vide suo loco.
Obedientia, l. 16. n. 120
Obseruantia erga Praesules Ecclesiae, l. 14. n. 50
Prae iktiones, l. 1. n. 32. l. 3. n. 21. l. 6. n. 9. l. 12. nu. 10.
l. 15. n. 7
Progressiones ad proximos adiuuandos, lib. 16. nu-
mer. 115
Penitentia insignis, l. 16. n. 104
Prudentia, l. 16. n. 111. & 118
Scientia mira scrupulos eximendi, l. 1. n. 26
Sensus mirabiles, l. 10. n. 56
Sententia de imitanda Angelorum, & fedulitate,
& tranquillitate in proximis adiuuandis, lib. 13.
num. 18
Et de Prouincialium, maiorumque Praeposito-
rum cura in rebus generalibus continenda, lib. 13.
num. 55
Vt prius ad stabilitatem firmentur incepta, quam
noua opera inchoentur, l. 14. n. 81
Inanes formidines abijcendas, l. 9. n. 172
Virtus ab Anachoreta diuinitus cognita, libro 1.
num. 20
Virorum grauissimorum de eo iudicia, li. 16. n. 123.
& seq.
Visiones, l. 1. n. 13. 27. 34. 40
Imago à Cardinali Cesare Baronio primum Roma
colenda proponitur, l. 16. n. 144
I *gnatius Martinus non modo rominis, sed virtutum*
quoque B. Patris particeps in Societatem receptus,
l. 7. num. 73
Philosophia professor Conimbrica, libro 15. nu-
mer. 99

Primus

I N D E X.

- Primus philosophiam Eboræ docet*, l. 16. n. 58
*Ignigius Mendoza Melitenfis Comes Collegio Cafarau-
 guftano fa&et*, l. 14. n. 73
Impietatis fautores diuinitus puniti, l. 10. n. 225
Indicamiffio, lib. 6. num. 87. lib. 8. num. 100. lib. 15.
 num. 102
India mores deprauati, l. 7. n. 78
Indorum puerorum in Chrifti fide constantia, lib. 15.
 num. 131
*Inertes, ac feqnes non tam ipfa natura, quam in-
 ertia faepe fama, & ignavia fufpicio nos reddit*,
 l. 7. nu. 5
Ingolftady docere Patres incipiunt in Academia, lib.
 9. nu. 54
Ingolftadienfis Academia de ijs iudicia, l. 9. n. 54
Ingolftadienfis Collegij initia, l. 16. n. 23
Inimicitiarum pertinax diuino corripitur fupplicio, lib.
 8. nu. 86
Iniuria a quo animo perferenda, lib. 6. num. 96. lib. 11.
 num. 104
Interim libellus quid fit, & quando editus, libr. 8.
 num. 35
Ioannes Albuquerque Goanus Antiftes, libro 12.
 numer. 84
Ioan. Aluarius Societatem init, l. 7. n. 46
*Ioan. Antonius Appulus eximia virtute adolefcens mo-
 ritur in Sicilia*, l. 11. n. 18
Ioannes Aragonius in Societatem adlegitur, lib. 3. nu-
 mer. 65
In Lufitaniam abit, l. 4. n. 84
Exemplo eft Socijs Conimbricenfibus, ibidem, nu-
 mero 130
*Ioan. Auila magnus virtutis Magifter Societatis perfu-
 diofus, & commendator*, l. 9. 59.
*Dolet fibi non effe atatem societati idoneam, mit-
 tit tamen ad eam difcipulos fuos*, ibid. nu. 61. & lib.
 14. nu. 61
*Quæ monita Iacobo Guftmano, & Gaspari Loarti
 tradiderit*, l. 14. n. 57
Quæ fcripferit ad Martinum Olaium, ibi. n. 59
Quid de societate, Beatoque Ignatio fentires, nu-
 mero 60
*Iubet corpus fuum Montella in ade nofta fepultura
 mandari*, ibid
Eiusdem de aduerfarijs tolerandis fententia, lib. 6.
 num. 60
Gratulatio de Collegio Cordubeni, l. 13. n. 42
*Ioannes Azpilcueta Martini Nauarti Confobrini fo-
 cietatem capefit*, l. 5. n. 47
In Brafiliam mittitur, l. 9. n. 85
Brafilis egregie falutaris, l. 9. n. 100. l. 10. n. 114. &
 li. 13. n. 71
Mortis, l. 15. n. 15
*Ioan. Baptifta Barma Francisco Strada Prouinciali ad-
 inctor fubiuictus*, l. 14. n. 67
Quanta effet virtute praditus, ib. n. 68
Fonteneti inimicitias tollit, & alia praeclare gerit,
 ibidem.
Primus Murcia Collegij Rector, l. 15. n. 77
Quatuor folemnia Profeforum erunt vota, li. 16.
 num. 40
Ioannes Baptifta Brixianus docet Meffana, libro 8.
 num. 13
*Ioannes Baptifta Elianus ad Chriftum, & Societatem
 traductus*, l. 11. n. 33
Ioannes Baptifta Sancius Societatem init, libro 8.
 num. 43
Burgenfis Collegij initia ponit, l. 11. n. 64
Methymne laborat, l. 11. n. 67
Ioannes Baptifta Velatus Magifter Eugubij, lib. 12.
 num. 16
Idem concinator, & obfonator, ibid.
Ioannes Baptifta Vicla Societatem ingreditur, lib. 2.
 num. 78
Lutetia dat operam literis, ac pietati, li. 5.
 numer. 42
Lutetia Socijs praeft, li. 8. n. 41
Inter Profefos adfcribitur, l. 10. n. 108
Romam ob valetudinem reuocatur, l. 12. n. 20
Commillarius Prouincia Italiae creatur, libr. 13.
 num. 17
Ioannes Beira ad Societatem vocatur, l. 4. n. 85
Peruenit in Indiam, l. 5. n. 96
In Commorinum mittitur, ib. n. 99
*In Molucis fuprema pericula, & immenfas arum-
 nas tolerat*, lib. 7. num. 82. lib. 9. n. 125. lib. 13. n. 82.
 lib. 16. n. 83
*Innumerablem murium multitudinem factis aquis
 à Chriftianorum in Ethnicorum pradia compellit*,
 l. 16. n. 84
Ioannes Bocchius nauigat in Indiam, libro 15. nu-
 mer. 123
*Ioannis Carrera vocatio, & virtus, & cum Angelo Cu-
 ftode familiaritas*, l. 11. n. 65
*Ioannes Cafteluerulus Collegij Mutinenfis fautor, ac
 beneficus*, l. 12. n. 17
*Ioannes Caftrius primus vroegei titulum in India ab
 Ioanne Tertio accipit*, l. 8. n. 113
Ioannes Codurius Societati aggregatur, libro 1. nu-
 mer. 101

I N D E X.

- Est à confessionibus Margarita Caroli Quinti filia,* l.3.n.81
Eius mors B. Ignatio reuelatur, ib.n.20
Ioannes Colonienfis pro Christi fide mactatur, lib. 9. num. 154
Ioannes Corduba Societati conciliatur, lib.13. numer.40
Fit fundator Collegij Cordubensis, ib.n.42
Ioannes Confaluius ven. t in Brasiliam, l.13.n.68
Ioannes Couillonius, qui dein Concilio Tridētino Theologus Bauarici Ducis interfuit, in Lusitaniam mittitur, l.4.n.82
Ingolftadij in Academia Dauidico Psalms explant, l.16. n.23
Ioanni Crucio obsonatori miro modo pecunia traditur, l.9. n.5
Ioannes Dictius Flander ad Societatem aggregatus, li.4. n.132
Ioannes Durus, vel Deyro B. Xauerij Socius, dein Franciscanus, l.5.n.89
Ioannis Emmanuelis mortificatio, l.16.n.42
Ioannes Fernandus in Societatem recipitur, lib.8. numer.77
Discedit in Indiam, l.8.n.100
A B. Xauerio in Iaponiam ducitur, l.9.n.103
Singulari equitate perfert iniuriam, vnde primus Amangucij baptismus, l.11.n.104
Amangucij magnis seruat periculis, ibi. n.132
Ioannes Franciscus Placentinus Societatem ingreditur l.2.n.78
Ioannes Gerson, id est libellus de imitatione Christi, quanti à B. Ignatio fieret, l.5.n.9
Ioannes Gouea in Societatem, l.4.n.132
Ioannes Gropperus, qui à Paulo Quarto, vel inuisus Cardinalis creatus est, strenuus Catholica Religionis defensor, l.4.n.89
Societati fauet, l.16.n.25
Ioannes Guttanus captus à Turcis moritur, lib. 14. numer.18
Ioannes Lopus Meliaporam missus, l.12.n.81
Ioannis Tertij Lusitanorum Regis cura recte educationis puerorum, l.2.n.103
Studium in Societatem, ib.n.106. l.4. n.136. & l.5. n.57. l.10. n.131
Eiusdem de B. Ignatio iudicium, l.16.n.129
Erga fidei propagationem studium, l.10.n.11
Et Congensis Regni Ecclesiam laborantem, lib. 15. num. 112
B. Ioannes Mico ex Ordine Prædicatorum Collegio Valentino egregie fauet, l.14. n.70
Ioannes Morenus Confessario vtitur Fabro, lib. 2. numer.112
Idem iam Cardinalis Mutinam aliquem de Societate mittendum curat, l.4. n.13
Deinde & condendum Collegium, l.12.n.17
Idem suafor Collegij in Vrbe Germanici condendi, l.12.n.8
Ioannes Moschera Societati conciliatus, deque domo Probationis Septimancensi optime meritus, l.14. n.79. lib.15. n.85
Ioannes à sancto Michaele moritur, l.12.n.66
Ioannes Nunnius vocatur ad societatem, lib.4.n.139
In Mauritaniam mittitur, l.8.n.88. & 90
Res ibi gesta, nu. 92. & 93. & lib.10. num.118. l.13. n.57.
In Lusitaniam redit, l.14. n.101
Aethiopia Patriarcha designatur, l.14. nu.3. & 113. & l.15. n.1
Consecratur, l.15. n.103
Quam alienus ab honorum studio, l.14. n.115
In Indiam peruenit, l.16. n.68
Sacris aquis tempestatem sedat, ibi.
Eiusdem patiens, ac benigna charitas, l.11. n.81
Obedientia, & de Societate iudicium, l.14. n.116
Ioannes Paulus Borellus Natalis comes, lib. 14. numer.80
Ioannes Paulus magna vir sanctitatis, l.16. n.52
Ioannes Pelletarius primus collegij Romani Rector, l.81. n.4
Idem R. Rector Ferraria, & quid ibi gesserit, l.11. n.29. l.14. n.26
Ioannes Penna Doctor excellens, ex Ordine Prædicatorum, societatem defendit, l.8. n.49
Ioan. Petrus Carassa. Vide Paulus Quartus.
Ioan. Poggius, qui deinde fuit cardinalis, Religionem catholicam Pontificius Antistes sustinet colonia, l.4. n.33
Egregie societatem iuuat in Hispania, lib. 5. num.64
Et defendit, l.11. n.59
Ioannes Polancus ad Societatem accedit, lib. 3. numer.17
Pistorium mittitur, l.6. n.12
Adit Pratum, inde Florentiam, & receptaculum puellis periclitantibus condit, ib. n.13
Incipit ab epistolis, & à secretis iuuare B. Ignatium l.7. n.6
A Michaele Ochioa mire curatur, l.7. n.4
Inter quatuor veterum Professos adscribitur, lib. 9. num. 2

Diuinam

I N D E X.

- Diuinam providentiam experitur in summa domus egestate, lib. 9. num. 6*
- Ioannes Raimirius prestans concionator Societatem ingreditur, & praclara efficit Valentia, lib. 16. nu. 47. & 50*
- Ioannes Rhetius Coloniam missus, li. 16. n. 25*
- Ioannis Ricasoli vocatio, l. 14. n. 13*
- Ioannes Rogerius Gallus docet Panormi, l. 9. n. 31*
Philosophia professor in Collegio Romano, lib. 13. numer. 2
- Ioannes Sanctius Societate recipitur, li. 7. n. 49*
- Ioannes Siliceus Toletanus Antistes Societati aduersatur, l. 11. n. 57*
- Ioannis Sosa beata mors, ac virtutes, li. 14. num. 118. & deinceps.*
- Ioannes Suarius Salmanticensis Collegij Rector mittitur ad Collegium Hispali inchoandum, lib. 14. numer. 82*
- Ioannis Suarj Conimbricensis Episcopi in Societatem studium, li. 5. n. 56*
- Ioannes Texeda Franciscanus sanctitate insignis, lib. 8. num. 65*
- Ioannes Tilia, è primis Theologia Doctoribus in Romano Collegio creatus, li. 16. n. 2*
- Ioannes Valderauanus Societatem imit, l. 7. n. 47*
in Monte Regio strenuè laborat primus Collegij Rector, l. 16. n. 43
- Ioannes Vega Orator Caesaris apud Pontificem, dein Sicilia Prorex, Urbis Vicario Societatem commendat, lib. 7. nu. 1*
Auctor vocanda in Siciliam Societatis, lib. 8. numer. 7
Abbatiam Panormitano Collegio impetrat, ac de Societate Carolum Quintum edocet, l. 10. n. 87
Eiusdem pietas, & vxoris, l. 9. n. 23
Africana expeditio, ad quam Lainius ductus, lib. 10. num. 88
Victoria, ibid. n. 92
Eiusdem, ac totius familia in Societatem benignitas, l. 16. n. 18
Epistola in obitu B. Ignatij, ibid. n. 128
- Ioannes Victorius Societatem cepisset cum insigni seruore, l. 9. n. 10*
Præceptor Vienna, l. 11. n. 41
- Ioanna Cardona ad eximiam virtutem Mironis institutione profecit, l. 7. n. 62*
- Ioanna principis Lusitanie pietas, l. 15. n. 82*
- Ioanna Regina Caroli V. matri morienti, adest Franciscus Borgia, l. 15. n. 84*
- Iobelai promulgatores in India Societatis Patres à summo Pontifice nominati, lib. 14. num. 130*
- Iognes Brachmanarum genus, lib. 4. num. 68. lib. 10. num. 126*
- Iognes nobilis, & eius discipuli ad Christum conuertuntur, l. 10. nu. 126*
Eorum diuersorium Beata Virgini dedicatur, ibid. num. 127
- Iognes quidam veterator se non semel è morte ad vitam redisse iactat, li. 16. n. 78*
- Iosephus Ancieta, sanctitate postea nobilis, venit in Brasiliam, l. 13. n. 68*
Eiusdem industria, l. 14. n. 116
Epistola de sociorum arumnis in Brasilia, lib. 14. nu. 115
- Iosephus Riberius nauigat in Indiam, l. 15. n. 123*
- Isabella Vega Proregis Sicilia filia Collegij Bibonensis patrens, l. 14. n. 40. & l. 16. n. 14*
- Isabella. Vide etiam Elisabetha.*
- Isidori Bellini finis, l. 11. n. 22*
Constantia, ibid. n. 23.
- Iter agentes socij relinquunt vbique vestigium aliquod sanctitatis, l. 3. n. 29*
- Itineris ratio Francisci Borgia, l. 10. n. 38*
Petri Fabri, l. 3. n. 29
Primorum Patrum, l. 1. n. 107. l. 2. n. 4
Et recentis Societate, l. 3. n. 54
- Iudei conuertendis, conuersisq; nauata Romæ opera, l. 4. num. 5*
- Iudicium proprium. Vide sensus proprius.*
- Iulianus Flander moritur, cuius opera consultum custodijs publicis, l. 10. n. 86*
- Iulij Feltrij à Robore Cardinalis Vrbinate in Societatem beneuolentia, l. 12. n. 15*
- Iulius Oüofrius cum Cardinali Farnesio Legato Auenionem profectus, l. 15. n. 64*
- Iulius Tertius Pontifex egregie fauet Societati, l. 10. n. 1. & 34. & l. 11. n. 61*
Societatis priuilegia non vult per annum Iobelai suspendi, ibid. n. 4
Præcepto obedientia iubet B. Ignatium ad se adire in domestice rei angustijs, l. 10. n. 35
Romanum Collegium subleuandum suscipit, numer. 34
Societatem Hierosolyma, & Constantinopoli, & in Cypro collocare constituit, l. 13. n. 1
Falsa suspitione irascitur Societati, lib. 14. numer. 10
Mox placatur, num. 11
Eius mors magno Societatis incommodo, li. 15. n. 1
- Iulia Zerbina sanctitate vobilis, l. 2. n. 76*

I N D E X.

Lurandi temerè consuetudo sublata, lib. 14. num. 72.
Et alibi.
Iurifurandi quanta vii apud Indos, li. 9. num. 18
Iuuenalis Subalpinus Magister Panormi, l. 9. n. 31

L.

Lambertus Castrius moritur Colonia, lib. 5. numer. 34
Laurentius de Virilibus de Collegio Tyburtino optimè meritis, lib. 14. nu. 19
Eius in pauperes misericordia, ibid.
Lauretani Collegij institutio, l. 14. n. 23
Diuina signa Deo illic grata Societatis opera, lib. 14. num. 25
Augetur numerus Sociorum, l. 15. nu. 11
Vexantur quidam à Damsibus, num. 12
Liberantur, num. 16
Lectio piorum librorum quæ utilis, li. 1. n. 11
S. Leo Magnus epistolam ad Flavianum scriptam in Altari B. Petri Apostolici corrigendam inposuit, li. 10. num. 54
Leo Henricus Collegij Conimbricæ Rector, lib. 13. num. 13
Eius sermo, l. 6. n. 36
Leonardus Eshius Ducis Bauariæ Cancellarius, lib. 9. num. 53
Leonardus Keffelius destinatur in Lusitaniam, lib. 4. num. 82
Indè reuersus socijs Colonienfibus proficitur, nu. 104. & l. 10. n. 103
Multorum animos sanat, & corpora, ibid. & lib. 15. num. 28
Vberes Neomagi legit fructus, l. 14. n. 45
Indepellitur, l. 15. n. 28
Leonardus Nunnius in Brasiliam mittitur, l. 9. n. 85
Indè ad Praefecturam S. Vincentij, num. 93
Labores, & pericula subit, l. 11. n. 73. & 74. & l. 13. num. 73
Primus ex Brasilia Romam procurator missus, l. 14. nu. 129
Lex diuina omnium antiquissima, & in humanis mentibus insita, l. 11. n. 109
Libera increpatio non semper offensionem habet, lib. 14. num. 99
Litera. Vide Epistole.
Litera Quadrimestres per Societatem à B. Ignatio scribi iusse, l. 7. n. 12
Lites, & extrema negotia à Societate aliena, lib. 7. num. 15

Louaniensis Academia de Societate iudicium, lib. 10 num. 105
Louaniensis Collegij prima semina, l. 3. nu. 75
Progressiones, num. 37. & sequen. num. 82. & sequen. l. 7. nu. 41
Aliquid barbarum ob duos Societate receptos, lib. 11. nu. 44
Et ex calumnijs, l. 13. n. 28. & 29
Lucius Crucius Societate receptus, l. 10. n. 74
Multas patitur difficultates, l. 14. n. 47
Ludouicus Almeida in Iaponia magno bono eius Ecclesia Societati se tradit, l. 15. n. 137
B. Ludouicus Beltranus ex Ordine Prædicatorum Collegio Valentino egregiè fauet, l. 14. n. 70
Ludouici Blossij in Societate semetipsum, l. 13. n. 31
De Torracensibus Socijs testimonium, lib. 16. numer. 54
Ludouicus Codrettus primus Rector Florentini Collegij, l. 11. n. 12. & 14
Ludouicus Consaluius à Camara Societati addicitur, l. 5. n. 45
Conimbrica Valentiam mittitur, l. 5. n. 75
Conimbrica Rector, l. 7. n. 65
Parègre euangelizat, l. 8. n. 85
In Mauritaniam mittitur, ibid. n. 88
Quid egerit Septa, ac Tituani, nu. 90
Redit in Lusitaniam, nu. 91
Stadio humilitatis refugit Ioannis Lusitaniæ Regis confessiones audire, l. 12. n. 57
Venit in Vrbs, l. 14. n. 4
Reuocatur in Lusitaniam cum Socijs duodecim comes prouincialis futurus, l. 16. n. 38
Ludouicus Froes discedit in Indiam, l. 8. n. 100
Abit in Iaponiam, l. 14. n. 134
Ludouicus de Grana cooptatur in Societatem, lib. 4. nu. 56
Conimbricensium Rector, l. 8. n. 78
In Brasiliam missus, l. 13. n. 68
Fit Rector Collegij Bayensis, nu. 73
Solemnia quatuor emitit vota, l. 16. n. 63
Præst Socijs in Praefectura S. Vincentij, ibid.
Ludouici Granatensis de Societate iudicium, lib. 11. nu. 69
Ludouicus Ioannis Regis Lusitaniæ frater Societate adiungi voluit. Idemq; quanta esset virtutis, lib. 13. nu. 48
Ludouici Madrutij Tridentini Cardinalis in pauperes beneficentia singularis, li. 6. n. 20
Ludouicus Medina Collegij Abulensis fundator, lib. 13. num. 43

Ludouici

I N D E X.

Ludovicus Mendius in oram piscariam mittitur, lib. 12.
 num. 85
 A Barbaris interimitur, l. 12. n. 126
 Ludovicus Mendoza Societatis amicus, l. 8. n. 5
 Ludovicus Sancius de Panormitano Collegio benemeritus, l. 9. n. 29
 Ludouici Santanderi frugifera missiones, l. 16. nu. 47
 Ludouici Strada, ex ordine S. Bernardi, epistola de obitu
 B. Ignatij, l. 16. n. 125
 Lusitana Societatis res, aduentu Francisci Borgia, Tur-
 riani, & Natalis magnum capiunt incrementum,
 l. 13. n. 45
 Lusitana aule pietas, l. 14. n. 97
 Lusitanorum Regum studia in Societatem, li. 2. nu. 102.
 l. 4. n. 136
 Vide Ioan. III.
 Lusitanis in India B. Virgo mirabiliter opem fert, lib. 7.
 nu. 79
 Lux diuina in ore B. Ignatij cernitur, l. 1. n. 33

M.

MAczaria Insula ingens, li. 5. n. 83
 Magistro benignitas, vel maxime utilis, lib. 11.
 num. 44
 Magostanum oppidum in Arabia continenti, lib. 11.
 num. 123
 Malaca nobile emporium ultra Gangem sita, lib. 5. nu-
 mer. 89
 Ibi Franciscus Petrius, & Rocchus Oliuerius nauiter
 se gerunt, l. 7. n. 140.
 Res gesta à B. Xauerio, li. 5. n. 91. & seq. l. 7. à nu. 83.
 l. 12. n. 89
 Contagiosa lues, quo die B. Xauerio celebrata sunt
 iusta, subito compressa est, l. 13. n. 86
 Elaborat Balihasar Diazius, l. 16. n. 81
 Maledico conuitiatori os fæde distorquetur, lib. 9. nu-
 mer. 118
 Maldina Insula in India, l. 11. n. 91
 Earum Rex sit Christianus, ibid.
 Malgratum Syluestri Lardini patria, l. 7. n. 31
 Malam vnde, cum Deus sit summè bonus, lib. 11. nu-
 mer. 107
 Mamaluchi in Brasilia Lusitano Patre, & Brasilia ma-
 tre pregnati, l. 14. n. 112
 Manaria Insula Pagus Martyrum, li. 4. n. 151
 Manicoba sedes in Brasilia, l. 14. n. 118
 Manresa à B. Ignatio nobilitat, l. 1. n. 31
 Marcelli Pontificis virtus, & pietas in Societatem, l. 14.
 nu. 3

De Societate iudicium, l. 15. n. 60
 Et de B. Ignatio, l. 16. n. 130
 Marchus quidam Aethiopia Patriarcha, lib. 14. nu-
 mer. 111
 Marcus Antonius Oradinus in Collegium Perusinum be-
 neficus, l. 12. n. 16
 Marcus Lanius Iacobi frater, primus Romæ, & post
 confirmatam Societatem omnino primus mortuus,
 l. 3. n. 18
 Quam homo bonitatis, ibid.
 Marcus Nummius nauigat in Indiam, li. 15. n. 123
 Marcus Salinas Placentia in Hispania conscientia qua-
 siones explicat, l. 14. n. 78
 Maria Iussa de Collegio Ferrariensi preclarè merita, lib.
 14. nu. 26
 Maria Caroli V. filia Societatis causam apud Philip-
 pum fratrem agit, l. 16. n. 33
 Maria vxor Philippi Principis moritur ex pariu, lib. 5.
 num. 69
 Maria Pimentelle in socios caritatis, l. 8. n. 53
 Maria S. Senerina, pestica Nolani Collegij fundatrix, lib.
 8. nu. 32
 S. Martha domicilium Romæ à B. Ignatio excitatum
 per fugium sceminis è turpi vita emergentibus, lib. 4.
 num. 75
 Martialis Vazius Philosophia professor Conimbrica, li.
 15. nu. 99
 Martinus Lucherus funesta Ecclesia pestis repentino mor-
 bo correptus interijt, li. 6. n. 59
 Martini Nauarri de Societate iudicium, l. 14. n. 74
 Martinus Olauius ad Societatem accedit, lib. 12. nu-
 mer. 5
 Inter Professos adscribitur, & Romano Collegio
 presidet, & Theologiam docet, ibid. num. 7. & lib. 13.
 num. 2
 Collegia per Italiam inspicit, l. 13. n. 17
 Pontifici Theologus designatur, l. 14. n. 3
 Eiusdem ad Decretum Sorbonicum responsio, li. 15.
 num. 46
 De se, deq. Societate iudicium, l. 15. n. 49
 Moritur, li. 16. n. 89
 Doctrina, & sanctitas, ibid. n. 90
 Martinus Sancticrucius Societatem ingreditur, lib. 3.
 num. 22
 Secundus Rector Conimbrice, li. 4. n. 229
 Moritur, l. 8. n. 81
 Maximilianus Capella vocatur ad Societatem, & in
 Lusitaniam mittitur, l. 4. n. 83
 Salmanticam se confert, l. 8. n. 43
 Methymna dial. Sicam doct. l. 11 n. 67

Mattham

I N D E X.

- Matthæus Lachi Dominicanus Collegij Perusini fouet initia**, lib. 12. nu. 16
- Matthæus Oriitem Dominicanus questor Parisijs, delatum ad se Ignatium humaniter & perhonorificè tractat**, l. 1. n. 70. & 98
- De eadem**, l. 2. nu. 51. l. 14. n. 26
- Meacum vrbs amplissima totius Iaponia caput**, li. 9. nu. 180. l. 11. n. 101
- Meca Vrbs in Arabia, vbi impuri Mahometis cadauer colitur**, l. 6. n. 102
- Mecani Satrape neptis Armuzia Gasparis Berzæi opera ad Christum adiuncta**, l. 10. n. 129
- Medici vetantur curare non confessos, renouato Innocentij Tertio decreto**, l. 4. nu. 9
- Meditatio, & consideratio quantum afferat boni**, l. 16. num. 102
- Meditatio de Sanctis pulcherrima P. Petri Fabri**, lib. 5. num. 49
- Melchior Canus de Societate quid sentiret**, li. 9. nu. 46. l. 5. n. 63
- Melchior Carnerus Societatem ingreditur**, lib. 4. numer. 56
- Eborensis Collegij Rector**, li. 11. n. 68
- in Aethiopicam expeditionem lectus, & designatus Episcopus**, l. 14. n. 3. & 113
- Nicenus Episcopus renuntiat**, li. 15. n. 1
- Nauigat in Indiam**, ibid. n. 123
- Christianos S. Thomæ excolit**, l. 16. n. 80
- Melchior Consaluius in Indiam discedit**, li. 8. n. 100
- Primus Rector Collegij Bazainij**, l. 8. n. 131
- Resibi gesta**, l. 9. n. 120. & l. 11. n. 87
- Melchior Diazius abit in Iaponiam**, l. 14. n. 134
- Melchior Nunnius cooptatur in Societatem**, l. 4. n. 56
- Ex Lusitania Goam venit**, l. 11. n. 82
- Bazainum missus**, l. 12. n. 85
- Quo animo Professorum gradum susceperit**, lib. 13. num. 79
- Succedit Gaspari Berzæo in prouincia Indica administratione**, l. 14. n. 130
- Statuit Iaponiam petere**, l. 14. n. 131
- Elaborat Malaca**, ibid. n. 136
- Primus de Societate in continentem Sinarum penetrat**, l. 15. n. 134
- in Iaponiam peruenit non magno opere pretio**, li. 16. num. 8
- Messana Collegium petit**, l. 7. n. 22
- Instituitur Rector Hieronymo Natali**, l. 8. n. 13
- Primi preceptores**, ibid.
- Progressus & utilitas in publicum**, lib. 8. num. 16. & lib. 9. num. 13
- Decernitur Vniuersitas excitanda, & Societati tradenda**, l. 8. num. 14
- Exitum non habet**, l. 9. n. 19
- Messana prima in Societate domus probationis secreta à ceterorum consuetudine**, l. 10. n. 84
- Pericula ex Turcis diuina precatione auersa**, lib. 11. num. 20
- Nauata opera egrotis**, ibid. n. 26
- Insignes inimicitia sublata**, l. 12. n. 26
- Multa praeclare gerit Hieronymus Natalis**, lib. 12. num. 30
- Cornelio Vibæo authore Virginitas floret**, ibid. num. 31
- Messoris nimium attenti manipulos ignis absumit**, l. 10. num. 82
- Methymna Campi primus Professorum in prouincijs, quasi conuentus à Natali habetur**, l. 14. n. 52
- Methymnensis Collegij initia Petro Seuillano Rectore**, l. 11. n. 67
- Vexatio**, l. 12. n. 50
- Progressio**, l. 15. n. 80
- Michael Araozius moriens, auctor Collegij Ognatensis**, l. 11. n. 49
- Michael Barulus nauigat in Indiam**, l. 15. n. 123
- Michael Botellus Societatem ingressus**, l. 4. n. 132
- Preceptor Panormi**, l. 9. n. 31
- Ameriam missus**, l. 16. n. 4
- Michael Gomius Simonis Roderici in Lusitania prouincia socius Societatem vexat**, l. 12. n. 60
- Michael Nauarrensis B. Ignatio necem molitur**, lib. 1. num. 86
- Ingentem Romæ tempestatem excitat**, l. 2. n. 47
- Michael Nobrega egressus è Societate comprehensus à Turcis, post miseram seruitutem, tandem ad Societatem se recipit**, l. 12. n. 83
- Michael Ochioa Nauarrus adscribitur in Societatem, gratia curationum pradius**, l. 8. n. 3
- Ioannem Polancum mirabiliter morbo liberat**, ibid. num. 4
- Corpora multorum sanat**, li. 9. n. 12. l. 10. n. 77. l. 11. n. 56. l. 13. n. 43. l. 14. n. 86
- Michael Sosa Societati addicitur**, l. 5. n. 47
- Michael Turrianus ad societatem vocatur**, li. 6. n. 73
- Societatem inuit**, l. 7. n. 1
- Salmanticam se confert**, l. 8. n. 43
- Quid contra tempestatem Salmantica concitatam adhiuerit**, l. 8. n. 47
- Lusitanæ prouincia uisitor**, l. 12. n. 56. l. 13. n. 45
- Betica prouincie præficitur**, l. 14. n. 53
- Hispalim vocatur à Borgia**, ibid. n. 82

I N D E X.

- A Regina Lusitania Catherina eligitur ad confessio-
nes, sitq; Lusitania Prouincialis, lib. 15 num. 101*
*Eiusdem humilitas, & operosa caritas, li. 9. nu. 64.
l. 10. n. III*
Patentia insigni, l. 8. n. 48
*Minuta in studio perfectionis minimè negligenda, lib. 12.
num. 24*
*Miracula Beati Ignatij, lib. 1. num. III. lib. 16. num.
133. &c.*
B. Francisci Xauerij, l. 11. n. 110
Et ipsius reliquiarum, l. 13. n. 88
Predicatorum Euangelij, l. 12. n. 71
Apud Iapones, l. 14. n. 148. l. 15. n. 141
In Regno Bungenfi, l. 13. n. 97
Inter recentes Christianos in Molucis, li. 16. n. 84
Apud Brasili, l. 14. n. 113
Alibi sæpè.
Misericordia in pauperes quanta vis, l. 12. n. 101
*Ex misericordie operibus inchoant primi Patres cul-
turam animarum, lib. 2. num. 1. & 54. lib. 3. num.
91. &c.*
*Missæ præfens, atque efficax mortuorum, viuorumq; sub-
sidiam, l. 9. n. 118*
Eius quanta vis, l. 13. n. 30
Missio prima Societatis Senas, l. 2. n. 69.
Proxima Parmam, ibid. n. 74
*Missiones quàm frequentes in prima Societate: & qua
ratione obite, & earum fructus, obserua passim per
totam historiam.*
*Missiones multa ex Collegio Conimbricensi, lib. 7. n. 67.
l. 8. n. 82. &c.*
Ex Lauretano, l. 16. n. 8
*Missiones diurnæ, atque longinquæ, quàm solidam,
perfectamq; postulent virtutem, l. 13. n. 58*
*Modestie Regula quanti à B. Ignatio aestimata, lib. 14.
num. 8*
*Modestie vires ad iuuandos homines, li. 11. n. 34. & l. 12.
num. 79*
*Molucis Insulæ multis, sed modicis discretæ regio, diues
aromatum, & caryophylli, l. 6. n. 105*
*Res in Malaco gestæ. Vide B. Franciscus Xauerius. Io-
annes Beira. Nicolaus Nunnius, &c.*
Molucensium Christianorum numerus, l. 16. n. 83
*Monacharum conuersarum pietas in feminas sibi custo-
diæ traditas: quæ conuersæ sunt mirabili luce conspi-
cta ab vna earum, l. 9. n. 25*
*Monaiarum Castellum Armuziane ditionis supplica-
tione recuperatum, l. 9. n. 142. & 144*
*Monia Paschasio, & Salmeroni in Hybernâ euntibus
tradita à B. Ignatio, l. 3. n. 48*
Patribus ad Concilium Tridentinum missis, l. 5. n. 23
*Socijs, qui mittebantur ad noua Collegia inchoanda,
l. 11. n. 13*
Quæ dedit Faber Parmensi Sodalitati, l. 2. n. 108
*Quæ Magister Ioannes Auila suis discipulis, quos ad
Societatem mittebat, l. 14. n. 57*
*Mons Politianus à Francisco Srada mirificè excultus,
l. 2. n. 72*
Et à Paschasio, l. 4. n. 12. & l. 7. n. 25
Et à Lainio, l. 7. n. 29
*Montis Regalis in Sicilia Collegium inchoatur, lib. 13.
num. 20*
Cæpta sacra edes, l. 14. n. 39
*Montis Regij in Hispania Collegium cæptum, lib. 16.
num. 43*
Morbo quidam conuersi, l. 9. n. 148. & seq.
*Mortificationis publicæ exempla Conimbrica notabilia,
l. 5. n. 52*
Quem vsus illa habeant, l. 7. n. 3. & 75
*Motus Insulæ aspera, crebriq; terræ motibus agitata, l. 6.
nu. 106*
*Moram oppidum Lusitaniæ reuisit Iacobus Miro, ibiq; in
publica hospitali domo, inter pauperes decumbit a-
grotus, l. 14. n. 94*
Murciani Collegij ortus, l. 15. n. 77
Progressiones, l. 16. n. 48
*Mures à Christianorum in Ethnicorum prædiis sacris a-
quæ fugati, l. 15. n. 84*
*Musico in cantu Brasili felicitatem reponunt, lib. 12.
num. 72*
*Mutinam mittitur, ibiq; calumnijs exagitur Alpho-
sus Salmeron, l. 14. n. 13. & 14*
Mutimensis Collegij initium, l. 17. n. 17
Fautores, ac benefici, ibid.

N.

- N**ationum varietas in primordijs Collegij Mamer-
tini, l. 8. n. 10
Panormitani, l. 9. n. 31
*Naufragium miserandum Andrea Consaluij cum duo-
bus socijs, l. 15. n. 124*
*Nauigationis pericula, ac pietas nostrorum in Indiam
euntium, l. 11. n. 83*
*Nauis firmissima, quæ non recipitur B. Ignatius, nau-
fragium facit: infirma, quæ recipitur, portu potitur,
l. 1. n. 41*
*Nauis, quæ Malacæ Goam B. Xauerij delatum est cor-
pus, sua sponte demergitur, l. 13. n. 89*
Neapoli res gestæ à Salmerone, l. 11. n. 16. l. 14. n. 33. & 35

GGGG

Et d

I N D E X.

- Et à Bobadilla lib. 9. num. 32
 Neapolitani Collegij origo, li. 11. n. 15
 Lulæ licentiaris, l. 12. n. 23
 Venificij, l. 11. n. 15. 17. l. 14. n. 36
 Superintendens Nicolaus Bobadilla, l. 12. n. 23
 Stabile domicilium, l. 14. n. 37
 Negotia dissipandi animi vim habentia sancte, & ex
 pietate tractata de sanctitate nil detrahunt, lib. 14.
 n. 102
 Neomagi expetitur Collegium, l. 14. n. 45
 Initia disturbantur, l. 15. n. 28
 Neophyti n. ali diuinitus puniti, l. 12. n. 69
 Neophytorum fides, atque constantia, l. 8. n. 136. & 137.
 l. 16. n. 79
 Neophytorum Iaponum in arce quadam mira in fide
 perseverantia, l. 10. n. 133
 Nicolaus Bobadilla se socium B. Ignatio adiungit, lib. 1.
 num. 88
 In Insulam Aenariam mittitur, l. 2. n. 79
 Destinatur in Indiam sed valetudine impeditur, l. 2.
 n. 87
 In Germaniam mittitur, l. 3. n. 25
 Oeniponti rem animorum impigre prouehit, lib. 3.
 num. 64
 Laborat Vienna, cum percurrit Germania multas
 ciuitates Catholice reicausa, lib. 4. num. 27. & se-
 quens & à num. 115. li. 5. nu. 30. li. 6. n. 54. & 55. l. 7.
 nu. 39
 Præst Nosocomio militari Italarum strenue, etiam
 agrotus ipse, l. 6. n. 56
 Spoliatur, & vulneratur à latronibus, ibid. n. 57
 Recusat Episcopatum, n. 58
 Constante obssistit libello, qui dictus est Interim, ob
 eamq; rem iubetur è Germania successere, libr. 8.
 num. 35
 Neapolitanis operam nauat, l. 9. n. 32
 Ambrosij Catharini Minorensem Diocesim lustrat,
 multiq; alijs prod. est Episcopatibus, l. 9. n. 33
 Rossam euangelizat, & periclitatur, l. 10. n. 83
 Mittitur Neapolim, l. 11. n. 16
 Neapolitano Collegio præst superintendens, lib. 12.
 nu. 23
 Episcopatum Phaliscorum lustrat, l. 13. n. 8
 Commissarij nomine in Picenum destinatur, ibid.
 Nicolaus Gaudanus Louanij Societatem intrat, lib. 7.
 nu. 41
 Perutilis concienator, & operarius Bergis, li. 7. n. 43.
 & l. 8. n. 40
 V. netijs penit principia Collegij, l. 10. n. 96
 Bononiæ Doctor creatur, ibid. n. 97
 Egrege laborat in Ingolstadiensi Academia, ibid.
 num. 101
 Deinde Viennam transfertur, ibid.
 Nicolaus Lancillottus mittitur in Lusitaniam cum Cri-
 minali, l. 3. n. 53
 In Indiam pergit, l. 5. n. 96
 Goa socijs præficitur, docetq; literas, & mores Indos
 adolentes, n. 97. & 98
 E primis in India spiritualibus Coadiutoribus, lib. 8.
 nu. 125
 Coulanum destinatur, l. 8. n. 128
 Eius caritas, ac studium salutis proximorum, l. 9. n.
 119. l. 12. n. 125. l. 16. n. 76
 Nicolaus Lanouus Romam accitur, l. 8. n. 40
 Primus Collegij Panormitani Rector, l. 9. n. 28
 Theologia Professor Panormi, l. 9. n. 30
 Mittitur in Austriam, l. 11. n. 27
 Vienna explanat Magistrum Sententiarum, l. 11. n. 41
 Viennense Collegium administrat, l. 12. n. 38
 Caritas eius erga milites agrotos, & pestilentes, nu. 39
 Nicolaus Nunnus in Indiam mittitur, l. 6. n. 87
 In Molucis emixe laborat, l. 16. n. 83
 Eripitur bis periculo mortis, ibid.
 Nicolaus Vincentius Rodericus in Societatem adlegi-
 tur, l. 5. n. 47
 Nipon Iaponia Insula, l. 9. n. 179
 Nobilitas in pretio apud Iapones, l. 9. n. 187
 Nouitij præsertim nobilitate eminentes quam caute ad-
 legendi, ibid. n. 83
 Quomodo exercendi, l. 7. n. 2. & 4. l. 14. n. 79
 Nunnus Riberius in Indiam mittitur, l. 6. n. 87
 In Amboino multos ad Christum adducit, libr. 7.
 num. 82
 Ibi à Saracenis veneno sublatus, l. 9. n. 120
 Eiusdem sancti labores, l. 9. n. 123

O.

- O**bedientia in signe Dei munus concessum mortali-
 bus, l. 14. n. 57
 A B. Ignatio quanti estimata, l. 12. n. 82
 Ab eo quomodo explorata, l. 8. n. 8
 Quam cura eidem, & Beato Xauerio esset, libr. 12.
 num. 82
 Prompta, li. 15. n. 87
 Primorum Patrum B. Ignatio, l. 3. n. 2
 Antonij Criminalis, l. 8. n. 126
 Ioannis Antonij Appuli, l. 11. n. 19
 Petri Canisij, l. 8. n. 9
 Sociorum Conimbricensium, l. 6. n. 97

Subdi-

- Subditorum erga Prapositum Generalium, lib. 10.*
 num. 20
- Obedientia vis, l. 8. n. 120. & deinceps, l. 14. n. 120*
- Obstinatos in scelere diuina poena corripit, l. 9. n. 142*
- Obrectator B. Ignatij in malum, quod sibi fuerat imprecatus, mire incidit, l. 1. n. 59*
- Officium caritatis, id est Consilium quoddam nouum in Sicilia conditum, l. 15. n. 17*
- Officium diuinum à Societate quomodo recitandum, l. 10. n. 25*
Vt attentè recitetur, quæ obseruari Petrus Faber, l. 3. num. 35
- Olippone assignatur Societati ades S. Antonij, libr. 3. num. 38*
Verberatio communis sexta quaque feria, l. 7. n. 72
Inchoantur Schola, l. 13. n. 53
Earum praeceptores, ibid.
Collegij progressionis, l. 14. n. 95
Seuinctio ab Comimbriensi, num. 96
Instituitur domus Professorum Sancti Rocchi, lib. 13. num. 51
- Oliuerius Manarus studio Societatis incenditur, lib. 4. num. 48*
Romam mittitur, l. 11. n. 47
Rhetorica Magister Eugubij, l. 12. n. 16
Collegij Romani Rector, & mox primus Rector Lauretani Collegij, l. 14. n. 24
Maceratam, deim Cingulum se confert, lib. 16. nu. 9. & 11
- Operarius Euangelicus qualis debeat esse, passim offeruntur exempla. Vide præcipuè in Petro Fabro, Francisco Xauerio, Gaspare Berzæo, Syluestro Landino, Consaluo Syluero, & alijs.*
- Ora Piscaria in India vnde dicta, & cuius natura, lib. 3. n. 95*
Qua primum occasione ad Christum adiuncta, numer. 96
Eadem Commorinensis ora, vel Promontorij Commorini vocatur ora. Vide Commorinensis.
- Oratio quanti fieret à B. Xauerio, l. 6. n. 107*
Orationis vis, l. 12. n. n. 122. l. 14. n. 75. & 120
Orationum in Societate pro oru Septentrionalibus initium, l. 13. n. 25
- Orphanorum ades Roma B. Ignatij cura instituitur, l. 4. num. 7*
Et alibi passim aliorum Patrum cura.
- Otho Truchses Cardinalis Augustanus strenuissimus Catholica fides propugnator, ac Germanici Collegij Patronus, l. 10. n. 20*
Eius epistola in obitu B. Ignatij, l. 16. n. 131
- P***acificaciones insigniores, li. 2. n. 95. l. 8. n. 83. l. 9. n. 42. & 63. l. 14. nu. 68. l. 16. n. 11*
- Paius Correa magno ardore Societatem inuit, lib. 16. n. 75*
- Palastina sancta loca B. Ignatius inuifit, l. 1. n. 37*
- Panormitanum Collegium instituitur, l. 9. n. 27*
Huius Praeceptores, ibid. n. 30
Celebritas in studiorum primordijs, ibid.
Benefici, l. 9. n. 29
Progressiones, l. 14. n. 38
Res ibi gesta à Benedicto Palmio, l. 13. n. 20
Et à Hieronymo Domeneco, l. 15. n. 18
- Paragaum flumen, l. 13. n. 67*
- Parisijs primum fuit rudimentum Collegiorum, lib. 2. n. 96.*
Disceditur in trepidatione belli, l. 4. n. 119
Status Sociorum, l. 5. n. 42
Socij incipiunt simul omnes in commodato domicilio degere, l. 9. n. 56
Non nihil turbarum, l. 10. n. 106
A Collegio Longobardorum omnes in Claramontanam domum traducti, l. 10. n. 110
Fit Societati potestas fundandi Collegij, l. 11. n. 47
Vexatio Sociorum, l. 15. n. 40
Aduersus Societatem Magistrorum Parisiensium decretum, l. 15. n. 38. & 45
Eorundem Magistrorum sententia pro Societate, lib. 15. n. 62
- Parmæ res gesta per Lainium, & Fabrum, l. 2. n. 25*
Parmensis Sodalitas à Fabro instituta, l. 2. n. 111
Parmenses, & Placentini Sacerdotes py, qui inique vexabantur adiuti, l. 4. n. 17
- Paschasius Broestus Societati aggregatur, l. 1. n. 101*
Mittitur in Hyberniam cum Salmerone, l. 3. n. 46
In reditu Lugduni pro exploratore capitur, ibid. nu. 62
Fulgurum mittitur, inde in Montem Politianum, li. 4. n. 11. & 12
Deinde Regium in Cisalpinam Galliam, ibid. n. 77
Inde Fauentiam, lib. 4. num. 78. li. 5. n. 18. & seq. & 18
Idoneus existimatur à B. Ignatio Aethiopica expeditioni, l. 6. n. 7
Bononiam adit, inde rursus Montem Politianum, li. 7. n. 25
Bononia quam unera obierit, l. 8. n. 25. l. 9. n. 44
Ferraria Sacramento penitentiae Energumenam liberat, & alteram exorcismi, l. 11. n. 31

I N D E X.

Primus Italia Provincialis creatur, lib. 111. nu. 35.
Mittitur in Galliam, l. 12. n. 20
Venit Lutetiam, l. 13. n. 32
Curat vt Societas autore Parisiensi Senatu Gallie Regno recipiatur, ibid.
Eius modestia, piag³ industria, l. 15. n. 41
Patauini Collegij initia, l. 3. n. 57
Certa sedes, l. 4. n. 16
Prioratus à Lipomano attributus, l. 5. n. 11
Negotium prospere confectum, successu à B. Ignatio diuinitus impetrato, l. 8. n. 20
Virtus clam explorata, & inde illustrata, ibidem num. 22
Ludus literarius, l. 12. n. 28

PATRES PRIMI NOSTRAE SOCIETATIS.

Vota concipiunt, l. 1. n. 9
Minimum tres dies ieiunii egerunt, l. 1. n. 102
Adituri Hierosolymam discedunt Parisijs, lib. 1. num. 104.
Periculo liberantur ductu, vt creditur, Angeli, numer. 114
Venetijs in valetudinario agris ministrant, libr. 2. num. 1
Quas tolerarint erumnas, l. 2. n. 5
Adeunt Pontificem: adhibentur ad disputandum super mensam, & impetrant, quod volunt, l. 2. nu. 10. & 11
Venetias reuersi sacris initiantur ordinibus, libr. 2. num. 12
Distribuuntur in varia loca circa Venetias, libr. 2. num. 14.
Concionibus proximos iuuant, ibid. n. 16
Ex erumnis quidam agrotant, ibid. n. 17
Vnus eorum terribili viso confirmatur in vocatione, num. 19.
Quas sibi leges praescripserint, num. 24
Reddunt pecuniam acceptam ad peregrinationem Hierosolymitanam, l. 2. n. 43
Roma succurrunt inopibus, & agrotis in graui temporum difficultate, ibid. n. 54
Agunt de condenda perpetua Societate, num. 58
Postulantur in varias prouincias, nu. 68
Praecipuas Urbis Curias inter se diuidunt ad pios labores, nu. 84
Mittuntur in varias Ciuitates, nu. 92
Quo fuerint perfusi gaudio ex confirmata Societate, num. 115.

Conueniunt tad creandum Praepositum Generalem, & Constitutiones condendas, li. 3. n. 4
Approbant summam Constitutionum à B. Ignatio conceptam, l. 3. n. 5
Paulus Achilles Societati se tradit, l. 2. n. 78
Praest socijs Parisiensibus, l. 4. n. 53
Mediolano redit Lutetiam, li. 5. n. 42
Est Philosophia Magister Panormi, l. 9. n. 30
Ibidem Collegij Rector, l. 11. n. 28
Paulus Camers B. Xauerij Comes, l. 3. n. 42
Egrege laborat in regendo Seminario Indorum, l. 5. n. 95
Eprimis in India spiritualibus Coadiutoribus, libr. 8. num. 125
Indica prouincia à Beato Xauerio praeficitur, lib. 9. num. 161
Goa valetudinarium Neophytorum curat, libr. 11. num. 85
Collegio Goensi praest, l. 11. n. 83
Impiger in orbis adolescentulis regendis, libr. 12. num. 119
Paulus Hernandezus Hispalim vocatur à Borgia, libr. 14. num. 82
Paulus Hoffaeus è Collegio Germanico Societatem ingressus, l. 12. n. 8
Paulus à Sancta Fide. Vide Angerus Iapon.
Paulus Iapon insignis antea in Bungo Bōzicus, dein Christusianus Apostoli zelum amulatur, l. 15. n. 136
Paulus Tertius creatus Pontifex eo anno, quo iacta sunt fundamenta Societatis, l. 1. n. 93
Confirmat Societatem, l. 2. n. 113
Multa ei priuilegia concedit, lib. 4. num. 3. lib. 9. num. 11
Humaniter alloquitur eos, qui mittebantur in Siciliam, l. 8. 12
Societatem defendit, ibid. n. 51
Literarum eius Apostolicarum summa de Institutio Societatis, l. 10. n. 5
Paulus Quartus ante Pontificatum familiariter B. Ignatio vtitur, l. 3. n. 122
Eundem, & Societatem iam Pontifex magni facit, l. 15. n. 5
Lainy, atque Olauij opera vtitur: cogitansq; de Lainio Cardinali creando, vetat eum Roma exire, l. 16. num. 1
Facit potestatem in Collegio Romano Scholasticos Societatis, & Alumnos Germanicos ad quoscunque literarios gradus promouendi, ibid. n. 52
Paulus V. Ignatium declarat Beatum, & ceteros ei Missarum, c. ff. q. diuini honores decernit, l. 16. n. vlt.

Paulus

I N D E X.

- Paulus à Valle discedit in Indiam*, l. 8. n. 100
Punicali sancte moritur, l. 12. n. 127
Paupertas cunctis pene mortalibus inuisa, quanti sit apud Superos, l. 11. n. 114
Verbum Dei longofacundissimum reddit, l. 7. n. 38.
Eius dulcedo, l. 5. n. 10
Paupertas Romana domus, l. 9. n. 3
Paupertatis studium B. Xaverij, l. 3. n. 42
Et Petri Fabri, l. 3. n. 33. & 34
Paupertatis metâ multi infidelium non conuertuntur, l. 8. n. 139
Pericula quæ formidanda, l. 12. n. 105
Pernambucum Brasilia colonia, l. 12. nu. 67
Quid ibi actum à Nobrega, l. 11. n. 8
Petrus Apostolus caput Ecclesiæ, itemque successores, li. 15. n. 106
Petrus Alcaceua destinatur in Iaponiam, l. 12. n. 85
Illuc peruenit, n. 134
Inde Goam reuenit, l. 14. n. 131
Petrus Augustinus Episcopus Oscanus, Patronus eligitur ad Societatis iura Casar augustæ conseruanda, li. 15. num. 66
Petrus Canalù Gallus Gandiam mittitur, l. 6. n. 60
Deinde Billomum, l. 15. n. 64
Petrus Canisius primus è Germanis Societatem completus, l. 4. n. 34. & 37
De eo adolescente testimonium Francisci Stradae, l. 4. n. 34
Colonia quid egerit, l. 5. n. 40
Bononia suam dicit in Concilio sententiam, lib. 7. nu. 26
Discedit Florentiam cum Lainio, n. 27
Adit Romam, nu. 28
Destinatur in Siciliam, l. 8. n. 10
Dat specimen obedientiæ singularis, n. 9
Bononia Doctor creatur, l. 9. n. 52
Ingolstadij Magistrum sententiarum explanat, numer. 54
Academia Rector rempræclare gerit, l. 10. n. 99
Procancellarius eligitur B. Ignatio minime probante, n. 100
Viennam mittitur, n. 101
A varijs Præsulibus postulatur, ibidem.
Per sacram confessionem agris simul animis, & torporibus medetur, l. 12. n. 40
Academia Viennensi perutilis, l. 13. n. 24
Viennensem recusat Episcopatum, n. 26
Ferdinandi Regis iussu scribit Catechismû, l. 14. n. 43
Rursus agitur, ut ad Viennensem Cathedralam, vel inuitus adigatur, n. 44
Viennensem Episcopatus administrationem subit inuitus, l. 15. n. 20
Ab Romanorum Rege accitur Pragam, n. 21
A Duce Baharo accitur Monachium, agitq; de Collegio Ingolstadij excitando, l. 15. n. 25
Superioris Germaniæ Prouincialis à B. Ignatio creatur, l. 16. n. 2
Ab Archiduce Ferdinando quadam è re Christiana impetrat, l. 16. n. 21
Petrus Codacius Societate adiungitur primus ex Italia, l. 2. n. 66
Moritur, l. 9. n. 3. & 8
Eius in Societatem caritas, l. 8. n. 7
Petri Correa ad Societatem accessus, beata mors, obedientia, labores, claræq; virtutes, l. 14. num. 118. Et deinceps.
Petrus Domenecus multarum institutor Sodalitatum ad tollendam temere iurandi consuetudinem, li. 14. num. 72
Petri Esquiuelij ex Ordine Prædicatorum in Societatem studium, l. 11. n. 63
Petrus Faber primus B. Ignatij socius, eiusq; primus etas, l. 1. n. 76
Diuodenni vouet castitatem, n. 77
A pastoritia arte ad literarum studium transit, n. 78
Quantos in studijs habuerit progressus, n. 78
Quomodo conciliatus B. Ignatio, n. 79
Exercitia spiritalia admirabili cum pietate obit, numer. 81
Sex ipsos dies ieiunium continuat, n. 82
Fit Sacerdos, n. 83
Dat operam salutis proximorum, n. 100
Docet publice in Romano gymnasio, l. 2. n. 33
Mittitur Parmam cum Lainio, n. 74
Parmensem Sodalitatem monitus instruit, n. 108
Primus de Societate in Germaniam adit, n. 112
Quid egerit in Germania, præsertim Ratibona, l. 3. num. 26
Scribit ad Socios Parisienses de ratione studendi, num. 27
Pergit in Hispaniam, n. 29
Comprehenditur à Gallis, & eos quorum in custodia erat, facit meliores, n. 31
Dimittitur per benigne cum omni comitatu, n. 32
Peruenit Madritum in Hispaniam, multasq; oras percurSAT, ib.
Votum concipit peculiare perfectissimæ paupertatis, num. 33
Quotannis omnibus rebus sese spoliare decernit, num. 34

I N D E X.

Redit in Germaniam auctus duobus Socijs, n. 65
Spira quid gesserit, n. 67
Mittit Socios in peregrinationem ritu Apostolico, num. 68
Insigni ardet caritate, n. 69
Conuenit Archiepiscopum Moguntinum, & quid apud eum gesserit Moguntia, n. 70
Ex eorum se numero aut esse, qui bona sua secum ipsi portant, n. 71
Regreditur Spiram, n. 72
Moguntiam reuocatur, n. 73
Scribit de anima sua profectu ad Lainium, n. 74
Moguntia quid egerit, l. 4. n. 31
Excurrit Ascaenburgum, n. 32
Coloniam, periclitanti vt Ciuitati succurrat aduocatur, n. 33
Vocatur in Lusitaniam, n. 35
Venit Louanium, n. 45
Aegrotat, interimque multorum animas sanat, numer. 46
Praclare exercet virtutem Cornelij Vubauai, numer. 47
Coloniam redire iubetur, n. 51
Louanij multos peperit Societati, n. 82
Coloniam remigrat, eique fert opem, n. 86. & 88
Rem Catholicam etiam per literas ruetur, n. 89
Prouocat ad certamen Haereticorum primos, numer. 90
Scribit ad Lainium de modo curandi Haereticos, num. 91
Quam censeret ab Haereticis abhorrendum, n. 101
Iterum iubetur in Lusitaniam proficisci, n. 103
Coloniensium saluti consulit, n. 105
Louanium venit, inde Veras nauigat secundo vento concesso diuinitus, 109
Olisiponem peruenit, aegrotat, n. 138
In Lusitania quid egerit, l. 5. n. 43
In Castellam discedit, n. 51
Salmantica Societatem illustrat, n. 59
Adit Philippum Principem, & Mariam Coniugem Vallisoletii, n. 60
In aula Philippi quanta sit cum auctoritate, & fructu versatus, n. 66
Madritum, Toletum, Vallisoletum excurret, nu. 67. 68. 78
Cur aliquandiu in aula versatus, n. 81
In Concilium Tridentinum destinatur, l. 6. n. 3
In Gandiensis Collegij fundamenta primum lapidemi iacit, n. 60
Ab Arago quantis estimatus, n. 78

Aegrotat Barcinone: pergit Romam alieno tēpore, moritur, n. 85
Post mortem cernitur inter calises gloria coruscus admirabili, n. 86
Illius obedientia, l. 3. n. 71
Paupertatis studium, l. 3. n. 33. & 34
Vel in multitudine animi solitudo, l. 5. n. 48
Praestantes virtutes, l. 6. n. 86
Pulchra de Sanctis meditatio, l. 5. n. 40
Monitum ad anteuertendas occasiones peccatorum l. 3. n. 8
Adiumenta ad recitandum Diuinum Officium, lib. 3. nu. 35
Ratio itineris faciendi, & Angelos innocandi, lib. 3. num. 29
Petrus Faber de Hallis Belgauit Societatem, lib. 4. num. 43
Destinatur in Lusitaniam, n. 82
Moritur Patauij, l. 8. n. 23
Petrus Ferdinandus primus Episcopus Brasiliae, lib. 12. num. 76
Petrus Ferrus Patauinus à B. Virgine sanatur precibus B. Ignatij, l. 6. n. 9
Petrus Fonseca Philosophiae praeceptor Conimbricæ, l. 15. num. 99
Petrus Guerrerus Archiepiscopus Granatensis excellentis virtutis Societatis per studiosus, l. 14. n. 85
Petrus Martinus, ex sui desipientia proficit, lib. 16. num. 56
Quid de ea, deque Tyrocinijs Societatis sentiret, ibidem.
Petrus Mascarenia Ioannis Tertij Lusitaniae Regis Orator Roma, l. 2. n. 85
Deducit B. Xauerium in Lusitaniam, numer. 89. & sequen.
De eius insigni virtute opinio B. Xauerij, nu. 90
Agit vt ades S. Rochi Societati tradatur Olisiponae, l. 13. n. 51
Prorox in Indiam cum duobus de Societate peruenit, l. 14. n. 139
Petrus Nauarrus cum tribus Socijs Granatam missus, l. 14. n. 85
Petrus Ortizius ante alienus, deinde Societatis per studiosus, l. 1. n. 70. l. 2. n. 9
Ab B. Ignatio in Casinate Monte spiritualibus exercitijs excultus, n. 35
Eius caritas in socios Complutenses, l. 7. n. 48
Petrus Parada elaborat in Africa, l. 10. n. 17
Dein Societatis desertor, quae poena diuinitus fuerit affectus, l. 14. n. 88

Petrus

I N D E X.

- Petrus Perpinianus** praeceptor Conimbrica, lib. 15. numer. 99
Orationem nobilem habet de literis cum pietate iugendis, l. 15. n. 100
- Petrus Puteus** ad fulcienda Collegij Burgenfis primordia destinatur, l. 11. n. 64
- Petrus Regius** primus Collegij Senensis praeceptor, l. 16. num. 5
- Petrus Ribadeneria** penè puer paulo ante confirmatam societatem ingressus, Parisios studiorum causa mittitur, l. 3. n. 52
Rhetorica praeceptor Panormi, l. 9. n. 30
Romam à Sicilia regreditur, l. 12. n. 8
Orator adhibetur in Collegij Germanici exordijs, ibidem.
Concionatur apud Argentarios, l. 13. n. 6
In Belgium mittitur, l. 15. n. 32
Louanij latine cõcionatur summo cum fructu, plausu, l. 16. n. 27
Iacobum Ledesnam Societati parit, ibidem.
Curat, ut Societas Belgio recipiatur, n. 28
- Petrus Sancti-crucius** Eluas missus egregiè laborat, l. 14. n. 93
- Petrus Schorigius** Ingolstadium mittitur, l. 10. n. 97
In Academia Ingolstadiensi oblatum sibi Regentis munus recusat, l. 10. n. 101
Viennam tradit rudimenta linguae Graecae, lib. 11. numer. 41
- Petrus Seuillanus** Salmanticam se confert, l. 8. numer. 43
Collegij Methymnensis Rector, l. 11. n. 67
- Petrus de Sylua** moritur Compluti, l. 9. n. 65
- Petrus Tablares** Societate receptus, l. 7. n. 50
- Petro Vellio** insigne vaticinium editum à B. Xauerio, & primum à Deo redditum ob misericordiam opus, l. 12. n. 100
- Petrus Venustus**, qui deinde pro caritate maclatus, praeceptor Grammaticae Panormi, l. 9. n. 31
Tyrocinio ibidem praeficitur, l. 11. n. 18
- Philippus Archintus** Salasiorum Episcopus, vrbsq; Vicarius de Societate egregiè meritus, lib. 4. num. 4. lib. 7. n. 1
- Philippus Casinus** Syracusis missus, l. 14. n. 41
- B. Philippi Nerij** de B. Ignatij sanctitate, ac sapientia testimonium, l. 16. n. 123
- Piratini** gerse sedes in Brasilia, l. 14. n. 118
In Collegij formam redacta, l. 16. n. 63
- Pisis** res gesta à Iacobo Lainio, libro 11. numer. 10
- Placentini** Collegij in Hispania exordium, lib. 14. n. 78
- Literarius ludus*, l. 15. n. 90
- Placentinus Amistes** cura, & precibus Sociorum, & Borgia potissimum proficit ad sanctitatem, lib. 15. num. 91
Eiusdem in pauperes liberalitas, l. 16. n. 43
- Pluuia** recentium Christianorum precibus exorata, l. 16. n. 84
- Pœna** apud Inferos cur aeterna, l. 11. n. 108
- Pœnitentia** stulta genus, l. 14. n. 100
- Pœnitentium** ardet Armuzia, l. 9. n. 139. 141
- Pontius Gogordanus** Parisiis in Lusitaniam missus, li. 3. num. 83
Conimbrica nauis operarius, l. 4. n. 55
Rei familiaris administrator Roma, l. 9. n. 4
In Galliam cum Cardinali Farnesio Auenionensi Legato profectus, l. 15. n. 64
- Portus** Vrbs Lusitania exulta à Francisco Strada, l. 6. n. 90. & 92
- Potationis** effusa Brasilorum quidam celetes penas dat, l. 14. n. 113
- Predicator**. Vide *Concionator*.
- Predictiones** B. Xauerij, l. 7. n. 84. l. 9. nu. 167. l. 11. nu. 141. l. 12. n. 88. & 99
- Predictiones** Beati Ignatij, & aliorum. Vide *suis locis*.
- Præpositus** Generalis. Vide *Societatis præpositus, &c.*
- Præpositorum** sicuti dissolutione torpescunt, ita nimia seueritate subditorum exasperantur ingenia, li. 12. num. 59
- Pragensis** Collegij exordium, lib. 15. num. 21. l. b. 16. num. 19
- Prauis** mentibus nihil vnquam rectum, obliqua sunt omnia, l. 10. n. 66
- Preteiannes** quis olim fuerit, l. 14. n. 104
Hodie quis sit, n. 106
Quae eius ditio, n. 108
- Priuilegia** à Paulo Tertio Societati communicata, l. 5. n. 13. l. 9. n. 11
A Iulio Tertio approbantur, & confirmantur, li. 10. num. 31
Cur Societati concessa, l. 15. n. 53
Priuilegiorum vsum, quem probaret B. Ignatius, li. 11. n. 62
- Procella** sine nostrae culpa coorta minimè sunt pertimescenda, l. 11. n. 60
- Perutiles** morum emendationi, l. 8. n. 105
- Professorum** paupertas, l. 6. n. 7. l. 10. n. 22
- Professionem** non emittant, nisi diu, nullumq; probati, l. 10. n. 27

Prouident

I N D E X.

Providentia Dei pro fama Societatis, l. 2. n. 51
In confirmatione Societatis, l. 2. n. 114
Erga societatem, l. 8. n. 53. l. 9. n. 72
Vbi desunt humana præsidia, ibi promptior, lib. 9. nu. 177
Erga Socios in Iaponia, l. 13. n. 94
In suppeditando suis famulis victu, l. 14. n. 84
In Collegium Placentinum, l. 16. n. 45
Prouincia Lusitana instituitur, l. 6. n. 98
Hispania citra Lusitaniam, l. 7. n. 45
India, l. 9. n. 1. l. 14. n. 137
Italia, l. 11. n. 35
Hispania diuiditur in duas vltiorem, & ceteriorum, l. 12. n. 53
Sicilia instituitur, l. 13. n. 19
Hispania diuiditur in tres, Castellam, Boeticam, & Aragoniam, l. 14. n. 52
Brasilia instituitur, l. 13. n. 74
Germania inferior, l. 16. n. 12. & 19
Germania superior, *ibid.*
Gallia quoque censebatur Prouincia, & Aethiopica designata erat a viuo B. Ignatio.
Prouincialium Maiorumque Praepositorum cura in rebus generalibus continenda de B. Ignatij sententia, l. 13. n. 55
Puellarum miserabilium aedes B. Ignatij cura instituntur, l. 4. n. 8
Puerorum educatio, l. 2. n. 103. l. 10. n. 8

Q.

Quirinus Karlat Theologia moralis professor in Romana Collegio, l. 13. n. 2
Quirinus Garzonius primos Patres domicilio excipit, l. 2. n. 41.
B. Ignatij celebrat sanctitatem, l. 2. n. 49

R.

Rais Alis Maurus Archipirata, l. 13. n. 80
Reginaldus Polus Apostolica Sedis Legatus, Societati fauet, l. 14. n. 47. 49
Regularum Societatis prima rudimenta, l. 7. n. 11
Regula modestiae quanti à B. Ignatio aestimata, lib. 14. num. 8
Religionis verae magna vestigia in Ethnicis quibusdam, l. 8. n. 138
Religiones nouas cur Deus instituat, l. 1. n. 3
Religiosis ordinibus tanquam adminiculis, ac luminibus sustentatur, ac decoratur Ecclesia, l. 1. n. 2

Religionum fundatoribus reuelantur grauissima quae sui ordinis, l. 10. n. 63
Religionum dissidia quam noxia, l. 8. n. 45
Reliquis sacris pericula superata, lib. 8. num. 119. lib. 12. n. 87
Renata Ferrariensis Ducis coniux, l. 14. n. 26
Renouatio votorum, l. 6. n. 99
Rhegius in Calabria tormentarij pulueris apotheca incensa multos extinguit, l. 11. n. 26
Robertus Clayssonius in Diocesim Senonensem excurret, l. 14. n. 51
Et cum Antistite Claromontano in Aruerniam, lib. 15. n. 64
Sacrarum literarum Interpres, ac Dialectica praceptor Billomi, l. 16. n. 37
Robertus Croius Cameracensis Antistes Societati parum fauet, l. 14. n. 49
Rochus Oliueria Malaca nauiter se gerit, lib. 8. numer. 140
Rodericus Duenna autor Collegij Methymmensis, lib. 11. num. 67
Rodericus Menesius Societatem ingressus, libr. 4. numer. 58
Amat sanctam paupertatem, l. 4. n. 137
Quae visa se habuisse dixerit de exercitijs spiritualibus, l. 5. n. 54
Moritur, l. 8. n. 81
Radulphus Pius Cardinalis Carpensis nascentis Societatis Protector, l. 4. n. 77
Agit de Collegio Laureti instituendo, l. 14. n. 23
Romani Collegij primordia, l. 11. n. 4
Inopia, *ib. n. 5. l. 15. n. 5*
Vexatio à Ludimagistris, l. 11. n. 6
praepositorum, l. 13. n. 2
primae theses typis editae, l. 14. n. 1
Benefici, l. 16. n. 39
Romana domus prima sedes, l. 2. n. 41
Secunda, n. 42
Tertia, n. 45
Romana domus professorum prima, l. 3. n. 12
Virtus eius, *ibid.*
Sedes amplificata, l. 4. n. 4. & 76
pro Ecclesia bono sancti labores, l. 5. n. 14
praecipui operarij, n. 15
Sanctitas explorata bello ingruente, l. 15. n. 10
Ruardus Tapperus clara vir doctrina ad exercitia spiritualia Francisci Strada sermonibus impellitur, lib. 4. n. 39
Adriani ab Adriano excipit professionem, l. 11. n. 43
Societatem quanti fecerit, ibi, & l. 14. n. 49

SACTA

S.

Sacramentorum frequens usurpatio renouatur, l. 1. n. 45. Et ubique p. s. s. m.

Sacrificij Missæ vis, l. 9. n. 18

Salmantica B. Pater vexatur, l. 1. n. 60

Domicilium inchoatur, l. 8. n. 43

Societas vehementer exagitur, lib. 8. num. 44. & 46

E concionibus Strada fructus, l. 9. n. 62

Est Societas in pretio, l. 15. n. 79

Salmanticensi Collegio inopia laboranti Deus succurrit l. 12. n. 49

Salsæta dua in India, l. 11. n. 88.

Saluator Rodericius è Lusitania missus in Brasiliam, li. 10. n. 116

Saluatoris Vrbs in Brasilia eadem, & Baya l. 9. n. 91 Vide Baya.

Sancianus Insula in potestate Sinarum, li. 12. n. 99

Sancius Ochoa Catana concionatur, l. 16. n. 18

Sanctimonialium Beata Anna ad Otelli vocem obediens, l. 7. n. 9

Sanctimonialium procuratore liberata Societas, lib. 7. num. 13

Quanta constantia hanc immunitatem B. Ignatius defenderit, l. 9. n. 74. l. 11. n. 30

Sancti quantum conferant presidium ad Reipublica bonum, l. 5. n. 50

Sanctorum Vita literis consignanda, l. 1. n. 2

Sanlucari in Batia Collegiolum inchoatum remouetur, l. 16. n. 52

Saxuma Rex Lusitanorum commercio destitutus in B. Xauerium irritatur, l. 9. n. 219

Vetat fieri Christianos, ib. n. 220

Scelesti diuinitus puniti, l. 13. n. 72

Scelestissimi quiq; minima cum diuina clementia fiducia moriuntur, l. 6. n. 103

Schisma Anglicanum quando ceptum, l. 1. n. 93

Schola Societatis, & publica docendi origo, l. 6. n. 62

Quantum afferant commodi, l. 6. n. 64

Quam essent cura B. Ignatio, l. 9. n. 90

Scholasticos externos vult B. Ignatius semel in mense apud Sacerdotem de Societate confiteri, lib. 12. num. 25

Scholares idonei debent in Societatem admitti, lib. 10. num. 30

De profectu eorum in literis quanta cura B. Ignatio, l. 6. n. 77. l. 9. n. 46

Que studendi pia ratio, l. 3. n. 27

Sebastiani Arsalonij conuersio, l. 12. n. 27

Sebastianus Lusitania Rex nascitur, l. 14. n. 97

Sebastianus Romanus Ciperani vtiliter operam ponit, li. 12. n. 12

In Corsicam à B. Ignatio missus Sociorum res exploraturus, l. 13. n. 16

Collegij Romani Rector in vilissimis ministerijs à B. Ignatio exercetur, l. 16. n. 120

Seminaria de Beati Ignatij consilio excitanda, lib. 5. num. 32

Seminarium Indorum Gaa inchoatum, Anno 1541. Societati regendum traditur, l. 3. n. 92. & 93

Senas mittuntur Paschasius, Simon Rodericus, & Frasciscus Strada, l. 2. n. 69

Ibidem euangelizat Iacobus Lainius, l. 8. n. 18

Alphonsus Salmeron, l. 16. n. 5

Collegium inchoatur. Eius primus Rector, Præceptores, Benefici, ib. n. 7

Sensus proprius quam fugiendus, l. 14. n. 58

Sententia Præfecti Vrbs de Ignatij, & Sociorum innocentia, l. 2. n. 52

Septa Vrbs Mauritania, l. 8. n. 88

Septimana domus probationis initium, l. 14. n. 79

Tyronum feruor, l. 15. n. 85. l. 16. n. 41

Sermo eius Regionis, in quo quisq; versatur, quam potissimum ob causam ediscendus, l. 12. n. 126

Sicilia declaratur Prouincia, eius Hieronymus Domenecus imponitur, l. 13. n. 19

Simon Mellus Malacensis Præfectus, l. 7. n. 84

Simon Rodericus se socium B. Ignatio adiungit, lib. 1. num. 88

Gravi morbo repente liber, l. 1. n. 108

Destinatur in Indiam, l. 2. n. 87

Proficiscitur in Lusitaniam, n. 101

Manet ibi quantum inuitus ad propagandam in Lusitania Societatem, l. 3. n. 41. & 44

India Legatum ad Christum conuertit, l. 4. n. 59

Olisipone exagitur, & inde illustratur, lib. 4. numer. 133

Instituendo Lusitano Principi proficiscitur, lib. 5. numer. 57

Creatur primus Præpositus Prouincialis in Lusitania, l. 6. n. 98

Cogitat de Aula fuga, l. 8. n. 75

Consaluum Sylueriam Missæ sacrificio curat, n. 8

Et Vincentium Rodericum complexu, ibid.

Romam euocatur à B. Ignatio primum, lib. 10. numer. 47

Prouincia Tarracomensis proficiscitur, l. 12. n. 53

Iterum Romam vocatur, l. 13. n. 45

Venit Romam, & quid ibi gestum, l. 14. n. 5

H h b

Somnium

Somnium eius de se à B. Ignatio per ardua subuecto. ibidem.
Sinarum situs mores, & alia, l. 12. n. 98
Sinarum ad continentem in Urbem Cantoniam primus Societatis accessus, l. 15. n. 134
Sira Mortalium sapientissimi existimantur à Iaponibus, l. 11. n. 106.

SOCIETAS.

Societas inchoatur, l. 1. n. 89
Quas ob causas sit condita Religio, l. 2. n. 60
Instituti eius summa, l. 2. n. 64
Confirmatur à Paula Tertio viua vocis oraculo, l. 2. num. 82
Ab eodem literis Apostolicis prefixo numero sexaginta Professorum, ibid. n. 113
Confirmatur nullo prefixo numero Professorum à Paulo Tertio, l. 4. n. 2
A Iulio Tertio, l. 10. n. 5. Et deinceps.
Priuilegia ei concessa, l. 15. n. 13 l. 9. n. 21
In Indiam aditus ei aperitur, l. 2. n. 8
Qua in loca sparsa esset anno ipsius tertio, lib. 3. numer. 51
Varijs locis expetitur, l. 14. n. 44. l. 16. n. 3
Societatis Præpositus primus Generalis quomodo declaratus, l. 3. n. 6
Suffragiorum formula. qua. à quibus vsi sunt primi Patres in declarando Præposito Generali, l. 3. n. 7
Illius autoritas, l. 10. n. 10
Electio, & potestas, l. 10. n. 12. & 18
Gubernandi ratio, l. 10. n. 19
Societatis varij gradus, l. 6. n. 1
Publicè dantur in conspectum, & declarantur Ossippono, l. 13. n. 52
Vallisoletii, l. 16. n. 40
Societatis primus Conuentus, l. 3. n. 4
Alter Conuentus, l. 10. n. 47
Societatis gymnasia, vide Schola
Societas virtute magis, quam numero debet prestare ex B. Ignatij sententia, l. 5. n. 2
Caritatis glutino copulatur, nec quicquam caritate fraterna prius habet, l. 5. n. 37. l. 11. n. 43
Propter quas causas honores repudiet, lib. 6. nu. 36. & seq.
In victu, & vestitu sequi debet vsum communem honestorum Sacerdotum, li. 10. n. 26. li. 15. n. 50
Claustra, & silentium eius, l. 15. n. 51
Societas Iesu quando, & quamobrem hoc nomine appellata, lib. 2. num. 25. 31. 62. libro 15. numer. 47

Quam id nomen cura fuerit B. Ignatio, lib. 2. numer. 62
Quos motus, & sensus excitare debeat in vnoquoque sociorum, l. 2. n. 63
Cur alicubi homines Societatis appellatur Theatini, l. 1. n. 122. l. 5. n. 62. l. 15. n. 61
Cur Presbyteri reformati, l. 15. n. 50
Cur Apostoli in Lusitania, & India, l. 3. n. 40
Societas laborat aliena inuidia per vulgi errorem, & palam fit innocens, l. 6. n. 81. l. 9. n. 71. l. 13. n. 28. l. 14. n. 77
Grauiores in societatem concitata procella Roma, l. 2. n. 47
Salmantica, l. 8. n. 44
Toleti, l. 11. n. 57
In Lusitania, l. 12. n. 54. & 60
Parisijs, l. 15. n. 33. & seq.
Cæsaraugusta, l. 15. n. 65
Cur saepe exagitur, l. 1. nu. 70. l. 14. nu. 74. lib. 15. num. 34
Præcipua aduersariorum genera, l. 15. n. 58
Si sua culpa absit, insectationes optanda, l. 2. n. 105. l. 8. n. 48. l. 11. n. 60
Societatis Dejector diuina correptus pœna, lib. 14. numer. 88
Eam ingressuri quid considerare debeant, l. 10. n. 15.
In ea manentes æterna, non caduca trahent, lib. 6. num. 6
Socotra Insula status, & Religio, l. 3. n. 87
Solatia caelestia inter pios labores, l. 8. n. 133
Vide Franciscus Xauerius.
Sorbonicis Theologiæ cognitio cause Societatis demandatur, l. 13. n. 33
Ex illis quatuor Roma apud Cardinalem Lotbaringium à totidem è nostris Patribus de Instituto, rebusque Societatis edocentur, l. 15. n. 44
Spes flagrans in Deum, & accensa fiducia nimirum grande rectigal, l. 15. n. 6
Spirituum internoscendorum ratio, l. 8. n. 68
Stephani Baroelij Bassani opera, l. 7. n. 38
Stephanus Capunsacchius Meldulam missus, l. 9. n. 45
Eius res ibi, & Fauentia, l. 10. n. 78
Vitæ ipsius seueritas, & mors, ib. n. 79
Stephanus Goes abit in Iaponiam, l. 14. n. 134
Submissione animi nihil est questuosius, lib. 11. num. 79
Superstitionis pedissequa morum corruptela, lib. 11. num. 75
Supplicatio quadraginta horarum intriduo ante Cineres, quando primum adhibita, l. 16. n. 10

Supplicatione recuperatur Arx Monaiamum ex hostibus, l. 9. n. 144
Sylvestri Alphonsi frugifera missio, l. 7. n. 70
Sylvester Landinus ad curandam valetudinem dimissus, praeclare laborat in extrema Tuscia prope Ligures, l. 7. n. 31
Præclaris factis, & vita asperitate celebratur, li. 7. nu. 33
Loca circa Sarzanam excolit, l. 8. n. 30
Mittitur Fulginum, & ibi pariter fulci euentu rem gerit, l. 8. n. 31. l. 9. n. 34
Transfertur rursus in Carsagnanam, mirificeq; iuuat populos, l. 9. n. 35. & seq. & l. 10. n. 80
In Corsicam mittitur, l. 12. n. 18
Fructuose ibi laborat, l. 13. n. 12
Ibidem religiose moritur, vir Apostolicus, de quo vide virorum grauisimorum testimonia, l. 14. n. 33
Illius abstinentia, l. 7. n. 31
Obedientia, l. 14. n. 34
Vaticinia, miracula virtutes, ibid.
Vnde illi materia concionum, l. 9. n. 41
Syracusarum Collegium inchoatur, l. 14. n. 41. & l. 15. nu. 19

T.

T*affinus occultus Caluini discipulus*, l. 14. n. 48
Tanaa Vrbs in Salsettis Bazainijs, l. 11. n. 88. *Ibi Christiani facti*, l. 16. n. 73
Tanoris Regni descriptio, l. 9. n. 104
De illius Rege, qui baptizatus, palam Religionem nõ profitebatur, & alia, l. 9. n. 105
Tartari olim Asiatici Scythæ, l. 14. n. 104
Ternate Insula Princeps Moluci, l. 6. n. 105. l. 9. n. 124
Ibi res gesta, ibid.
Theodoricus Hestus totum se Fabro permittit, l. 4. n. 50
Theodorus Peltanus Ingolstadium mittitur, l. 16. n. 23
Thesis quedam confusionis à Francisco Borgia preposita, l. 9. n. 80
These. à Romano Collegio primum Typis edita, l. 14. n. 1
Thomas Lentulus Ingolstadtensis Collegij Rector, l. 16. nu. 23.
Thomas Poghius Tyro in Lusitaniam destinatur, li. 4. nu. 82
Thomas de Villanona viri Sancti Valentini Antistitis in Societatem pietas, l. 15. n. 78
Tigia Abasimorum oppidum, l. 14. n. 109
Tituanum vrbs Mauritania, l. 8. n. 88
Tolani à Christo Apostate diuinitus puniti, l. 12. n. 131
Toleti multi Sacerdotes exercitijs spiritualibus exculti maximo fructu, l. 7. n. 51
In exercitia spiritualia inquiritur, & laudantur, lib. 7. n. 12

Exagitur Societas à Ioanne Siliceo, l. 11. n. 57
Tornacensis sedes inchoatur, l. 14. n. 48
Trichina mali Princeps sit Christianus, l. 11. n. 92
Tridenti praeclare gesta à Lainio, ac Salmerone, l. 6. n. 21. l. 7. n. 23. l. 11. n. 39
Tundi genus inferiorum Antistitum apud Iapones, l. 9. n. 200
Tupinaquini barbæ crudelitatis Ethnici, li. 14. n. 122
Tyburini Collegij exordium, l. 8. n. 5
Schola, l. 10. n. 76
È suburbio migratio in Vrhem, l. 11. n. 9
Domicilium, ac Templum proprium, l. 14. n. 19

V.

V*alentia ad audiendum Araozium mirus concursus*, l. 4. n. 124
Templi constructioni obsistere tentantem mors coercuit, l. 14. n. 69
Vigilantium Sodalitas instituta in agrotorum leuamen, atque obsequium, l. 14. n. 71
Valentini Collegij initia, l. 4. n. 123
In illud beneficus Franciscus Borgia, l. 7. n. 61
Sociorum feruor in coercenda licentia bacchantium, l. 12. n. 52
Valentini ciues literarios gradus gratuitos Societate iubent attribui, l. 8. n. 60
Valetudini parcendum experimento discit B. Ignatius, l. 1. n. 30
Vallisoletani Collegij initia, l. 5. n. 19. l. 6. n. 107
Noua ades, l. 15. n. 81
Vasus Ferras Societatem amplexus constantia singulari, l. 6. n. 91
Vasus Martinus, qui & Ignatius, l. 7. n. 73
Vide Ignatius.
Venetijs diuino monitu excipitur hospitio B. Ignatius, li. 1. num. 35
Venetijs res gesta à primis Patribus, l. 1. n. 119. & seq. l. 2. n. 1. & 12.
A Lainio, l. 3. n. 55. l. 4. n. 15. l. 8. n. 19. & seq.
Collegium inchoatur, l. 10. n. 96
Verberatio communis sexta quaque feria Olisipore, l. 7. num. 72
Verberatio publica Italarum, & Hispanorum Augusta magni exempli, l. 8. n. 34
Verberatio voluntaria populo ad virtutem magna utilitati, l. 8. n. 76. l. 10. n. 86
Verbi Dei frequens prædicatio renouatur, lib. 2. num. 45.
Et alibi.
Verona laborat Alphonsus Salmeron, lib. 9. n. 48. l. 10. nu. 98

Victoria

I N D E X.

- Victoria insignis à Malacensibus de Regis Aceni classe per B. Xauerium reportata. lib. 7. num. 84*
- Vienna in Austria nobilem de Lutherano refert victoriã Nicolau Bobadilla. l. 4. n. 27*
- Moritur Claudius Iaius. l. 12. n. 35*
- Viennensis Collegij initium. l. 10. n. 101*
- Primus Rector, & Magistri. l. 11. n. 39. & 41*
- Schola propria. l. 13. n. 23*
- Sedes propria. l. 14. n. 42*
- S. Vincentij Colonia in Brasilia. l. 11. n. 73*
- S. Vincentij predictio de futuris Euangelicis viris Societatis accommodata. l. 2. n. 56*
- Vincencius Negosantius Episcopus Arbenfis primos Patres initiat ordinibus sacris singulari animi sui gaudio. l. 2. n. 12*
- Vincencius Rodericius in Brasiliam mittitur. l. 9. n. 85*
- Ex obedientia conualescit. l. 11. n. 79*
- Eius industria in baptizando Brasilo. l. 13. n. 70*
- B. Virgo apparet B. Ignatio cum puero Iesu. l. 1. n. 13*
- Lusitanis in India mirabiliter opem fert. l. 7. n. 79*
- Virtus difficile, vel dissimulatur diu, vel simulatur. l. 16. num. 122*
- Est humani animi rapax. l. 11. n. 34*
- Virtutis exercitatio firmat animum ad constantiam, li. 8. n. 71*
- Vitis cuiusdam penitentis. l. 9. n. 147*
- Vita bona testimonium sana doctrina. l. 3. n. 14*
- Vitio diuina. Vide vitium, de quo requiritur exemplum.*
- Vntionis extrema vis. l. 12. n. 41*
- Vocationes ad Societatem insigniores Adalberti Bausch. l. 16. n. 22*
- Bartholomai Bustamanti. l. 12. n. 47*
- Cosmi Turringi. l. 6. n. 104*
- Hieronymi Natalis. l. 5. n. 4*
- Ioannis Nunnij. l. 4. n. 139*
- Maximiliani Capella. l. 4. n. 83*
- Petri Tablaris. l. 7. n. 50*
- Vaschi Ferras. l. 6. n. 91*
- Vocationes turbulenta non raro male respondent, l. 11. num. 45*
- Vocis monentis inanis strepitus, nisi sit intus, qui doceat, l. 4. n. 78*
- Voluntates vnde interno scende, à quo spiritu sint. l. 8. n. 68*
- Vormatiensis Conuentus exitus. l. 5. n. 31*
- Votum paupertatis. l. 10. n. 21*
- Obedientia. l. 10. n. 17*
- Spectale obedientiã Romano Pontifici. l. 10. n. 14*
- Vota prima primorum Patrum, anno 1534. in Assumpt. B. V. l. 1. n. 90*
- Prima Professorum Societatis in templo Sancti Pauli. l. 3. 11*
- Sunt acerrima contra Diabolum tela. l. 12. n. 111*
- Communiter renouari cepta in Lusitania, eiusq. rei utilitates. l. 6. n. 99*
- Eorundem prima in India instauratio. l. 15. n. 129*
- Tria solemnia aliqui possunt emittere. l. 10. n. 29*
- Vrbanus Fernandus in Indica nauigatione moritur, li. 13. n. 78*
- Vrbanus Labacensis Antistes Collegij Viennensis suaser, l. 10. n. 102*
- Vsnerius Coisonius Pragensis Collegij moderator, l. 16. nu. 19*

X.

Xaca à Iaponibus colitur, homo versutus, ac detestabilis, qui superstitionis nouum genus intulit in Iaponiam, l. 9. n. 192

Eius scripta, num. 194

Ximus Iaponia Insula, l. 9. n. 179

Z.

Zelus animarum, & gloria diuina, l. 1. n. 36. 50. 68. & 69. l. 4. n. 46. & 147. l. 6. n. 96. & 107. l. 8. n. 115. l. 9. n. 34. & seq. & 112. & 123. l. 10. n. 62. & 129. l. 12. n. 74. 105. 118. & sequen. 124. Et deinceps. Zelum, quam vellet discretum esse B. Ignatius, l. 8. n. 36. li. 10. n. 55. li. 11. n. 46. & 62. & 119. li. 13. n. 6. l. 14. num. 60

F I N I S.

Österreichische Nationalbibliothek



77466405